

FASCICVLVS














FASCICVLVS




STATUTA

SD 3485.III



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GETES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 32.

FASCICVLVS

RERVM EXPETENDARVM AC

fugiendarum. In quo primũ continetur Concilium Basilienſe: non illud, quod in magno Concilioꝝ volumine vulgo circumfertur, ſed quod Aeneas Syluius (qui poſtea Pius. II. eſt appellatus) eidem Concilio præſens interfuit, fideliter, & eleganter conſcripſit.

II. 419. c

¶ Inſunt præterea huíc operi nobiliſſimo, ſummorum aliquot virorum epiſtolæ, libelli, tractatus, & opuſcula, numero (ni fallar) LXVI. in quibus & admiranda quædam & obſtupenda inuenies. Quæ, ſi futuꝝ Cõciliũ celebrari cõtigerit, ſummopere, tanꝙ cognitu neceſſaria, ab optimis qbuſqꝫ expoſtulabunt.


Lege Indicem ſubſequentem.

Collegii Posnaniensis Societatis Jesu

Eſaiæ quinto.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo, &c.

Anno, M. D. XXXV.



II. 419. c.

FASCICVLVS



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

1191620

SD 3485 III



ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GĒTES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 32.

FASCICVLVS

RERVM EXPETENDARVM AC fugiendarum. In quo primũ continetur Concilium Basilienſe: non illud, quod in magno Concilior̃ volumine vulgo circumfertur, ſed quod Aeneas Syluius (qui poſtea Pius. II. eſt appellatus) eidem Concilio præſens interfuit, fideliter, & eleganter conſcripſit.

II. 419. c.

¶ Inſunt præterea huic operi nobiliſſimo, ſummorum aliquot virorum epiſtolæ, libelli, tractatus, & opuſcula, numero (ni fallar) LXVI. in quibus & admiranda quædam & obſtupenda inuenies. Quæ, ſi futur̃ Cõciliũ celebrari cõtigerit, ſummopere, tanq̃ cognitu neceſſaria, ab optimis q̃buſq; expoſtulabunt.


Lege Indicem ſubſequentem.

Collegii Posnaniensis Societatis Jesv

Eſaiæ quinto.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo, &c.

Anno, M. D. XXXV.



II. 419. c.

¶INDEX EORVM QVAE IN HOC LIbro continentur.

COmmentarioꝝ Aeneæ Syluij Piccolominei Senensis, de actis & gestis in Concilio Basileæ celebrato, libri duo, in quibus sacrosanctam illam synodũ, sic describit, sic quicquid illic actum, bona fide refert, vt qui legerit, intereſſe & infulatos illos heroas disputantes, colloquentes, concionãtesq; coram videre se putet. Nec solũ iucũda est historia, verumetiam vtilis. Vixq; aliud Concilium extat, pari fide & diligentia conscriptum.

¶Eiusdem Aeneæ Syluij, ad Iohannem de Seuogia Theologũ, Epistola, in qua enarratur, quàm celebri pompa, apparatu, ac gloria, Felix ipse Sabaudię dux & hæremita, spreto Eugenio IIII. in summum sit pontificem electus ac confirmatus. Folio. 26.

¶Iuliani Cardinalis sancti Angeli viri præstantiss. & ad Germaniam legati, Epistolæ duæ, in quibus mira libertate scripsit ad Eugenium pontificem Ro. male conãtem dissoluere Cõcilium Basilienſe, quum antea per Martinum V. in Concilio Constantiensi indictum esset. Folio. 27. & 32.

¶Vniuersitatis Parrhisiensis ad futurum Concilium contra Leonem X. Appellatio, in qua omnes ferme ecclesiæ Rom. abusus referuntur, & Concilium Basilienſe, sacrum fuisse probatur, & in spiritu sancto legitime congregatum. Folio. 34

¶Orationes duæ, quarum altera, à Legato Leonis X. pro colligendis decimis, altera à Germano quopiam, illas denegantis, coram diuo Maximiliano Imperatore in conuentu principum habitæ. Folio. 36.

¶Vita & gesta Hildebrandi. Qui Romanus pontifex factus, Gregorius VII. est dictus In qua quidẽ historia, admirãdà, ac supra captũ humanũ, obstupẽda q̃dã reperies. Fol. 39.

¶Appendix de eodem Hildebrando, desumpta ex libris historiaꝝ Reuerendi in Christo patris Ottonis, Frisingensis Episcopi. Folio. 44.

¶De Siluestro eius nominis II. (cuius Beno Cardinalis mentionẽ facit) insigne factũ, per Iohannem Stellam Venetũ in suo pontificũ Ro. catalogo cõmemoratur. Fol. eodẽ.

¶De Bonifacio VIII. ex Cõmentarijs Petri Criniti, de honesta disciplina doctissime scribentis, insigne etiam facinus refertur. Ibidem.

¶Vita Henrici IIII. Cæsaris Augusti, ducis Bauariæ VII. in qua admiranda quædam lectuq; digna ac rara admodum reperies. Folio. 45.

¶Epistolæ IX. eiusdem Henrici IIII. ad pontificem Rom. ac alios principes, in quibus, non contemnenda (mihi crede) similiter offendes. Folio. 50.

¶Leges ac cõstitutiones Imperiales, à multis sæpenumero desideratæ, sub AVREA BVLLA Caroli IIII. Rom. Imperatoris. Folio. 54.

¶Constantini magni Donationis (vt fertur) priuilegiũ, Bartholomæo Picerno ad Iulium II. pont. Rom. interprete. Folio. 62.

¶Vlrichi Huttenij in declamationem Laurentij Vallæ, cõtra prætactam Constantini donationem, ad Leonem X. diserta admodum & non indocta Præfatio. Fol. 64.

¶Laurentij Vallensis, viri vndecunq; doctissimi, de falso credita & conficta (vt multorum est opinio) Constantini donatione, Declamatio. Folio. 66.

¶Nicolai de Cusa Cardinalis. Antonini Archiepiscopi Florentini. Raphaelis Volaterrani. Hieronymi Cathalani, Iuris vtriusq; Doctoris, Cubicularij Alexandri VI. de eadem donatione, annotationes. Fol. 79. & 80.

1931. 1240

O.G.in Lau.Vallam concluſio epiſtolaris,poſt quam,authore eodem,multiplices,tam Canoniſtarum quàm Legiſperitorum,pro vtraq; parte,in hoc campo decertantium,allegationes collocantur,fo.80.

¶Item ex Pomponio Læto,Socrate Græco,Theodorico,Zozomeno,Baptiſta Egnatio,Sexto Aurelio Victore,per eundem Orth.G.receptæ de eadem materia additiones ſunt adiectæ,fo.81.

¶Profeſſio fidei fratrum Waldenſium,regi Vladiſlao ad Hungariam miſſa,quam ipſi falſo ſatiſfactoriam appellant,Ibidem.

¶Reſponſio excuſatoria fratrum Vvaldenſium,contra binas literas R.P.Auguſtini,ſacræ Theol.doctoris,ad eundem regem datas,fo.86.

¶Guilhelmi Widefordi contra Iohannem Vviclephum,ſacræ fidei peſtem & hæreſiarcham,doctiſſimæ ac plane catholicæ decertationes,quibus miſerũ hunc hominem ita confutat,proſternit,euiſcerat,ac in omnibus vincit,vt ex illis ipſis,omnes ferme noſtri temporis hæreticos,mutos effeceris,fo.96

¶Articuli Iohannis Vviclephi damnati per Concilium Conſtantienſe,in quibus illum humanam beſtiam fuiſſe cognoſces,fo.133

¶Rationes ac reprobationes articulorum Vviclephi & ſectatoris eius Iohannis Huſs, in Concilio Conſtantienſi damnatorum,fo.140

¶Doctrina Iohannis Vviclephi quonam modo in Bohœmiam peruenerit,& de Iohãne Huſs ac Hieronymo Pragenſi,ex Aenea Syluio,fo.148

¶Sententia damnationis doctrinæ Iohannis Wiclephi & articulorum.XLV.lata per ſacroſanctam ſynodum Conſtantienſem,fo.150.

¶Sententia diffinitiua,per prædictum Concilium contra Iohannem Huſs.In qua etiã per eundem fit mentio appellationis ad Chriſtum.fo.151

¶Tenor ſententiæ diffinitiuæ contra Hieronymum Pragenſem,quem velut palmitem putridum & aridum,non ferentem fructum,eccleſia condemnauit,Ibidem.

¶Pogij Florentini,de Hieronymi Pragenſis obitu & ſupplicio vera deſcriptio,in qua obſtupenda quædam videbis ac leges,fo.152

¶Leonardi Aretini,Oratoris clariſſimi aduerſus hypocritas libellus,cui Orth.G.epiſtolam præiecit non inuenuſtam,fo.154

¶Quomodo Bohœmi vocati ſint ad Baſilienſem ſynodum Oecomenicam,& quid illic egerint,cum oratione Iuliani Cardinalis ad illorum Legatos,fo.157

¶Petitiones Bohœmorum,propoſitæ in Baſilienſi Concilio,cum approbatis ac receptis ab eccleſia reſponſionibus,fo.160

¶De Eugenij.IIII.practica,vt Concilium Baſilienſe rex Francorum diſſolueret ex Nicolao à Clamengijs archidiacono,fo.161.d.e

¶Friderici Romanorum regis ſemper Auguſti,ad Carolum Franciæ regem Epiſtola, in qua is ac cæteri eccleſiæ proceres admonent,vt Moguntiam veniant,ibidemq; de rebus dubijs conſultent,fo.162

¶Synodus Aribonis archiepiſcopi Moguntini,in qua de ieiunijs ac alijs ceremonijs ſit deciſio,habita anno domini.M.XXIII.Ibidem.

¶Paradoxa D. Iohannis Vveſalieñ. concionatoris Vvormacienſis per Inquiſitores ordinis Prædicatorij, Moguntiæ condemnata, fo. 163

¶Examen ſex dierum contra eundem, per eoſdem Inquiſitores. Cui Dieter comes Iſenbergeñ. archiepiſcopus Moguntinus interfuit, fo. 164

¶Grauamina. X. Germanicæ nationis ac ſacri imperij Roñ. cum remedijs & præmonitionibus, ac multis alijs ad Cæſaream maieſtatem, fo. 167. 168. 169

¶Epiſtola Ia. Regij ad diuum Maximilianum, in qua non pauca de reformatione eccleſiæ tractantur, & abuſus, fo. 169

¶Diui Maximiliani querela, contra abuſus atq; grauamina Romaniſtarum, cum ſua ad calcem appendice, fo. 170

¶Epiſtola Adriani papæ. VI. ad illuſtriſſimos Germaniæ principes, qua eos ad cõcordiam obſeruandam hortatur, fo. 171

¶Inſtructio eiuſdem ad D. Franciſcum Cheregatum, in qua continentur omnia, quæ cunctis Roñ. imperij principibus proponenda videbantur, fo. 172

¶Reſponſio illuſtriſſimorum ac reuerendiſſimorum principum, necnon & aliorum ſacri Romani imperij ordinum, pontificio Legato reddita, in qua contra abuſus admiranda quædam inuenies, fo. 175

¶Replicatio pontificij Oratoris ad Germaniæ principes, in qua de Annatis, de Concilio generali, de concionatoribus, de clericis vxoratis, & rebus alijs multa ac varia tractãtur, quibus principes ipſi reſpondere recuſarunt, fo. 175

¶Tabula centum Grauaminum, in qua ſummatim deprehendes, quomodo Germania, & reliquæ etiam nationes illis vexentur & excorientur, fo. 176

¶Enumeratio centum grauaminum Germanicæ nationis, quæ aduerſus ſedem Romanam Oratori pontificio, in comicijs Germanorum principum Norenbergæ, ſunt exhibita, ſummo mittenda pontifici, fo. 177

¶Apoſtoli per nationem Gallicanam dominis Cardinalibus dati contra Annatas, & ꝙ Vacantiæ ac minuta ſeruitia nullo iure ſint debita, ꝙ ꝙ cenſuræ propter Annatas non ſolutas, timendæ non ſint, &c. fo. 189.

¶Diſputatio Nicolai de Clamengijs archidiaconi, habita per ſcriptum, ſuper materia Concilij generalis ad Scholaſticum Parrhiſienſem, fo. 197

Collatio eiuſdem Clamengij ſuper eadem materia largior ac verior, in qua declaratur, an generale concilium in aliquo errare poſſit, vbi etiam de bubone obſtupenda quædam referũtur, per Orthuinum Gratium declarata, &c. Ibidem.

¶De emendatione eccleſiæ libellus per reuerendiſſimum dominum Petrum de Aliaco Cardinalẽ Cameracenſem, patribus olim oblatus in Cõcilio Conſtañ. In quo ſex ponuntur conſiderationes, quas quum diligenter perlegeris, admiranda in illis reperies, fo. 203

¶De reformatione eccleſiæ, circa totum corpus vniuerſalis eccleſiæ, fo. 204

¶De reformatione capitis, ſtatus videlicet papalis & Romanæ curiæ ac Cardinalium, Ex eodem, fo. 204

¶De reformatione prælatorum, Ex eodem, fo. 205

LIBRO CONTINENTVR.

¶De Reformatione religionum ac religioſorum, per eundem, fol'.206.

¶De Reformatione cæterorum Eccleſiaſticorum, per eundem, fol'.206.

¶D Reformatione Laicorum & Principum. Per eundem. fol'.207

¶Singulis decennijs generale Concilium eſſe celebrandum, require in epiſtola Orthuini Gratij, folio.208.

¶Iohannis Franciſci Pici Mirandulę domini &c. ad Leonem decimũ Pontificem maximum, de reformandis moribus Oratio, fol'.208.

¶Duæ peſtes, quibus Concilia generalia, quo minus fiant ac celebrentur, perperam impediuntur, in Epiſtola Orthuini Gratij, fol'.211.

¶Conſtitutiones ad remouendos abuſus & Ordinationes ad vitam cleri reformandam per reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Laurentium Cardinalem, & ad Germaniam &c. de latere legatum, nuper Ratiſpone ędita, fol'.211.

¶Oratio Antonij Cornelij Lynnichani elegantiſſima, Coloniæ coram frequenti Clero habita. Qua oſtendit cuiuſmodi Eccleſiæ Principes, Pontifices, primarij ſacerdotes, & paſtores eſſe debeant, fol'.215.

¶Deſiderij Eraſmi Roterodami, ſummi Oratoris, viriq; doctiſſimi, liber de ſarcienda ecclesiæ concordia, deq; ſedandis opinionũ diſſidijs, cum alijs nonnullis lectu dignis, fo.218.

¶Precatio ad dominum Ieſum, pro pace communi & eccleſiæ, fol'.233.

¶De tyrannide Principis Turcarum, & quanta Otomanus ac ſucceſſores eius in perniciem omnium noſtrum patrauerint, In epiſtola Orthuini Gratij, fol'.234

¶Epiſtola Iohannis Fabri Doctoris, nunc Viennenſis epiſcopi, ad præſulem Tridentinum, ac ſereniſſimi Regis noſtri Romanorum Ferdinandi prothocancellarium, de bello Turcis inferendo. Ibidem.

¶Oratio de origine, potentia, ac tyrannide Turcarum, ad ſereniſſimum ac potentiſſimum Henricum octauum Angliæ Regem, Londini, à R. epiſcopo Viennenſi publice habita. In qua ſupra omnem modum obſtupendia quædam inuenies, ita etiam, vt nunquàm te illam legiſſe pœniteat, fol'.235.

¶Epiſtola Orthuini Gratij Daueñ. ad lectorem ac bonos omnes, per modum perorationis, in qua non paucorum quę hoc libro continentur, ratio aſſignatur, vt citra cuiuſcunque offenſionem, ab omnibus legi poſſint, &c. fol'.239.

¶Omnia fere mę hæc cum ſuis præfatiunculis, ſiue epiſtolaribus, numero (vt opinor).29. perorationibus, ab eodem ſunt ędita.

FINIS.

ORTHVINVS GRATIVS DAVEN. IOHANNI HELMANNO LEgum Imperialium Licentiato,& bonarũ artiũ professori dignissimo,inclytæ ciuitatis Colonien.patritio ac ciui integerrimo. S. P. D.



Vpienti mihi aliquid ad te scribere,& tuæ dignitatis memoriã posteris celebriorẽ,magisq; memorabilem reddere,tum propter natiuam maiorũ tuorũ tibi ab ephebia innatam probitatẽ, tum propter singularem tuum erga me & bonos omnes amorẽ, tu primus omniũ occurristi,cui hunc rerum expetendarum ac fugiendarũ fasciculum dedicarem. Nec immerito. Agitur enim hic de gestis & actis Concilij Basilienſis. Cui auus tuus Iohãnes Helman,vir præstantissimus, & quẽ noui,optimus, præsens interfuit,ab inclytæ ciuitatis nostræ Colonien. Consulibus ac senatoribus,è numero penè ciuium omnium,ad tam insignẽ prouintiam,munusq; præclarũ ac nobile obeundum,delectus. Doctus profecto & mira pietatate conspicuus,à monetis,secretis,ac scrinijs (vt sic dicam)censor & scriba,quum laudatissimus,tum integerrimus. Taceo largam ipsius in pauperes pietatẽ,taceo præclara eiusdem erga rempublicam patrocinia. Quæ si omnia,vel enarrare hic vel describere contẽdero,me sit dies defecturus. Hoc solum addam,ita iustum,tãq; in omnibus sibi commissis integrum fuisse,vt in principum atq; aliorum sacri Rom. imperij statuum conspectu, sese ac ciues suos,& tueri potuerit & cõseruare. Ex cuius etiam filia,honestissima apud nos matrona,natus est Petrus Quentell,vir egregius & nostræ ciuitatis senator præclarus. Postremo autem,quum idem ille tuus auus,sex & nonaginta annos,feliciter ac perbeate compleuisset, superos, quos ad tempus reliquerat, dicto citius reuisit.

Ad patrem nunc venio tuum Iohannem etiam Helman vocitatum, qui quanta fuerit virtute prẽditus,quanta rerum experientia decoratus,cogitare mediusfidius poterũt pauci,dicere nemo. Maiorum enim suorum vestigijs inhærẽs,non paucos præclari nominis viros,albis præcessit equis,tibiq; ac posteris tuis (vnico potissimũ Iohanni filio tuo, nobilissimæ indolis adolescenti) omnigeno virtutũ ac charismatũ genere,velut ardẽs Astreæ lampas,diuinitus præluxit. Cuius animum (modo verum nobis fateri liceat) è cœlo credas ignem fuisse desumptum.

Cæterum,quid de matre tua dicam,muliere itidem pudicissima? Quæ ex antiqua & insigni Cusinorum,Romanæ olim stirpis origine ac nobili stemmate prognata (quod duo leones aurei satis abunde testantur) castissimam expressit Penelopen,& singulari suæ modestiæ,nemini non & perspectæ hic & cognitæ, præclarum & illustre, diuersarum (hem quid dixi diuersarum (imo potius omnium virtutum specimen adiecit. Vtinam deus Opt. Max. hoc mihi loco Platonis copiam,Isocratis iucunditatem & Demosthenis vim contulisset,vt maiorum tuorum virtutes,aliqua ex parte,& id quidem, hoc tenui meo orationis filo,explicare potuissem. Quod licet mihi,tanquam apud deũ immerito, minime contigerit (sufficit enim mihi Gratio dei gratia) propensam tamen hac in re,meam (quam nosti) voluntatem,facies maximi,tuiq; etiam Orthuini,suo (vt dici solet) & loco & tẽpore, amicos inter (quos supra quàm cuiquàm credibile est, habes innumeros) sedulo recordabere. Sic enim fiet,vt honesta posthac scribendi occasione data, in parentum tuorum ac totius prosapiæ laudibus enumerãdis,& locupletior sim,magisq; (quod velim) disertus.

Verũ his omnibus nũc omissis,ad te venio Helmanne,virũ profecto non bonũ minus q̃ eruditũ. Quẽ in retrusioribus,secretioribusq; reip. negotijs expeditũ,oẽs cõfitemur. Noui præterea magnitudinẽ animi tui,noui constantiã, noui singularẽ tuam,etiamnum & cõtestatam in bonos omnes fidem ac humanitatem. Eloquar ergo an fileam? Quin animũ erga te meum aperio? Testor profecto deum & conscientiam (nulli enim fucum facere didici,nihilq; est à me alienum magis, quàm assentatoris fungi officio) omnium maiorum tuorum virtutes,siue iustitiam,siue pietatem,siue munificentiam,siue humanitatem intueri voluerimus,in te solo ac vnico refulgere. Adde huc,q̃ tu instar Vlyssis,aut rectius Platonis,patria tua nobili ac patrẽ desertis,externas nationes,tum propter iuris prudentiam Patauij,ac Bononiæ cõsequendã,tũ propter varios hoĩm mores dinoscẽdos,longe lateq; peruagatus,Romanã vrbẽ, Venetos quoq; & Italiã totã perlustrasti. Non mirũ igit,si te oẽs apud nos & colãt & venerẽtur. Hinc nõ indecẽter,in tuã laudẽ hoc heroicũ citauerim.

Clarior

Clarior in cunctis diuus splendebat Iason
Iuno etenim lætos illi aspirarat honores.

Postremo, ne vel te virum præstantissimum, vel lectorem studiosum diutius moret, de tuo nomine proprio hoc dictum velim, omnes tui stemmatis progenitores, idem nomen habuisse, vt sicuti Iohannes Apostolus Christo charissimus fuit, ita quoq; & tu, ac posteri tui omnes, eidem & grati semper sint & accepti. Hoc igitur in tui nominis laudem Hexastichon, ipse tecum frequenter decantabis:

Dicor Iohannes Helman cognomine patris,
Sic auus & proauus dictus & est tritauus.
Dumq; senes longo fracti consumimur æuo,
Et genus & nomen durat in orbe vetus.
Munere ita superum patrij mihi nominis hæres
Obtigit & viuo qui periturus eram.

At quid de nomine tantum tuo? Animi potius tui constantiam, incredibilemq; tuam erga nos omnes humanitatem metiamur. Scio quanti te Consules nostri ac senatores, viri mehercules & prudentissimi & optimi semper faciant. Itemq; non me fugit, quali te honore, ciues nostri omnes simul prosequantur. Nec de nostratibus dũtaxat hoc velim intelligi, quum exteri, qui suas Coloniæ possessiones habent, pari te honore ac laudibus colant. Verum hac de re satis, & ad ea quę in hoc libro continentur, & in priori præfatione, dicta summatim fuere, nunc tandem properemus.

Commentarios Aeneæ Syluij in Basilienſi Synodo, quos ille priuatus adhuc agens mira fide & diligentia conscripsit, iam dudum publice ab alijs excusum, & longe lateq; diuulgatum, nacti, in publicum iterum emisimus. Nam hi non solum rari in Bibliothecis extant, verum ab ipso etiam authore suppressi videntur, posteaquàm ad pontificium fastigiũ emersit. Forte quod acta Basilienſis Synodi, quæ pro reformatione ecclesiæ conuenerat, paulo candidius ac simplicius explicent. Nec mirum est, si hoc opus fuit neglectum, quando Synodus ipsa reprobata fuit, quòd in ea visum sit patribus mundum melius habiturum, si potestas Romani Pontificis aliquatenus astringatur, videlicet vt cum omnibus ipse præsit, subsit tamen ecclesiæ. Hoc sane constat Pium damnasse, quod Aeneas probauerat, vt non tam verum sit, iuxta Prouerbium, cum vita dictam mutari, quàm animus ipse mutatur & iudicium. Describere autem Basilienſem Synodum exacte potuit, quod tum clericus esset cæremoniarum (vt vocant) & singulis conuentibus interesset. Venerat is Basileã, fortunam quæsiturus, cum esset supra modum tenuis. Dexteritas primum commendauit hominem Cardinalibus, deinde in aulam Friderici Cæsaris ascitus, mirabilem fortunæ benignitatem sensit. Sed hæc vulgo nota sunt. Ex his commentarijs disces quid sit Basileæ actum, & quemadmodum soleant celebrari concilia. Cuius operis raritatem vel ex hoc collige, quod aiunt illud apud Basilęam non extare. Nam primus liber tantum illic habetur, miserè tamẽ & mendosissime scriptus, cum tantus numerus librorum illic sit, quibus acta eius Synodi continentur. Porro codex Commentariorum Aeneę, veluti farrago quędam erat variorum tractatuum, quos visum est omnes imprimere, partim quod historias continerent, vel hactenus incognitas, vel secus proditas quàm res habet; partim quod veterum quorundam Paradoxa inerant, quæ hodie circumferuntur vt noua, cum tamen iam olim inuenta sint, & in sacris Concilijs damnata. Primum obtinebat locum Vita Hildebrandi, qui Gregorius septimus dictus est, quam cum legeremus, in mentem veniebat decreti illius, quod apud Brixiam Noricam in celebri episcoporum & aliorum procerum Synodo emissum est, vt abbas Vrspergensis in Chronicis suis prodidit, & est huiusmodi.

Commẽtarij Aeneæ Syluij de Concilio Basilienſi

Quia (inquiunt) illum constat non à deo electum, sed à seipso in fraude ac pecunia obiectum, qui ecclesiasticum subuertit ordinem, qui Christiani Imperij perturbauit regnum, q Regi Catholico ac pacifico, corporis & animæ intentat mortem, qui periurum defendit regem, qui inter concordes seminauit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges diuortia, & quicquid quiete inter piè viuentes stare videbat, concussit. Nos authore deo congregati in vnum, legatis ac literis freti decem & nouem episcoporum die sancto Pentecostes Moguntię congregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac incendia prædicantem, periuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apostolicam fidem de corpore & sanguine domini in quæstione ponentem, hæretici Berengarij antiquum discipulum, diuinationum ac somniorum cultorem, manifestum necromanticum, phytonico spiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum & expellendum, & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum. Facta sunt autem hæc septimo Calendas Iulij, feria quinta Indictione tertia. Hactenus Vrspergensis.

Chronica abbatis Vrspergensis

Videat hic Platyna quid scripserit

Hanc sen-

Hanc ſententiam in Hildebrandum non eſſe vanam, aut ſine cauſa decretam, ſtatim intelliget quiſquis vitam eius legerit. Geſtis Hildebrandi coniuncta erat Vita Henrici Cæſaris, qui multa paſſus eſt ab illo. Huic cohærebat Profeſſio fratrum Vvaldenſium ad Regem Hungariæ, quæ non multum alicubi diſſentit ab ijs quę nunc vulgo traduntur à quibuſdam vt ab illis accepiſſe videri poſſint. Atq; hinc melius cognoſci poſſunt quales ſint, quàm ex Catalogo hæreticorum, quem venerabilis pater F. Bernhardus de Lutzelburgo, ordinis Prædicatorum ædidit. Poſt adnexi erant articuli quidam Iohannis Vviclephi impugnati, ſedulo à Vvilhelmo Vvidefordo. Mox alię propoſitiones eiuſdem ex illius libris excerptę damnatæq; non ſolum Oxoniæ, Londiniq;, verumetiam in Conſtantiẽſi Concilio. Item rationes propter quas damnari meruerunt, vt illa tanq̃ nobis peſtifera fugiamus. Erant & hi libelli poſtremo loco, quomodo Vviclephica doctrina venerit in Bohœmiam ex Anglia. Fragmentum Aeneæ Syluij, Leonardi Aretini libellus aduerſus hypocritas. De vocatione Bohœmoꝝ ad ſanctã ſynodũ Baſilienſem, Petitiones eorũdem. Examẽ Iohãnis de Vveſalia Theologi, & Condemnatio Iohannis Vviclephi, Iohannis Hus, & Hieronymi Pragenſis per Conciliũ lata Conſtantieñ. Quæ omnia & multa etiam alia, prædictis libris, opuſculis atq; tractatibus, ſiue intermiſta, ſiue ad calcem adiecta, lectuq; iucundiſſima & neceſſaria cognitu, ſimul in hoc volumine impreſſa, cum iudicio lege ac vale. Nec illud ſilentio prætermittam, hunc librum ab omnibus ſine vlla plane offenſione legi poſſe, modo noſtras præfatiunculas ſiue epiſtolas hic paſſim varias, ac dignitati tuæ dedicatas diligenter ac pie perluſtrauerint, eamq; potiſſimũ, quæ in vltimis huius libri foliis reperies. Itemq; feliciter vale mi chariſſime Helmanne omnium ſtudioſorum decus ac columen, Coloniæ ex ædibus noſtris, Anno à Chriſto nato, milleſimo quingenteſimo triceſimoquinto pridie Nonas Martias.

F. Bernhardꝰ de Lutzelburgo author catalogi hęreticorum.

¶ Errata aliquot quæ paſſim legendo, reperimus

¶ Fol. 1. facie. 2. li. 33. alienatam. Ibidem. 46. Ex oratorib. Fol. 4. 1. 22. *iure retinebat. Ibidem. 32. parere. Ibidem. 46. quæ poteſta. Fol. 16. 1. 40. perrexerunt. Fol. 17. 1. 3. fugiſſent. Fol. 19. 1. 3. occepit. Fol. 20. 1. à fine liñ. 16. cuiq;. Fol. 29. 1. 15. dicent. fol. 37. 1. 23. fucatam. Ibidem. 41. deſtituitis. Fol. 43. 2. 3. communicant. Fol. 77. 2. 41. in inf. Fol. 84. 2. 37. vita. Fol. 99. 2. 21. diſt. 2. Fol. 109. 1. à fine. 3. paupertas. Fol. 119. 2. à fine. 9. amouit. Fol. 132. 2. 10. ordinatiõe. Fol. 139. 2. 10. ſapit imperfectionem. Fol. 183. 2. 2. tempore funẽ. Ibidem. 36. res non. Ibidem. 43. dilapidare. Fol. 185. 1. 10. quare. Fol. 187. 2. 19. quibus. Fol. 193. 1. 13. Cardinales. Fol. 198. 1. à fine. 4. ſecure rebus. Fo. 199. 1. à fine li. 3. proximoꝝ ſuoꝝ. Fo. 202. 1. 32. incognitis. Fol. 203. 1. 16. quid non intentatũ. Ibi. 2. à fine. 9. meo iudicio. Fol. 207. 1. 21. exercerent.

AENEAE SYLVII
PICCOLOMINEI SENENSIS IN COMMENTARIOS SVOS DE GESTIS BASILIENSIS CONCILII, PRAEFATIO.

A 

Escio quæ mea calamitas est, quibusve vrgeor fatis, ne me historiæ furari sciam, tempusq; meum vtilius consumere. Statui sæpius ab iis me poetarum & oratorum lenociniis sequestrare, & aliquod sequi exercitium, vnde aliquid tãdem figerem, quo esset mihi tuta senectus à tegete & baculo: ne sicut aues, feræq; indies viuerem. Nec deerant studia, quibus si forte versari voluissem, & opes cogere, & amicos parare potuissem. Idq; non mea solũ sponte mihi suadebam, sed accedebant etiam necessarij, quorum illæ assiduæ voces erant. Quid agis tandem Aenea? te ne quàm diu viuis poetica possidebit? istuc ætatis non erubescis nihil habere agri, nihil pecuniarum? an nescis, quia vigesimo grandem, trigesimo cautum, quadragesimoq; diuitem anno esse oportet? qui has metas præterierit, frustra conari. Monebant igitur, vt venientis, & iam propediem instantis quadragesimi anni cogitatum haberem, priusq; aliquid tenere curarem, quàm id ætatis ingrederer. Dedi sæpius manus, factu
B rumq; me quod suasum erat spopondi: abieci oratorios codices, abieci historias, omneisq; huiusmodi literas, vt meæ salutis inimicas populi. At sicut auiculæ quædam ignem candelæ nequeunt dimittere, in eoq; priusquam fugiant, aduruntur: sic ego ad meum malum, & vbi mihi pereundum est, redeo: nec aliud mihi (vt video) hoc studium, quàm mors adimet. Sed postquam sic fata trahunt, nec quod vellem id possum, coniungenda est cum potestate voluntas. Obijcitur paupertas, sed est tam pauperi quàm diuiti vsque ad mortem viuendum. Ac misera in senibus paupertas, miserior quippe illiteratis. Sanum habere corpus, & mentem integram, non minus pauperi datur quàm diuiti. Hæc si teneam, nil vltra exposco. Frui paratis, & valido mihi maximus atq; optimus deus donet, & precor integra cum mente, nec turpem senectam degere, nec cithara carentem. Et quoniam sic animo sedet, ad commentarios nostros reuertamur, ac Basilienses gesta Concilij ex ordine, institutoq; referamus.

Pulchra similitudo.

Nobilis sententia.

COMMENTARIORVM AENEAE SYLVII PICCOLOMINEI DE GESTIS BASILIENSIS CONCILII, LIBER PRIMVS.

C 

Pud hetruscos plerisq; in locis, quoniam flumina sic tenuia sunt, vt frumentariam molam nequeant rapere, ingenteis ducunt foueas, quibus fluuiorum cursum morantur, biduanasq; aut triduanas colligunt aquas: quæ postea impetuosius exeuntes, & molam trahunt, & frumẽti omnem quantitatem facile terunt: haud secus mihi videntur patres huiusmodi facere, qui tanquam nihil habeant aduersus Eugenium faciundum, diutius silent, materiam tacite colligentes, exin' vna in die, vno quoq; impetu rem perficiunt. Sed quorsum hęc forsitan quæritur. Nempe, ne quis me arguat negligentiæ, qui plus solito, plusq; debito siluerim: nec enim scribere potui, cum nihil fieret. Nunc vero cum res actæ sint, & relatu, & cognitione dignissimæ, accusationem (si qua paratur) scriptis præueniam, nec patiar me arguj negligentiæ, quãuis potero nimiæ forsitan audaciæ reprehendi, qui rem arduã & grandem, stilo inopi & arido sim complexus. In qua re nec mihi postulabo ignosci, qui sponte erro, & venustatem scio reprehensionis à M. quondam Catone profectæ in Aulum Albinum, qui cum Lucio Lucullo consul fuit. Is Albinus res Romanas oratione Græca scriptitauit: in eius historia primo scriptum erat, ad hanc sententiam: Neminem succensere sibi conuenire, si quid in illis libris parum compositè, aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum (inquit) homo Romanus, natus in Latio, & eloquium Græcum à nobis alienissimum est:

ideoq; veniam gratiamq; malæ existimationis, si quid esset erratum, postulauit. Eaq; cum legisset M. Cato: Ne tu (inquit) Aule nimium nugator es, cur maluisti culpam deprecari, quàm culpa carere? Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cũ noxam imperio compellentis admisimus. Te (inquit) oro, quis perpulit vt id committeres, quod priusquam faceres, peteres, vt ignosceretur? Quod ne mihi quoq; possit accidere sine petitione veniæ, rem aggrediar. D

Albertus Romanorũ rex.

FRequẽs atq; insigne Franconiæ oppidum Norimberga est, & tam superis quàm inferis Teuthonibus commune, ibiq; paucis effluxis mensibus, Oratores Alberti Romanorum regis, & aliorum Alemãniæ principum conuenerunt: tum propter alias communis patriæ causas, tum maxime, vt eam quæ inter Concilium & papam vigebat, discordiam sopirent. Illuc & oratores sacri Concilij accesserunt: & iussu papæ, vir magna hominum opinione sanctissimus Cardinalis crucifer cum plerisq; collegis peruenit. Vtq; illic perfici res nequiuit, conuentus ipse Francfordiam ad Calendas Martias tunc proximas translatus est, quod eo in loco Electores Imperij facilius conuenturi iudicabantur. Interim Oratores Cæsarei, Electorumq; Basileam petierunt, & contracta cũ Oratoribus aliorum principum, qui Basileæ degebant, intelligentia, ac vocato præstantissimo viro Cardinali sancti Petri, qui per id temporis exitum rerum Constantiæ moratur, maxime hortati sunt patres Concilij, vt pacem amplecterentur, quam ipsi offerrẽt. Erat petitio principum, siue (vt verius dicam) Oratorum, vt sacro Concilio videbatur, ardua, vtq; ipsi putabant, facilis: petebant nanq;, vt patres in alium se locum reciperent, Cõcilium q; transferrent. Quod vnum semper Eugenius visus est quæ fuisse, vt sic, vel patres Concilij dissiparet, vel libertatem eis adimeret. Visum tamen est sanctæ Synodo, nec negandum esse quod principes poscerent, nec quod Eugenius cuperet permittẽdum: ideoq; sic caute mutatio loci promissa est, vt omnibus obuiatũ periculis videretur. Nequaquam tamen Oratoribus principum accepta responsio fuit, qui sic transferri Concilium postulabant, vt magis dissolutio quàm translatio diceretur, vel crederetur: ob quam causam inter deputatos Concilij & ipsos Oratores pluribus diebus disceptatum est, plurimumq; de cõcordia practicatum. Interq; ipsas rerum difficultates Patauienſis & Augustensis episcopi Oratores Cæsarei, & admodum nobiles ad ipsum regem abierunt, & cum ijs collega Iohannes Eich iurisconsultus plurimæ lectionis, abscessit: prius tamen multum rogati, multumq; stimulati baronem magnanimum & apprimè insignem, Conradum Winspergensem ex mandato regio protectorem sacro Concilio, & omnium patrum defensorem dederunt. Qua ex re vt alienatum ab Eugenio aduersarij, sic patres sacri Concilij optimam erga se fore mentem Cæsaris cognouerunt: quia nec protectorem misisset, nisi legitimum Concilium reputasset: nec rursus Conciliũ esse in Basilea putauisset, si Eugenio fidem habuisset. Post illorum ergo recessum, reliqui Oratores Alberti Augusti, qui Basileæ remanserant, episcopus Lubicensis, vir recti consilij, ac Georgius tam literata quàm armata insignis militia, cum alijs principum nuntijs nouam concordiæ cedulam concluserunt, iuuante admodum & inter sæpiusculas dissensiones arbitrante Cardinali sancti Petri, coram quo omnia peragebant: quam cedulam & sacrum Concilium vt insufficientem & sicuti postmodum relatum est, Eugenius vt erroneam respuit. Nec diu post responsio synodalis concluſa est, ipsisq; Oratoribus in generali contione reddita, cum iam propediem instaret conuentus Francfordiæ celebrandus, qui tamen propter pestem ibi grassantem, ad vrbem metropolim, Moguntiam, haud amplius vnius diei via distantem, translatus fuerat. Visum est igitur Oratoribus principum eò pergere, si forsitan pacis illic mediũ aliquod inuenirent, quo papam Concilio reunirent. Et Oratoribus Cæsaris, Lubicensis, & Georgius miles: ex Gallicis, archiepiscopus Turonensis, & Trecensis episcopus, ac collegæ alij, præter Lugdunensem archiepiscopum: ex Castellanis tantum Concensis episcopus: (nondum enim delitiæ Hispaniarum Burgensis ex legatione ad Cæsarem erat reuersus) ex Aragonensibus nemo. Postea tamen relatum est, episcopum Albigauensem, & Franciscum Barbauariam, qui ex Mediolanensibus ibi fuerunt, regis quoq; Aragonum habuisse mandatum. Cardinalis autem sancti Petri paucis ante diebus, siue quod pestem timuit, iam paulatim crescentem, siue quod desperata pace, in Basilea remanere non audebat, in Nidou, quod est Switzerorum oppidum, se receperat. Vt tamen ire Oratores Moguntiam accepit, in spem iterum pacis erectus, ex eo flumine, quod Solodorum in duas diuidit partes, in Rhenum venit, eoq; Moguntiam vectus est. Fuit conuentus ipse admodũ celeber. Præsentes nanq; Moguntinenſis, Colonienſis, Treuerensis archiepiscopi, sacriq; Romani imperij Electores, ac Coelectorũ omnium nuntij adfuerunt: vltimi vero omniũ Patauienſis & Augustensis episcopi, Abbas Scotorũ Viennensium, & Iohannes de Eich doctor comparuere, qui cũ Lubicensi & Georgio Cæsareum locũ tenebant: præcipuus tamen

Cardinalis crucifer.

Cardinalis sancti Petri

Eugenij consilium perfidũ

Iohãnes Eich.

Protector cõcilij datus, Cõradus a Vuinsperg.

Oratores principum qui

Burgen. delitiæ Hispanarũ

Araris Heluetiorum.

E

F

A tamen illo in cõuentu fautor sacri Concilij habitus est Coloniñ. archiepiscopus, qui summo studio, summoq; nisu rem bene dirigere conatus, se non minus virtute animi, q̃ genere atq; opibus præstantem ostendit, eumq; Moguntinus est imitatus. Rabanus vero Treuerensis aliquanto rigidiorem se præbuit. Censuit & sancta synodus, suos quoq; ad ipsum conuentum Oratores fore mittendos. Missiq; sunt patriarcha Aquileiensis cum authoritate legati de latere, episcpi Vicensis & Argensis: Theologi, Iohannes Segouius, & Thomas de Corsellis: Iuris periti, Iohannes de Bachenstein auditor cameræ, & Hugo Metensis archidiaconus, qui postea processum aduersus Eugenium habitum publice retulit: ijsq; adiuncti sunt Iohannes prior Traiectensis, & Nicolaus Aucupis Nortmannus, qui etiam vsq; in hunc diem non redierunt. Data quoq; his est, præter spem aduersariorum, facultas omnimoda, vt quicquid hi agerent, promitterentq; pro bono vniuersalis ecclesiæ, & honore sacri Concilij, id ratum, firmumq; haberetur: qui & recepti Moguntiæ honorifice, & legatione sua libere vti permissi sunt. Nemo illic erat qui Eugenij nuntium se vocitaret. Tarentinus, in quem paulo ante lata erat sententia, cum collegis suis in remotis agebat, nec venire Moguntiam audebat, siue quia congredi cum legatis consiliaribus verebatur, siue quia mandatum illuc eundi nondum susceperat. Confluxerant tamen illuc plurimi fautores Eugenij, tam ex Concilio, quàm ex Florentia, locisq; alijs. Fuerunt in sancta synodo quàmplures alij viri incorporati, iuratiq;, quorum semper animus à rebus quæ Basileæ gerebantur visus est alienus: quiq; licet laboraturos pro honore & statu sacri Concilij iureiurando se astrinxissent, hi nihilominus in omni negotio Eugenio magis quàm sacro Con-
B cilio fauebant, quorum postea sectam Vuilhelmus Constantiensis iurisconsultus Griseam appellauit. Ex his quàmplures Moguntiam perrexerunt, Eugenium si qua in parte quirent defensuri. Hercules tamen omnium Eugenianorum Nicolaus Cusanus existimatus est, homo & priscarum literarum eruditissimus, & multarum rerũ vsu perdoctus: cuiusq; dolendũ sit tam nobile ingenium ad illa schismatis studia diuertisse, vt legatione ad Græcos vigore falsi decreti, fungeretur: hic omne studium suum, omnemq; conatum in defensione Eugenij collocauerat, atq; (vt est versuti & callidi consilij) nunc vna nunc alia impedimenta texebat. Post varios tamen, multiplicesq; tractatus, visum est Electoribus Imperij, alijsq; Germanorũ principum Oratoribus, decreta sacri Basilienſis Concilij in sua natione recipere, atq; obseruari mandare. Super decreto vero suspensionis deliberationem suspendentes: ne illo suscepto, desperata pax cum Eugenio videretur. Interim tamẽ duo missi ab Oratoribus papæ Moguntiam peruenerunt, iunctiq; hominibus suæ factionis, turbare omnia satagebant: illud quoq; sperare ausi, vt suscepta semel decreta, refutarentur. Quod vbi non successit, ad vltimum desperationis refugium declinantes, inaudito papa non esse talia peragenda, protestati sunt. Sed frustra omnes eorũ conatus fuere. Receptis nanq; decretis, Oratores Conciliares ex licentia conuentus, Basileam reuerterunt, solusq; ibi sine mandato, Vicensis episcopus ad paucos dies rogatu Oratorum principũ, mansit.
C Recesserunt quoq; Moguntinus, Colonienſis, & Treuerensis archiepiscopi, dimissis ibi Consiliarijs, qui cũ alijs principum Oratoribus de pace transigerent.

DVm hæc Moguntiæ fiunt, inter Theologos, qui Basileæ remanserant, haud parua hæsitatio suborta est, dici ne posset hæreticus Eugenius, qui tam rebelliter ecclesiæ mandata contemneret, eamq; ob causam congregati ad inuicem, diutius inter se disputarunt: alijs negatiuam, alijs affirmatiuam sententiam defendẽtibus, scientes hanc fuisse veterem & Socraticam rationem contra alterius opinionem disserendi. Nam ita facillime quid verisimilimũ esset inueniri posse, Socrates arbitrabatur. ¶ Inter disputandum autem triplex emersit opinio: alij nanq; hæreticum Eugenium affirmabant, alij non solum hæreticum, verumetiam relapsum: tertij vero nec relapsum eum, nec hæreticum fateri volebant. Erat inter ipsos Theologos, & authoritate & scientiæ copia præcipuus Ebrunensis episcopus, sereniſſimi & potentiſſimi regis Castellæ Orator: erat & Abbas quidam Scotus: qui tanquam acerrimi pugiles, & in theatro pugnantes, aduersarios quoslibet prosternebant: quorum argumentationibus aut acquiescebãt alij, aut cedebant, eorumq; studio grauior tandem sententia vicit, vt hæreticus atq; relapsus Eugenius diceretur. Octo inter ipsos Theologos conclusiunculis approbatis, quas veritates appellitarũt, earum copiam in orbem diuulgantes: quæ res circa medium mensis Aprilis initium suscepit: industria quidem ac solertia Nicolai cuiusdam Burgundionis ex ordine p̃dicatorum, viri acuti & longe maioris animi quàm corporis, qui nec deputationum, nec cõgregationum aures vnquam personare omisit, donec res capta & consummata est. Ne illud asserere dubitarim, rem hanc intactam remansisse, nisi istius homuntionis diligentia patres excitasset, quem si quis videat, nunquam tanti existimet. Sed non sunt homines ex aspectu dijudicandi. Reuersis vero Oratoribus ex Moguntia, habitaq; certitudine de re-

Theodoricus de Morsa archiepiscopus Colonẽ acerrimus defensor cõcilij.

Rabanus archiepiscopus Treuer. Oratores concilij ad cõuentum principũ

Eugenij fautores periuri.

Nicolaus de Cusa Eugenii defensor.

Electores imperiales et principes Germanię decreta cõcilii obseruari mandant.

Eugenianorũ conatus frustra.

Disputatio, an Eugenius hæreticus cẽseri deberet.

Triplex theologorũ opinio de Eugenio.

Ebrunẽsis episcopus.

Nicolaus Burgundio prædicator.

ceptione decretorum, visum patribus est, conclusiunculas magistrorum diligentius, ma- D
turius q̃ discutere, vocati q̃ sunt ex iussu deputationum, magistri omnes ac doctores hu-
Eugeniana hæresis. mani & diuini iuris, in Capitulum maioris ecclesiæ, cum prælatis, Eugenianam hæresim
publice discussuri. Quæ res Mediolanensi antistiti magnæ molestiæ fuit: timenti ne dispu-
tatio hæc priuationem Eugenij secum traheret, quam ipse (vt dicebat) timore schismatis
semper impedierat. Ea propter vocare alios, excitare torpẽtes, currere animatos omni q̃
studio niti, vt res ipsa turbaretur: & quamuis ex Oratoribus ducalibus vnicus ipse Basileæ
supereſſet, egregie tamen vices aliorum implebat. Ex animo nanq; laboranti, nihil vide-
tur esse difficile: itaq; nec plus quicquam tres simul egissent, quàm solus ipse peregit: absen
tes nanq; suarum partium, vt potuit, literis, præsentes autem verbis in defensionem Euge
nij animauit. Ventum est tamen ad locum Capituli, frequens quoq; habita congregatio
est: venerant enim omnes, aut dicendi, aut audiendi studio illecti. Sex q̃ omnino diebus,
& ante prandium, & ante cœnam protracta res disputando est. Medius erat inter omnes,
Ludouic⁹ cardinalis, & Archiepiscopus Arelatensis, q̃ post mortem miraculis claruit, ipso Aeneа teste. primo q̃ loco vt iudex fidei, totius q̃ disputationis moderator & arbiter Ludouicus Car-
dinalis, & archiepiscopus Arelatensis, prælatus, cum multis virtutibus insignis, tum præ-
cipue fortis & cõstans. Nicolaus vero Amici, qui & ipse procurator fidei est, & inter The
ologos Parrhisienses apprime clarus, quod quisq; sentiret, interrogabat. Suffragia quoq;
scriba publicus, Iohannes Dienlisist, annotabat, plurima q̃ illic egregie disputata, & pru-
denter examinata fuere, de quibus si facere verba voluerim, vereor ne me aliqui vitio men-
tis tantum opus ingressum iudicent: quia res est à mea professione, meo q̃ studio remo-
tissima: famulabor tamen mihi ipsi: nec me intra pomeria sacrorum eloquiorũ ingressum,
introspexisse in ædem Deæ, à qua mares absterrentur, existimabo. Atq; vt de re ipsa dice
re incipiam, Conclusiones Theologorum, tanquam disputationis fundamenta, ipso in ex
ordio ponam: nec ego ijsdem vtar verbis, quibus illi, sententiam retulisse sat erit. Conclu- E
siones huiusmodi fuerunt,

I. ¶Veritas est catholicæ fidei, sacrum generale Concilium supra papam & aliũ quẽ-
uis potestatem habere.

II. ¶Generale Concilium legitime congregatum, sine ipsius consensu, nec dissoluere,
nec transferre, nec prorogare ad tempus ex authoritate sua potest Romanus pon
tifex, id q̃ veritatis eiusdem est.

III. ¶Qui pertinaciter his veritatibus se opponit, hæreticus est censendus.

IIII. ¶His veritatibus Eugenius papa. IIII. oppugnauit, cũ primo ex plenitudine pote-
statis apostolicæ Basilẽnse Concilium dissoluere, siue transferre attentauit.

Eugenius monitus, errores reuocauit. V. ¶Errores his veritatibus repugnantes, monitus tandem per sacrum Conciliũ Eu-
genius reuocauit.

VI. ¶Dissolutio, siue translatio per Eugeniũ secundo attentata, prædictis est obuia ve-
ritatibus, inexcusabilem q̃ circa fidem errorem continet.

VII. ¶Eugenius iterato dissoluere seu transferre Concilium tentans, in reuocatos erro-
res prolabitur.

VIII. ¶Commonitus per synodum Eugenius, vt dissolutionem siue translationẽ secun-
do attentatã reuocaret, post declaratam contumaciam in rebellione persistens,
Ferrariæ q̃ Conciliabulum erigens, seipsum pertinacem declarat.

F

HIusmodi (sicuti arbitror) fuere Conclusiones, quibus in Capitulo coram patri-
bus iterum atq; iterum lectis, rogati sunt omnes viritim sententiam dicere, pedi
bus q̃ fere omnes in Conclusiones ibant. Panormitanus tamen Archiepiscopus,
Panormitan⁹ Archiepũs. Burgensis episcopus. vir inter omnes scientia eminens, plurima in aduersum disputauit. Plurima etiã
prælatorum decus Burgensis episcopus, ac eleemosynarius regis Aragonum, non minus
eloquentia quàm doctrina præclarus, non tamen prioribus hi se Conclusionibus oppo-
nebant: sed illis tantum quibus Eugenius tangebatur. Argute q̃, vt est subtilissimus, aduer
sus posteriores Conclusiones Panormitanus disseruit, ostendere q̃ summo studio nitebat,
Eugenium non esse relapsum: magna q̃ illi cum tribus viris, Argensi episcopo, Iohanni Se
Articuli fidei trifariam diuiduntur. gouio, ac Francisco de Fuxe Theologis, concertatio fuit. Articulos fidei trifariam diuide-
bat: stricte, vt in symbolo: large, vt in declarationibus per ecclesiam factis: largissime autẽ,
vt in his quæ ex prædictis resultant: Eugenium q̃ nullo istorum modorum violasse fidem,
in prima dissolutione quam fecit, quia nec in symbolo, nec in ecclesiæ determinationibus
haberetur, papam non posse Concilia dissoluere: nec id sibi videri ex determinationibus
antea factis resultare, sed potius ex decretis Constantiensis Concilij: hunc casum tanquã
omissum, disputationi papæ reseruari, cum in Capitulo Frequens, locus futuri Cõcilij per

papam

papam, approbante Concilio, eligatur, & de hoc nihil omnino fit dictum. Quod si forsitan in prima dissolutione peccasset Eugenius, excusatum tamen haberi debere, qui de Cõcilio Cardinalium egisset Romanam ecclesiam representantium, cuius tantam esse authoritatem dixit, vt eius iudicium toti orbi præponeretur, idq; glossam singularem astrueret: nec inueniri vnquam sacrum Concilium aduersus Eugenium tanquam hæreticum processisse, idq; signũ esse, quia non putarit eum à fide deuium: nec apud se momentum habere, quod diceretur de adhæsione, erroribusq; reuocatis. Legisse se totum adhæsionis textum, papãq; non reuocasse dissolutionẽ, vt fidei contrariam, sed vt scandala parturientẽ. Vltimam quoq; dissolutionem nihil habere huiusmodi, quoniam similiter ex consilio Cardinalium dissoluisset, & propter vnionem Græcorum fiendam, ac ne cogeretur in criminali causa per procuratorem respondere, cum personaliter mala valitudine impeditus venire non posset. Sicq; cum ex prima dissolutione non fuisset in errorem fidei lapsus, persuaderi sibi nõ posse, Eugenium nunc dici relapsum, qui nec prima, nec secunda dissolutione fidem violarit.

FVit oratio Panormitani apud omnes magis laudata quàm probata. Id tamen habuit efficaciæ, vt postea verbũ relapsum ex Conclusionibus tolleretur, eiusq; loco poneretur prolapsum. Nec Panormitanus ipse omnino ab hæresi Eugenium audebat excusare, plusq; in prima quàm in secũda dissolutione vim faciebat, non tamen sine responsione recessit. Assurgens nãq; Iohannes Segouius Theologiæ peritissimus, reuerenter, submisseq; (vt tanto prælato cõueniebat) respondit: Fateri se inquit, quod de articulis fidei trifariam diuisis, Panormitanus dixisset, idq; ad suam causam facere, quia si ea pro articulis fidei tenenda essent, quæ ex determinationibus ecclesiæ resultarent, manifestum foret, Conclusiones, de quibus agitur, ex determinationibus ecclesiæ, hoc est Cõstantiensis Concilij redundare: quia si ibi Concilio generali papa subijcitur, quis est qui papam habere imperium in Concilium (quod est suum superius) dicat? stare q; Eugeniũ debuisse, quia Concilium, quod supra se est, eo inuito dissoluere non poterat, quem articulũ sine dubio violauit. Et si omnino dici quis velit, in prima dissolutione hunc articulum non esse læsum, quia nondum facta esset declaratio, sciat ille qui sic opinatur Romanum pontificem, non solum explicita fidei, sed implicita quoq; scire oportere, qui vicarius Christi & caput omnium existens, docere atq; instruere cunctos habet. At si omnino hoc effugiat, ex illo capite conuincetur, quia diutius in dissolutione sua post declarationẽ Concilij perstitit, nec determinationi ecclesiæ acquieuit, ideoq; si dissoluendo forsitan non errauit in fide, vtiq; in permanendo errauit, idq; bellissime ex dicto Clementis sæpe per Panormitanum allegati concluditur dicentis, Quia qui rebelliter viuit, & bona agere negligit, potius diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & magis infidelis quàm fidelis esse monstratur: sicq; non obediens ecclesiæ Eugenius, infidelis dici haud absurde potest. Nec verũ id fore, quod papa in fide non fuisset impetitus: Etenim in responsione tam illa, quæ incipit, Cogitanti, quàm alia, quæ, Sperant, Oratoribus papæ deditis aperte illa verba reperiri, hic articulus fidem concernit, malumusq; mori, quàm periganiam cedere: quo dicto satis admonuisse synodum patere, quia papa contra fidem veniret: ideoq; cum postea adhærendo reuocasset Eugenius dissolutionem, errorem quoq; fidei in ea contemptum reuocasse videtur, scandala quoq;, de quibus mentio fieret, propter errorem fidei esse subortat' quod aliqui subesse Concilio papam dicerent, negarent aliqui, ipsamq; doctrinæ diuersitatem scandala secum trahere. Expresse quoq; in adhæsione papæ reuocari assertiones, nomine papæ factas contra Concilij authoritatem. Et licet in huiusmodi reuocationibus nõ esset seruatus stilus & ordo iudiciorum: sufficere tamen in rebus talibus quod actum esset, cum Concilium contra papam ageret, quo in casu sola esset veritas obseruanda: nec esse Concilium iuri positiuo subiectum: vt seruare terminos, & iudicialem sequi strepitum debeat. Glossam autem illam singularem, quæ Romanam ecclesiam orbi præponeret, se omnino cõtemnere: beneq; singularem esse, quæ tam fatua diceret, indignumq; fore, vt illam quispiam sequeretur, miratiq; se de Panormitano, & alijs nostrorum temporum doctoribus, qui dum se glossarum extollere putant authoritatem, ipsam deprimunt, cum singularitatem adijciunt: singularis enim est glossa quæ sola est. Sed quis non pluris faciat glossam in omnibus locis idem sentientem, semperq; constanter loquutam, quàm vno tantum in loco aliquid asserentem, quod sine dubio possit per errorem videri assertum? Quantum vero ad veritatem, habere se Hieronymum doctorem grauissimum glossæ illi contrarium, qui orbem etiam, quo ad authoritatem, vrbe ipsa, id est Roma, maiorem esse non ambigit. Nec ista finire Segouius sine interpellatione potuit. Sæpe nanque Panormitanus verba ipsius interrupit: & nunc vnum, nunc aliud dictum confutari satagebat. Surrexit Argentis etiam episcopus, vir non solum eloquens, sed etiam animi plenus, acriterq; Panormitani dicta

Panormitanus Eugeniũ omnino excusare non audet.

Iohan. Segouius Panormitano rñdet

Habes hunc textum c. fi. 39. dist.

Pulchra, de glossa singulari.

Hierony. ad Euagrium

ni dicta & argumẽta disturbauit: plus tamen inter eos processum est, quàm disputãdi mo D
dus exigeret, neq; enim à probris abstinuerunt. Veniam tamen Argensis postea petijt, licet forsitan minus errasset, vt fit, quia semper inferiores oportet succumbere. Dixerat' forte Argensis, Romanum pontificem ministrum ecclesiæ fore: idq; ferre Panormitanus nõ poterat, tantumq; ea die seipsum & scientiam suam, quæ vtique maxima est, deseruit, vt papam ecclesiæ dominum asseuerare non vereretur. Cui Segouius: Vide quid ais Panormitane (inquit), honoratior titulus Romani pontificis ille est, quo seruum seruorum se dei appellat. Id enim ex eo est sumptum, quod Christus discipulis ait, cum quærerent, quis eorum esset maior futurus. Scis enim respondisse illum, Quia principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic, & reliqua, vbi dominatum omnino prohibuit: & Petrus, qui & ipse vicarius Christi primus fuit, Pascite (inquit) qui in vobis est, gregem dei prouidentes, non coacte, sed spontanee: & paulo post, neq; vt dominantes in clero. Quòd si filius dei Christus, non ministrari, sed ministrare venit, quo pacto eius vicarius dominabitur, aut dici dominus (ficut vis Panormitane) poterit? cum non sit discipulus supra magistrũ, neq; seruus supra dominũ suum: neq; vocemini magistri (inquit dominus), quia magister vester vnus est, Christus: & qui maior est vestrũ, erit minister vester.

Panormitan⁹ papã ecclesiæ dñm cõstituit

Vide q̃so adulatoris impudentiam.

Nota, papa & sui dominiũ affectant contra scripturas

Christiani & ecclesia p̃scripturas cõtrarium semper docuerunt

HAc responsione, inquietato paululum Panormitano, recessum est. Sequenti die generalis congregatio fuit, & post prandium ad Capitulum omnes redierunt. Rogatusq; sententiam Lugdunensis Archiepiscopus, Orator regius, vir inter omnes, & probitate vitæ, & scientiæ copia eminentissimus, postquam hæreticũ E
esse Eugenium pluribus rationibus comprobauit, amarè conqueſtus est, illorum ignauiam plurimum detestatus, qui talem hominem Romano pontificio præfecissent, omnesq; astantium animos commouit, vt secum calamitates vniuersalis ecclesiæ deplorarent. At Burgensis episcopus, Orator Hispanus, & inter prælatos apprime doctus, Conclusiones bifariam diuisit, aliasq; generales, aliasq; personales appellans. Egregieq; circa tres primas loquutus est: nullatenus se de ipsis dubitare asseuerans, nisi quod illa sibi adiectio dubia videretur, quæ fidei faceret mentionem. Plurimumq; illic immorari voluit, vt sacrũ Concilium supra papam esse ostenderet. Idq; postquam iure diuino, humanoq; probauit, physica etiam ratione asseruit: adductoq; in testem summo omnium philosophorum Aristotele, dicebat in omni regno bene ĩstituto, illud in primis desiderari, vt plus regnum posset, quàm rex: si contra reperiretur, id non regnum, sed tyrannidem dici debere. Sic etiam sibi de ecclesia videri. quod eam plus suo principe, id est papa, posse oporteret, quem sermonem sic ornate, sic suauiter disputauit, sic docte atq; verisice, vt omnes ab eius ore auide dependerent, iam non (vt in alijs fit) orationis finem, sed longam continuationem desiderantes, ipsumq; vnicum esse scientiæ speculum prædicarent. Vt vero alias ingressus est Conclusiones, opponereq; hic se voluit, visus est aliquantisper à seipso discedere, Burgensemq; esse desinere. Nec enim ille in verbis lepor, nec illa in oratione grauitas, aut in vultu hilaritas apparebat: ac si seipse potuisset cernere, admirationem sui forsitan habuisset. Quis enim vim quandam ac potestatem veritatis tunc non viderit, quæ homini pro se loquenti, sententias & verba suggessit? aduersus se autem prædicanti, etiam ipsam quæ innata erat, surripuit eloquentiam. Illud tamen Panormitanus ac Burgensis modestiæ ostenderunt, quia etsi veritates fidei esse non fatererentur, in eo tamen non suæ sententiæ acquiescendum dicebant, qui sacris literis non essent imbuti, sed Theologorum. Eleemosynarius vero Aragonum regis, vt est consilio callidus, nequaquam directe ad Conclusiones disputabat, sed furtim quædam argumenta collegerat, quibus nunc hic, nunc illic præstaret impedimentum. Aduersus quos & Abbas Scotia, vir subtilis ingenij, plurima disputauit, & Thomas de Corsellis inter sacrarum literarũ doctores insignis, quo nemo plura ex decretis sacri Concilij dictauit, vir iuxta doctrinam mirabilis & amabilis, sed modesta quadam verecundia semper intuens terrã, & velut latenti similis, pro Conclusionibus late & clare disseruit.

Lugdunensis archiep̃s, Orator regis Frãciæ.

Burgen̄. epũs & eius laus.

Concilium supra papam.

Veritatis vis. Quæ non minus in Aenea postea cõspecta sunt, iam existente sanctissimo.

F

Abbas Scotia Thomas de Corsellis.

NImis (vt video) rem protraherem, si quid singuli dxerint explicare pergam, fiamq; forsitan lectoribus tædiosus, hoc modo procedens: vtilius (ficuti mihi videtur) argumenta exponam, quibus ratæ Conclusiones fuerunt. Nec ego de quinque posterioribus sermonem habebo, quæ solum videntur in facto consistere, dum Eugenij personam respiciunt, solum tres primas mea disputatio complectetur. Subijciam igitur aliqua probationi accommoda, non quæ ipse cogitarim, aut meo studio ex obscurissimis scripturarum tenebris elucubrauerim, sed quæ ego in disputatione patrum audita memoriæ commendaui. Quantum ergo illinc haurire mea paruitas quiuit, eius authoritatis est prima Conclusio, vt ea probata, reliquæ veniant. In prima igitur vis maior, eaq; primitus dissertãda est, duoq; circa ipsam inuestigatu, examinatuq; digna se offerũt.

Disputationis materia.

A offerunt. Alterum: Nunquid generale Concilium authoritatem habeat supra Romanum pontificem? Alterum: An id credere fides catholica iubeat? Quæ duo si deduxerim, nihil est quod postmodum dubitare possimus. Quod autem Papa Concilio generali subesse debeat, egregie ratio per Burgensem episcopum deducta superius probat. Est enim papa in ecclesia tanquàm in regno rex, regem autem plus posse quàm totum regnum absurdum est: ergo nec papa plus posse debet, quàm ecclesia. Sed sicut nonnunquàm reges male administrantes, & tyrannidem exercentes, à toto regno excluduntur, eiiciuntur q̃; Sic etiam per ecclesiã, hoc est, per gñalia Concilia Romanos pontifices posse deponi, nõ est ambigẽdum. Neque hic ego illos audio, qui tam latam regibus attribuunt potestatem, vt eos teneri legibus nullatenus velint. Genus est enim adulatorum, qui aliter garriunt quàm ipsi sentiant. Etenim licet dicatur, in sinu principis ἐπιείκειαν semper fore, id ego intelligo, cum ratio suadet à verbis legis esse recedendum. Rex enim ille dicitur, qui est speculator ac procurator publici commodi, cui est cordi vtilitas subditorum, qui quæcunque agit, refert ad eorum quibus præest, commoditatem: quod si secus fecerit, non rex, sed tyrannus dicendus est, cuius est proprium vacare proprio emolumento. Hoc enim differt rex à tyranno, quod alter eorum quos regit, commodis inuigilat: alter suis intentus est. Quod vt manifestius fiat, subijcienda causa est, quę reges ab initio introduxit. Et quidem, vt Cicero in Officijs ait: Certum est, fuisse aliquot tempus, quo sine regibus viuebatur: At postquam iure Gentium possessiones cœperunt diuidi, non alia de causa reges sunt instituti, nisi iustitiæ fruendæ. Nam cum premeretur initio multitudo ab his qui maiores opes habebant, ad vnum aliquẽ virum confugiebant, virtute prę stantem, qui prohiberet iniuria tenuiores, æquitatem constituendo, summos cum infimis pari iure pertingerent. Cum q̃ adhuc regnantibus regibus
B debiliores nonnunquàm opprimerentur, leges constitui placuit, quæ ad iudicandum non odio, aut gratia ducerentur, sed tales inopi, quales potenti præstarent aures. Quo fit, vt leges non solum populum, sed regem quoque obligare sciamus. At si regem contemnere leges, rapere bona subditorum, violare virgines, stuprare matronas, omnia q̃ suæ libidini, & temeritati committere videamus. Nunquid congregatis regni proceribus, illo summoto alius sublimabitur, qui & bene gubernare iuret, & legibus obtemperare? Nempe, vt ratio suadet, sic etiam vsus edocet. Idem q̃ fieri in ecclesia, hoc est, in Concilio, quod in regno, consentaneum esse videtur. Sic q̃ satis apparet quod diximus, papam subesse Concilio. Illud tamen negari non debet: quia maior est papa quolibet alio Christiano. Et sicuti regi quilibet Baro de regno subijcitur, sic Romano pnntifici singuli ecclesiæ prælati parare tenẽtur. Sed his præteritis, cum Burgensi episcopo viro non minus docto, quàm eloquenti, ad diuina eloquia transeamus.

Conclusio. Papa subest Concilio

Hoc adulatorum genus regnat nostro tẽpore in ecclesia dei

Regum introductio.

Legum institutio.

Papa subesse Concilio debet.

FVndamento autem rei quam petimus, verba sunt redemptoris nostri Iesu Christi, cum in pluribus locis, tum ibi cum Petrum alloquitur, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. A quibus verbis, ideo placuit exordiri, quod aliqui verba hæc ad
C extollendam Romani põtificis authoritatem solent adducere, sed (vt statim patebit) alius est verborum Christi sensus, quam aliqui opinentur. Ait ergo: Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Magna quippe promissio, magna etiam verba domini. Etenim quid dici grandius potuit, quàm portas inferi aduersus ecclesiam prævalere non posse? Portæ vtique inferi (vt inquit Hieronymus) peccata significant. At si peccata expugnare ecclesiam nequeunt, certe nec maligni spiritus, qui nullam penitus in humanum genus, nisi per peccata vim habent, aliquid aduersus ecclesiam possunt. Eam q̃ ob causam, cum apud Iob dicatur: Nulla potestas super terram est, qui potestati maligni spiritus comparetur. Restat potestatem ecclesiæ omnibus potestatibus esse maiorem. Possumus etiam ex hoc dicto aliter quoque argumentari: quia si portæ inferi, id est, peccata, aduersus ecclesiam nihil queant, ecclesia ipsa impeccabilis esse monstratur: quod quidem de summo pontifice, qui homo & mortalis est, nemo dixerit, cum scriptũ sit: qa septies in die cadit iustus. At si ecclesia immaculata est, quia nec peccato potest deturpari, quis est qui peccatorem hominem impeccabili ecclesiæ præferat? Nec illis præstemus aures, qui verba illa Christi Iesu dicentis: Orauí pro te Petre, vt non deficiat fides tua, nolunt ad ecclesiam referri, quoniam sicut Augustinus in expositione psalmorum inquit, quædam dicuntur, quæ si propriẽ ad Apostolum Petrum pertinere videantur, non tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ipse cognoscitur in figura gestasse personam. Vnde alibi in quæstionibus noui & veteris testamenti, de his quoq; verbis: Rogaui pro te Petre quid ambigitur? Nunquid pro Petro rogabat, pro Iacobo & Iohanne non rogabat, vt de cæteris taceam? Manifestum est, in Petro omnes contineri: quia & alio loco apud Iohannem dicit: Ego pro his rogo, quos mihi dedisti: & volo, vt vbi ego sum, & isti sint mecum.

Locus ille, tu es Petrus, &c. interpretatur

Portæ inferi, peccata.

Cõtra id, Papam non posse errare

Interpretatio illius, Orauí pro te Petre.

Quo fit, vt ecclesiam frequentissime per Petrum intelligamus. Idq; hoc fieri in loco non ambigimus, aliter vero stare veritatis verba non possent, cum paulo post Petri fides ad tempus, Christum negando, defecerit. At fides ecclesiæ, cuius personam Petrus gestabat, semper intemerata permansit. De Romanis vero pontificibus liceret exempla admodũ multa referre, si tempus sineret: quoniam aut hæretici, aut alijs imbuti vitijs, sunt reperti. Nec nos fugit Marcellinum iussu Cæsareo idolis thurifi casse: alium vero quod maius & horribilius est, diabolica fraude Romanum pontificatũ ascendisse. Nobis tamen illud Pauli ad Hebræos sufficit testimonium, qui omnem pontificem infirmitate, id est, prauitate peccandi circundatum esse dicit. Ecclesiam autem impeccabilem permanere, etiam alia ipsius Christi testimonia comprobant. Apud Matthæum ait: Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Quæ verba non solum Apostolis (ipsi enim vsq; ad seculi finem non permanserunt) sed etiam successoribus dicta fuerunt, nec tunc voluit Christus significare se deum per omnia fusum, quomodo etiam in peccatoribus deprehenditur, sed speciale quoddam donum gratiæ ostendere per assistentiam suam, qua sanctam ecclesiam in Apostolis, eorumq; successoribus consistentem seruaret immaculatam. Alibi quoque: Ego rogabo (inquit) & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest capere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem eum cognoscetis, quia apud vos manebit. Quæ verba cum discipulis Iesu dicta sint, ad successores quoque, & sic ecclesiæ dicta intelliguntur, ac si in æternum spiritus veritatis in ecclesia est, nemo negare debet ecclesiam permanere incorruptam. Ex ea quoq; authoritate, qua dicitur sponsus ecclesiæ Christus, quis non videt incontaminandam fore ecclesiam? Sponsus nanque & sponsa (vt Apostolus inquit) duo sunt in carne vna: carnem autem suam, vt idem subijcit, nemo odio habet. Eoq; fit, vt Christus ecclesiam odire non possit, quoniam sponsa est, eademq; caro cum ipso, ac se odire non potest: ergo non peccat ecclesia. Nam si peccaret, odio haberetur. Peccatores nanque, vt alibi dicitur: Deus odio habet. Quæ authoritates, vt inuicem connecti queant, fateri cum Apostolo debemus, ecclesiam dei non habere maculam neque rugam. Qui etiam ad Timotheum scribens, ecclesiam ipsam columnam, & firmamentum veritatis fore asseuerat. Vnde in Canticis sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Sylvestrũ. II. notat.
Ecclesia impeccabilis.
Pontor papa.

Egregia obiectionis solutio.

EXterrere aliquos verba hæc possent, dum fore impeccabilem ecclesiam astruo. Nam cum in ecclesia contineantur omnes qui Christiano censentur nomine, quiq; in communi credentia articulorum fidei, & sacramentorum participatione conueniunt, vereor ne qui me omnes homines impeccabiles dixisse opinentur, quæ sententia tantum à mea abest, vt eius oppositum verum putem. Existimo enim, quia nullus sit in ecclesia impeccabilis, mortali carne vestitus. Nec ista inter se pugnant: habet enim hoc ecclesia, vt licet singula membra peccare possint, totum tamen corpus non possit. Semper enim in ecclesia viri sunt aliqui boni, qui licet humanæ fragilitati subditi sint, virtutis tamen perfectæ perfecto funguntur munere, domitisq; carnalibus desiderijs hostiam se deo placẽtem exhibent. Nec vulgari nonnullorũ opinioni consentio, qui tempore dominicæ passionis solam virginem aiunt in fide perstitisse. Vnde audent aliqui dicere, sic extenuari fidem posse, vt ad vnam solam aniculam reuertatur. Quorũ iniam, ne dicam insaniam, aperte mihi videtur Paulus explodere, cum ad Romanos ait: An nescitis in Helia, quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersus Israel: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Bahal. Etenim quid aliud ibi responsum diuinum indicat, quàm fatuam esse illorum opinionem, qui ad tam paucos redigi ecclesiam arbitrantur? Oportet vtique nos credere verbis Christi, quæ omnia illis repugnant, qui solam virginem perseueraſſe in fide prædicant. Ait nanque ad patrem Iesus: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et: Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Ecce quia orat Christus, ne Apostoli cadant: Orans autem Christus, absque dubio auditur. Alibi enim dicit: Scio quia me audis. Sed quo pacto auditur, si omnes pro quibus orat, vt isti rabulę dictitant, in passionis tempore deuiarunt? Exemplum. Quo pacto Iesus matrem suam charissimam, in cruce pendens, Iohanni commendasset, si is aut iam erat, aut statim futurus erat alienus à fide? Centurio præterea nunquid è vestigio clamat? Vere filius dei erat iste. Iudæi quoq; illo intempore, qui ab Hierosolymis longe aberant, & dici fideles poterant, & in sua fide saluari, cum (sicut Apostolus ait) ad Euangelium homines obligentur, postquàm eis innotuit. Relinquamus igitur istos, & quod est vero similius, teneamus fuisse, esseq; semper in ecclesia non paruum bonorum homi-

Error qui solam Mariam constantẽ adhæsisse Christo in morte aiunt.

A hominum numerum iudicemus: ab illis q̃, vt à parte digniori ſanctam & immaculatam denominemus eccleſiam, quæ tam malos quàm bonos complectitur. Eccleſia nanque ſagenæ miſſæ in mari comparatur, ex oñi genere piſcium congreganti. Et rurſus: Homini regi qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias. Et ſubdit: Et congregauerunt bonos & malos, quotquot inuenerunt. Erronea enim eſt illorum opinio, qui ſolos bonos contineri intra eccleſiam dicunt: quæ ſi vera eſſet, omnia confunderet, nec vbi eccleſia foret, ſcire poſſemus. Cum autem (ſicut ſcriptura dicit) nemo ſciat, vtrum ſit dignus odio vel amore, approbatior verior q̃ illorum ſententia eſt, qui omnes fideles intra eccleſiam recipiunt, quorum licet pars magna voluptatibus & auaritiæ ſeruiat, aliqui tamen ſemper ſunt à peccatis mundi mortalibus, quæ pars vt dignior denominationem dedit eccleſiæ, vt ſancta diceretur: quod tam frequens factum eſt, vt in ſymbolo, decenter decantare præcipiamur. Vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam eccleſiam, quem articulũ octauum, ſynodum Conſtantinopolitanam alijs adieciſſe ferunt. Quare ſi ſancta eſt eccleſia, impeccabilis quoq; eſt, vt ad inſtitutũ redeam. Sanctum em̃ (vt Macrobio, Trebatium referenti placet) interdũ idem eſt quod ſacrum, idem q̃ quod religioſum, interdũ vero idem eſt quod incorruptũ. Vnde & illud: Sancta ad vos anima, atq; iſtius inſcia culpę. Deſcendã. Non em̃ ſacro aut religioſo eius anima tenebatur, quam ſanctam, hoc eſt, incorruptã voluit oſtendere. Eo q̃ modo ſanctam prædicamus eccleſiam, quam Petrus apoſtolus immaculatã dicebat, ſicut in famoſa Clementis epiſtola legimus. Ad hoc etiam tendit, quod dicitur apud Paulum, caput eccleſiæ fore Chriſtum. Nam ſi eccleſia peccaret tota, nequaquàm

B ſuo capiti conueniret Chriſto, qui nulla vnquàm ex parte corruptus exiſtit. Hoc itidẽ apud Matthæum ſignificare voluit Chriſtus, cum domum illam collaudat, quæ fuerat ſupra firmam petram ædificata, cui nec venti potuerunt officere, nec pluuiæ. In domo dei (inquit Apoſtolus) quę eſt eccleſia, ædificata ſupra firmam petram, quæ (ſicut idem Apoſtolus prędicat) erat Chriſtus. Eccleſiam ergo ſupra Chriſtum fundatam, quis eſt tam demens, aut tam ſui oblitus, vt peccato ſubditam eſſe velit? quis q̃ non potius cum Propheta exclamet? Domine dilexi decorem domus tuæ. Hinc illa Iohannis aurea ſententia, cui etiam aureum os fuiſſe prædicant, qui ait: Non ceſſat impugnari eccleſia, non ceſſat inſidias pati, ſed in nomine Chriſti ſemper ſuperat, ſemper vincit: & quamuis alij inſidient, quamuis repercutiant eam fluctus, fundamentum tamen quod ſupra petrã eſt, non quaſſatur. Hilarius quoque: Proprium eſſe ſolet eccleſiæ (inquit) vt tunc vincat, cum læditur: tunc intelligat, cum arguitur: tunc ſecura ſit, cum deſeritur: tunc obtineat, cum ſuperata videtur.

Eccleſia complectit tã bonos, q̃ malos.

Matth. 22.

Lib. 2. Satur. cap. 4

MVltis (vt mihi videtur) rationibus ac teſtibus probatum eſt, eccleſiam non errare, quod de Romanis pontificibus non aſſeritur, quæ ratio haud inepte ſummum pontificem eccleſiæ ſubijcit. Conuenies enim eſt, vt perfectioribus minus perfecti ſubdantur. Sunt tamen & alia teſtimonia, aliæ q̃ rationes, de qbus etiam hoc in loco aggrediar dicere. Si authoritas quæritur (inquit Hieronymus) libenter em̃ in eius ſententijs tanquàm in agro fertili verſor, orbis maior eſt vrbe. Quid tum obſecro Hieronyme, magnus eſt Papa, quia Romanæ præeſt eccleſiæ? magna eius ẽ authoritas, ma-

C ior tamen eſt vniuerſalis eccleſia, quæ non vrbem vnam dumtaxat, ſed totum complectitur orbem. Exhinc ſi mater omnium fidelium eſt eccleſia, Romanum etiam pontificem in filium habet. Aliâs vero (ſicut beatiſſimus prædicat Auguſtinus) nunquàm habebit deum patrem, qui eccleſiam noluerit recognoſcere in matrem. Quod Anacletus intelligens, vniuerſalem eccleſiam (vt Canoniſtæ ſciunt) matrem ſuam appellat. Et Calixtus, ſicut filius, ait, venit facere voluntatem patris, ſic & nos implere voluntatem matris noſtræ, quæ eſt eccleſia. Vnde apparet tanto ſuperiorem eſſe eccleſiam Romano Pontifice, quanto eſt matre inferior filius. Supra etiam diximus, eccleſiam Chriſti Ieſu ſponſam fore. Papam vero vicarium eſſe ſcimus. At nemo ſic vicarium ſuum inſtituit, vt eius ſponſam illi ſubijciat. Quinimo plus arbitrij in rebus arduis habere creditur ſponſa, quàm vicarius, cũ illa vnum cum ſponſo corpus exiſtat, vicarius non idem cum domino. Nec Pauli ad Romanos verba præteribo: Omnis (inquit ille) anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nec excipit animam papæ. Quare cum nullus alius mortalium ſupra Papam ſit neceſſarium videtur, vt illum eccleſiæ ſubijciamus. Nec ideo ſe putet exemptum, quod ei dictum à Chriſto fuerit. Quodcunq; ligaueris, & reliqua. In eo nanq; (vt poſt dicemus) perſonã ferebat eccleſiæ; cui etiam dictum reperimus: Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, ligata erunt & in cœlis. Vlterius, ſi omnis poteſtas à Chriſto conceſſa, vt ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Data eſt in ædificationem eccleſiæ, & non in deſtructionẽ. Cur non eccleſia ſummũ pontificẽ clauibus abutentem, & omnia deſtruentem, corripere poſſit? Adde & aliud argumentum: Homo in hac vita minor eſt angelis. Legimus nanq; apud Matthęum de Iohanne Baptiſta: quia qui minor eſt in regno cœlorũ, maior eſt illo. Alibi tamẽ dixerat veritas: Quod inter natos mulierum

Probat autoritatibus, Papam ſubeſſe Concilio

Quodcunq; ligaueris, &c.

Pontificẽ abutentem clauibus, Eccleſia deponere poteſt.

lierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Sed perge vlterius: Angelis credere homines (exemplo Zachariæ) coguntur, ne, ficut ille, cæcitatis incurrant vitium, non credentes. Quid plus, Romanus Pontifex homo est, ergo angelis minor, & angelis præstare tenetur fidem. At angeli ab ecclesia discunt, eiusque doctrinæ reuerenter acquiescunt, vt apud Ephesios inquit Apostolus: ergo & summus pontifex idem tenetur efficere, & qui minor est angelis, minor est ecclesia, quæ illis est maior: cuius nempe tanta est authoritas, vt recte, per Augustinum soli æquiparetur: quoniam sicut cætera lumina, sol vnus euincit, sic omnes authoritates ecclesia superat. Vnde eiusdem Augustini legitur dictum: Euangelio non crederem, nisi me authoritas ecclesię commoueret, quæ nusquàm de Romano Pontifice dicta reperiuntur, qui cum vicem gerat ecclesiæ, eiusq; administrator existat, nequaquàm putandus est aut domino maior, aut æqualis. Maximè tamen Romanum Pontificem subiectum esse ecclesiæ, verba ipsius Christi saluatoris, & domini nostri ostendunt: cum, sicuti post dicemus, Petrum futurum Papam, ad ecclesiam remittit, inquiens: Dic ecclesiæ, ad cuius authoritatem etiam illa pertinent verba: Qui vos audit, me audit: non solum Apostolis, sed eorum quoque successoribus, & toti ecclesiæ dicta: Quo fit, vt si ecclesiam Romanus Pontifex non audiat, Christum quoque non audiat, & tanquàm Ethnicus & publicanus haberi debeat: quia (vt etiam asserit Augustinus) cum excommunicat ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus, & cum soluit, soluitur: quo dicto, tam Papa quàm alij continentur, ex eo tamen illoꝝ maxime vesania confutatur, qui dari per Synodũ generalẽ, remissionem plenariã inficiantur: cũ Synodus (vt postea ostendemus) vniuersalẽ ecclesiã repręsentet: illos tñ hæreticoꝝ loco habendos censeo: qm̃ si hęreticus est, qui Romanæ ecclesiæ primatũ aufert, vt Constantiensis Concilij decreta demonstrant, quanto magis hęreticus erit, qui ecclesiæ detrahit authoritati, in qua Romana & omnes aliæ continentur?

Papa non audiens ecclesiã Ethnic⁹ sit & publicanus.

Bone deus vereor, ne multos Romana ecclesia papas habuerit Ethnicos.

Constantien. Concilium hęreticos iussit esse, q̃ primatum auferrẽt Ro. ecclesiæ

OPinio (ficut iam liquet) omnium mortuorum est, si opinio vocari debet, quæ idoneis cõfirmat authoribus, quia Ro. Pontifex vniuersali ecclesiæ subiectus existit, neque hoc viuentes negare audent. Illud autem apud aliquos reuocatur in dubium, an id quoque de generali Concilio credi oporteat. Sunt enim aliqui, siue auidi glorię, siue quod adulando præmia expectant, qui peregrinas quasdam, & omnino nouas prędicare doctrinas cœperunt, ipsum q̃ summũ pontificem ex iurisdictione sacri Concilij demere non verent. Excęcauit nanq; illos ambitio, à qua non solum hoc modernũ, sed omnia vsq; in hanc diem schismata, suborta reperiuntur. Nanq; vt olim pestiferam illam bestiam, quæ per Arrium primo quasi de infernis extulerat caput, cupiditas episcopatus induxit: sic hodiernam hęresim illi prędipue nutriunt, quos iam mendicare suppudet, quoꝝ alius clamat, subditorum facta iudicari à Papa, Romanum vero Pontificem solius dei reseruari arbitrio. Alius dicit, quia primam sedem nemo iudicabit, quod neq; ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; à regibus, neq; à populo valeat iudicari. Alius asserit, electionem summorum pontificum sibi dominum reseruasse. Alius vero asserere non veretur, Romanum pontificem, quàmuis animas cateruatim secum ad inferos trahat, nullius reprehensioni fore subiectum. Nec considerant miseri, quia quæ prædicant tantopere verba, aut ipsorum summorum pontificum sunt, suas fimbrias extendentium, aut illorum qui eis adulabantur. Et quia huiusmodi dicta solutionem habent, recurrunt statim ad euangelium, & verba Christi non prout spiritus sancti sensus exposcit, sed suopte ingenio interpretantur. Plurimum q̃ illud extollunt, quia Petro sit dictum: Tu vocaberis Cæphas, per quod eum caput ecclesiæ faciunt: Tibi dabo claues regni cœlorum. Et: Quodcunq; ligaueris super terram. Et: Rogaui prote Petre, vt non deficiat fides tua. Et: Pasce oues meas. Et: Duc in altum rete. Et: Noli timere, iam ex hoc eris homines capiens, quod q̃ soli Petro tanquàm Apostolorũ principi Christus mandauerit pro se & ipso stateremdare, & quia Petrus traxit ad terram rete plenum piscibus magnis, & quod solus Petrus ad Christi defensionem gladium euaginauit. Quæ omnia hi homines miro modo sublimant, expositionibus sanctorũ doctorum omino posthabitis, quas (si vt par esset) considerarent, manifeste cognoscerent: quia ex authoritatibus supradictis Romanus pontifex non coniũctim, sed separatim omnibus præest. Sed his modo prętereitis, quia responsio per infrascripta patebit: quid nos à doctissimis viris de hac quæstione audiuerimus, hora exposcit, vt in medium afferamus. Illud q̃ in primis cupio notum, quia Romanum Papam omnes qui aliquo numero sunt, Concilio subijciunt. Ad cuius rei probationem omnia fere repetunt, quæ superius de ecclesia recitauimus. Competere nanq; generali Concilio omnia putant, quæ ecclesiæ. Primo q̃ huc trahũt illud euangelicum: Dic ecclesiæ, quo in loco scire conuenit, quia Petro futuro summo pontifici Christus loquebatur, instruens eum, quid esset facturus circa fratris correctionem. Ait igitur, si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solũ: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum testiũ,

Hi sunt Canonistæ, & magna pars scholasticoꝝ theologoꝝ & frẽs mendicantes.

Vide, an sine cã hodie clamant viri boni, nõ ferentes blasphemiam ex ore bestiæ prolatam.

Ridiculę ad romanã ecclesiã Petro dicta torquent̃ post habitis sanctoꝝ patrum interpretationibus.

Generali Concilio competere omnia quę ecclesiæ.

A rum testium, vel trium stet omne verbum: quod si non audierit, dic ecclesiæ: Quid igitur hic per ecclesiam intelligemus, an fidelium multitudinem, vbique gentium dissipatam? Iugum meum (inquit dominus) suaue est, & onus meum leue: at quomodo leue, si præcipit Christus, quod factu est impossibile? Quo enim pacto potuisset Petrus ecclesiam alloqui dispersam, singulosq; Christicolas hostiatim per ciuitates & oppida vestigare? Alius est profecto verborum huiusmodi sensus: aliterq; interpretationem fieri oportet, quæ vt rite à nobis fiat, duplicis personę, quam Petrus gestauit, meminisse nos conuenit, summi Pontificis, & hominis priuati. Dum in Petro priuatum hominem recognoscimus, haud inepta illorum est expositio, qui per ecclesiam prælatũ ecclesiæ recipiunt. Docuit em̃ nos Christus, vt ad episcopos nostros recurramus, vel ad ipsum Romanum Pontificem, cum fratres aduersus nos haberemus peccantes. At cum in Petro Romanum Papam suscipimus, ridenda magis quàm probanda expositio est huiusmodi. Nec enim ad Papã, id est, ad seipsum, vel ad prælatum alium, hoc est, ad suum inferiorẽ remittendus est Papa. Fit nanque huiusmodi remissio, vt qui Papam non veretur, alium vereatur. Verum cum in ecclesia nemo sit eminentior Papa, exploratum est, quia qui Romanum Papam non veretur, alium non verebitur. Vt igitur verus & sanus maneat intellectus, vim verbis facere non oportet, planus est, & per se lucidus horum sensus verborum, nec suppletione, nec alteratione hic textus indiget euangelicus. Videndum nobis est, quid hoc verbum ecclesia significet, quod bis tantum in ore Christi fuisse, reperimus, hic scilicet, & cũ Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc

Interpretatio illius, Dic ecclesiæ

Ecclesia quid.

B petram ædificabo ecclesiam meam. Ecclesia ergo conuocationem significat multitudinis. Dic ecclesiæ, id est, dic multitudini fidelium congregatæ: qui cum non soleant, nisi in generali Concilio conuenire, bellissima interpretatio erit. Dic ecclesiæ, id est, dic Concilio generali: libenterq; hoc in passu audire vellem, si qui sint, qui proprie magis exponi hæc verba in prælato existimẽt, quàm in Concilio, cum singularem hominem pro multitudine ponant, qđ si admitti in sacra scriptura debeat, nihil post hac firmũ reperiemus. Cæterũ si de nostro sensu quisq; miret, scrutari eũ veteres volo codices: inueniet em̃, quia nec noua nec peregrina, nec mea est interpretatio, sed sanctorum patrum, veterumq; doctorum, qui primi ecclesiam illuminarunt: vt testimonio est Gregorius Papa, non minus sanctimonia vitæ, quàm literarum peritia memorabilis: cuius ad Constantinopolitanum episcopum hæc in registro verba leguntur: Et nos quidem (inquit) in quibus talis, tantaq; per ausum nepharium culpa committitur, seruamus quod veritas præcipit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, & reliqua. Post subdit: Si in mea correptione despicior, restat, vt ecclesiam debeam adhibere, quæ verba satis manifeste ecclesiam pro generali Concilio suscipiunt. Nec enim diffusam vndique ecclesiam, sed in vnum collectam, id est, generale Concilium, adhibiturum se Gregorius promittebat. Quod enim vbiq; diffusum est, adhiberi non possit, nisi congregetur. Nicolaus etiam Papa regem Lotarium de concubinatu redarguens. Quod si id non egeris (inquit) præcaue, ne hoc sancte ecclesiæ dicãmus: quo dicto, non se iturum per orbem omnesq; viritim certionaturum Nicolaus dicebat, sed conuocaturum ecclesiam, id est, generale Concilium, ibique Lotharij crimen publicaturum, vt qui Romani iussa Pontificis contẽpsisset, generalis Concilij reuerentiam pertimesceret. Possem in hanc sententiam infinitos penè citare testes, qui omnes idem saperent, sed vnum pro omnibus,

Concilium Constantien. se Papam concilio subiecit.

C ac præ omnibus sufficere debet Constantiensis Concilij testimonium. Eo nanque in loco, vbi aduersus Petrum de Luna fertur sententia, de eo his verbis habetur mentio: eaq; in generali Concilio locum habere dicuntur. Quibus ex verbis plus illud habemus, quia non solum Papa in correptione fratris ad Concilium remittitur, vbi per se non potest, sed etiam vbi de ipsius Papæ correptione agitur, ad Concilium est recurrendum. Vnde apparet verissimã esse interpretationẽ nostrã, quę nobis ecclesiam in generali Concilio exponit. Hinc est quod in Actibus Apostolorum congregationes quæ tunc fiebant, appellabantur ecclesiæ. In Concilio quoq; Niceno, & in alijs, cum aliquis excommunicaretur, semper fere subiungitur. Hunc excommunicat catholica & apostolica ecclesia. Atq; ex hoc introductus est ille Conciliorum titulus, quo sacrum generale Concilium, vniuersalẽ ecclesiã repræsentare dicimus. Vnde & leges Concilij (vt Canonistę volunt) & bene volunt, leges ecclesiæ nuncupantur. Nec enim alibi ecclesia, quàm in generali Concilio leges promulgat, nisi & leges ecclesiæ appellemus, Romanorum pontificum constitutiones: quod minus proprium est, quàm in Concilio: vbi, licet non omnes ecclesiasticæ personæ conueniant: plurimæ tamen interesse solent: & in illis quæ veniunt, tota residet potestas ecclesiæ. Vnde in Actibus Apostolorum legimus: Quia placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia. Etenim licet illic non essent cuncti fideles, quod eorum pars magna tunc Antiochiæ moram trahebat, tota tamen ecclesia dicitur, qa tota potestas in Concilio residebat ecclesię. Pariq; ratione ædita per Niceną Concilium, tanquàm per catholicam ecclesiam ordinata suscipimus,

Actus Apostolorum.

Cõcilium Nicænum.

Conciliorum titulus Roma. Ponti. Constitutiões minus ꝓprie, leges ecclesiæ appellant.

licet

Aedita p̃ concilīū Nicænū, per catholicā ecclesiam ordinata suscipimus.

licet non oēs episcopi Niceæ fuerint. Nec ego minoris authoritatis Constantiense Concilium existimauerim, quàm Nicænum: licet illic maior episcoporum numerus conuenisset, quo tempore impletum erat illud propheticum: Quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hodie vero si minores habentur synodi, minor quoq; & arctior Christiana religio facta est, non tñ propterea minor est authoritas. Sed ne longius euagemur: illud nobis sat est, quod per ecclesiam Concilīū intelligimus generale. Vt ergo ad institutum redeamus, redemptorem nostrum Petro dicentem, audiamus: Si peccauerit in te frater tuus, vsq; ibi, dic Ecclesiæ: Concilium q̃; per ecclesiam sumamus. Quis hic maior erit, is ne, qui remittitur ad Concilium, an Concilium ipsum ad quod Petrus remittitur? Remittit veritas summum pontificem ad generale Concilium. Cur hoc? nempe, vt non dedignentur Romani Papæ aliquam in terris potestatem supra se recognoscere, quam & in rebus prægrandibus consulant, & illius determinationibus acquiescant. Vnde & Petrus alio nomine Simon est appellatus, quod (vt Rabano placet) in homilijs Hebraica lingua interpretatur, obediens, vt intelligerent omnes, etiam in Romano pontifice necessariam esse obedientiam.

Per ecclesiam concilium intelligitur.

Simō obediēs Necessaria in Rom. Pontifice obedientia

Vnius hoīs libidinem sustinere conātur fautores Ro. pont. & priuatum bonū cōi anteuertunt.

Zacharias Chalcedonensis episcopus.

SVfficere nobis Constantiense Concilium posset, cuius non minor authoritas fuit, quàm illorum quatuor, quæ doctor illustris Gregorius, vt quatuor Euangelia venerari se dicit. Sed libet in hac re paululum immorari, nullum q̃; omnino locum aduersariorum temeritati relinquere, qui dum vnius hominis libidinem sustinere conantur, dum q̃; priuatum bonum communi anteuertunt, incredibile est, quantas errorum nebulas excitent. Aduersus quos, cum multi alij, tum præcipue Zacharias Chalcedonensis episcopus, vir & re & nomine excellens, armatus venit. Qui cum in Chalcedonensi sancta & mangna Synodo, Romani pontificis sententia sibi obijceretur, Nicolai Papæ & aliorum patriarcharum principem esse, Canonem replicauit. At Zosimus Papa sic de statutis generalium Conciliorum ait: Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritatis: nec de statutis patrū, aut in vrbibus, aut in hæremis disgregatorum loquitur. Illa enim Papam non ligant, sed de his quæ in generalibus Concilijs per patres æduntur. Quod (vt clarius liqueat) Leonis Papæ omnium Romanorum pōtificū eloquentissimi subijcienda sunt verba, qui æditionem Nicæni Concilij, nulla vnquàm ex parte solubilem fore ad Anatholium scribit, quasi seipsum, & sic summum patriarcham excludens. Damasi vero clarior in hanc sententiam est authoritas ad Aurelium archiep̃m scribentis, sicut in libro Conciliorum narrat Isidorus, cuius dignissima de authoritate Synodali hæc verba leguntur: Quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos Canones, non necessitate compulsi, sed libenter (vt præfixum est) aliquid, aut proterue agunt, aut aliquid præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Cuius blasphemiæ, an Gabriel, qui se dictitat Eugenium, sit hodie particeps, illi dijudicent, qui eum audiunt asserentem, tantum à se abesse, vt generalibus Concilijs debeat obedire, vt se tunc maxime dicat mereri, cum Concilij decreta contēnit. Sed addit Damasus. Idcirco norma sanctorum Canonū, qui sunt spiritu dei, & totius mundi reuerentia consecrati, fideliter à nobis est scienda, & diligenter tractanda, ne quo modo sanctorum patrum statuta absque ineuitabili necessitate, quod absit, transgrediamur. Hodie tamen passim in omnibus literis apostolicis, non obstantię reperiuntur, quas nulla induxit alia necessitas, quàm pecuniæ cumulandæ, sed de his ipsi viderint, qui talia struunt. Nos iterum ad Damasum redeamus. In epistolis nanq; Ambrosij Mediolanensis episcopi mentio inuenitur cuiusdam epistolæ, quam ipse Damasus scripsisse fertur iudicibus à Capuana Synodo deputatis, vbi ostendit sui officij non esse, in causis manum apponere, in quibus Synodus præueniisset, quo dicto illos manifeste redarguit, qui summum pontificem Concilij principem dicunt, quod si verum esset, potuisset vtiq; Damasus causam Bonosij episcopi ad se recipere terminandam, quàmuis per Concilium prius cœptam. Sed quoniam Synodus maior est Papa, prohibitum se Damasus nouit. Vnde Hilarius papa, sciens Synodum supra se fore, vt Canonistas non fugit, decreta sua per Concilium voluit approbari. Neq; in hac sententia doctorum omnium doctor Augustinus desideratur, qui sic in epistola, quam ad Glorium, & Eleusium, ac Felicem grammaticum scribit, casum enarrat. Accusabatur Cecilianus episcopus per Donatum, & alios quosdam. Melchiades Papa cum quibūsdam episcopis Cecilianum absoluit, & in episcopatu confirmauit. Illi hac sententia irritati, scissionem in Aphricæ partibus induxerunt. Increpat illos Augustinus, qui cum aliud haberent remedium aduersus Papæ sententiam, schisma potius eligissent. In eos q̃; per hūc modum inuehitur. Ecce putemus illos episcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuisse: restabat adhuc plenarium ecclesiæ vniuersalis iudicium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, vt si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur.

O vocem indignam carnifice, ne dicam episcopo Romano

In oībus apostolicis lr̄is cōtra sanctos cōciliorum Canones dispensatur, de quo viderint qtalia statuunt

Hilarius Papa sua decreta per Synodū voluit approbari.

Vnde

A Vnde apparet, non solũ papæ solius, sed papæ etiam cũ adiunctis episcopis sententiã per Concilium posse rescindi: plenarium enim vniuersalis ecclesiæ iudicium nusquã alibi, quàm in Concilio reperitur. Nec aliquẽ moueat: quod Augustinus de solis episcopis mentionẽ facere videatur. Nam si textus epistolæ perlegatur, Romanus pontifex cum episcopis iudicasse inuenietur. Ex Concilijs etiam Aphricanis prohibiti sunt Romani pontifices, ne appellationes illorũ audirent, qui à synodo appellassent: quæ omnia superioritatem Conciliorũ ostendunt. Idq; in actibus apostolorũ liquidius demonstratur, vbi Petrus per congregationem apostolorũ reprehenditur, q; ad Cornelium gentilem introisset, tanquã non liceret eum magni aliquid facere sine scitu Concilij: & tamen tam sibi q̃ alijs dictum fuerat: Ite & baptizate, & reliqua. Plus tamen illud videtur vrgere, quod ad Galatas scribit gentium doctor Paulus, vbi se ideo restitisse Petro in faciem dicit, quod ad veritatẽ Euangelij non ambularet. Cuius verba, si recte intelliguntur, nil aliud per veritatẽ Euangelij suscipiunt, quàm canonem Concilij inter apostolos æditum, quoniam sic discipuli in vnũ congregati determinassent: vnde ostendit Paulus, quia oportebat Petrum generali Concilio obedire. Cæterũ, ne vlterius hæc disputatio nos teneat, subijcienda est Constantiensis Cõcilij determinatio, quod volẽs ambiguitatem huiusmodi referare, certamq; viuendi legẽ elargiri, solenni decreto declarauit: omnes homines cuiuscũq; status aut conditionis, etiã si papatus existerent, statutis, & ordinationibus sacrorũ generaliũ Conciliorum obedire teneri. Et quamuis ibi quædam restrictio sit, dum dicitur, in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationẽ ecclesiæ in capite & in membris. Notanda est tamen ampliatiua clausula, quæ subiungitur, & in pertinentibus ad ea: quæ adiectio adeo prægnans est, vt omnia quæ cogitari possunt, in ventre claudat, nec immerito. Cum enim ait apostolis dominus: Euntes, docete omnes gentes: non dixit, in tribus tantum, sed, docentes eos seruare omnia quæcunq; mundaui vobis: & alibi, non istud, aut illud, sed: quæcunq; ligaueritis inquit, quæ omnia pro authoritatẽ ecclesiæ, generaliũq; Conciliorũ deducuntur: ad quam extollendam, illa etiam veniunt: Qui vos audit, me audit. Et. Vobis datũ est nosse mysteriũ dei. Et: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo. Et: Quæcunq; petieritis. Et: Pater sancte serua illos quos dedisti mihi. Et: Ego vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Et ex Paulo: Dei adiutores sumus. Et: Qui nos fecit idoneos ministros noui testamẽti. Et: Ipse dedit quosdã quidem apostolos, quosdã autem prophetas, & reliqua. In quibus omnibus locis, & Christus, & Apostolus de authoritate plurium loquuti sunt: quæ omnia ad vniuersalis ecclesiæ præeminentiam afferunt. Sed cũ ipsa nihil sparsim statuere aut ordinare queat, necessario dicendũ est, supremã illam ecclesiæ potestatem in generalibus Concilijs, dũ tamen illa conueniunt, residere. Ideoq; obseruatum est in primitiua ecclesia, vt ardua negotia non nisi in generalibus Concilijs, siue congregationibus expedirentur. Idem quoq; postea factũ reperimus. Cum enim diuisæ forent ecclesiæ, & aliter atq; aliter de fide Christi sentirent, generalia Concilia habita sunt, & in Nicæno, Arriana: in Constantinopolitano, Macedoniana: in Ephesino, Nestoriana: in Chalce
C donensi vero Eutitiana hæreses condemnatæ reperiuntur: quod ad rem tantã iudiciũ Romani pontificis non existimabant sufficere, longeq; vim habere maiorẽ Concilij q̃ Romani papæ sententiã arbitrabantur, quod istũ vt hominẽ posse: illud autẽ, in quo tot simul homines, spiritu sancto directore conuenirent, errare non posse diiudicarent. Pulcherrimaq; ad propositũ Marciani Cæsaris verba narrantur in hunc modũ: Vere impius atq; sacrilegus est, qui post tot sacerdotũ sententiam, opinioni suæ aliquid retractandũ relinquit. Extremæ quippe dementiæ est, in meridie & perspicuo die cõmentitũ lumen quærere: quisquis enim post veritatẽ repertam aliquid vlterius discutit, mendacium quærit.

CONstare iam omnibus arbitor, Romanũ pontificem subesse Concilio. Subdubitare tamen aliqui solent, an etiam deponi per Concilium possit, quia etsi probatum est, papam subesse Concilio, non tamen fateri volunt idcirco posse deponi: de qua re non erit extra propositũ pauca dissertare. In primisq; de nostris rabulis aliqua dicere, qui pro defensione Romani pontificis adhuc instant, vnoq; victi plio, aliud instaurant, vt qui pertinacia magis q̃ ignorantia contendunt: hi hoc etiam loco repeti volunt, quæ superius de Romani pontificis, seu patriarchæ retulimus eminentia: vtq; sunt nonnulli magis verbosi q̃ eloquentes, plurimũ in eo cõmorantur, quod Petro veritas dicit: Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et: Quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis: quasi per illa verba princeps fieret aliorum. Iterumq; illud amplificant, dum dicitur: Pasce oues meas, quod alijs minime dictum inueniunt. Et quia dicitur, Petrum fuisse verticem, & os collegij apostolorum, ideoq; recte dictum censent, quia nemo iudicabit primam sedem, omnesq; cũ Bonifacio sentiunt: qui ait: Nulla ex causa posse iudicari, nisi deprehendatur à fide deuius, etiam si cateruatim innumerabiles populos secum in tartarũ

Petrus p cõ gregationem apostolorũ reprehenditur.

Petrus obedire generali cõcilio coactus. Constantien. Concilii institutio.

Loca citãtur varia ex euangelio & Apostolo.

Ardua negotia non nisi in gñalibus Cõciliis olim tractabãtur, nec solus pon. Romanus sufficit ad conuincendos, iudicandosque hæreticos.

An pontifex deponi possit per Conciliũ. Rabulæ, qui pro pont. Ro. primatu pugnãt, licet sæpius victi, pliũ tamẽ sem per instaurãt.

Retũdit egregie Bonifacius, c. si papa. 4. dist.

O grauitas digna Theologo.

ducat perpetuo cruciandos, quasi non posset alijs aperire cœlum, si alius illud sibi claudere quiret: nec rursus alios pascere, si ipse indigeret pastu. Nos autẽ his in rebus nihil momenti ponimus, nihil omnino difficultatis meminimus: namq; quod in sermone natalis Petri & Pauli Augustinus in hunc modũ ait: Dominus Iesus discipulos suos ante passionẽ suam (sicut nostis) elegit, quos fratres appellauit, inter hos penè vbiq; Petrus solus totius ecclesiæ gestabat personam, & propterea audire meruit: Tibi dabo claues regni cœlorũ. Has enim claues, non ille vt hõ vnus, sed vnitas accepit ecclesiæ. Et alibi de agone Christiano: Huic em̃ (inquit) ecclesiæ claues regni cœlorũ datæ sunt, cũ Petro datæ sunt. Et cum ei dicit, ad oms dicit: Amas me, pasce oues meas. Et Ambrosius in principio Pastoralis: Quas oues, & quẽ gregem, ait, non solus tunc suscepit beatus apostolus Petrus, sed & nobiscũ eas suscepit, & nos cũ illo eas suscepimus oms. Quibus ex dictis tabulorũ nostrorũ fundamenta cõcutiuntur, ac penitus euertuntur. Quoniam si personã ecclesiæ Petrus ferebat, non Petro, sed ecclesiæ potius vim illorũ verborum debemus ascribere. Quæ autem Bonifacius asserit, quo pacto subsistere queant, non video: atq; vt mox dicemus, longe à veritate videtur, nisi aliter atq; sonant, intelligantur. Magnũ tamen alicui fortasse potest videri, quod dicit, Romanũ pontificem caput esse militantis ecclesiæ. Nãq; vt in corpore humano, nũquam suadent medici, propter aliquã ægritudinẽ caput abscindi, quamuis & vlcerosum sit, & q̃uis morbo infectum. Sic in hoc mystico ecclesiæ corpore semper videtur caput esse custodiendum, & quamuis criminosum sit, nihilominus tolerandũ. Sed conuerte hoc argumẽtum, si posset humano corpi, vno submoto capite, aliud inueniri, sicut in Ecclesiastico cernimus: nũquid sæpissime ob varias ægritudines capita mutarẽtur? Præterea si sic volumus agere, vt sic se caput ecclesiasticum ad suũ habeat corpus, sicut humanũ ad suum: necessariũ erit, vt extincto capite corpus etiã extinguat, sicut in humanis corporibus cernimus: sicq; in absurdũ venies, quod mortuo Papa, mortuã etiam ecclesiã confiteberis: quod quantum à veritate absit, non nos latet. Quicquid tamen dicãt aliqui, ego cũ illis non sentio, q̃ Romanum pontificem caput ecclesiæ dicũt, nisi forsitan ministeriale, legimus em̃: Quia Christus est ecclesiæ caput, non Papa: & illud est verũ caput, immutabile, perpetuũ & æternũ. Romanus autem pontifex nihil plus est, quàm veri capitis locũ tenens: ecclesia vero ipsius Christi corpus, cuius etiã ipse Papa est membrũ, vicarius autem Iesu Christi, nõ in destructionem, sed in ædificationẽ corporis eiusdem Christi, quod est ecclesia. Quo fit, vt si dãnosus & destructor reperiatur, deponi & abijci queat, non em̃ id agit propter quod est institutus. Et oportet nos (sicut Leo inquit) euangelici meminisse mandati, vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à compage corporis auferatur, quoniã & alibi inquit dominus: Quia omnis arbor quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur: Et iterũ dicitur nobis: Auferte malũ de vobis ipsis. Iustũ est enim, & valde iustũ, vt in Epistola Clementis ad Iacobum fratrem domini scribitur, separari eum, qui saluari vult, ab eo qui nõ vult. Sed vt clarius, apertiusq; em̃ aperiamus, referendum est, quod apud Iohannẽ dominus dicit: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, inquit dominus, & vos estis palmites: omnem palmitem in mẽ non ferentem fructum, tollet. Verba sunt ad apostolos dicta, inter quos etiam Petrus erat, quem etiam auferri vult, non afferentem fructum. Hieronymus quoq; sup illis Matthæi verbis, Sal infatuatum ad nihilum prodest, nisi vt proijciatur foras, & conculcetur à porcis sic: in persona Petri & Pauli inquit: Non est facile stare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedram iam cum Christo regnãtum. Infatuatum sal, id est, stultus prælatus, insipidus in prædicando, & fatuus in delinquendo, ad nihilum prodest, nisi vt mittatur foras, id est deponatur: & conculcetur à porcis, id est, à dæmonibus, qui dominãtur malo prælato, tanquam pecori suo. En clarum est Hieronymi testimoniũ, proijciat foras, id est deponatur, exponit, & loqtur de prælato, qui Petri locum tenet, & sic de Romano pontifice, quem in prædicando insipidum, & fatuum in delinquendo, ex gradu suæ dignitatis deponendum affirmat. Nec (vt aliqui delirant) propter solam hæresim. Apud Isidorum aũt Ispalen̄. in libro Conciliorũ epistola quædã Clemẽtis, successoris Petri, ad Iacobum fratrem domini, reperitur inserta, vbi Clemens beati Petri ad se verba referens, sic ait: Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & teipsum decipies, & eos qui te audient: non enim poteris quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusq; distinguere, & ex eo fiet, vt & tu tanquam qui non docueris, quæ ad salutem hominum pertinẽt, deponaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Alibi tamen pro deponaris inuenitur puniaris, quæ duo verba, si bene intelligantur, non multum inter se differunt: depositio nãq; punitionis loco fit. Nec hic obijciat quispiam hanc epistolam non esse putandam Clementis, cum scripta dicatur ad Iacobũ, qui (sicut Scholastica tradit historia) prius obijt quàm Petrus occideretur: potuit nanq; Clemens viuum Iacobum existimare, cum scripsit, qui magno terrarum & maris spacio inter se distabant. Nec facile Christianorum nuntij Romam

Egregia solutio illius, Papa caput ecclesiæ.

Papa nõ ẽ caput ecclesiæ, nisi ministeriali ter.

Papa ecclesiæ membrum.

Epla Clementis.

Delirant, qui propter solã hæresim deponi Papam posse asserũt.

veniebãt.

A veniebant. Præterea huius epistolæ in pluribus decretorum locis, tanquam veræ fit mentio, ideoq; non erit ab re etiam ipsius epistolæ alia verba referre, ait enim: Quia qui rebelliter viuit, & discere atq; bona agere recusat, magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostẽditur, & potius infidelis, quàm fidelis esse monstratur. Super quibus verbis glossa, quæ singularis per Panormitanũ dicitur, & plurimum approbatur, ait: Quod si notorium sit quodcunq; Romani pontificis crimen, ex quo scandalizatur ecclesia, quod potest de illo papa accusari, si sit incorrigibilis. Si accusari, ergo & puniri, ac exigẽte delicto deponi, aliàs frustra accusaretur. C. fi. 39. dist.

NVllus iam supereſt æmulis noſtris defenſioni locus, quin papa deponi queat. Quod licet deductũ ſit, non tamen adhuc liquet, an per Concilium, quã prouinciam nunc ingredimur, illudq; nobis initio fatebuntur aduersantes: quoniã ab ecclesia potest Romanus pontifex deponi. Quia cum sit papa vicarius ecclesiæ, nemo dubitat, quin dñs vicarios suos possit ad nutũ suũ destituere: nec dubium est, verius dici papam, ecclesiæ vicariũ, quàm Christi. At si ecclesia potest Romanũ patriarchã destituere, ergo & Concilium potest. Nãq; (vt supra ostensum est) vniuersalis ecclesia nihil statuit, nihil ordinat, nihil decernit, nisi cũ est in generalibus Conciliis congregata: tunc'q; (licet non adsint omnes) sat est, quia vocati sunt omnes, quos ratio exigit interesse. Sed hic quoq;, vt fit, ex dubio dubiũ oritur. Nam cũ ecclesia tam laicos quàm clericos complecta tur, cur soli clerici Concilia gerant, quærendum videtur: nec enim videmus laicos interesse, aut vocem habere in Conciliis. Posset'q; aliquis arbitrari, quia quod dicitur, ecclesiam nõ errare, id ad vtrunq; statum, atq; vtrunq; sexum referri: vt errantibus clericis, laici maneant, rursusq; viris errantibus, fœmellarum aliquæ in fide ac veritate persistant: sed est er roneum sic opinari. Debemus nanq; duplicem considerare ecclesiam: alteram, quæ laicos B cum clericis in se habet: alteram, quæ solos clericos, & ad secundam pertinet docere, purgare, illuminare, dirigere, corrigere, pascere & perficere primã, quia supremũ in terris tribunal apud clericos, non apud laicos existit: quod tam ex veteri testamento quàm ex nouo comprobatur. In Deuteronomio nanq; sic scribitur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, leprã & non lepram, & iudicium intra portas vrbis tuæ videris verba variare: surge, & ascende in locum quem elegerit dominus deus tuus: veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quærens ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram: qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat corã domino deo tuo, & decreto iudicis, morte moriatur homo ille, & auferes malum de medio Israel, cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Ecce ergo, quia in veteri testamento supremũ tribunal apud sacerdotes fuisse monstratur, quod etiam apud Matthæum testatur dominus, dum ait sacerdotibus Iudæor, quod ipsi essent duces aliorum, & ad eos spectaret, sedere in cathedra Mosi, & docere populum, quodq; in eis esset clauis scientiæ. Ex quibus verbis ostenditur, supremũ & maximum tribunal Iu C dæorum in synagoga fuisse, quæ res satis nos admonet, idem quoq; in nouo testamẽto debere seruari, cum vetus fuerit typus noui: & quæ non inueniuntur mutata, stare non prohibentur. Sunt tamen & huiusmodi res in euangelica lege, euidentissima testimonia, idq; præcipue ex gestis Christi potest comprehendi, qui omnia verba potestatem significantia, ad apostolos, discipulosq; direxit, quos fuisse omnes presbyteros constat, vt est illud: Venite post me, & faciã vos piscatores hominũ. Vbi piscatoribus sacerdotes, & laici piscibus æquiparantur. Discipulos quoq; operarios in messem suam, id est, in ecclesiam constituit, & dedit illis authoritatẽ docendi & instruendi. Vnde apud Lucam mittens eos, dicit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Apud Matthæum vero inquit: Euntes, docete omnes gentes. Et alibi ad populũ: Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: de scribis loquẽs. Taceo illud quod est omnibus maius: Quæcũq; ligaueritis, & reliqua. Namq; id quoq; solis sacerdotibus dictũ reperitur. Voluit enim Christus ostendere: quia sicut in veteri testamento sacerdotũ fuit suprema potestas, sic etiam in nouo seruari deberet: ideoq; non inepte Apostolus Paulus magistrum se gentium vocitat. Nec existimet aliquis id tunc illis tantum fuisse dictũ, qui perfecti erant, & quorum lux omnibus lucebat. Namq; & successoribus dicebatur, quicquid apostolis & discipulis dicebatur, quod authoritatem sonaret: sicut Ambrosius super verbo: Pasce oues meas: & Augustinus de verbo: Tibi dabo claues, quos supra retulimus. Clarius tamẽ ad Ephesios Paulus: Et ipse dedit (inquit) quosdã quidem apostolos, quosdã autẽ prophetas, alios vero Euangelistas, alios Ephe. 4 autem pastores & doctores ad consummationem sanctor, in opus ministerij, in ædificationem

An papa possit per Concilium deponi.

Papa verius dicitur vicarius ecclesiæ, q̃ Christi.

Duplex ecclesia.

Cur soli clerici Concilia gerant.

tionem corporis Christi, donec occurramus in vnitate fidei omnes, & agnitionis filij dei, D
in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus sicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circũuentionem erroris. Quibus in verbis ostẽdit Paulus, Iesum Christum superna repetentem, ecclesiæ suæ voluisse consulere, ne in viam erroris declinaret, per nequitiam hominum seducta: constituisseq; directorium quoddam, ad quod foret in dubijs casibus recurrendum, idq; ex sacerdotibus ordinasse apostolis, prophetis, euangelistis, pastoribus & doctoribus: nec eos solum qui tunc erant, sed eorum etiã successores, quando dicitur: Donec occurramus ei, id est in fine seculi. Vnde aput Matthæum dicitur: Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Et Augustinus super Matthæum, dum scribitur: Tibi dabo claues, &c. Dicit, per illa verba datam esse iudiciariam potestatem, non solũ Petro, sed toti ecclesiæ in episcopis & presbyteris. Sciendum est enim (vt Clemens asserit in epistola supradicta) episcopos vicem apostolorum gerere, & reliquorum discipulorum vicẽ tenere presbyteros: sic enim prædicasse Petrum, qui à domino didicisset, ait: Vnde apparet ecclesiæ potestatem omnimodam in sacerdotibus consistere, eorumq; determinationi, & mandatis ex iussu domini omnes homines teneri parere, quia ab eo sit dictum: Omnia q̃cunq; dixerint vobis, facite. Quibus ex verbis, illud mihi consequens videtur, vt sicut vniuersalis ecclesia, quæ omnes complectitur, nequit errare: sic etiam errore omni careat, quæ solos continet clericos, quoniam si illa tenetur huic auscultare atque obedire, sequeretur, vt hac errante illa erraret, quod tamen nequaquam admittimus. Dicimus ergo vniuersali ecclesiæ, quæ omnes Christifideles amplectitur, potestatem omnimodam fore concessam, E
Romanumq; pontificem illi subiectum, posse per ipsam non bene regẽtem deponi, abijci, excommunicari. Rursus adijcimus, quia quæcunq; illa vniuersalis ecclesia potest, hæc etiã clericorum potest, & in hac potestatis supremæ exercitium inueniri. Et cum illa ab hac dirigatur, illuminetur, pascatur, nephas est dicere, hanc fore errori subiectam. Tunc enim nõ bene prouidisset ecclesiæ sponsæ suæ Iesus Christus, nec vtile directorium instituisset, q̃d est omnino absurdum: veritasq; illa manet, quia clericorum ecclesia, errori nequaquã subijcitur. Ipsi autem clerici soli habent in Concilijs iudicare: quoniam in eis est (vt supra diximus) clauis scientiæ, & ad eos spectat docere populum, & sedere in cathedra Mosi. Itez quoque sciendum est, quoniam sacerdotes per orbem dispersi, non statuunt Canones, nec iudicant, nisi quilibet plebem suam: tuncq; Papa omnibus maior est, & ipse est sacerdos, q ministrat coram domino, in eoq; plenitudo potestatis existit. Vbi vero in spiritu sancto congregantur episcopi & sacerdotes, Concilium celebrantes: licet non omnes assint, quia tamen legitime vocatio facta est, iã non in Papa, sed in Concilio plenitudo potestatis cõsistit, statimq; vt incipit Concilij esse, incipit Papa superiorem habere. Nec scio quãdo ex plenitudine potestatis possit (stante Concilio) quicquam statuere, cũ iam cesset in eo ipsa plenitudo. Sed (vt in proposito maneamus) illud omino concludimus, quia quod ecclesiæ vniuersali permissum est, id quoq; ecclesiæ clericorum permittitur. Et quod permittitur ecclesiæ clericorum, id etiam generale Concilium habet commissum sibi. Quo fit, vt si vniuersalis ecclesia, prout nemo potest negare, Romanum pontificem deponere potest, generale quoq; Concilium potest.

Matthæus Augustinus.

Clemẽtis epistola.

Conciliũ deponit pontificem.

Soli clerici in Concilijs iudicant.

Conuocato Concilio, Papa incipit superiorẽ habere, & cessat in eo plenitudo potestatis.

POssumus hanc sententiã euidentioribus firmare testimonijs. Glossa est quam suis F
in scriptis mirifice Panormitanus extollit, cuius sententia est, generale Conciliũ esse iudicem Papæ, in omnibus casibus, in quibus ille potest iudicari, sed est Canon synodi Constantinopolitanæ octauæ, illius magnę & memorabilis: & quam Gregorius inter quatuor venerari se more quatuor Euãgeliorum, dicit: in hæc verba: Porro, si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit de sancta Romanorum ecclesia quæuis ambiguitas, & controuersia, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de proposita quæstione sciscitari, & solutionem accipere: non tamen audacter sententiam dicere contra seniores Romæ summos pontifices. Ecce vt sacrum illud Concilium Constantinopolitanum, & ab omnibus approbatum, seniores Romæ pontifices iudicio synodali supponit, nec aliquẽ moueat, quia non exprimitur depositio, dicitur enim quæuis ambiguitas. Si enim de quauis ambiguitate cognoscit synodus, ergo videbit vtrum Papa sit deponẽdus, quia id etiam potest in ambiguitatem venire. At ne longius exempla petamus, Iohannes XXIII. quem & maior Christianæ religionis pars, & ipsa Constantienfis synodus pro Romano pontifice venerata est, per Concilium à pontificio electus fuit. Nec hæresis in eo condemnata est vlla, sed quoniam scandalizabat ecclesiam alijs criminibus, sancta synodus eum Papatu abdicandum censuit: perpetuis exinde temporibus exemplo tali proficiens, vt cessaret illorum opinio, qui tantum hæresim facere locum depositioni asserunt. Vnum tamen hic non est omittendum, quod quidam, & boni (vt mihi videntur, & docti,

Synodus Cõstantinopolitana.

Iohãnes xxiij per Conciliũ depositus, nõ propter hæresim, sed vitã scandalosam

A docti, vt reputantur) disputando solent tueri. Adserunt enim generalia Concilia nullius esse penitus efficaciæ, nullius q; omnino momenti, nisi Romanus pontifex illa indixerit, eius q; authoritas perseuerauerit in eisdem. Vnde Paschasium Sicilienſem episcopũ, & sanctissimi Leonis papæ nuntiũ, in magna synodo Chalcedonensi increpasse aiunt Dioscorũ, quod ausus esset facere sine authoritate sedis apostolicæ Concilium in Epheso, quod nunquã rite factũ est, neq; fieri licuit. In omnibus nanq; synodus apocryphariꝰ apostolici, decretas sententias, primo propter summã authoritatẽ eiusdẽ sanctæ sedis confirmabãt & subscribebant: quia aliter nullũ habebant robur, vt credit Isidorus. Adducunt & aliud eiusdẽ synodi Chalcedonensis testimoniũ: vbi cũ facta esset mentio Ephesini Concilij, oẽs episcopi clamauerunt, illud Concilium dicere nõ debemus: quoniã nec apostolica authoritate coactũ est, neq; rite peractũ. Ex quibus authoritatibus mirũ in modũ se putant armatos, qui fieri sine cõsensu papæ Concilia negant. Quoꝝ sententia, si (vt ipsi volunt) inuiolata perstat, ruinam secum ecclesiæ trahit. Quid enim remedij erit, si criminosus papa perturbet ecclesiã, si animas perdat, si peruertat exemplo malo populos, si deniq; contraria fidei p̃dicet, hæreticisq; dogmatibus imbuat subditos? Nullũ ne hic parabimus obstaculum? sinemus ne cũ ipso cuncta ruere? Quis est, qui existimet Romanũ pontificem ad sui emendationem Concilium congregare? nempe, vt peccant homines, sic etiam impune peccare volunt. At ego dũ veteres lego historias, dum actus perspicio apostoloꝝ, hunc equidem vsum nõ inuenio, vt soli papæ Concilia congregauerint. Primumq; omnium Concilioꝝ, vbi Matthias substitutus est Iudæ, non iussu Petri, sed iussu Christi congregatũ inuenio: qui apo-
B stolis præcepit, ne ab Hierosolymis discederent, sed promissionẽ patris expectarent. Secundum, de electione diaconoꝝ, non solus Petrus, sed & duodecim apostoli cõgregarũt, quia scriptũ est: Conuocantes duodecim multitudinẽ. Tertiũ, de sublatione circuncisionis, & alioꝝ legalium cõmunis inspiratio congregauit: scribitur enim: Conuenerunt apostoli & seniores. Quarum vero, vbi quædã legalia permissa sunt, videtur per Iacobum fratrem domini coadunatũ, & sic discurrendo per omnia, nihil in primitiua ecclesia reperiretur, per quod authoritas hæc congregandi Concilia solis Romanis pontificibus pateat. Nec post, tempore magni Constantini, & alioꝝ Augustorum ad congreganda Concilia, quæsitus est magnopere Romani assensus papæ, ideoq; Chalcedonensis synodus sic de se ait: Sancta & magna vniuersalis synodus, quæ secundũ gratiam dei, & sanctiones p̃ssimoꝝ, Christianissimorũq; Imperatoꝝ, Valẽtiniani & Martiani Augustoꝝ cõgregata ẽ apud Chalcedoneã metropolim Bithyniæ prouinciæ: nec de Romano pontifice efficit synodus mentionem, quãuis eius illic consensus fuerit. In hac re tamẽ distinguendum putarem, nec absolute negarẽ papæ consensum necessariũ, nec absolute requirerem: imõ nunquam eo volente refutarem: dicerẽ tamen quia ad cõgreganda Concilia requirẽdus sit papæ cõsensus, nec summa illius sedis authoritas, & dignitas videat cõtemni. Si tamẽ ille resistat, congregariq; Conciliũ omnino nolit, & maior pars prælatoꝝ iudicet necessariũ esse Concilium, etiam si papa nolit, Conciliũ congregari posse putabo. Eoq; modo intelligo
C verba Concilij Chalcedoneñ. Dioscurus enim Concilium in Epheso congregãs, apostolicam sedem contempserat, quod nullatenus licuit. Præterea si aliqui prælati (inuito papa) vellent Concilium facere, existimo habendũ respectum ad summã sedis apostolicæ dignitatem, vt nõ sit ei paucoꝝ prælatoꝝ iudicium anteponendũ. Vbi vero cõmuniter inspiratio est prælatoꝝ, vnius hominis iudicium cedat oportet, etiam si Petri successor existat. Nec illud video semper obseruatũ, vt sine authoritate papæ Concilium non fit habitum. Nec enim Pisanum Concilium papæ alicuius authoritate aut consensu congregatum fuit, cum & Gregorius illud abominaretur, & Benedictus execraretur. Idẽ quoq; de Constantiensi Concilio dici potest, quod authoritate Iohannis conuenit, qui quantum ad Hispanos, papa non fuit. Et si Pisanum Concilium verum non fuit Concilium, Iohannes papa verus non fuit: vnde etiam consensuss eius ad congregandum Constantiense Concilium nihil operatus fuisset. Sed dicunt aliqui, quia Cardinales fuerunt Pisis, qui pars sunt apostolicæ sedis, etiam authoritatem fuisse apostolicam: quod quàm verũ sit, facile potest percipi: quia plus est solus papa, quàm omnes Cardinales. Ille est enim vicarius Christi, illeq; Petri successor, non Cardinales, in illoq; plenitudo residet potestatis, & ad eum ligare & soluere pertinet: vtcunq; est, mihi non consonat, idcirco negari Conciliũ, si papa, quotiescunq; papa dissentit, nisi eius spreta sit authoritas. Cur enim in generali Concilio alia exigitur potestas, in quo est præsens diuina maiestas. Illud autem plus quàm fatuum est dicere, vt postquam semel consensus papæ fuerit, si reuocetur, cessare Concilium: quoniam non est amplius arbitrij papæ reuocare consensum. Necessarium q; habet Concilio parere, cuius ipse pars, maiori parti cedere habet. Et si se à consensu maioris partis segregat, ab vnitate ecclesiæ recedens, schismaticum sese facit

An sine authoritate pontificis Rom. Concilia possint congregari.

Isidorus.

Errant qui solum papã putant Concilium constituere debere.

Vide quare nolint Concilia pontifices.

Primũ Concilium apoꝝ.

Secundum

Tertium.

Quartum.

Inuito papa, si maior pars p̃latoꝝ cõsentiat, indici Cõcilium potest

Pisanum Cõcilium, inuito papa congregatum.

Insolubile argumentũ contra Eugeniũ. Papa quando schismaticus.

LOngius forsitan (quàm res exposceret) videor esse digressus, multaq; præter intẽtionem contexuisse: fit tamen sæpius, vt verbum ex verbo fluat. At si recte pensitemus, nihil est ab re dictum: omnia nanq; eo tendunt, vt Romanum pontificẽ generali Concilio subijciant, quod prima conclusio Theologorum habuit. Quæ quoniam ex superioribus dictis satis explicata videtur, iam tempus est, vt ad secundam vela tendamus: quam primis adhuc spirantibus ventis, facile absoluemus. Nanq; si verũ est, vt est, Papam subesse Concilio, quo pacto poterit ipse Papa inuitum Concilium dissoluere, mutare aut transferre? Quoq; vultu dicemus, quia ius habeat in suum superiorẽ, qui est inferior? Quomodo corrigere Papã sancta synodus poterit: si solui synodus vel inuita p Papam potest? fit Papa libidini seruiens, sit auri & pecuniæ cupidus, sit bellorum ac tumultuum auidus, fit hostis ecclesiæ & Christiano infestissimus nomini, quo pacto illum redarguere Concilium poterit, si illi facultas pateat dissoluendi? nempe, vt agi de sua correptione in Concilio Romanus põtifex audiet, mox ad dissolutionis remediũ properabit. Quoniam sicut pulchre Macrobius inquit: Cui plus licet quàm par est, plus vult quàm licet: at si dissoluendo vel transferendo potest se Romanus pontifex à correptione Concilij eximere, iam sequitur, vt supra eum Concilium non sit, aut igitur negandum est quod supra probauimus, Papã subesse Concilio, aut dissoluere inuitũ Cõciliũ negãdũ est Papæ. Nãq; vt vera est prima conclusio, sic vtiq; falsæ sunt quæ illam impedire possunt omnes conclusiones. Maneat igitur & secunda conclusio Theologorũ: quam licet aliqui in certis admittant casibus, in certis excludant. Ego illam vbiq; recipio, nec vnquam, aut vllo pacto dissolutionem Concilij Papæ concedo, nisi etiam concedat Concilium: habeat Papa quascũq; causas, quascũq; rationes, omnia cassa, omnia vana sunt nolente Concilio. Nãq; si causæ dissoluendę sunt, non Papa de illis, sed Concilium iudicabit, eiusq;, non Papæ iudicio stabit. Nãq; si admittimus ex certis causis, inuitũ Conciliũ posse Papam dissoluere, id est Papam iudicem Concilij facere, quod esset primæ conclusioni omnino contrarium.

An papa possit rẽ inferre inuito Concilio.

Quod proh dolor experientia iã sæpe docti sumus.

Nota.

EX duobus quæ supra proposui declarandis, alterum iam est absolutum, alterum è vestigio trutinabimus: probatũ nanq; est, & Concilium supra Romanos esse põtifices, & ab eis inuitum non posse dissolui. Videndum est modo, an ita credere ex fide sit, quæ res tertiam intuetur conclusionem. Fuerunt autem plurimi, qui licet conclusiones has duas faterentur veras: dubitare tamen se dicerent, an id esset fidei catholicæ veritas. Est igitur nobis secunda pars confirmanda, videndumq; est, an ex fide sit, Papam subesse Concilio, quo probato, ex fide etiam esse patebit: quia Papa nõ potest inuitũ Cõciliũ dissoluere, quam consequentiã nemo ex disputantibus refutauit. Quærendũ ergo in primis est, quid ipsa fides sit, vt sic facilius, quid ad eam pertineat cognoscamus. Atq; vt Tullianam prætereamus definitionem, qui ait, fidem esse dictorum, conuentorumq; constantiam & veritatem, atque ideo fidem appellari, quod fiat quod dictũ est: nihil emẽ de vero deo sensit. Fides (vt Theologi definiunt) est firma adhæsio rebus creditis ex authoritate dicentis. Si igitur credimus (vt supra est dictum) Romanum Papam subesse Concilio, certe aliqua nos authoritas ad id credendum impellit, ficq; fides illius est, qui hoc credit, sed non quærimus vtrum ex fide tantum, sed vtrum ex fide catholica sit. Rursus ergo quærẽdum est, quid sit fides catholica. Estq; catholica Græcum verbum, quod latine vniuersale significat. Catholica igitur fides, id est vniuersalis fides: nec ideo dicitur vniuersalis, quod vniuersi eam habeant, sed quod vniuersi habere eam tenentur. Nec enim incarnatũ deum omnes credunt, credere tamen omnibus est debitum. Nec ideo definit fides nostra esse catholica, licet quamplurimi aduersentur eidem. Quid emẽ (inquit Apostolus ad Romanos) si quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas ipsorũ, fidem dei euacuauit? absit. Est autem deus verax, omnis homo mendax. Credere igitur Papam subesse Concilio non minus erit fidei catholicæ, quamuis aliqui aliter sentiant. Id enim credere omẽs astringimur, siquidem ex codice Euangelico sumitur. Nanq; non solum quæ in symbolo sunt annotata nos ligant, sed omnia quoque quæ sacris continentur scripturis, & maxime in euangelio, & Paulo, ex quibus nec vnum apicem negare nobis permittitur. At ea quæ dicimus de superioritate Concilij generalis, ex dictis Christi Iesu nostri redemptoris, atque ex magistri gentium epistolis colliguntur. Ergo ad credendum omnes astringunt. Quod autem ista ex Euangelio recipiantur, testimonio, est Constantiense Concilium, quod authoritatem suam super illis verbis: Dic ecclesiæ, &: vbi duo vel tres, &: quæcunque ligaueritis, & huiusmodi, fundatam vult. Cæterũ si hæc ab Euangelio descendit veritas, vtique catholicæ fidei veritas est, omnesq; sub pœna damnationis æterne obligatos facit. Plus etiam (si licet) dico: Omnia equidem quæ generale Concilium diffinit, sub simili pœna tenemur credere, idq; pulcherrime videtur Augustinus astruere. Ait enim, quod Euangelio non crederet, nisi authoritas ecclesiæ se commoueret. Ecclesiamq; pro Concilio nominauit:

Fides quid

Fides catholica quid sit.

Romañ. 3.

Augustinus.

A nauit: nec enim ecclesia vbique diffusa, sed in Concilio congregata de receptione Euangeliorum statuit. Eoq; fit, vt quemadmodum strinxit nos Concilium ad credulitatem illorum, sic & alia nobis credenda offerre possit. Vnde Martinus quartus, dum adhuc Constantiæ degeret, sacro approbante Concilio, literas sub plumbea bulla emisit, quæ articulos enumerat, super quibus interrogari deberent, qui in suspitionem hęresis incidissent, inter quos etiam illum ponit, an credat sacrum generale Concilium potestatem habere immediate à deo, eiusq; ordinationes ab omnibus Christifidelibus esse recipiendas, quod si negaret, hæreticus haberetur. Quare cum sancta & magna Constantiensis synodus veritatem illam prædicauerit, de superioritate Concilij generalis: quid obstat quo minus hanc esse veritatem catholicæ fidei fateamur? Ecclesia quippe catholica, Constantiæ congregata, illam fidem recepit, id est sic credidit ex authoritate dicentis, scilicet Christi & aliorum sanctorum. Ad hoc etiam perpulchre faciunt verba synodi Chalcedonensis in hunc modũ: Non licet illum, qui condemnatus est ab omni synodo episcopum nominare, diffinitio omnibus placet, hæc fides patrum est, qui præter ista sapit, hæreticus est. Et iterum regula est, vt ab electa synodo non liceat appellare: hæc est fides patrum, qui præter ista sapit, hæreticus est. En amplissimum magnæ & sanctissimæ synodi testimonium, hæreticum dicit, qui aliter sapit quàm Concilium sapiat. At hæreticus nemo est, nisi qui catholicam fidem respuit, ergo catholica fides fuit, credere, quod ab electa synodo non liceat appellare. Verum quo pacto id fidei erat catholicæ? nempe, quia sancta synodus Euangelica, & sacra scri-

B pta peruoluens, eandem conclusionem ex verbis Christi, aliorumq; sanctorum patrum recepit. At sicut illud Chalcedonensis synodus, ex sacra scriptura resumpsit: sic hoc ꝙd disputamus Cõstantiense Concilium excerpsit. Et sicut illud catholicæ fidei est, sic etiã istud, & præter vtrunque sentiens, hæreticus est. Delirare illi præterea mihi videntur, qui has veritates fassi, veritates fidei non fatentur. Nãq; si veritates sunt, vnde obsecro veritates sunt? nempe nõ ex grammatico, minusq; ex logico aut astronomico, à physico quoque aliena hæc sunt. Nec alius mihi quàm theologus veritatem fatebitur istam, cui necessitatem sacra scriptura imponit: q nec Christo incredulus, nec apostolo rebellis erit. Est igitur ex fide catholica hæc veritas, eamq; omnes amplecti debent, cui qui resistit pertinaciter, hæreticus, vt tertia conclusio asserit, censendus est. Nec durum alicui videatur hæreticum dici, q generalis Concilij potestati derogat: quæ tam multis testimonijs, authoritatibusq; firmatur, cum etiã hæreticus habeatur, qui Romanæ ecclesiæ primatum aufert: qui vnus est ex Græcorum damnatis erroribus. Refert etiam noster Panormitanus Hieronymum dicentem, quia qui aliter scripturam intelligit, quàm spiritus sancti sensus esflagitat, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Ex quo sequitur, vt qui ex verbis Christi, cum ait Petro: Dic ecclesiæ, non intelligit per ecclesiam generale Concilium, aliter intelligit quàm spiritus sancti sensus exposcit, ficq; possit hæreticus notari. Quod autem sensus spiritus sancti alius sit, quàm ille putet, Constantiensis declarat synodus, quæ per spiritum sanctum directa, verba illa, Dic ecclesiæ, de Concilio generali est interpretata. Hisce

C igitur, & alijs maioribus rationibus admodum multis, viræ Theologis sunt tres supradictæ conclusiones veræ, & per ipsas etiam reliquas approbarunt, studio maxime, ac diligentia fratris Nicolai Gallici, ex ordine Prædicatorũ, viri & ingenio, & solicitudine admodum præstantis: cui nimirum huiusce rei expeditionem attribuo, quem si quis (vt supra diximus) videat, nequaquam tanti efficiat. Sed pretiosiora nonnunquam sunt parui corporis vascula, vt lapilli, gemmæq; testantur, & illo de quo apud Statium: Maior in exiguo, regnabat corpore virtus.

SAtisfactum iam arbitror (quantum ingenioli mei suppetunt vires) his quæ promisimus, nec aliquem modo existimo de tribus primis conclusionibus addubitare. Nunc ad historiam repedandum est, quæ ve post conclusiones Theologorum interceserint, referre est animus. Sunt enim plurima digna relatu, & quæ posteris forsitan aliquando proderunt. Vt igitur res est à Theologis comprobata, examen deputationum successit, quarum tres sine magno negotio cum Theologis consenserunt. Quarta vero cui de communibus nomen est, admissis tribus primis conclusionibus, de reliquis titubare videbatur: obexq; ibi maximus erat Georgius Vicensis episcopus, cui nouiter ex Moguntia redeunti, qui nec in disputatiõe capitulari fuerat, persuaderi nõ poterat, absq; noua vocatione Eugenium declarari posse hæreticum, fauebatq; sibi plurimum Amodeus Lugdunensis Archiepiscopus, non quod ita sentiret. Palam nanque in disputatione capitulari Eugenium hæreticum, atque relapsum prædicauerat, sed quia timebat * depositionem Papæ nimium festinari. Erantq; ille in deputatione complures, qui non modo nunc, sed semper Eugenij partibus fauerant, hæc deputatio, ne secundum veterem Concilij consuetudinem, à tribus deputationibus concluderetur, omnem deliberationẽ suspẽdit. Plus

Conciliũ Cõstantiense

Chalcedonensis synodi verba, quibus hęreticus, qsqs aliter sapit q̃ cõcilium.

Notatur Panormitanus stringiturque pulchrę ex ꝓprio supposito.

Dic ecclesiæ, id est Cõcilio generali Nicolaꝰ Gallicus.

Aeneas prosequitur historiã Cõcilij.

Georgiꝰ Vicẽsis epũs. Amodeꝰ Lugdunẽsis epũs, alis, deputationem.

dit. Plus enim ſuſpendendo, quàm denegando præſtabat impedimenti, remq; ſic ad lon- D
gum trahebat. Ea de cauſa miſſi ſunt aliarum deputationum nuntij, quorum hortatu de-
putatio de communibus ſuſpenſionem ſuper tribus concluſionibus reuocauit. Iamq; aderat,
(vt veteribus placuit) Veneri ſacratus dies, in quo ſolet ex conſuetudine generalis congrega-
Mediolanẽſis Panormitan⁹ tio haberi, fieriq; concluſio negotiorum extrema. Interim tamen Mediolanenſis & Panor-
mitanus archipontifices, quiq; cum eis vel regis Arragonum vel ducis Mediolani coorato-
res erant, magnopere ad impediẽdum ſe armabant: omnesq; ſuę partis homines hortaban-
tur, vt præſenti, fortiq; animo reſiſterent, alios q; qui peſtem in municipijs fugerant, miſſis
Cardinalis Terraconẽſis nuntijs ac literis, reuocabant. Vocatus eſt cardinalis Terraconenſis, qui tunc Solodori mo-
Lodouicus ꝓtonotarius ram trahebat. Vocatus eſt Lodouicus protonotarius de Roma, qui balnea petierat, nõ tan-
tum valetudinis cauſa, quantum ne contra mentem ſuam tueri Eugenium cogeretur, voca-
ti ſunt alij complures epiſcopi Arragonum, qui omnes pridie quàm fieret congregatio, re-
mearant, præter Cardinalem, qui poſt congregationem redijt. Vt igitur ad generalem de-
uentum eſt contionem, eueſtigio principum Oratores affuerunt, & quaſi facta conſpira-
tione in vnam ſentẽtiam conſonarũt, concluſionem pro viribus impediturí. Primus igitur
Burgenſis epiſcopus. Burgenſis epiſcopus, inter omnes conſilio & facundia præſtans, differri concluſionem, ex-
pectariq; alios principum Oratores, ex Moguntia propediem redituros ſuadebat. Poſt eũ
Panormitanus archipræſul, vir ſummo ingenio & ſcientiæ copia præditus, primusq; inter
ſui regis Oratores, huiuſmodi fere orationem exorſus eſt.

Panormitani oratio

PRæceptum ſe (inquit) à prophetis habere ſine intermiſſione clamandi, qui aiunt: E
Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam. Quod ſi vnquàm in re quapiam fu-
it clamandum: hæc præcipue quæ in manibus eſſet, clamore indigeret, & vocife-
ratione, cum ageretur de ſtatu vniuerſalis eccleſiæ, aut præſeruando, aut penitus
proſternendo: ſe vero in ea re tantum clamaſſe, vt minime dubitaret, impletum à ſe illud
Dauidicum fore, quo ait: Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Velle tamen &
nunc, & quoties opus ingrueret, ſine vlla requie clamitare, & maxime modo in negotio
perdifficili, & omnium maximo, in quo petebat ſacrum Concilium ſibi & alijs principum
Poſtulantib⁹ quatuor ſunt conſideranda Oratoribus benignas præbere aures: Addens in omni re, quæ ab aliquo poſtulatur, qua-
tuor eſſe conſideranda, quæ nunc quoq; rogabat patres, vt animaduerterent, quis peteret,
quid peteretur, cur peteretur, & qui demum effectus ex petito denegato, vel conceſſo pro-
ueniret. Ad primum dicebat, clariſſimos reges, & potentiſſimos principes cum ſuis prælatis
eſſe potentes: Regem Caſtellæ, regem Arragonum, ducem Mediolani, eorundemq; prin-
cipum epiſcopos, meritaq; tam regum præfatorum, quàm ducis Mediolani, erga eccleſiam
numerabat. Nec continere ſe potuit, cum de prælatis mentio incidit, quin aliquantiſper ca-
lefieret, diceretq; apud ſe fore maiorem prælatorum partem. Nanq; ſi epiſcopi & abbates
tunc computarentur, nemini dubium eſſe, quin maior pars differri præſentem rem vellet.
Cumq; totius poteſtas Concilij in epiſcopis reſideret, haud ferendum eẽ, vt eis ſpretis, qđ
maiori parti inferiorum placeret, id concluderetur. Apoſtolis nanq; & eorum ſucceſſoribus
qui epiſcopi ſunt, datas fuiſſe à domino claues dicebat, triaq; Synodorum genera inueniri,
Tria Synodorum genera. Epiſcopalem, Prouincialem, & Generalem, nullamq; ſine epiſcopis fieri Synodum, indi- F
gnumq; ſibi videri morem hunc præſentis Concilij, vbi non qua quiſq; dignitate polleret,
ſed quàm multas haberet ſecum voces, penſitaretur, Epiſcopos tamen iuxta famoſam Cle-
mentis epiſtolam columnas eſſe, & claues cœli, inferiores vero cum eis non deciſiuam, ſed
conſultiuam tantum habere vocem, futurumq; hac vice ſcandalum, ſi ſine epiſcopis res fi-
dei terminum ſumeret. In quo non ſolum epiſcopi, ſed etiam ſeculi principes admitti debe-
rent. Et cum ipſi nomine principum ſuorum cuperent ad examen præſentis rei admitti, vel
leq; maturius ſingula cognoſcere, haud dignam eſſe rem quęrebatur, ſe contemni. Poſt mul
taq; in hanc ſentẽtiã dicta, ad ſecũdam ſuæ orationis partem tranſiuit, quid eſſet quod pete
retur exponens. Non aurum aut argentum, non lapides pretioſos, non prouincias aut re-
gna, non rem deniq; factu difficilem, otium tãtum ſacri Concilij expoſci, vt quieſcerent pa
tres in proceſſu Papę, in q; concluſione rerum, quæ agerentur: neq; id diu, ſed vſq; ad redi-
tum Oratorum ex Moguntia, quos breui venturos cerro ſciret, rem paruam & ſine magno
rogatu concedendam: tum quia nihil periculi ſecum ferret: tum quod ipſis Oratoribus prin
cipum Moguntiæ exiſtẽtibus iniurioſum eſſet non expectari, cum non ſuas ob commodi-
tates ſed Reipublicæ tantum cauſa, & pro bono pacis abeſſent. Nec oblitum ſe fore, quod
ipſis abeuntibus nomine omnium ſupplicaſſent, ne quid in eorum abſentia, in rebus, Euge-
nium concernentibus, innouaretur. Moxq; tertiam orationis partem ſubijciens, quamob-
rem dilatio peteretur, abſoluit, quia non propter priuatam alicuius vtilitatem, ſed propter
commune bonum, non ad perturbandam, ſed ad rem melius examinãdam, vt omnia cum
pace & trãquillitate tranſirẽt, vtq; tãto eẽt res firmior & ſtabilior, quãto pluriũ foret cõſenſu

proba

A probatior. Sicq; ad vltimum venit rogitans patres, vt vtrãque partem ſequuturos effectus mente conciperent, ſiue concederent, ſiue negarent, quod poſceretur. Etenim ſi negabitis (inquit) petitiunculam principum, omnes indignabuntur, omnes hanc repulſam moleſtiſſime ferent, dicent, in re parua à veſtro cœtu ſe fore ſpretos: non obedient vobis, non recipient veſtra mandata, fruſtra leges efficietis, niſi principes exequantur, inuanumq; omnes editiones veſtræ tranſibunt, tolerãdumq; hoc putarem, niſi etiam maiora timerem. Quid enim ſi illi Eugenio ſe coniungant, qui non ſolum veſtra beneficia, ſed vitam quoq; vobis eripere cupit? Heu quas ſtrages, quasq; occiſiones oculi mentis intuentur meæ? Vtinã vana ſit opinio mea. At ſi facilem petitionibus principum aſſenſum præſtabitis, obligatos ſe vobis illi exiſtimabunt, præcepta veſtra recipient: quicquid ab eis petieritis, obtinebitur: aduerſarium veſtrum relinquent, illum vituperabunt, illum abominabuntur: vos extollẽt, vos magnifacient, vobis ſe totos dabunt, ſequeturq; optimus ille, quem quæritis, fructus reformationis, & tranquillitatis eccleſiæ. Sicq; omnibus ex capitibus rogabat ſuperſederi. Tandem vero, niſi exaudirentur principum Oratores, habere ſe (inquit) ſcriptam proteſtationem, quam legi coram iuberet.

Ludouici Romani protonotarij laus.

B FInitis Panormitani verbis, Ludouicus Romanus protonotarius, totius humani iuris gnarus aſſurrexit, cuius tanta memoria fuit, vt nulli veterum cedere putaretur, ſiue Simonidem, ſiue Theodecten, ſiue illum, qui à Pyrrho miſſus ad ſenatum venit, Cyneam, ſiue Carneadem Seriphium, Metrodorum, Hortenſium, ſiue qui horum vltimus fuit, Lucium Senecam, de diuinitate memoriæ commẽdemus. Erat enim memor omnium, quæ ipſe vnquam aut legiſſet, aut audiſſet, nec oblitus erat eorum aliquid, quæ ipſe vidiſſet. Nec vt cæteri iuriſconſulti principia legum in diſputando allegabat, ſed quaſi codicem legeret, ſic textum memoriter referebat. Vir non Roma tantum, ſed cœlo dignus. Et cui nemo mortalium comparandus videretur: non admirationi, ſed ſtupori futurus omnibus populis, ſi (vt æquum videbatur) ætatis tẽpora duplicaſſet. Sed inuidit fortuna Italiæ, nec tantum ſcientiarum lumen creſcere paſſa eſt. Immiſit peſtiferum morbũ, virumq; vix trigeſimum egreſſum ætatis annum abſtulit. Nec plus horis ſex & triginta, ſinit egrotare, viſusq; non tranſitus ille hominis, ſed furtum. Quis enim virum adeo iuuenem, adeo robuſtum, tam breui morula expirare putaſſet? Sed fuit mors damnoſior morte cuiuſuis regis, quippe quod regi hæres ſuccedit in regno, viro autem adeo docto nullus ſupereſt in literis hæres. Sed dum Cardinalari vir benemeritus manet, apud Carthuſiam tumulatur. Is ergo laudatis Panormitani dictis, veniſſe ſe pridie ex balneis dicebat, rem ſibi nouam videri, quæ tũc in medium deduceretur. Cupere in ea audire ſe alios, & audiri ab alijs, ſuiq; principis nomine, intereſſe diſcuſſioni eos, qui Moguntiæ fuiſſent expectandos eſſe, & ad rei examen admittendos, qui & prælati eſſent magni pretij, & potentiſſimorum principum Oratores: nec abhorrere ſe quod Panormitanus dixiſſet, de vocibus inferiorum, nec à veritate ſibi alienum videri, ſolos epiſcopos deciſiuam vocem habere in Concilijs. Et licet aliqui ſuum Achillem in hac diſputatione arbitrarẽtur: quod Actuum quintodecimo ſcribitur, ſe tamen nihil exinde moueri, nec momentum in eo facere, quamuis dicatur: Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, vbi & apoſtoli, & ſeniores, fuerunt: per quod videtur alios cum apoſtolis habuiſſe vocem decidentem. Dicebat enim non eſſe argumentũ ex geſtis apoſtolorum ſumendum, quorum exempla miranda eſſent, magis quàm imitanda, nec ibi patere quod apoſtoli vocaſſent ſeniores ex debito, ſolũq; narrari eos interfuiſſe, ex quo nihil inferretur: videri autem ſibi inferiores in Baſilienſi Concilio tantum ex gratia fore ad decidendum admiſſos cum epiſcopis: quia potuiſſent epiſcopi authoritatẽ ſuam alijs communicare: in his tamen quæ gratiæ forent vno contradicẽte, nihil fieri poſſe. Adducebatq; virũ maxime authoritatis Canceñ. epiſcopum in teſtem, qui nullã incorporationem inferioris populi æquo animo ſuſtinuiſſet, ideoq; nec alios inferiores, nec ſeipſum qui nondũ eſſet prælatus, vocẽ habere decidentem in Concilio. Quare cũ eſſet res magna, quæ tractaretur, & prælati tunc contradicerent, rogabat Conciliũ, vt Oratores principũ ex Moguntia expectando, faceret de neceſſitate virtutẽ. Fuit eius oratio eo moleſtior, quo plures erant ſuis contacti verbis, maximeq; in eo ſibi eſt adclamatũ, quod dixerat apoſtolos non eſſe imitandos: id enim quaſi blaſphemiã omnes impugnarũt. Mirari tamen hic aliquis poſſit, quod vir tantus, & tanta ſciẽtia fretus, nõ plura dixerit, nec adduxerit meliora: ſed eſt ignoſcendũ memoriæ hominis, qui nec libens, nec lætus in hac re loquebatur, quiq; nihil magis cuperet, q̃ quod peteret, non impetrare. Cathamẽſis exinde, ac Boſianus epiſcopi, qui & ipſi regij Oratores erant, paucis habitis verbis in ſententiã Panormitani decliparunt. Vicem aũt magni & potentiſſimi ducis Mediolani ſolus tũc archiepiſcopus Mediolanenſis gerebat, vir & literis, & cõſilio promptus. Albigaunẽſis enim epus, & Franciſcus Barbauaria nondũ ex Moguntia repedauerãt. Is ergo (vt eſt Hieronymianus, & illius facũdiſſimi

Deplorat immaturam Ludouici mortẽ

C Cauillatio Romanẽſis.

Nec imerito Ludouicus nec multa, nec valde bona adduxit, niſi mirũ cum ex malo corio nemo bonos cõſuere q̃at calceos.

dissimi doctoris imitator) adductis magistri sui plerisque authoritatibus, supersederi magnopere suadebat, omnem præcipitationem inimicam consilio, omnemq; festinantiam detestatus, maximeq; vultu & gestibus rem præsentem abominari se ostendebat: tandemq; nisi exaudiretur, & suo, & prouincialium suorum nomine protestari in aduersum se dixit. Mox secuti sunt Dertusensis & Gerundensis episcopi, ac Segobricensis electus abbas montis Arroganum, & nonnulli alij eiusdem dignitatis homines, Parnormitani sententiam cõprobauerunt. Parmensis vero episcopus ad Mediolañ. accessit. Eleemosynarius quoque, qui postea Basiliensem fugiens pestem, Zofingen confugit, ibiq; in oppido Zuitzeroꝝ intra Lucernam & Basileam obijt, vir in omni hominum numero recipiendus, & Martinus Deuera doctus & constans, amboregis Arroganum Oratores, Collegæ sui Panormitani dictis se confirmarunt. Tunc alij Arroganenses & Cathelani ferè omnes, quisq; pro se loqui volentes (facta præfatiuncula) regis se sui votis annuere dicebant. Videbaturq; res astutia prǫordinata, vt vel sic tempus redimerent, conclusionemq; differrent.

Attende

Ludouicꝰ cardinalis Arelatensis.

VBi autem complures sunt auditi, & Cathalanorum longus ordo finiuit, Ludouicus Cardinalis Arelatensis, vir omnium constantissimus, & ad gubernationem generalium Conciliorum natus, Oratorum omnium qui loquuti fuerant, verba resumpsit. Versusq; primitus ad Castellanos, plurima de ipsorum erga sacrũ Concilium deuotione disseruit, similiterq; de Cathalanis ac Lombardis. Post rem ingressus, negotium (inquit) istud reuerendissimi patres, nouum non est, nec hodie, aut pridie inchoatum. Iam plures hebdomadæ sunt, quibus Conclusiones huiusmodi inter magistros disputatæ, & Moguntiam aliasq; in orbis partes destinatæ sunt. Post in Capitulo huius ecclesiæ iterum sex continuis diebus viritim, & maturè discussæ, ex hinc nõ sine magno interuallo in sacris deputationibus approbatæ. Et sicut veritas non quærit angulos, omnia palàm & publicè gesta sunt. Nec potest aliquis ignorantiam prætendere: nec prælati aut principes contempti sunt, omnes qui aderant Basilææ, vocauimus, omnes vt interessent, sumus hortati. Et quoniam de magno illo, & potentissimo rege Castellæ mentio facta est. Quis est qui nesciat regis ipsius Oratores interfuisse, Burgensem & Ebrunensem epos, viros, tum prudentissimos, tum scientiæ atque eloquentiæ copia præstantissimos? Tu quoque Panormitane, qui regis Arroganum sereniſſimi vicem geris, bis in Capitulo affuisti, bis egregie atque acerrime disputasti, bis quod sentires in hac re aperuisti. Quid est, quod amplius expectari desideras? Ex territorio ducis Mediolani, archiepiscopus Mediolanensis affuit, qui licet Orator non sit, qualis tamen quantusq; prælatus habeatur, non ignoratis. Cumq; ita dixisset, commotus aliquantisper archiepiscopus, haud melius (inquit) præfidẽtis locum tu tenes Arelatensis, quàm ego Oratoris ducalis. Pluribusq; lacessere eum verbis pergebat, At Cardinalis: vt est patientissimus iniuriarum, nullaq; prorsus contentione prouocabilis. Hoc est (ait) quod mox volebam. Namque si Orator est archiepiscopus, nulla omnino superest suo duci querela, qui Oratorem suum in rerum discussione habuit. Taceo de reliquis principibus: quoniam nec ipsi conqueruntur. Rex tamen Christianissimus Francorum Lugduneñ. inter disputantes virum maximum & grauissimum habuit. Cæteri vero principes, cur hac in re debeant expectari, non video: qui Concilium ad ea quæ sunt fidei congregatum scientes, nequaquàm absurdum putant, dubia fidei in Concilio declarari, ad quæ si voluissent adesse, iam dudum venissent. Quanquàm nec illud est omnino verum, quod Panormitanus dicit, seculares principes admitti debere ad rem fidei, si ad decidendum intelligit. Et licet Martianus Imperator dicat: Nos autem ad fidem confirmãdam volumus interesse Synodo: quæ verba totiens Panormitanus in medium adducit. Subiungendum tamen est, quod ille subiungit, vt verborum perfectus habeatur intellectus. Ait enim: Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam exercendam volumus Synodo interesse, vt eo vel maxime dicto metum adimeret, ijs qui eius præsentiam violaturam Concilium arbitrabãtur. Quod si nostri hodie principes facerent, iam vtique res esset quam quærimus expedita. At moderni aliqui principes, cum nequeant per se minari qui absunt, per Oratores inferunt metum: sed viderit de his deus. Res autem præsens cur tanta discussione indigeat (vt aliqui volunt) non intelligo. Etenim si rite memini, sæpe hoc idem quod Conclusiones sonant, Panormitanus hoc in loco asseruit, sǫpe etiam Ludouicus. Si quis eorum contradicere pergat, eueniet ei, quod Didymo, quo nemo (vt Quintilianus ait) plura scripsit. Qui cum historiæ cuidam, tanquàm vanę repugnaret, oblatus est liber eius, qui eam continebat, sic & hi duo viri, quàmuis doctissimi atque acutissimi sint, suis tamen scriptis poterunt confutari. Sunt præterea epistolæ Synodales, & decreta huius Concilij, huiusmodi referta conclusionibus. Quid igitur est, quod queat difficultari? quid est quod impugnari possit? Annunc ponemus in dubiũ, quod est toties prædicatũ, asseueratum, decretum? Veꝝ aiũt Oratores

Notat Panormitanum & Ludouicum.

abesse

A abesse principum, qui episcopi sunt, & quorum præsentia authoritatem maiorem redderet. Sed absunt, non solum qui Moguntiam perrexerunt, imò & alij penè infiniti, per orbẽ vbiq; dispersi, quos si expectare omnes oporteat, nihil vnquam poterit expediri. Vocati sunt omnes ad Concilium, venire potuerunt si volebant, qui assunt, ijs est commissa potestas, hiqúe tractare negotia debent. At si dicitur, hos reipublicæ causa abfuisse, nempe nos eos non misimus, potiusq; inuito quàm volente Concilio, illuc iuerunt: quod si etiam à Concilio missi fuissent, non tamen ita ligatæ manus essent nostræ, quin reformare possemus ecclesiã. aliter vero nihil vnquam in Concilio fieri posset. Cum enim semp sint per Concilium missi aliqui, semp essent expectãdi aliqui, ideoq; aut nihil agere oporteret, aut nullos extra destinare prælatos. Quod aũt prælati, & præsertim episcopi contemnantur, id est à vero remotissimum. Nãq; vt cernitis, ij primi sedẽt, primi loquuntur, primiq; ad omnia vocitãtur. Et si scite, veraciterq; loquãtur, facile inferiores omniũ ad se trahunt sententiam. Nec forsan absonũ fuerit dicere, nullam vnquam fuisse Synodũ, quæ magis quàm ista potestatem episcoporum ampliauerit. Etenim quid hodie erãt episcopi, nisi vmbræ quædam? Quid plus eis restabat, quàm baculus & mitra? Nunquid pastores sine ouibus dici poterant, cum nihil in subditos statuere possent? nempe cũ esset in ecclesia primitiua episcoporum summa potestas: hodie ad id venerãt, vt solo habitu & redditibus superarent presbyteros. At nos eos in statu reposuimus pristino, nos beneficiorum collationem ad eos reduximus, nos eis confirmationem electionum restituimus, nos causas subditorum eisdem tre-

B didimus audiendas, nos eos qui iam non erant episcopi, fecimus episcopos. Quid est quod episcopi ab hac se synodo contemni asserant? Quidve vnquam molestum eis, aut iniurio-sum fecimus? At dicit Panormitanus, quia cũ sint plurimi episcopi secum, pauci vero contra, non est à multitudine inferiorum habenda conclusio. Meminerit tamen ipse Panormitanus, quoniã non est nouus hic procedẽdi modus, ordinem procedendi ipsum, sibi Cõcilium ab initio dedit, nec vnquam postea immutauit. Tibiq; hoc aliàs Panormitane placuit, cum multitudo te sequeretur: nũc quia non sequtur, displicet. Sed non sunt decreta Cõciliorum, vt volũtates hominũ mutabilia. Scias præterea, qa illi ipsi episcopi, qui verbo tecũ sentiũt, mẽte nõ sentiũt, nec illud in angulis dicunt, q̃d publice dicunt. Timent q̃d eis dolariq; temporalibus formidant. Neq; (vt in Concilijs fas est) liberam habẽt vocẽ: Quanquam & ipsi si veri essent episcopi, si veri animarum pastores fuissent, animam ponere pro suis ouibus, non dubitarent, nec largiri ecclesiæ matri suæ suum sanguinem vererẽtur. Sed est hodie prohdolor rarus in terris prælatus, qui temporalia spiritualibus non præponat, quorum amore detenti, principibus magis quàm deo placere studeant, & deum quidem in angulis, principes vero in publico confitentur, de quibus in Euangelio dominus: Omnis ergo (inquit) qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est: & econuerso non confitebitur illum coram patre suo dominus, qui veritus est coram hominibus dominũ confiteri. Nec etiam id verum est, quod ait Panor-

C mitanus, plures episcopos secum fore. Sunt enim plures hic procuratores episcoporum, quos ipse non dinumerat, quia secum non sapiunt. Neq; in Concilio (vt ipse ait) dignitas patrum, sed ratio spectanda est: nec aliquid est, quod in singulis rebus spectari magis quàm veritatem conueniat. Nec ego cuiusuis episcopi mendaciũ, quamuis ditissimi, veritati præponam pauperis presbyteri. Nec dedignari episcopus debet, si aliquando ignarus & rudis, sequacem non habeat multitudinem. Et si vox inopis sacerdotis, docti tamen & acuti, suæ præponitur: habitat nanq; sæpius in sordido palliolo, quàm in pictis vestibus, sapientia. Nec vos rogo episcopi tantopere inferiores contemnite. Primus enim, qui pro Christo obijt, quiq; viam alijs ad martyrium aperuit, nõ episcopus, sed tãtum leuita fuit. Quod vero Ludouicus & ipse Panormitanus astruunt de vocibus episcoporum, id nescio vnde habeant, neq; id vsquam solutum inuenio: ipsi ficubi repererunt me, vt commoneant obsecro. Atq; (vt veterum Conciliorum referamus exempla) in omnibus illis interfuisse minores cum episcopis inueniemus. Et licet Ludouicus Apostolorum exempla nobis interdixerit, ego illorum potissime in Actibus fisto. Quid enim est quod magis sequi nos deceat, quàm ecclesiæ primitiuæ doctrinam atq; consuetudinem? Dicitur ergo in Actibus apostolorum quintodecimo: Visum est spiritui sancto & nobis, quod verbum nobis, ad eos quippe refertur, qui fuerant antea nominati, apostolos & seniores. Nobis ergo apostolis scilicet & senioribus. Neq; hoc verbum (visum est) consultationem illic, sed decisionem significat. Vnde apparet alios quàm episcopos habuisse vocem decidentem. Alibi quoque in eisdem Actibus, cum essent Apostoli magnum aliquid tractaturi, nequaquam ausi sunt per se definire, sed vocauerunt duodecim multitudinem. Dicit autem Ludouicus non pater e illic, quod Apostoli ex necessitate vocassent alios. At ego ad eum dico, vnde tu scis,

quia non

Notate o episcopi, pro vobis certabat Basiliense Cõcilium, & nos luistis intelligere, adhuc in tempore sanctis. Aperite oculos episcopi.

Pulchra res è Cõciliũ, si episcopi metu cælent veritatem.

Hic erat vere Cardinalis, ex cuius ore veritas loqtur, q̃ minas principũ nõ timuit, nec terrenæ dignitatis gloriã quæsiuit.

Opietas, o vox chriana.

Stephanus prothoartyr.

An soli episcopi vocandi sint ad Concilium. Nobis. Visum est.

quia non ex necessitate vocarunt: sed cum vtrunq; incertũ sit, nihil prohibet imitari Apo- D
stolos, quia cum omnia ad nostram doctrinam scripta sint, apparet voluisse Apostolos no-
bis exemplum dare, vt in rebus arduis inferiores admitteremus, ideoq; in Concilijs postea
Athanasi⁹ p̄s⸗ celebratis, reperimus interfuisse presbyteros. Atq; in Concilio Nicæno, quod est omnium
byter, nō epi⸗ famosissimum. Athanasius tunc tantummodo presbyter fuit, ipseq; ferè solus argumenta-
scopus, archi⸗ tiones disturbauit Arrianas, fuerunt & alij prebyteri. Et cum scribitur de trecentis & duo-
ep̄m vicit deuiginti episcopis, non tamen negatur de inferioribus, quos ideo puto obmissos, quod es-
Synod⁹ Chal sent penè innumerabiles, fitq; (vt scitis) denoīatio plerũq; à magis dignis. In Synodo ve-
cedonensis. ro Chalcedonensi, quæ & ipsa ex quatuor prioribus censet, sexcenti sacerdotes fuisse dicun-
tur, quæ appellatio tam presbyteris est, quàm episcopis communis. In alijs vero Concilijs
sæpe omisso nomine episcoporum, sacerdotumq;, sola fit mentio patrum, qui idem signi-
ficant quòd in Actibus Apostolorum seniores. Habemus etiam ecclesiasticæ testimonium
historiæ, Romæ aduersus Norationes, qui se superbo nomine Catharos appellabant, Con-
Paulus ep̄us cilium fuisse congregatum sexaginta episcoporum, & totidem sacerdotum, & aliorum dia-
Antiochenus conorum. Cumq; Paulus Antiochenus episcopus, qui fuit Galieno imperante, Christum
communis naturæ hominem prædicaret, Concilium aduersus eum in Antiochia conuenit
Ad quod venerunt episcopi ex Cæsaria Cappadociæ, ex Ponto, ex Asia, ex Hierosolymis,
Malchion p̄s⸗ & multi alij episcopi & prebyteri ac diaconi. Et dicitur propter hoc pluries celebratum es-
byter, Orato⸗ se Concilium, vltimumq; in eodem loco Aureliano imperante, vbi Paulus damnatus est
ria arte confu ab omnibus, quæ sub cœlo sunt ecclesijs Christi, nec vllus magis eluit atque confudit Pau- E
dit Paulũ hæ lum, quàm Malchion presbyter Antiochenus, qui oratoriam artem in Antiochia docuerat
reticum Sed quid ego in hac re diutius immoror? Concilij Toletani quinti, hęc sunt verba. Post in-
gressum omnium episcoporum, atq; consessum, vocent deinde presbyteri, quos causa pro-
bauerit introire, nullus se inter eos ingerat diaconorum, post hos ingrediantur diaconi pro
babiles, quos ordo popposcerit interesse, & corona facta de sedibus episcoporum, presbyte
ri à tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit, qui vtiq; &
cum eo iudicare vel diffinire aliquid possunt. Nec aliquis Concilium illud prouinciale tan-
tum asseueret fuisse. Ipsum enim Concilium de se loquens: quoniam (inquit) generale Con
cilium agimus: fueruntq; ibi episcopi sexaginta ex Hispanijs, Gallijsq;. Sed mouent forsi-
tan Panormitanum & Ludouicum Chalcedonensis Concilij verba, vbi episcopi de Con-
stantinopolitana quadam congregatione, quæ Flauianum, & quosdam alios deposue-
rat, dicunt: nam milites magis eos deposuerunt quàm nos, quia quicquid egimus, terrore
compulsi fecimus, ipsi primi subscripserunt clerici: quare clamant Synodus episcoporum
est, non clericorum. Quæ verba, si sane intelligantur, inferiores nequaquàm excludunt.
Duo nanque ibi queruntur, episcopi: Alterum quod in Constantinopoli non erat liber-
tas: alterum quod primi subscripserant clerici, quorum vtrunque mali exempli fuit. Quare
nimirum, si illud negatur fuisse Concilium, at dicitur Synodus episcoporum, non cleric-
rum: nempe hoc non excludit omnes inferiores, sed eos tantum, qui solius primæ tonsuræ
sunt clerici, quos etiam nos excludimus, seruantes quod Toletanum præcepit Concilium,
duodecim viros ad examen incorporandoꝝ statuentes. Præterea non dicitur ibi, quod illa
sint verba Concilij, sed episcoporum, quod illic aliqui, vt hic Panormitanus & Ludouicus F
Augustinus, loquebantur. Sed ne per deuia longius peregrinemur, habemus ad tutelam inferioꝝ, aper-
Aristoteles tissima testimonia. Maximus ille quidem, & omnium Theologorum Aristoteles, Augusti-
Theologorũ. nus episcopus, super literam Matthæi euangelistæ, dum ait Christum dixisse Petro: Tibi
Tibi dabo cla dabo claues regni cœlorum. Nimirum (ait) per illa verba, iudiciariam potestatem datam
ues regni cœ esse, non solum Petro, sed alijs etiam Apostolis, & toti ecclesiæ in episcopis, & presbyteris.
lorum Si ergo iudiciariam ptã tẽ habent presbyteri in ecclesia, quid eos prohibet in Concilijs vo-
Hieronymus cem habere terminatiuam? Augustino autem etiam consonat elegantissimus doctor Hie-
ronymus, cuius super epistola Pauli ad Titum, hæc sunt verba: Antequàm diaboli instin-
ctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, & ego Apollo, ego
Presbyteri si⸗ autem Cęphæ, communi presbyterorum Concilio ecclesiæ gubernabantur: id em̃ presby-
dem qui ep̄i. ter, q & episcopus. Vnde episcopi cognoscere debẽt se magis cõsuetudine, q̃ dispensatione
dominicæ veritatis, presbyteris esse maiores, & in cõmune debere ecclesiam regere. Alibi
Hieronymus autem idem Hieronymus in ea, quæ est ad Damasum de gradibus ecclesiasticis epistola, in
episcopis dominum, in presbyteris Apostolos repræsentari dicit. Atque vbi rationem Hie
ronymus nullam afferret, videte quid homini tribuam, ipsa authoritate me frangeret. Sed
Paulus hoc etiam ex Paulo colligimus, ad Titum, qui tantam inter episcopos & presbyteros con-
uenientiam facit, vt ipsos presbyteros appellet episcopos. Ex quibus lucide constat non
esse presbyteros à conuentu episcoporum, ac determinatione rerum arcendos. Et si (pro-
ut Hieronymo placet) episcopi sunt sola consuetudine prælati presbyteris, vtique fieri po-
test,

A test, vt consuetudinem contraria tollat consuetudo. At si presbyteri debent ecclesiam dei cum episcopis in cõmuni regere, satis notũ est, quod ad eos quoq; decidere res spectat ecclesiæ dubias. Vnde est Apostoli Pauli clarissimũ testimonium: Namq; si (vt ipse ad Ephe sios inquit) Christus instituit apostolos, prophetas, pastores, & doctores ad opus ministerij, in ædificationem ecclesiæ, vsquequo sibi occurramus: hac ratione, vt non sit fluctuatio in diuersitate doctrinæ: quis dubitat alijs quoq; cũ apostolis ecclesiæ gubernationem esse concessam? Taceant (obsecro) hi nostri satrapæ, nec plus sapere velint quàm oportet sapere. Constãtiensis Concilij recens memoria extat, vbi & plurimi ex nobis fuerũt, & ego etiam, qui nondum Cardinalis nec episcopus, sed tantũ doctor eram, interfui: vidiq; sine difficultate inferiores cũ episcopis ad decisionem rerum admitti arduæ. Nec pudere nos debet maximam illam, & sanctissimã synodum imitari, quæ & Pisanũ Concilium, & illud amplissimum Lateranense sequuta fuit, in quibus iudicasse cũ episcopis presbyteros, non est ambiguum. Præterea si Abbates (vt in omnibus Concilijs obseruatũ videmus) vocem habent decisiuam, qui tamen non fuerunt à Christo instituti, cur non presbyteri, quorum ordinem Christus per discipulos instituit? Ex hinc, si soli episcopi vocẽ habeant, id demũ fiet, quod nationi placebit Italicæ, quæ sola nationes alias in numero episcoporũ aut superat, aut æquat. Vtcunq; est, opus dei hac vice fuisse autumo, vt inferiores ad decidendum reciperentur. Reuelauit em̃ ea nunc dominus paruulis, quæ sapientibus abscondit. En horum inferiorum zelum, constantiam, rectitudinem, magnanimitatem videtis. Vbi nunc Concilium, si soli episcopi, soliq; Cardinales vocem habuissent? vbi nunc Conciliorũ au-
B thoritas? vbi fides catholica? vbi decreta? vbi reformatio? nempe omnia libidini Eugenij, ac temeritati iam diu cõmissa fuissent, victorq; nephandissimi propositi sui ille fuisset, nisi quos modo spernitis inferiores sibi restitissent. Hi sunt, qui priuationem ab Eugenio factã contempserunt: hi sunt, qui minas, qui spolia, qui persequutiones ipsius flecti fecerunt: hi sunt, qui capti, qui incarcerati, qui fustibus cæsi pro veritate Concilij non timuerũt: hi sunt qui (licet dati prædæ per Eugeniũ forent) remanere tamen in sacro Concilio voluerũt: hi sunt, qui famem, qui bellum, qui pestẽ sæuissimam non formidarunt. Quid tandem est, q̃ hi homines pro iustitia sacri Concilij non æquo animo tulerunt? Audire potuistis medias inter tribulationes inferiores istos, alta voce dicentes: Et si omnes deuastatori ecclesiæ obediunt Eugenio, & discedunt vnusquisq; à veritate fidei, & sanctorũ patrum institutionibus, & consentiunt mandatis Eugenij: nos quidẽ, & fratres nostri cõstantes erimus, & pro veritate fidei, & sanctorũ patrum traditionibus mori non dubitamus, quod & vere fecerunt. Nec em̃ aut minis territi, aut spolijs mutati sunt: nec eos metus, nec spes vlla à sancto proposito diuertit. Quod vtrum Cardinales effecerint (vt meo de ordine loquar) vos cernite. Episcopi autẽ, quos solos Panormitanus habere vult vocem, videtis quàm pauci nobiscum sunt: & illi ipsi, qui præsentes adsunt, haud quaquam virtute valent irrumpere iniquitatem, extimescunt terrenã faciem potentis, & possunt scandalũ in agilitate sua. Audi-
C stis hodie vota prælatorũ, audistis quod omnes voluntati regis dixerunt se acquiescere, nullus dei. At ipsi inferiores, ipsi sunt, qui iustitiam, qui veritatẽ, qui deniq; ipsum deũ præ oculis habuerunt, habendaq; his gratia est, quòd tales se dei ecclesiæ præstiterunt. Sed quid ego inferiorũ defendo causam? ipsos quoq; episcopos volunt nõnulli à nostro consortio excludere, qui sine possessione ecclesiæ sunt, quos vocitant titulares, nescientes miseri, quia dũ istos repellunt, ipsum quoq; Petrum & alios apostolos damnant, quos diu sine magna plebe fuisse constat. Nec vnquam aut tota Roma Petro, aut tota Hierosolyma Iacobo paruit: quo tẽpore non plebes, sed plebeculæ in Christo credebant. Etenim per immortalẽ deum, quid est quod ab his episcopis requiramus? Non habent populũ, at hoc sine culpa ipsorũ est. Non habent redditus, sed nõ pecunia facit episcopũ: & beati sunt (vt inquit dominus) pauperes spiritu. Nec diuites prima ecclesia vidit episcopos: nec suis expulsos sedibus Dionysium Mediolanensem, Eusebium Vercellensem, aut Hilariũ Pictauiensem, vetera Concilia respuissent, quãuis & pauperes, & exules, & sine plebe manerent. At si verũ fateri volumus, aptiores pauperes, q̃ abundantes, iudicio sunt faciendo, quod horũ diuitiæ timorem, illorũ paupertas libertatem afferunt. Nec illi pauperes tyrannidẽ timent, vt nostri diuites, qui vmbris, delitijs, otio ac desidiæ dediti, negare potius Christũ volunt, quàm assuetis carere voluptatibus: quosq; non populus, sed redditus facit episcopos: quiq; amantes diuitias, omnes pauperes existimant infelices. Sed nihil melius interuenire sapienti potest (vt Cicero ait) quàm fortuna exigua. Vnde & veritas in Euangelio dicit: Quia facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare regnum cœlorũ. Sed (vt ad Panormitani verba maturius explicanda descendã) omittere statui duo illa, qui in prima orationis fronte proposuit: Qui petant, & cur petant. Fatemur nanq; maximos esse, potentes, & de ecclesia (vt ipse asseruit) optime meritos: nec dubitamus syncera eos intentione

Ephe. 4

Abbates a Christo nõ sunt instituti.

Italia in numero episcoporũ cæteras vincit nationes.

Presbyteri, & viri boni propter veritatẽ patiunt a Romano pontifice contumeliam & mortẽ

O zelũ fidei martyrij dignum corona.

Epi timẽt potestatem terrenam, non deũ

Episcopi nascentis ecclesiæ quales

Episcopi, vergentis iam ad finem ecclesiæ quales

Attende.

ad petendum moueri. Vtrum autem parum sit, quod petitur, & an effectus (quos ipse dixit) resultare debeant, inquirendum est. Superssessio (inquit) petitur, dilatio ad paucos dies poscitur, res leuis, res modica, res concessu admissioneq; facilis. Attendat hic tamen Panormitanus, aliquantisper dilationem in re fidei postulat. Iam declaratæ sunt veritates, iã discussæ, iam ordinatæ, paululum si supersedeatur, longissima fiet mora: sæpe enim momenti transitus, anni est transitus. Multa nobis hic exempla suppetunt, Hannibal apud Cannas victoria potitus, si euestigio vrbem petisset, omniũ iudicio cæpisset Romã: quia tamen in crastinum distulit, restituto Romanis vigore, exclusus est, & audire meruit: Vincere scis Hannibal, vti victoria nescis. Galli quoq; Senones, Roma capta, Capitolium obsidentes, dum tenacius aurum expoſcunt, moramq; in paciſcendo trahunt, à Camillo inuasi, turpiter expelluntur. Sed quid ego vetera euoluo, cũ nostra nobis exempla sufficiãt? Scitis vosipsi quoties hæ vobis dilationes nocuerint, quoties q; paucoꝝ mora dierum, longissimum traxit spatium, qui iam octauum annũ in dilationibus agitis, semper dilationes ex dilationibus vidistis emergere. Illud tamen considerare cupio Panormitanũ, quia conclusione hac die turbata, vix scio an vnquam amplius haberi queat, multa possunt oriri impedimenta, multa nasci obstacula. Nec ipse Panormitanus dicit (hac mora obtenta) velle se cum collegis huiusmodi conclusionibus adhærere, mandatumq; ad id habere se negat. Et quod est magis ponderandum, Oratores ex Moguntia reuersuros, talia posse afferre dicit, propter quæ conclusiones huiusmodi omittantur, quasi aliquid esse possit veritate præstantius, & propter quod à veritate discedamus. Quæ res manifestissime ostendit: quia non morã ad examinandas melius, sed ad impugnandas validius conclusiones expoſcunt. Nec circa effectus, quos ipse cõmemorat, re negata siue concessa emersuros, cum Panormitano conuenio. Nec video cur principes hanc dilationẽ tantopere quærant. Nullæ super hac petitione sunt literæ principum. Nemo est, qui nouiter ab his veniat, nec ipsorum interest, nisi vt res fidei terminetur. Illa autẽ pernitiosa conclusio est, quam Panormitanus retulit, & ab illis religiosissimis principibus minime expectanda, dum ait: Si ipsis complaceamus, eos nobiscum futuros, si minus, ad Eugenium defecturos, nobisq; omnino rebellaturos: mirum verbum, mira conclusio & prorsus indigna, quæ à tanto viro dici debuerit. Constantiensis decreta Concilij sunt, Omnes homines cuiuscunq; status aut conditionis existant, statutis & ordinationibus generalium alligari Conciliorum. Ad id Panormitani verba non sonant: non enim Concilio principes, sed principibus vult obedire Concilium. Heu tempora, heu mores, heu reuerendissimi patres, quò iam miseriaꝝ sumus redacti? Quo pacto vnquam obtinebimus papam Christi vicarium, & alium in terris Christum, Christianoꝝ subesse Concilio, si Concilium ipsum mundanis debet obedire principibus? At ne obsecro talia de principibus illis sperate, ne credite illos matrẽ suam suppeditaturos ecclesiã. Non putate eos tantopere à veritate alienari, vt iustitiã supprimi velint. Conclusiones, de quibus agitur, verissimæ sunt, probatissimæ sunt, sanctissimæ sunt, si eas respuãt principes: non nobis, sed sacræ scripturæ, & ipsi Christo se opponent, quod nec vos credere, nec Panormitanũ dicere decebat. Durissima eñ (vt pace tua dicam Panormitane) verba fudisti, nec aliud visus es quærere, q̃ patribus istis timorem incutere. Nisi eñ principibus pareamus, pericula & discrimina admodum magna commemoras. Vos autem reuerendissimi patres, eos nequaquam timebitis, qui occidunt corpus, animam autẽ non possunt occidere. Nec veritatem relinquetis, etiam si oporteat vestrum sanguinem ecclesiæ elargiri. Nec eñ remissiores aut tepidiores pro matre nostra ecclesia, & fide catholica esse nos decet, q̃ martyres illos dei sanctissimos, qui ecclesiam in suo sanguine fundarunt. Et enim cur nobis mori pro Christo sit graue, qui tam dirã, tamq; acerbam pro nobis sustulit mortem? qui cũ esset immortalis, atq; impassibilis deus, mortalem induit hominẽ: & (vt nos redimeret) crucis subire tormentũ non formidauit. Ponite ante oculos vestros ipsum apostolorum principem Petrum, ponite Paulum, Andreã, Iacobum, Bartholomæum: &, ne de solis loquamur episcopis, quid Stephanus, quid Laurentius, quid Sebastianus, quid Fabianus? Alij cruci affixi, alij truncati capite, alij lapidibus obruti, alij exusti carbonibus, alij alijs tormentis & durissimis cruciatibus excarnificati, pro Christo obierunt. Hos, obsecro, imitemur: nec si volumus episcopi esse, & in honore succedere, martyrium formidemus. Heu nostrum effœminatũ animum, heu pusillanimũ populum: illi olim mortẽ contemnendo, gentilem mundum, & idolorum cultorem Christianum fecerunt. Nos ignauia nostra, & nimia vitæ cupiditate, Christianã religionem ex orbe toto ad angulum redegimus: & timeo ne hoc quod restat modicum pusillanimitate amittamus, si principibus (vt Panormitano placet) defensionem & regimẽ ecclesiæ cõmittamus. Sed este vos viri fortes, ac robusti in hoc tribulationũ tempore, nec mortẽ pro ecclesia repudiate, quã pro Roma Curtius, pro Thebis Meneotheus, pro Athenis Codrus, libenti & cupido animo tulit. Excitare

Octauus annus Concilii Basilienſis.

Egregie o pater, ſubterfugia quereban tur.

Conſtañ. Cõcilii decreta.

Si hæc tñ indigna & intolerabilia videbant, quid tãdem erit quãdo Ro. ponti fex ex homine deũ faciat?

Attende.

Sed q talia docent, vel hæretici, vel ſchiſmatici dicunt Sed beati illi hæretici, qm ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ.

Exclamatio hois Chriani.

Exhortatio

A tare eñ nos non solũ martyres possunt, sed ipsi etiam gentiles, vt mortis timorem abijcia mus. Quid Theramenes ille Athenien sis, q̃ læto animo, quàmq; ridenti vultu venenũ bibit? Quid Socrates sanctissimus ille philosophorum, nunquid aut gemens, aut plorans sor billauit aconitum? Sperabant illi, quod nobis est quidem exploratissimũ: non quippe mo riendo mori, sed vitam præsentem cum meliori commutare. Erubescere profecto ipsi de bemus, tot exemplis commoniti, tot literis imbuti, tam pretioso Christi sanguine redem pti, tantopere mortem fugere. Nõ duos aut tres tantum homines, sed legiones (scribit Ca to) sæpe alacres in eum locum profectas, vnde redituras se minime arbitrarentur, pariq; animo Lacedæmoniñ in Thermopylis occiderunt, de quibus Simonides:

Dic hospes Spartanos, te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Nec credite Lacedæmonios nõ ex proposito ad mortem iuisse, quibus dux Leonida: Per gite (ait) animo forti Lacedæmoniñ, hodie fortasse apud inferos cœnabimus. At ego (opti mi patres) nõ ad inferos, vt ille, sed ad ipsos cœlites, & infinita paradisi gaudia vos inuito, si mortem pro veritate sustinere potestis: vosq; his principũ minis, si minæ sunt vllæ, obij cere: vos ad vllam æternã gloriam accerso, vbi nihil vnquã deest, nihil à suo statu tollitur, aut declinat: vbi omnia bona atq; perpetua exuberant: vbi nemo eget, nemo inuidet, ne mo furatur, nemo rapit, nemo proscribit, nemo iugulat, nemo moritur: vbi omnes felices, omnes vnanimes, omnes immortales, omnes sunt semp æquales: vbi quod vnius est, om nium est, & quod omnium, singulorum. Quæ si præsenti animo considerabimus, nimirũ Panormitano respondebimus omnes, quod Cyrenensis Theodorus respondisse tradi-
B tur, Lysimacho regi crucem minitant, qui: Istis quæso (inquit) ista horribilia minitari, pur puratis tuis: Theodori quidẽ nihil interest, humi ne, an sublime putrescat. Sic & nos prin cipibus, si qui minẽtur: nec enim suos timebimus cruciatus. Quid ad nos vita longior? ne mo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. Et si claræ mor tes pro patria oppetitæ, non solum glorioſæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solẽt: quid de his dicemus, quæ pro patria omnium patriaq; ecclesia sustinentur? Nimium est, quod æmuli nostri, reuerendissimi patres, sibi de vobis suadẽt: vos eñ timidos, ignauos, desides, ac vecordes arbitrãtur, vobisq; ideo principes obiectant, quod vos famem, sitim, exilium mortemq; pro ecclesia nõ iudicant sublaturos. Sed nõ erit vobis (vt existimo) durum pro vita æterna facere, quod pro diuitijs transitorijs faciunt nautæ, qui se ventis & mari com mittunt, incredibilesq; procellas perferunt. Pernoctant venatores in niue, in montibus in syluis, & vri se frigoribus patiuntur, nec aliud eis est præmium, quàm vilis fera. Quid vobis (obsecro) faciendum, quibus laborq; merces est paradisus? Pudet me nostræ ignauiæ cum lego fœminas, & ipsas quidẽ iuuenculas cœlum martyrio rapere, nos autẽ solo mor tis nomine exterreri. Vndecim milia virginũ, qui nostrã alluit vrbẽ, ad martyrium Rhe nus euexit. In India (vt inquit Cicero) cũ est vir aliquis mortuus, mulieres quę eius fuerũt, in certamen, iudiciumq; veniunt, quam plurimũ ille dilexerit (plures eñ singulis solẽt esse nuptæ) quæ est victrix, læta, prosequẽtibus suis, vnà cũ viro in rogũ imponitur. Illa victa,
C mœsta discedit, vt quæ mori quàm viuere præoptasset. Quem animũ nos hodie pro Chri sto sumentes, Panormitano haud secus respondebimus, q̃ Philippo Lacedemoniñ, qui cũ per literas minitaretur, omnia se prohibiturũ, quæ ipsi molirẽtur, quæ fierũt, num esset etiã mori prohibiturus. Namq; vt estis viri præstãtes, sic virtute vestra vtemini, quæ semper li bera est, & semper inuicta. Cognoscitis enim, quia data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scisciabitur: cui (vt ratio nem reddatis bonam) curabitis, iudicantes recte, & custodientes legem iustitiæ, & in om nibus nõ secũdum hominum, sed secũdum dei voluntatem ambulabitis. Cumq; Oratores vbiq; Eugeniani nouam doctrinã prædicẽt, Romanum pontificem supra vniuersalem ec clesiam extollentes, ne ignorantiũ animæ capiantur, Conclusiones tres primas publicare nõ omittetis, Apostolũ Paulum imitati, qui Petro ad veritatem Euangeliñ non ambulan ti, neq; ad horam cessit. Cæteras vero quæ ipsum solũ respiciunt Eugenium, ne Panormi tanus, neve aliñ principũ Oratores plus debito clament, in præsentiaq; differetis.

Theodori Cyrenensis dictũ memoria sem piterna dignum.

Lacedæmoniorũ respõsum ad Philippũ.

Oratores Eugenii nouam doctrinã prædicarunt.

HIc cũ Arelatensis fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus, admi rationem stupore prodebant, deinde laudare, hic memoriam, ille doctrinam, hunc esse vnum, qui dignissime præsideret, qui & confutare obiecta nosset, & (vt præsidentem decet) impenetrabilem se conuitijs exhiberet. At Cathelani, quo niam negari sibi dilationem viderant, ne concordata duodecim virorum legerentur, stre pitu, ac vociferatione obstabant: magno conatu studentes, vt lecturam concordatorum protestatio, quam Panormitanus effecerat, præcederet. Nec res sine violentia fuit, cum nec mandata præfidẽtis reciperẽtur, nec ordo in rebus agendis solitus custodiretur. Erat

Turbatio Cõcilii nõ parua

nanq; vbiq; clamor, vbiq; strepitus, vbiq; iurgia effundebantur. Nunc Panormitano, D
nunc Ludouico sermo erat. Nulli tamen sine festinantia loqui licuit. Episcopi cum episcopis, inferiores cum inferioribus verbales habebant rixas, omniaq; contentionibus & probris insonabant. Quæ cum vidisset Ludouicus patriarcha Aquileiensis, vir non minus animi constantia, quàm generis (qui dux est) nobilitate præstantissimus: ex eo zelo, quem ad ecclesiam gerit vniuersalem, versus ad Panormitanum & Ludouicum protonotarium: Ne credite (inquit) rem sic abire, Germanorum nescitis mores, nempe si sic proceditur, ne quaquam fas erit integris hanc prouinciam exire capitibus. Quo verbo, veluti cœlesti fulmine tacti, Panormitanus, Ludouicus ac Mediolanensis, vno impetu assurgentes: libertas (inquiunt) nobis eripitur? En quid est quod frangenda nobis capita patriarcha minatur? Verfiq; ad Iohannem Comitem de Tierstein, qui tunc locum protectoris tenebat, scisitati ab eo sunt, an protegere Concilium vellet, omnesq; in libertate tutari. Aderant etiam ciues ex senatu vrbano, prouisuri, ne quid scandali oriretur. Seruauerunt enim semper hunc morem ciues, vt in omni negotio adesse curarent, quod pariturum dissensiones arbitrarentur, illud præcipue adcauentes, ne qui tumultus fierent, neve aliæ quàm verbales rixæ. Miraq; adeo sapientia sunt, vt nemo vsque hodie querelam aduersus eos habuerit, violatæ per eos fidei. Seruarunt enim, dum fuere præsidentes Eugenij, quod publica fides continuit: & rursus Concilio nulla in parte defuerunt. Quare si vsquam sunt ciues quippiã de vniuersali ecclesia bene meriti, ea profecto laus Basilienſium fuerit. Hi ergo cũ Iohanne Comite præsentes in conuentu patrum, signum seruandæ libertatis dederunt. E
Comes autem, tametsi erat rerum nouitate permotus: nec enim arbitrari poterat, tam multas esse inter prudentes homines contentiones, per interpretem tamen respondit: Bono vt animo essent omnes: quoniam Imperialem saluum conductum ad vnguem seruari faceret. Nec patriarcham, nec alium quenquam, aut violare libertatem, aut auferre securitatem promissam à Cæsare, ausurum. Rogare tamen se (inquit) patriarcham, vt verba reuocaret sua, vtq; nihil deinceps tale admitteret. At illustris ille pater, omniq; negotio sui generis præsagium ostendens, nihil turbatus, nihilq; irritatus, Iohanni de Bachenstein auditori Cameræ, viro & graui & facundo, & cuius opera in multis legationibus Concilium sæpe est vsum, vtiliter intentionem suam explicandam commisit. Is mentem patriarchæ illam fuisse asseruit, non vt alicui comminaretur, aut Conciliarem perturbaret libertatem, sed vt commoneret patres ad constantiam, vtq; recordarentur promissæ toti mundo reformationis, neve vnum hodie, aliud cras dicerent: quoniam si sic agerent, periculum esset, ne laici reformationem sperantes, in clerum delusi surgerent. Ideoq; monere, vt periculum patres præcauerent, nec sic Concilium re infecta desererent, petereq; ipsum veniam, si dicendo, vel in Concilium, vel in Panormitanum, vel in alium quempiam deliquisset. Quo facto, verum esse ostendit, quod vulgo dicitur: Nobilitatis sororem fore humilitatem, quæ duo illo in homine pulcherrime apparuerunt. Nequaquam tamen patriarchalis humilitas clamores extinxit, sed quoties legendi concordati fiebat mentio, toties maior strepitus ac vociferatio impedientium extollebatur. Eamq; ob causam, veneran-
dæ authoritatis Amodeus Lugdunensis Archiepiscopus, Galliarumq; primas, zelo fidei tactus, quã tunc impediri, supprimiq; cernebat: Habeo (inquit) reuerendissimi patres, non F
paruam loquendi occasionem: Septem nanq;, aut eo plus annis, apud vos sum, nec vnquã rem, sicuti nunc, miraculo similem vidi. Nunc autem stupenda cerno miraculorum signa: parum ne est claudos ambulare, mutos loqui, & pauperes euangelizare? Vnde (obsecro) tam repens mutatio? Vnde tam cito, qui domi iacebant, surrexerunt? Quis auditum surdis, quis mutis sermonem præbuit? Quis euangelizare pauperes docuit? Video hic nouam turbam, pluribusq; inuisam mensibus. Nouos aspicio prælatos, qui vsque in hanc diem tacuerunt, nunc loquaces sunt facti: nunquid hoc est miraculo simile? vtinam tamen ad veritatem defendendam, non ad iustitiam impugnandam veniissent. Illud autem maius omni miraculo videtur: quoniam viros omnium doctissimos, Conclusiones nostras impugnare video, quæ certæ & verissimæ sunt, & ab illis, qui eas nunc reprobant, aliàs approbatæ. Nec vos fugit, Ludouicum protonotarium has veritates Louanij ac Coloniæ prædicasse, easq; illinc vniuersalis studij authoritate firmatas reportasse. Quare si ipse nũc mutatus est, veritas tamen non est mutata. Ideoq; vos rogo, obtestorq;, ne aures his præbeatis, qui quamuis doctissimi sunt: eam tamen, quæ omnes virtutes decorat, constantiam nõ habent. Quo finiente, ilicò Ludouicus assurgẽs: Verum est (ait) illas me apportasse veritates: vos tamen eas fidei veritates nuncupatis, quæ adiectio mihi subdubia est. Cumq; hoc dixisset, quærebat Arelatensis, vt concordatũ virorũ duodecim legeretur, pluresq; sibi in auribus sibilabant, ne sententia flecteretur.

Ludouicꝰ patriarcha Aquileiẽ. Dux de Deck in Sueuia.

Præconiũ de Germanis.

Comes de Tierstein.

Basilienſium laus.

Bone deꝰ, põtifici cedũt omnes, ille cedit nemini. O beati pacifici, quĩ ipsi deum videbunt.

Amodeus Lugdunensis archiepiscopus.

Septimus Cõcilij annus.

Vide quõ cõuersi nũc sint retrorsum, aliqñ adhæserũt veritati, & erant Theologi, nunc adhærent mẽdacio & effecti sunt adulatores.

Panor-

A PAnormitanus vero, vt cœptum est legi concordatũ, assurgentibus secũ collegis & alijs Arragonensibus, altissime clamans: quoniã plane & morate loquens, exaudiebatur nemo. Vos (ait) patres nostras cõtemnitis preces, reges & principes contemnitis, prælatos cõtemnitis, at cauete, nedũ omnes despicitis, ab omnibus despiciamini: vultis cõcludere, sed vestrũ non est cõcludere. Nos prælatoꝝ maior pars sumus, nos Concilium facimus, ad nos concludere spectat. Egoq́ nomine prælatoꝝ superseden dum esse concludo. Quo verbo tantus exortus est clamor, quantus solet in prælijs tubarũ clangor, & equoꝝ fremitus audiri, cũ fignis collatis, duo inuicem concurrũt exercitus. Alij quod Panormitanus effecisset, execrantur, alij probant, faciuntq́ diuersa studia, diuersas cõtentiones. Tumq́ Nicolaus Amici ex Parrhisiensi schola Theologus, cui id ex officio videbatur incumbere: Appello à tua ista conclusione (inquit) Panormitane, ad præsens, sedens q́ pro tribunali Concilij: nec aliquid censendum esse, quod fecisti, affirmo, probareq́, si expediat, præstò sum. Videbatur iam pars obstantiũ, meliori esse loco. Ipsi em̃ iam concluserant. Pro parte vero alia, nec concluſum erat, nec concludi posse inter tam multos clamores sperabatur. Inter tot tamẽ strepitus, turbulentasq́ vociferationes nõ defuit spectato & optimo viro Iohanni Segouio ex gymnasio Salamantino, Theologo audientia: quoniã & illum Conciliares auidi audiebant, quasi ex suis vnũ, & alij virtutem hominis, summamq́ bonitatẽ etiam inuiti venerabantur. Tanta est em̃ virtuti innata authoritas, vt etiam in hoste colatur. Verumq́ illud Vergilianum in eo fuit:

Panormitanꝰ loquit̃, & q̃d se dignũ est, facit.

Nicolaus Amici Parrhisiensis Theologus.

Iohãnes Segouius Theologus Salamantinus, & eius laus.

Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum, quem
B Conspexere, silent, arrectisq́ auribus astant.

Omnes nanq́ (vt assurrexit Iohannes) silentium tenuerunt. Ille autem postquam desiderari sua verba cognouit, sic exorsus est.

COgit me (inquit) viri patres, zelus domus dei, vt loquar: vellemq́ hodie aut cæcus fuisse, ne ista quæ fiunt cernerẽ, aut surdus, ne quæ dicuntur, audirẽ. Quis em̃ vel tam saxeus, vel tam ferreus esse potest, vt à lachrymis temperet, cũ sic authoritas ecclesiæ laceratur, cum sic nobis & huic sacro Concilio libertas eripitur, cumq́ nullus iam videatur locus veritati relictus? O bone Iesu, cur sic tuã dereliquisti sponsam? Aspice iam tandẽ populũ tuum, iuua nos, si iusta petimus: venimus huc necessitati ecclesiæ consultari. Nil nobis exposcimus, studium nostrũ est, vt veritas eluceſcat. Veritates in sacris deputationibus approbatas, nunc cõcludere sperabamus. Adsunt principũ Oratores, differri conclusionẽ exposcunt: nos autẽ memores eoꝝ, quæ ad Valentinianũ Imperatorem scribit Ambrosius, in hunc modũ: At certe si vel diuinaꝝ seriem scripturarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquã fidei solere episcopos de Imperatoribus Christianis, nõ Imperatores de episcopis iudicare, ex vrgentissimis causis petitionẽ non admittimus. Eos tamen (vt libuit) longissime sermocinãtes, benigne & patienter audiuimus. Nunc si nostrũ velit aliquis loqui, interrumpitur, impeditur, perturbatur: quæ ista honestas, quæ modestia, quæ grauitas? licet ne sic in Concilio facere? Vbi nunc Toletani Decretũ Concilij? vbi nostra Decreta, nedũ tumultus, sed confabulationes minimas prohibentia? Dicunt, quia cõtemnimus eos, & ipsi sunt, qui non solum contemnunt Concilij, sed colaphizant. Minimũ verbũ contra eos loquutus est patriarcha, idq́ non mala intentione. Et statim de libertate fracta queruntur, se autẽ, cũ vim Concilio faciunt, cũ loqui præsidentẽ prohibent, cum legi ordinationes impediunt, nõ iudicãt libertati contra ire, aiunt se esse Concilium, & tamen Concilio supplicant. Hæc ego nequaquã intelligo. Si sunt Concilij, cur supplicant sibi? aut si non sunt Concilij, cur ipsum Concilij loqui non patiuntur? cur responsum eius, à quo petitur, nõ expectant? Nimia est hæc violẽtia. At certe nimia est patientia nostra, qui tales excessus in facie sustinemus ecclesiæ: nos vtiq́ non ipsi. Nos sumus quibus est ablata libertas. Sed aiunt, quia non debent inferiores aliquid iudicare, & quia nõ licet nobis cum minori episcopoꝝ parte aliquid agere, quamuis Concilij maior pars simus. Quod si veꝝ esset, plurima ex vestris Decretis ruerent: illud præsertim, quod de prouincialibus & episcopalibus synodis promulgastis. Quod cũ non placeret prælatis, Cardinalis sancti Angeli, tunc præsidens, vix quinq́ associatus episcopis, cum maiori parte inferioꝝ concluſit, licet episcopi admodũ multi obstarent, quod tamẽ decretum & vos reputatis validũ, & vnà cum alijs Eugenius in adhæsione recepit, sic & in omnibus fere Decretis contigit, quæ pompam aut ambitionem episcopoꝝ refrenant. Habetis præterea in aduentu Alexandri abbatis Virgiliacensis, qui primus omnium huc venit incepisse Concilij, quamuis nullus adhuc cõparuisset episcopus: idq́ fatetur in adhæsione Eugenius. Id ergo quod isti aiunt, nil aliud est, quàm funditus hoc Concilij euertere: sed est satis huic parti ab Arelatensi responsum. Illud tamen ab episcopis cupio impetratum, vt si fateri nos velint, eos apostolis succedere, & claues regni

Oratio Segouiensis.

Amb. ad Imperatorẽ Valentinianum.

Excusat Patriarcham.

Ostẽtat argumenta aduersarioꝝ ab authoritate a cõfessione aduersariorum.

Episcopos vt get authoritase Pauli.

cœlorum habere, fateantur etiam ipsi, quod per Apostolũ dicitur: Christũ superna repe- D
tentem, alios apostolos, alios prophetas, alios Euangelistas, & alios pastores, atq; doctores instituisse ad opus ministerij, in ædificationẽ ecclesiæ. Namq; sicut episcopi apostolis
Exponit locũ Apostoli, ad Ephe. 4 succedunt, ita & nos Theologi succedimus doctoribus, & presbyteri pastoribus, atq; alijs alij, voluitq; saluator noster per istos in cõmuni ecclesiam gubernari. Vnde apparet vanũ esse, quod isti prædicant, de inferiorũ exclusione. Illud vero me magis angit, illudq; mihi
Notat Panormitanũ, qui sine duodecim virorum examine cõclusit. molestissimũ est, quod singularis ingenij, & admirandæ doctrinæ Panormitanus, sine vllo deputationum discussu conclusit, sine duodecim virorũ examine, sine scrutinio, sine vllo ritu conclusit. Quod nisi oculi mei essent iudices, nunq; alteri referenti de tanto viro existimassem. Nec adhuc scio an mihi satis credam, ita est mihi res visa horribilis. Nec enim video, conclusio sua qua subsistat authoritate, nisi forsitan sui regis, quem ait sic velle: vos tamen patres cauete, ne talem consuetudinem introducatis: quia periculosior esset, quàm pernitiosum illud Decretum, quod vos soletis pãruũ appellare. Illud em̃ Legati apostolici & alij complices in deputationibus proposuerunt, votorumq; certum numerũ habuerũt, scientes qui secum, & qui contra se forent. Hoc autem in confusione fit, quod si transeat impunitum, maiora admodũ scandala suscitabit quàm illud, fietq; vt in omni negotio, paucuIi discrepantes prælati, vnum habeant, qui pro eis concludat. Scitis præterea, quia solius præsidentis est concludere, solumq; vno in casu ad alios successiue conclusio deuoluitur. quando qui præsunt iuxta voluntatem quatuor aut trium deputationũ, & concordata virorum duodecim, nolunt concludere: quod an modo contingat, vos cernitis, & ipse etiã qui conclusit, optime noscit, Panormitanus: qui licet differendam veritatem multis (vt fi- E
bi videtur) rationibus astruat: ego vos rogo patres amplissimi, vt Apostolum imitemini, qui (sicut Arelatensis pulchre retulit) neq; ad vnam horã Petro cessit, veritatem Euangelij deserenti, succurrẽdum est subito in facto fidei, nec vlla res maius discrimen ex negligentia, quàm fides patitur. Hæreses nanq; nisi in ipso ortu extirpentur, haud facile tandem adultæ tolluntur. Quare (obsecro) succurrite festinanter, ferte cito auxilium, date vela, impelite remos. Quid hic aut prælatos expectemus aut principes? Quærenda non est alia pote
Eugeniani hęreses vbique prædicant stas, vbi pẽsens est diuina maiestas. Prædicant vbiq; terrarũ hæreses Eugeniani, nec illis aliquis dicit, vt supersedeant. Vobis aũt, qui veritatẽ publicare intenditis, mille susurrãt, vt si
De Benedicto historia. leatis, magnũ est hoc vestræ bonitatis indicium. Benedictũ olim sanctissimũ monachorũ patrem, aiunt monasterium quoddam sanctorũ virorũ visitantem, infinitas dæmonum vidisse cateruas, qui cũ sanctis patribus cõflictantes, bona quæ illi patrabant opera, perturbare conabantur: mox nundinas in permultis mercibus, multisq; contractibus frequẽtes: adeuntẽ vnicum dum taxat domonẽ, eumq; tristem & otiosum in specula quadã constitutum aspexisse, miratumq; Benedictũ, quod locum sanctum, & orationi deditum dæmonibus plenũ, locum autem prophanũ & periurijs, alijsq; delictis occupatum, ab vno tantum dæmone custoditum inuenisset, adiurasse dæmonem, vt sibi causam proderet, illumq; respondisse: Locum sanctum expugnatione dæmonum indigere: qui autẽ sua sponte peccarent, his non esse opus fraude diabolica. Quod mihi videtur Eugenianis contingere: vos
Attende. autẽ in conflictu estis, tantum rogo, vt ad victoriam festinetis, nec curetis has principũ minas, hasq; hominũ aduersantium contumelias. Quia beati estis (inquit dominus) cum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum F
vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. En quid nobis (oro) tantopere obijciuntur principes, an non potẽs est dominus deus noster eripere nos de camino ignis ardẽtis, & de manu principũ liberare? Ne obsecro patres, ne obsecro fratres, minorem habete in Christo Iesu fiduciam, q̃ Sedrach, Misach, & Abdenago, qui senem Nabuchodonosor regẽ minime timuerũt. Sciantq; ipsi principes,
Vide constantiã Theologi. quia dominator excelsus in regnum hominum, & cuicunq; voluerit, dabit illud. Est desuper deus cuncta prospiciens. Est, est, inquam in medio nostrũm, quid trepidatis? Estote viriles, & præbete vos murum pro ecclesia dei. Ne finite (obsecro) fidem sub vestris manibus deperire. Adest deus omnipotens, adest qui vos protegat, nolite timere, qui corpus tantummodo quærũt occidere, facite iudicium & iustitiam, ac confidite, quia non tradet vos dominus in manus calumniantium. Iterũ dico vobis: estote viriles, ecclesiamq; matrẽ vestram defendite. Tibi autem præsidens dico, quia oportet te magis deo, quàm principibus complacere. Quare si hinc sine conclusione abeas, rationẽ te huius rei in districto dei iudicio redditurũ scito, nec plura loquutus, resedit.

Burgẽsis episcopus pro cõcordia. INterea complures grauissimi viri Panormitanum exhortabantur, vt sua conclusione discederet. Instabatq; magnopere Burgensis episcopus, vt si posset, inter discordes patres concordiam fereret, & qua ipse sibi perpetuo fruitur, elargiri pacem alijs satagebat. Sed neq; patribus Conciliaribus sine conclusione discedere, neq; Panormita-

A normitano mutare sententiam cordi erat. Nec minus cessurum sibi Concilium Panormitanus opinabatur, quàm si ipse Concilij locum teneret, Concilium vero suum. Quam inter contẽtionẽ paululum nactus audiẽtię Lugduneñ. conclusionẽ Panormitani nullius eẽ momẽti, nec reuocatione indigere, quod foret omnino nulla, dixit: vtlẽ itamen sibi videri dilationem, si forsitan vti Burgensis dixerat, agi de concordia patrum posset. Fuitq; ipsius oratio haud grata collegis Panormitani, qui vt audiuerunt vilipendi suam conclusionem, illico assumentes, asseuerabant illam valere, seq; Concilium facere: fiebatq; continuo maior strepitus, nec audiri lectio vlla poterat. Maximusq; illa die omnium bonorum virorum timor fuit, ne plus impedientes possent, quàm ipsum Concilium. Resq; magno in periculo videbatur, ne perseuerantes aduersarij vsque ad noctem verba protelarent, quod vnum moliri videbantur, vt ea saltem die vincerent. Iuuit tamen deus ecclesiam suam, nec plus Eugenium in Concilio, quàm ipsum Concilium posse voluit. Erant turbata omnia, nec (vt solebant) suis subsellijs plati insidebant, sed vt quenq; trahebat affectio. Illi Arelateñ. isti Panormitanum adibant, & quasi principem quiq; suum, aut exercitus Imperatorem, adhortabantur. Iamq; in vesperum dies ferebatur. Cum assurgentes ex locis suis, Lausaneñ. episcopus, vir inter omnes oculatus, & prudens. Nicolausq; Grossetanus, plus Concilio, quàm sibi prospiciens, Arelateñ. petierunt, territantes ipsum, si sine conclusiõe assurgeret. Nunc q; Franciscus de Fuxe, nunc Andreas Hispanus, professione minores, & gradu Theologi: auribus Arelateñ. imminebant, intantumq; illum premebant, vt nec animum resumere paterẽtur. Laurentius quoq; Rocella infestus Arelateñ. Quid dormis nunc præsidens? ait, vbi animus tuus? vbi versutiæ tuæ? quid times, quid somnias? Ille autem (vt agnouit rem in periculo esse) nec rectam conclusioni viam patere, vtendum astu censuit, vtq; tumultum aliquantisper componeret. Habeo (inquit) sanctissimi patres nouas ex Francia literas, quæ mihi auditu stupenda enarrant, incredibiles illic nouitates sunt, eas si aures mihi præstatis benignas, mox vobis exponam. Qua re & silentium subitum impetrauit, & artificio miro attentos animos audientium reddidit. Vtq; liberum sibi dicendi campum patere vidit, sine fabula, sine vlla historia fuit, literarum sibi missarum seriem referauit: exinde (prout Oratoria exigit insinuatio) pedetentim ad causam rediens, Eugenianos nuntios impleſſe Galliam dixit, qui nouam doctrinam prædicantes, authoritatem Romani pontificis supra generalia Concilia magnificarent, quibus (nisi cito occurreretur) fore vt pluribus fidẽ facerent: idcirco oportuisse sacrum Concilium, de remedio cogitare, necessarioq; iam veritates de quibus agetur examinatas, vt per eas Eugenianorum temeritas retunderetur, quæ licet essent numero bis quatuor, non tamen fuisset intentio patrum omnes concludere, sed tantum priores tres, prout se (inquit) in nomine patris, & filij, & spiritus sancti cõcludere. Atq; his dictis lætus alacerq; consurgens, ab omnibus suæ partis hominibus summe probatus & laudatus recessit. Et alij quidem cum, alij vestimentorum fimbrias deosculabantur, secutiq; ipsum cõplurimi, prudentiã eius magnopere commendabant, qui licet origine esset Gallicus, Italos tamen hac die summa homines astutia superasset. Communis tamen omnium opinio fuit, hoc spiritus sancti magis, quàm ipsius Arelatensis opus fuisse. Cæteri vero alterius factiõis

C homines, qui mente alienati, inclinatisq; capitibus domum quisque suam perrexerunt: nec insimul recedentes, nec scinuicem salutantes, vt eos victos cuiuslibet vultus ostẽderet, plus quoq; in vulgus de Panormitano relatum est, illum scilicet, postquam domum venit, in cubiculum se recepisse, secumq; de rege suo questum, quod eum aduersus veritatem pugnare compelleret, & suam famam, suamq; animam ire perditum, mediasq; inter lachrymas obdormiuisse, nec vsq; ad vesperas præ mœstitia sumpsisse cibum, vt qui nec ignorans, nec volens veritatem oppugnasset.

EAdem die reuersus est Cardinalis Terraconẽsis, vir & animo, & consilio quàm corpore maior: scientia vero literarum admodum tritus, qui eo tempore quo Armeniaci aduenerunt ad duas dietas se sequestrauerat. Cumq; is generali congregationi interesse non potuisset, subito ad eum Cathelani, Lombardiq; perrexerunt, diuersa cum eo consilia trutinantes. Alijs nanq; deserẽdum Concilium videbat, alijs persistendum, omniq; nisu resistendum, ne quid vlterius aduersus Eugenium fieret. Eaq; inter eos sententia mansit. Die autem sabbati, quæ fuit Aprilis quinta & vigesima, Lugdunensis archiepiscopus, & Burgensis episcopus, accersitis in capitulo maioris ecclesiæ prælatis, multa de pace exorditi sunt, fiẽdasq; illo die deputationes, Burgẽsis epus suadebat, quibus Lugdunensis facultatem componendi committeret. Quibus responsum est, vt ipsi iudicarunt, duriter, vt alij æstimarunt, suauiter. Iuste tamen dixerunt, nanque patres Concilij, nullam esse ante, concordiam posse, quàm aduersarij errati sui veniam peterent, sicq; finem fecerunt. Sequenti dominica idem Burgensis cum alijs ex Lombardis, & Cathelanis Germanicam adijt nationẽ, exinde senatũ vrbanũ, & vtrobiq; de prohibendo schismate sermonem fecit.

Lugdunensis contra Panormitanum.
Turbatio Cõcilij
Boni viri timebant & timent ne Christo præualeat mundus.
Lausanensis episcopus assurgens
Nicolaꝰ Grossetanus.
Franciscus de Fuxe
Andreas Hispanus.
Laurẽtius Rocella.
Nota ingenium Arelatensis & pñsimã fraudem optimi patris
Cõclusio concilij
Attẽde de Panormitano
Cardinalis Terraconẽsis
Lugdunensis archiepus.
Burgensis episcopus.
Iustũ Concilij responsum
Eugeniani adeũt senatũ & Germanos

Natio(vt postea intellexi)retulit se ad ea quæ deputationes deliberarent. Senatus vrbani, D
Vtrorũq; responsum. vt sunt homines præmaturi,& qui nihil sine consilio faciunt diligenti, rem illam ad se minime pertinere, dixerunt, sed ad Concilium cuius patres prudentissimi forent, nec ignorare, quid in rem eẽt fidei Christianæ, si quid instaret periculi, id eẽ Concilio, non consulatui suo monstrandum: credere se, maiores Concilij vbi eẽnt præmoniti, nihil mali admissuros: ad senatum vero vrbanum nihil aliud pertinere, quàm tutari patres, & fidem ciuitatis publicã custodire. Eoq; responso Burgen. dimiserunt. Interea prẽs Concilij, formã De
Forma Decreti conscribitur & approbat. creti superioribus conclusionibus conscripserant, eamq; in sacris deputationibus approbauerant. Sola communium deputatio limandum magis decretum censuit. Iamq; principum Oratores rex Moguntino conuentu redierant omnes, habitisq; inter se consilijs, impedire Decretum statuerant. Nona igitur Maij die, quæ & ipsa, vt Iudæi seruarunt sabbati, vt gentiles Saturni, vt nos Virginis fuit, ad generalem contionem deuentum est, quæ admodum frequens fuit, vtraque parte ad conflictum se exhibente. Ipsi autem principum oratores vocati per Lubicen. episcopum, & Conradum de Vvynsperg protectorem, in choro ecclesiæ detinebantur, ibiq; de pace (si qua posset haberi) agitabatur, plusq; ibi morati sunt, quàm ali
Arelatensis consilium. cuius ferret opinio, quæ res præter spem omni bene gerendæ rei occasionem attulit. Erat tantummodo illa die forma Decreti concludenda: ideoq; vt vidit Arelatensis contionem eẽ plenissimam, viros duodecim concordasse, maximamq; omnium cum silentio expecta
Conclusio ad instantiam ꝓcuratorum tionem fore, haud expectandam eẽ turbationem cẽsuit. Legiq; è vestigio concordata publica iussit: inter quæ illud etiã erat, vt posset ipse Arelatensis, quando sibi videret, sessionẽ in- E
dicere. Quibus lectis, rogatus à promotoribus, ex more conclusit, Oratoribus principum adhuc in choro persistentibus. Qui vt rem gestam intellexerunt, turbati admodum, colloOrationis ingrediũtur sententiam. quia dimiserunt, Lubicensi oñia imputantes, q eos ex industria tenuisset in choro, verbaq; protelasset. Ingressiq; contionem totum templum querimonijs impleuerunt. Primus tamen omnium, & suo, & protectoris nomine, Lubicensis de conclusione conquestus est, eamq; vt Concilium reuocaret minus libenter, quàm efficaciter postulauit. Id si concedere
Turonẽsis episcopus tur, tractaturum se pacem, & protectorem inter Concilium & Oratores principum pollicitus. Turonensis autem archiepiscopus, videri sibi dicebat, vsque ad sessionem liberam eẽ dicendi omnibus facultatem aduersus eam, quæ promulgari deberet legem, cum tunc Canones consecrarentur, tuncq; reciperent animam, cum infulati episcopi post lecturam Decreti in sessione placere sibi respondissent: secus vero inanem eẽ interrogationem, quæ à promotoribus in sessione fieret, ea de causa, cum nondum eẽnt conclusiones in sessione approbatæ, impune se circa eas pauca locuturum: rem eẽ grandem, arduamq;, nec tam breui spatio comprehensibilem, se solum nunc earum habuisse notitiam: quia tamen archiepiscopus eẽt, oportere eum rem bene nosse, vt domum rediens, & informare regem, & instruere subditos quiret: velleq; se atque collegas ante consessum fiendum, & audire alios, & audiri ab alijs: nec videri sibi ante relationem gestorum, quæ Oratores principum Moguntiæ egissent, sessionem hanc fiendam: quæ forsitan talia forent, vt patrum possent intentionem mu
Concensis episcopus tare. Concensis vero episcopus Orator regis Castellæ, qui & ipse nuper ex Moguntia reuenerat, vir plura intelligens, quàm explicare sciat, grauiter questus est contemni prælatos. F
Nec fuisse rem magnam (ait) si expectati fuissent, qui Moguntiam non voluptatis, sed necessitatis causa, & cum grauibus periculis & sumptibus petijssent, postq; quasi subridens: Ah demens (inquit) ego, qui expectari prælatos ex Moguntia volo, cum nec etiam ex choro
Vide quid patiatur veritas o magnam in episcopo contumeliam, nã si catamitos & meretricũ gregem alat, laudatur, doctos vero bonosq; educari sceleri asscribitur. huius ecclesiæ expectati sint. Facite ergo (vt libet) si quid hinc scandali, si quid mali euenerit neq; nos Oratores Castellæ, inculpandi sumus, neq; sereniſſimo regi nostro quisquam iure imputauerit. Mediolanensis quoq; archiepiscopus, quod eius rei periculosissimum exitum iudicabat, in authorem Arelaten. acerbissime conuitiatus est. Ipsum esse, qui copistas, prædagogorumq; gregem nutriret, remq; cum eis fidei concluderet, alium eum Cathelinam vocitans, ad quem desperati & perditi omnes confugerent. Illorumq; ipsum eẽ principem, & cum illis ecclesiam regere: nec in re omnium maxima magnis prælatis, & magnorum principum Oratoribus auscultare. Albigaunensis quoq; vir nobilissimus, & ex Cæsarum sangui
ne descendens: quamuis nunquam animum à Concilio alienasset, ne tamen ab alijs Oratorum principibus videretur discrepare, haud absimilem querimoniam habuit de neglectu prælatorum. Exhinc ad Panormitanum oratio defluxit, qui vt vim dicendi maiorem habuit, sic etiam concitatiorem ostendit animum.

Calumniæ in patres Concilij a Panormitano

IN exordio suæ orationis Panormitanus, non vt Oratores præcipiunt beneuolentiã, sed odium captare ab auditoribus visus est. Dicebat enim, saluatorem nostrum signa in Euangelio quatuor ostendisse, quibus bonos cognoscceremus à reprobis. Quoniam qui est ex deo (inquit) verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo nõ estis. Rursus quoq; Qui male agit, odit lucem. Alibi etiam: A fructibus eorum cognoscetis eos.

Et nõ

A Et non potest arbor bona, malos fructus facere, quæ omnia in patres Concilij retorquebat qui verba dei, id est, verba pacis, quæ ipsi Oratores proferrent, non audirent, quiq; lucem fugisset, Oratoribus absentibus, & clanculum concludentes, quodq; in sua deputatione diem festum non celebrassent, sed feriata die conclusissent, & quod in præcedenti conclusione non ratione, sed deceptione vicissent. De fructibus dicebat, vt ipsi patres meditarentur: quoniam si fructus eorum non eẽnt boni, ipsi etiam boni non eẽnt, se autem videre in foribus Concilium aliud, vbi timeret ne huiusmodi conclusiones reuocarentur, tanquam malæ fructus arboris. Ideoq; non eẽ fic repente in rebus maximis procedẽdum, velleq; se adhuc plenius ante sessionem audiri, tam suo, qui archiepiscopus eẽt, quàm sui principis nomine, qui non tantum vnius, sed plurium regnorum rex haberetur, se quoq; antehac & verbis, & scriptis, ac etiam factis authoritatem sacri Concilij magnificasse, vereriq; ne per tales modos authoritas ipsa conculcaretur. Ignosciq; sibi tandem petijt, si patres Concilij offenderet, quoniam eum sic eloqui dolor mœrorq; cogeret.

Conscientia plus q̃ iuristæ q̃ damnat festo die, fidei causam agi. Vide ne de ijs in Euangelio dictum, vbi iumenti in foueam prolapsi mẽtio est. Ambitio qd non facis?

VOluisset abbas Vergiliaceñ. ad ea respõsum dare, quæ Panormitanus de sua deputatione tetigerat. Arelatensi autem, prius dicere omnes, placuit, qui ex aduerso erant. Inter quos vltimo loco legistarum Homerus fuit Ludouicus protonotarius, qui licet inuitus loqueretur, vbi tamẽ occeperat, retinere verba nesciebat & cupiens doctus videri, bonum se fore obliuiscebatur. Is ergo, debere Concilium aduertere, dicebat, ne inuitis prælatis materiam fidei agitaret, ne scandalum sequeretur, quod rem inualidam aliqui dicerẽt: nanq; licet Christus duodecim Apostolos, & septuaginta discipu
B los elegisset, in ẽditione tamen symboli soli Apostoli interfuissent, quasi exemplum darent rẽ fidei ad solos Apl'os, & sic ad solos eẽos pertinere, nec eẽ in materia fidei cum festinantia procedendum, quæ limpidissima eẽ debet: cũ exigat Petrus, pbationẽ fidei pretiosiorem eẽ auro, quod per ignem probatur: quod si spretis episcopis huic rei daretur terminus, qui columnæ & claues cœli dicuntur, non posset bene probata fides videri, nec bene examinata. Fassusq; tandem, inferiores cũ episcopis definire posse, minorem episcoporum partẽ cum maiori inferiorum parte aliquid posse terminare, negauit. Exinde transiens ad ipsam fidei materiam, dixit, veritates illas, de quibus erat quæstio, articulos fidei fore, si veritates eẽnt fidei: cumq; articulos fidei quisque teneretur credere, has quoq; omnes teneri credere, ait, ideoq; velle se instrui, & maturius edoceri in re, quàm eẽt pro fide creditурus, nec decere id sibi denegare Concilium, quod promptissimum eẽ deberet, iuxta normam Apostoli, cuiq; poscenti de ea, quæ in eo est, fide reddere rationem.

Abbas Vergiliacensis. Ludouicus protonotarius cũ doctus videri vellet bonum se fore obliuiscebatur. Symbolum fidei maxime congesserunt Synodi.

POstquam vero dicendi finem omnes fecerunt, Arelatensis seipsum colligens, orationem multifariam habuit, nunc ijs, nunc illis respondens. Imperialium q; primo nuntiorum desideria laudauit, qui pacem & concordiam tractare se obtulissent: reuocari autem quod eẽt conclusum, nec necessitatem vrgere, nec honestatem pati. Oratorum vero Franciæ petitionem iustissimam eẽ respondit, quod informari de re fidei poscerent, eorq; pcibus Conciliũ annuitur, missurum q; ex magistris aliquos, q eos docerent. Rem vero iam eẽ conclusam, nec amplius reuocari posse in dubium: sessionem vero non ad roborandum, sed ad honestandũ tantummodo actum fieri: quod autem Conceñ. tantopere quereretur, id sibi non eẽ admirationi: Non enim sciret Conceñ. rerum processum, qui absens fuisset, quem melius instructum, minime dicturum talia arbitraretur, quoniam vir iustus nihil postularet iniustum: protestationem autem ipsius nihil mali habere, q̃d nec regi suo, nec sibi imputari vellet, sed quid ex conclusionibus factis proueniret scandali: non tamen id esse formidandum, vt ex bonis operibus mala suborirentur. Mediolanensi vero, quod eum nimis turbatum videbat, nimium q; commotum, nihil respondit, ne forte ex grauibus verbis grauiora suscitarentur. Panormitanum vero ad vltimum reseruabat. Ludouico vero protonotario instructionem petenti, per verba ad Turoneñ. dicta voluit satisfactum, id tamen intactum non prętermisit, quod de Apostolis & symbolo dixerat Ludouicus. Etenim quamuis soli Apostoli in symboli æditione nominentur. Id tamen non constare, ait, an soli in ẽdendo fuerint, fieriq; id sæpe, vt soli principes adnotentur rerum authores gestarum, quamuis alios coadiutores habuerint. Idq; in prælijs patere, quæ licet omnium militum gerantur manibus, paucis tamen asscribi solent, vt hac nostra ætate Imperatori omnium præstantissimo Nicolao Picenino, quẽ continuus tot victoriarum cursus illustrat, cuncta, quæ suus exercitus vel feliciter agit, vel prudẽter, asscribunt. Tametsi alij sæpe & Concilij inuẽtores, & propositi executores fuerint, scireq; Ludouicum debere, articulos fidei non solum esse, qui symbolo continentur, sed omnes quoq; generalium Concilioꝝ factas circa fidẽ declarationes. Nec ignorare ipsum, aliquos eẽ ipsius symboli, quo nunc in eccleſijs vtimur articulos, non ab apostolis, sed postmodum in generalibus Concilijs additos, portionemq; illam de processione spiritus sancti mentionem

Arelatensis oratio Ad Imperiales nuntios Ad oratores regis Franciæ

Ad Conceñsem episcopũ.

Ad Ludouicum protonotarium.

Nicolaus Picenius Italus

Quam adiecit Lugdunē se Concilium Propriis spiculis confodí tur Panormitanus

tionem habentem, Lugdunense Concilium adiecisse, in quo iudicasse cum episcopis inferiores, non esset ambiguum: Cumq; rem ipsam in proxima congregatione dilucidasset, haud amplius circa eam fore immorandum. Sicq; ad Panormitanum descendēs, verba eius repetijt: Qui ex deo est, verba dei audit. Idq; bene sumptum ex Euangelio, in Concilium autem non bene flexum, dixit: se nanque firmiter credere, quod veteres existimarunt spiritum sanctum in medio esse Conciliorum, ideoq; verba Concilij, verba esse spiritus sancti, quæ si aliqui respuerent, ex deo se vtiq; fore negarent. Nec Concilium lucem odire, quod palàm omnia & in publico faceret, & cuius congregationes omnibus eēnt apertæ, nec vt aliquæ aduersariorum conuenticulæ, istos admitterent, illos excluderent. Rem quæ nunc in manibus esset, duobus iam mensibus inceptam agitari, primo in schola Theologorum latè, diffuseq; disputatas esse conclusiones, post, Moguntiam & in alias orbis partes transmissas: Exinde vocatos in Capitulo maioris ecclesiæ patres, viginti circiter & centum numero fuisse, illic inter alios etiam ipsum, qui nunc conquereretur, Panormitanum, suoq; more acutè, diserteq; disputasse, nec vlli dicendi locum defuisse. Rursus quoq; in deputationibus, dixisse, omnes liberrime quæ voluissent. In ea vero deputatione vbi Panormitanus eēt, triduo rem fuisse discussam. Post duodecim viros concordasse, mox generalem congregationem conclusisse: nullam rem vnquàm aut maturius, aut diligentius fuisse expeditam, nec alí quid aut dolo, aut clàm factum. Quod autem die festo deputatio sedisset, id nihil mali habere, nec nouum eē, cū & sæpe dominicis diebus, & alijs in festiuitatibus sessum eēt, vbi res indigeret celeritate, & maxime, quia res fidei non habet ferias, se vero in superiori congregatione, neque dolose, aut fraudulenter, vt Panormitanus dixisset, sed publice requirentibus promotoribus, & via (vt aiunt) regia. Nec eē vlli iustam de se querimoniam, qui assumptus ad præsidentiam iurasset, se semper concluſurum, vbi aut quatuor, aut tres deputationes concurrerent. Cumq; in pluribus causis Papam tangentibus conclusisset, non videre se nunc, cur in re fidei nō concluderet, quia & Cardinalis eēt & ideo rubeum galerum gestaret quoniam etiam sanguinem ad tutelam fidei deberet effundere, nec se nunc aliquid aduersus Papam fecisse, qui dimissis quinque conclusionibus Eugenium tangentibus, solas tres generales conclusisset: quod nisi fecisset, habituros patres in eum iustissimam querimoniam, qui eius fidem sequuti, eum præsidentem legissent, à quo nunc in re fidei, & in re maxime necessaria desererentur. Versusq; ad multitudinem, bono animo eē patres rogauit, quia nunquam eos dimitteret, etiam si oporteret mori eum, dedisse se suam Concilio fidem, illamq; velle obseruare, nec eū ex suo proposito, aut minas, aut preces cuiuspiā posse dejicere: paratum se ad omnia fore, quæ sacrum sibi Concilium præciperet, nec vnquam mandatis se depurationum, aliquo pacto defuturum. Quod autem Panormitanus Concilij authoritatem magnificasset, gratias sibi habendas ait: scire tamen eum debere, authoritatem sacri Concilij tantā eē, vt & nullius laudibus crescere, & nullius vituperatione minui possit, atque his peroratis, formam decreti legi iussit. Panormitanus vero, & qui eum sequebantur, cæteriq; protestationem quandam prius legi contendebant: diuq; hinc atque hinc vociferatum est. Obtinuit tamen demum Arelatensis, lectaq; forma Decreti, vsque ad verbum decernimus, assurgens Panormitanus, nihil passus est vlterius audiri. Indecorumq; eē clamabat episcopus Cathauiensis, solum Arelatensem cum paucis, & titularibus episcopis rem concludere. Clamabant & omnes, qui Panormitano fauebant. Cardinalis quoq; Terraconensis, qui vsq; ad eam horam siluerat, grauiter suos castigabat, qui veluti dormientes & somnolenti protestationem non legerent, familiaribusq; illico vni ex suis, vt protestationem perlegeret, mandauit. At sicut antea lecturam concordatorum aduersarij perturbabant, sic nūc pres Concilij aduersarios protestationi locum non dimittebant. Quod vbi Albigaunēsis perpendit, scripturam sibi lecturæ afferri præcepit. Iamq; sonare vox cœperat, cum subito Arelatensis admonitu patriarchæ assurrexit, cum multitudine patrum recessurus. Quæ res apprime Cardinali Terraconensi, Panormitanoq; placebat, sperantibus se cum suis in ecclesia remansuros. Reuocare conclusionem Arelaten. & aliam facere, iamq; suos vt remanerent, adhortabantur. Erat in contione, suoq; loco Georgius protonotarius de Bardaxina, paulo inferius sedens, quàm suus auunculus Cardinalis Terraconensis, ætate admodum iuuenis, prudentia vero senex, & humanitate pernobilis, qui vt vidit Arelatensem surgere, ipse quoque recedendum sibi statuerat, vocantiq; se auunculo, & vt maneret præcipienti. Absit à me (inquit pater) vt vestro in conuenticulo maneam, aut aliquid agam, quod iureiurando à me præstito sit aduersum. Quo dicto, & præstantem virtutem, generositatemq; suam patefecit, & nostros eorum quæ facturi fuerant, remanentes admonuit. Vox eius, vox spiritus sancti fuit: vox plus quàm credi posset necessaria: nisi eā vox eius sic sonasset abiissent forsitan conciliares, alij in ecclesia remanentes, contrariam habuissent conclusionē eamq; validam asseuerassent, quod vltimam conclusionē dicerent inspiciendam, nec vnquā vt ali-

Vere Cardinalis non purpuratæ Babylonis, sed immaculatę spōsæ Chri Iesu. Ad multitudinem Concilii

Quasi in re fidei non possit vnusquisq; pnuntiare, hns pro se Canonicam scripturam.

Georgius protonotarius, & egregius eius animus iuuenis adhuc.

A vt aliquibus, in maiori: vt mihi videtur, in simili discrimine Concilium fuit. Atq; viri admoniti voce protonotarij, antiquorumq; Conciliorum, & similiū casuum reminiscētes abcedentem iam multitudinem, partim nutibus, partim vocibus reuocarunt: ipsisq; vt sederent Arelateñ. & patriarchæ inclamitarunt, ne vacuam aduersarijs, & quietam dimitterent ecclesiam: vnde & subito multitudo resedit, & fores obseratæ fuerunt. Interea Matthæus Albigaunensis episcopus protestationem nulli alteri, quàm sibi legebat. Nec enim præstrepitu poterat audiri. Quo finiente, tam Longobardi, quàm Cathelani protestationi adhæserunt. Cardinalis quoq; Terraconensis adhærere se illi dissensioni, dicens, admirationem sui reddidit, & subridentibus aliquibus. Quid irridetis me (ait) insani? Oratores mei regis à vobis dissentiunt? Quid mirum est, si me (inquam) ipsorum consentire dissentioni? Atque cum hisce sermonibus & ipse, & omnes fere Arragonenses, Longobardiq;, & Castellani discesserunt. Cæteri omnes restiterunt. Et licet hora esset admodum tarda: iam enim duæ post merididiem effluxerant horæ: videns Arelatensis quietum esse conuentum, priuatarum (vt moris est) personarum legi negotia iussit: quibus finitis, publica quoq; iterari præcepit. Iterumq; & legi conclusiones, & formam Decreti voluit. Remanserant in congregatione Oratores Imperij cum Oratoribus Franciæ, inuicemq; de rebus gestis confabulabãtur, nec quid legeretur magnopere aduertebant. Audiuit tamen verbum de conclusionibus Turonẽsis, versusq; ad Lubicen. En (inquit) res iterum fidei agitur, abeamus hinc obsecro, ne scandalum simus alijs, neve à cęteris Oratoribus dissentire dicamur. Cui Lubicẽsis: Ma-

B ne (inquit) pater, mane hic. Nunquid verissimæ huiusmodi conclusiones sunt? quid tu hic timeas pro veritate fuisse? Nec ista à multis audita sunt: sub missa nãq; inter sese voce sermones ferebant. Audiui tamẽ ego, qui ad pedes eorum sedẽs, quæ ipsi dicerẽt, verba, cupide obseruabam. Arelatensis autem lectis oñibus, quæ necessaria reputauit, petentibus promotoribus conclusit, & facto fine contionem dimisit.

BIs igitur (sicuti monstratum est) magnis in difficultatibus conclusit Arelatensis: quoniam nec materia, nec forma potuit sine concertatione cõcludi. Fuitq; vtraque mirculosa conclusio, & præter spem omnium, vel Arelatensis industria, vel spiritus sancti munere habita. Ideoq; relatum est postea Panormitanum, cum ex ecclesia abiret, versum ad suos, Italica, nostraq; lingua dixisse, & duæ, volens significare, quoniam aut bis pars sua succubuisset, aut bis fuisset decepta. Id nanq; non sine indignatiõe pronuntiauit. Post hæc deliberatum est inter Longobardos & Arragonẽses aliquantisper à deputationibus abstinere: quod nec diu, nec oñes seruarũt, pluribus tamẽ diebus tranquilliores habitæ sunt deputatiões: nec vsq; ad quintam & decimam Maij lucẽ, relatu dignum est quicquàm actum: quæsitaq; interim cõcordia inter patres nusquàm potuit reperiri. Vt ergo illuxit Veneris dies, quæ fuit Idibus Maij, vocatus in cõtionem, Nicolaus Amici promotor fidei, quæ acta essent superioribus diebus succincte repetijt: vtq; indicere sessionem Arelatensis posset, explicauit. Quare cum esset periculi plena in rebus fidei dilatio, in crastinum sessionem indici postulauit: Requirẽs & Cardinalem ipsum ob dignitatem suam, qui cardo ecclesiæ diceretur, & reliquos episcopos, quoniam sic in consecratione promitterẽt,

C ne nũc in tanto negotio deforẽt ecclesiæ, neve fidem opprimi paterẽtur. Alios vero minores sub iuramẽto præstito requisiuit. Iterum ergo ob hæc verba concertatum est. Arelatẽsis nanq;, vt requisitus fuerat, sessionem indixit, vtq; oñes adessent cum ornamẽtis, est exhortatus. Lubicensis autem assurgens, suo & protectoris nomine protestatus est, se sessioni fiendæ minime assentiri, siqua in parte intelligentiæ, per Oratores principum Moguntiæ habitæ derogaret. Eiusq; protestationi accessit Georgius miles coambasiator eius. Protector vero Cæsareus, vt se nominari per Lubicensem agnouit, miratus aliquantisper quid esset, ac per interpretem certior factus. Nequaquam se (inquit Lubicensis) protestationi accedere, nec se actorum Moguntinorum aliquid nosse: se missum per Imperatorem ad sacrũ Cõciliũ, habere sua mãdata, quoq; recte recordaretur, illisq; obediturum se eẽ. Post quẽ Concẽsis, protestationis solitæ tenorem repetijt, atq; exinde ad Panormitanum sermo descendit. Cuius antequam verba refero. Nemo, vt admiretur cupio, quod toties cadat in meum Panormitanus calamum. Necessarium enim habeo, rem, vt gestum est, sic narrare. Et euenit in huiusmodi rebus haud secus, quàm in bellicis actibus. Vt enim ibi qui viribus corporis alijs præstant, & qui plura faciunt, pluries nominant, veluti in bello Troico Achilles & Hector: sic in huiusmodi spiritalibus prælijs, qui plurimum eloquentia, ac scientia pollent, plus alijs agunt, plusq; vt nominentur, oportet. Erat nanq; alterius partis princeps Panormitanus, alterius Arelatensis: sed illum non quippe voluntas, sed sola necessitas principem fecerat, eumque obedire principi suo oportebat. Vbi tamẽ veritas esset, non ignorabat, nec libenter ei resistebat, sæpiusq; illum ego in sua bibliotheca de suo principe vidi conquestum, qui aliorum monita sequeretur. Is ergo (vt locũ dicẽdi habuit) mirari se supra modum

Albigaunensis legit protestationem.

Legũtur Concilij negotia et publicantur.

Aeneas præsens hæc eos ligebat.

Ita non laudas, postea a Aenea hoc cõcilium, cum ipse factus fuisti pontifex. Vide, vide, sed scis modo quid egeris Christo iudice.

Petitur indici sessio in crastinum.

Lubicensis

Conradus a Vvinsperg Baro.

Concensis.

Panormitanꝰ

Panormitanꝰ Achilles Eugenianorum, Arelatensis Concilij Hector.

dum, ait: quia procurator fidei prælatos ad seſſionem requireret, quod eſſet à ſuo officio alienum, nec debere illum præſidentis vicem vſurpare. Iterumq; de contemptu prælatorum conqueſtus addidit, rem præſentem, ſtatum apoſtolicæ ſedis tangere, eamq; ob cauſam debere priuſquàm ſeſſio fieret, ſedem ipſam audiri. Nec curandum eſſe, quod id Conſtantienſe Concilium videretur decreuiſſe, quod modo ageretur, quia Conſtantiæ non fuiſſet auditus Iohannes, nec alius pro ipſa ſede locutus: quo verbo omnia illius magnæ & ſanctæ Conſtantienſis Synodi Decreta reuocare in dubium, & paruifacere videbatur. Ideoq; tumultus pergrandis, & clamor omnium factus eſt, vna voce dicentium: ſanctam eſſe Conſtantienſem Synodum, eiusq; forè intemerandam authoritatem. Ille tamen adhuc inſtans magno, elatoq; animo, rem ipſam ſine Oratoribus principum perfici nequaquàm poſſe aſſeruit, oportereq; in re fidei principes audiri. Rurſusq; Oratores ipſos conſentire non poſſe, quod in Moguntina dieta nihil ſe recepturos promiſiſſent, ex his quæ durante pacis tractatu, per eos incepto, vel Papa contra Concilium, vel Concilium contra Papam feciſſet: nec ſe dubitare quin tres primæ concluſiones hæreticum Eugenium declararent, quoniam notorium foret primis duabus Eugenium pertinaciter contraire. Eapropter cum nondum eſſet ſeſſio celebrata, & liceret ante ſeſſionē cuiq; volēti dicere, rogare ſe iterum atq; iterū dixit, ne ſeſſio adhuc fieret. Cui Arelatenſis nil dubij forè reſpondit, quin ex officio ſuo promotor fidei ad rem fidei prælatos accerſeret, & maxime, quia ſic deputatio fidei & ipſum totum Concilium ſibi mandaſſet. Ad materiam prælatorum ait, quia epiſcoporum abſq; vllo dubio maxima eſſet authoritas. In Concilijs tamen introductum eſſe, non nomine epiſcoporum, ſed Concilij fieri concluſionem: Vniuerſalem eccleſiam certas ſibi leges in hoc Concilio dixiſſe, quæ vſq; hoc temporis inuiolatæ manerent: nec grauem epiſcopis inferiorum præſentiam eſſe debere, cum & ſub palliolo ſordido ſapientia, & ſub pretioſis veſtibus ſæpe dementia deliteſceret. Debere quoq; illius Domitij epiſcopos meminiſſe, qui (vt Hieronymus refert) Curte habeam (inquit) vt principem, ſi me non habes vt ſenatorem? Oportet nanq; vt epiſcopi presbyteros habeant, vt presbyteros, ſi ſibi abeis, vt epiſcopis honorem cupiunt exhiberi, nec expectari principes ad huiuſmodi rei deciſionem debere, quia non hic principum, ſed Chriſti nomine congregata eſſet eccleſia, quę poteſtatem à deo non à principibus recepiſſet, ad quam tutādam non minus inferiores quàm ipſos epiſcopos cerneret animatos, Cum illos non ſolum bona temporalia, ſed vitam quoq; ad defenſionem eccleſiæ daturos cognoſceret. Epiſcopos vero aliquos nequid temporalitatis amitterent, libertatem eccleſiæ principibus vendituros, eosq; iudices & dominos ſupra Concilium erecturos. De geſtis vero Moguntiæ nihilum ſe curare, quia (vt aiunt) ſine hoſpite computaſſent. Illud autem quomodo ſtare poſſet ſe minime intelligere, quod neq; Concilio, neq; Papæ obedituros ſe ſtatuiſſent, quoniam aut illi parendum eſſet, aut iſti, tertium nullum eſſe tribunal, cui foret obediendum in his quæ vel fidem, vel aīarū ſalutem reſpicerent. Nec paſſuram tandem eccleſiam, vt iudicio principum res ſuæ, resq; fidei terminentur. Nec ēm ſpiritum ſanctum principibus, ſed ipſos principes illi ſubeſſe, ſeq; pro hac concluſione, nec fortunarum amiſſionem, nec martyrij pœnam formidaturum. Quod autem Panormitanus tam acerrimum Eugenij defenſorem ſe exhiberet, id ſibi ſtupori eſſe, quoniam nemo illius errata magis, quàm Panormitanus aliâs publicaſſet, cuius maxime opera, & ſuaſu, & decretum monitorium aduerſus Eugenium fuiſſet, & ſuſpenſio admiſſa. Vnde iſta mutatio nunc eſſet ſe penitus ignorare, cum nec vitam Eugenius mutaſſet, nec ſtare in tanto ſchiſmate eccleſia poſſet. Rogare tamen Panormitanum, vt bene aduerteret, an ex conſcientia loqueretur. Concluſiones enim quæ modo decretari deberent, fore admodum generales, nullamq; ſummi pontificis mentionē habere, in eisq; veritatem fidei contineri: ſi contra eas ſentiret Eugenius, Papam corrigi æquius eſſe, quàm veritatem omitti. Sicq; facto fine admoniti omnes ſunt, die craſtino ad ſeſſionem venire. Rogauit quoque protector ſacrum Concilium, ne qui familiares afferre arma in ſeſſionem permitterentur, quia paratus eſſet ſaluum conductum Imperatoris ſeruare, & cum ſenatu ciuitatis quoſcunque rixantes ab iniurijs prohibere.

Fautores Papæ quicqd adrem eius facit magni faciūt, qcqd vero cōtra fuerit, deprimunt, ſiue ſacrū, ſiue prophanum

Ad Panormitanum Arelatenſis.

Cōcluſio Cōcilij, non ep̄oꝝ ſed concilij fit nomine.

Hieronymus ad Nepotianum de vita clericali.

Vide q̄ argute, q̄ ſancte & pie aduerſarium conficiat. Sy hatten die vrten on den wirt gemacht

Panormitan⁹ Eugenii errata, publicauit. Bone deus, cōcilīū vitę emēdationē Eugenio q̄rebat, at ille incorrigibilis.

D

E

F

VT ſabbati dies illuxit, quæ fuit Maij ſexta & decima, omnes ad horam venerunt, quibus ſeſſio cordi erat. Ludouicus quoq; Lauſanenſis epiſcopus magni conſilij, magniq; animi pater, miſſam incepit. Oratores autem principum adhuc tentaturi aliquid, in chorum eccleſiæ venerant, mittentesq; Lubicenſem, ac Concenſem epiſcopos, virumq; non contemnendæ peritiæ decanum Turonenſem, inter futuros ſe ſeſsioni offerebant, ſi quatuor adhuc menſibus Eugenij depoſitio differretur. Qui cū gratum reſponſum ab Arelatenſi, & quibuſdam alijs primoribus habuiſſent, reuerſi ad ſuos, mutatum eē propoſitum inuenerunt. Iam enim ſolam primam concluſionem decretari volebant: ſicq; iterum Arelatenſem interpellarunt. Quibus reſponſum eſt, vim maximam

Lauſanenſis epiſcopus.

Ex tota Italia vix duo inuēti ſunt prælati ad bonū ec cleſię vniuer-

in dua

A in duabus reliquis esse conclusionibus, easq; præcipue velle Concilium decernere. Si nollent Oratores adesse, scirent concordiam à se fore interruptam, qui noluissent quod obtulerant obseruare. Quo responso, & illi discesserunt, & sessio celebrari accepit: nullus tamen Arragonensiū prælatorū interfuit, nullusq; omnino ex tota Hispania. Ex Italia soli, Grossitanus episcopus, & Abbas de Dona, qui pro eorū constantia, & firmissima ad bonū vniuersalis ecclesiæ voluntate mutari proposito non potuerunt. Doctores aūt, & cæteri inferiores magno in numero Arragonenses fuerunt. Et omnes fere, qui aderant ex Italia, Hispaniaq; (nec enim inferiores, sicuti prælati, principes timuerunt) maximaq; tunc Arragonēsiū & Cathelanorū virtus in inferioribus emicuit, qui sese minime necessitati ecclesiæ denegarunt. Ex duabus alijs nationibus mitrati fuerunt solum viginti. Alij vero domi latebāt, fidem in corde, sed non in ore habentes. Cogitarat Arelatensis, quod erat futurum, plurimasq; sanctorū reliquias tota vrbe perquiri iussit, ac per sacerdotum manus in sessione portatas, absentium episcoporū locum tenere: quæ res maxime deuotionem adauxit, in tantū, vt vocato postmodū de more spiritu sancto, nemo lachrymas continuerit. Erat nāq; per totam ecclesiam tenerrimus ac suauis fletus bonorū virorum, qui lachrymantes diuinum auxilium implorabant, quiq; matri ecclesiæ, vt opem ferret, magnū deum peprecabantur. Inter alios quoq; magnificus ille baro Imperialis protector, vberrimas ecclesię lachrymas præstabat, & inter flendum haud modicam tali actu consolationem recipiebat. Erat autem concio ipsa frequentissima: & si eñ episcopi haud multi erant, plena tamen omnia fuerunt subsellia, procuratoribus episcoporū, archidiaconis, præpositis, prioribus, presbyteris, ac diuini & humani iuris doctoribus, quos aut quadringētos, aut certe plures esse dīudi caui: quos inter nullū vnquam probrū, nulla rixa, nulla vnquam contentio fuit: sed alter alterum in professione fidei hortabatur, vnanimisq; omniū esse consensus ad defendendam
B ecclesiam ostendebatur, Decretū vero Massylienſis episcopus apprime nobilis legit, cui cū Albigaunensi episcopo tanta familiaritas ac fraternitas fuit, vt gemini dicerentur. Nam & domi, forisq; semper simul cernebātur. Quę res eo mirabilior videbatur, quo ipsi in factis ecclesiæ discordantiores ostendebantur, cū & Albigaunensis aduersus decretū protestationem legisset, & Massylienſis decretū, atq; vnà ex domo lector vtriusq; exisset: sed erat (vt quidā putant) in vno veritas, in altero simulatio. Breuis lectio Decreti fuit, nā & ipsum breue erat: fuit tamen eius lectura attente audita, nec vllum verbū incassum cecidit: Factoq; fine, Te deum laudamus, ex vna parte cantatū est, ex altera responsum, Te dominū confitemur. Sicq; alternatim summa cum lætitia, & omni alacritate finitus est hymnus, & sessio dissoluta, quæ fuit in numero aliarū tertia & trigesima, quæ si (vt diximus) & quieta fuit, & vltra omnes pacifica: nihil mirandū est. Ea nanq; in die celebrata est, quæ ipsius pacis & quietis matri Mariæ virgini est dedicata. Nec enim sua in die, aut seditiosum aliquid, aut turbulentum fieri beata virgo in suo præsertim templo admisisset. Vidimus nanq; aliàs, cum Decretum electionis locum publicari deberet, quia futura erat prægrandis discordia Virginem ipsam bis impediuisse, quo minus in suo die publicaretur, fuitq; res illa Marti dimissa. At nunc quia pacifica res fuit, non solum in sabbato sessionem fieri permisit, sed miraculose etiā voluit, vt generalis concio pro re ipsa concludenda in sabbato haberetur.

C EA quæ sequuta est Veneris die secūda, & vigesima Maij, Oratores principū, præter omnium spem, generali cōgregationi, & actibus conciliaribus, se miscuerūt, eo vel saltē facto præteritæ sessioni p̄stantes assensum, in qua celebrāda si patres errassent, nequaquā fas erat Oratores principū cum eisdē patribus Concilium celebrare: sed existimati sunt remorsu cōscientiæ tacti, iā abhorrere quod egerāt, quod de Oratoribus Cæsareis ac Gallicis nequaq̄ fuit obscurū. Lubecensis nanq; episcopus id sibi absentiæ causa præstitisse dixit, quoniā iussu Cæsareo ad pacē fuisset destinatus, ex qua re non decuisset eū alicui negotio interesse, vnde ille perturbaretur, cū quo pax esset pertractanda: se tamen sessionē præhabitam plurimū commendare, decretumq; in eadem promulgatū optimū se ac sanctissimum credere, veritates quoq; in eo cōtentas apud se semper indubitatas fuisse, eisq; & nūc, & vsq; ad mortem velle adhærere. Turonensis aūt archiepiscopus plurium literarū, & ornatæ prælatus eloquentiæ, pro se ac suis collegis loquens: Audisse se (inquit) inter aliquos sibi esse detractū, quod in sessione illa sanctissima regē suum non honorassent, quem maxime tueri fidem, ac exaltare deceret, qui ideo esset præ cæteris regibus nomen sortitus Christianissimū, habere se tamen non illegitimam excusationē, quando eos qui essent ad pacē missi, nihil omnino agere conueniret, quo suam impedirent legationē. Duo quoq; iniustitiæ fore genera, quibus aut fienda nō fierent, aut fierent non fienda. Primumq; non semper obligare, quod oporteret temporis, loci, personarumq; rationem habere, vltimum vero semper tenere. Neque in eo se incidisse, qui nihil turpitudinis admisissent. Circa primum tamen posse aliquibus videri se errasse, quòd in veneranda sessione

D non

salis intēti, ex Hispania nullus.

Jā vide qd de istis deinceps boni sperandum sit.

Laus Hispanorū inferioris ordinis.

Arelatēsis ingenium.

Quis hic interfuit spiritus? iudica tu christiane.

Conradus Vuinspergensis Baro.

Quadringēti circiter diuini & humani iuris doctores interfuerunt, inter qs nullū vnq̄ probrū, aut contentio interceſſit.

Massyliē. epūs legit decretū.

Albigauñ. cōtra decretum

Sessio.33

Oratores assentiūt vltimę sessioni.

Oratores principū, maxime cæsarei & gallici, cōscientia stimulāte Cōcilii gesta approbarunt

Duo iniustitiæ genera.

non affuiſſent,ſed eſſe quoq; hic quod reſponderēt,quia ſi ſeſſionem talem adiſſent,inutiles poſtmodū tractatui pacis cū Eugenio ſe reddidiſſent:ideoq; licet deſideraſſent tam ſancto negotio intereſſe,ſecutos ſe tamen fuiſſe exinde exemplū Pauli,qui licet cuperet diſſolui,& eſſe cum Chriſto,adhuc tamen,vt magis prodeſſet eccleſiæ,differebat:ficq; ſe nunc feciſſe, quoniā non idcirco abfuiſſent,qa de concluſionibus dubitarēt,quas veras,ſanctasq; reputarent,& quibus vſq; ad martyriū adhærerēt:ſed ne tractatui pacis pro qua veniſſent,rederentur inepti, ſe tamen quod ſuis non feciſſent in perſonis,domeſticorum impleuiſſe,q̄s omnes honorare ſeſſionem iuſſiſſent. Voluiſſem tūc prælati alicuius magni eē loco:nec enim non caſtigati tranſiſſent,qui ſe poſt digitū latere arbitrabantur. Etenim per deū excelſum,qd eſt quod pacis tractatui officiat declaratio veritatis? Aut ſi officit,cur pari loco non habeatur,q declarat,& q declaranti conſentit? En qd amplius teſtibus indigemus? Ec ce quod ipſi principum Oratores,inimicum veritatis Eugenium eē dicunt. Sed trāſeo iſta: ſat enim,poſtea Eugenius,cognoſcere ſe Turonenſem inimicū ſibi,ad ipſum regem Frāciæ ſcripſit,ſolum reſtat,vt pariter Lubeceñ.expediat.

Exēplū Pauli apoſtoli notādum.

Oratores principum,Eugeniū inimicū veritatis dicunt.

A Relatenſis vero,poſtquam finē Turonenſis fecit, gratias egit deo, qui ſic ſuā tueretur eccleſiam,quiq; poſt nubilum ſerenitatem q̄q; præberet. Laudatisq; Imperatoris erga eccleſiam,& ipſius regis Franciæ beneficijs,ipſos etiam Lubecēſem & Turonenſem magnifice commendauit,qui & in Concilio ſæpe, & proximis diebus in Moguntia authoritatem defendiſſent:præ cipue tamen præſentē actū,laudibus extulit,q & publice veritatem confeſſi fuiſſent,& ab eccleſiæ fide ſe minime ſequeſtraſſent Ingreſſusq; rei geſtę narrationem,fuiſſe ſe Piſis ac Conſtantiæ, inquit,nec vnquam ſeſſionem vidiſſe,aut quietiorem,aut deuotiorem,tum propter lachrymas omnium, qui in tantæ rei proſecutione plorabant:tum propter ſanctorum reliquias, quæ in manibus ſacerdotum aduectæ,& deuotionem & authoritatem rei maiorem addebant. Neceſſariumq; illud fuiſſe decretum,aſſeruit, ad reprimēdam Romanorum pontificum ambitionem,qui ſe ſupra vniuerſalem eccleſiam extollentes,omnia pro libidine ſua ſe poſſe,arbitrabantur,ne poſt hac eccleſiam vnus homo,nunc Bononiam,nunc Florētiam:rurſus Bononiam,mox Ferrariam,& deinde iterum Florentiam (vt Eugenius attētauit)traduceret: vtq; deinceps Romani pontifices paululum animum à tēporalium ſolicitudine rerum retraherent, qui, vt ipſe vidiſſet:nequaquam de ſpiritualibus cogitarent:ideoq; quo eēt ſanctior, quoq; neceſſarior illa ſeſſio,eo laudabiliorem & omnibus patribus gratiorem ipſorum Oratorū adhęſionem fuiſſe,propterea quod actum eēt,nec minus propter abſentiam,nec plus propter adhæſionem valuiſſe. Atq; ijs dictis,& ipſe aſſurrexit,& congregatio diſſoluta eſt. Nunc depoſitionem,quo pacto tranſierit, qui ſecuturus eſt liber,exponet.

Cōciliū ideo fuit cōgregatum, vt Ro. Pont. ambitio tolleretur ne pro ſua voluntate omnia ſe poſſe putarēt, deinde vt eorū animus a cura tpaliū ad ſpūalia reuocarēt, q̄rū apud eos iam nulla cura eſt

¶COMMENTARIORVM AENEAE SILVII SEnenſis de geſtis Concilij Baſilienſis,libri primi, contra Eugenium & Eugenianos.

FINIS.

AENEAE SYLVII

PICCOLOMINEI SENENSIS DE GESTIS CONCILII BASILIENSIS COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

A 

Pprehendit dominus arma & scutum, & exurrexit in adiutorium ecclesiæ. Eaq; sic adiuta, gaudens exultat in deo suo, qui eam vestimẽtis salutis induit: & quasi sponsam decoratã corona & ornatam monilibus, iustitiæ indumẽtis circundedit eam. Traditũ est superioribus Cõmentarijs, quo statu nostra demũ ætate ecclesia fuerit, quã Eugenius paulo ante papa, vt ventus arundinem, exagitauit. Verum est tamen, quod ore aureo Iohãnes prę dixit: Quia nõ cessat ecclesia impugnari, nõ cessat insidias pati, sed in nomine Christi semper superat, semper vincit. Et quãuis alij insidientur, quãuis repercutiant eam fluctus, fundamentum tamẽ, quod supra petrã est, non quassatur. Quocirca mentita est iniquitas Gabrieli, & perdidit eum dñs in malitia sua: quo, synodali sententia, ex apostolica sede præcipitato, factus est dñs in refugium ecclesiæ, gregiq; suo pastorẽ largitus est, qui derelicta (vt spes optima est) visitabit, dispersa quæret, confractum sanabit, carnesq; pinguium nõ comedet, & id quod stat, sapienter enutriet. Quã rem (vt omnes Christicolæ plane intelligant) enarrandus est mihi in eo, qui sequitur libro, electionis ordo, quo nunc Amodeus Sabaudiæ dux sapientissimus, in Romanũ pontificẽ fit assumptus. Depositio igit (sicut iã monstrauimus) ex Romano pontificio Gabriele Condulmario, vocatisq; ipso die prioribus patrũ in Capitulari loco maioris ecclesiæ, an expediret ilicò nouũ creari pontificẽ, an in tẽpus differri consultatũ est. Quibus festinãda electio pontificis videbatur. Plenũ periculis, dictæ cõgregationi huiusmodi, fine capite gubernari morbũ esse in tota vrbe pestifera, qui non solum
B pueritiã & iuuentutẽ, sed viros etiã fortes ætate, & aridos senes, quibus innoxia pestis esse solet, depopularet. Eamq; luem primo ex aduenis ad pauperes vrbis, & inde ad diuites, deniq; etiã ad ipsos Cõcilij patres aduolasse: pdicare, augere timorẽ, & omnia (sicuti fit) plus vero extollere. Decretũ nequaq; obstare, quo cautũ esset sexaginta diebus post vacationẽ superfederi. Id nãq; intelligi, cũ extra locũ Concilij sedes vacaret: nec expectandũ esse, vt principes per Gabrielẽ suasi obsisterent: quibus scribẽda vnico nuntio foret, & Gabrielis depositio, & alterius assumptio. Alij vero qbus superfedendũ esse videbat, nec carere Conciliũ capite, qd Christus erat, asseuerabãt: nec rectorẽ desiderare, qd per pñsidentes, & alios officiales gubernaretur. Pestis aũt in tali re mentionẽ non esse habẽdam: quoniã nec timenda mors esset viris fortibus, nec pro fide Christi pugnantibus inijci metus tormenti possit: Eum tamẽ, qui modo in vrbe grassaret morbũ, iamiam facto iudicio, sperandũ esse cõmitescere, qui propter neglectã iustitiã creditus fuerat inualescere. Principibus vero in re tam ardua, inuitis potius q̃ neglectis vtendũ esse, nec verendũ fore, quin eo casu fortes fortuna sit adiutura. Re igitur inter omnes diligẽter trutinata, licet quot homines, tot sen-
C tentiæ forẽt, & suus quiq; mos esset: constare tamẽ inter omnes videbatur, vtilius esse statim eligere, differre honestius. Eam ob causam Iohãnes Segouius, summa scientia vir, diuersis hinc atq; hinc parres (inquit) rationibus trahor, vt tamẽ maturius rẽ ex animo colligo, ea mihi demũ sententia stat, vt electionẽ festinã humani, dilationẽ vero bimestrem diuini consilij putem. Mihi em̃ non videtur, sic factũ legibus rescindi posse, Decretiq; nostri non solũ verba, sed mentẽ quoq; seruandã censeo. Quapropter si mihi credetis, honestatem potius periculosam sequemini, q̃ vtilitatẽ securã, licet re vera secerni vtilitas ab honestate nõ queat. Vicit igitur inter patres dilationis sentẽtia, duobusq; mensibus expectandũ esse decreuerũt. Interim missi ad principes nuntij, depositionẽ Romani pontificis in synodo factã, vbiq; gentiũ publicarũt. Corruptus tamẽ interea cœli tractus, & lætifer annus nequaq̃ purgabatur, sed crescente indies tabida lue, linquebant plurimi dulces animas, aut ægra trahebãt corpora. Quare orta est subita trepidatio patribus, nec quid agerẽt, satis cõsultũ habebant, neq; tutũ se transferre putabãt, neq; manere, qui tamen permanendũ duxerunt. Alios quoq; tenuerũt, vt qui famẽ & hostiles insidias superauerãt in terra, pestis persequutione nõ viderent deficere: quia tamẽ non oẽs teneri poterant, caute prouisum est, ne per cuiusquã recessum dissolui Conciliũ videretur: vtq; solidius res firmarẽtur, lecti sunt ad

Eugenius ecclesiam, vt vẽtus arundinẽ, exagitauit.

Eugenius deponitur a sede apostolica.

Deliberat, an põtificis electio sit differẽda, an festinãda.

Sexaginta dies superfedendũ post sedis apostolicæ vacationem.

Iohannes Segouius.

Patres de stabilimẽto

huiusmodi curam nõnulli patres, qs de stabilimẽto appellauere, quoꝝ postea in longũ tẽ- D
pus potestas durauit. Cũq; iam steriles exureret Syrius agros, omnesq; arerẽt herbæ, latius
vndiq; grassata est pestis, & feruescens dietim morbus, incredibile est quantas animas orco
demiserit: horribile visu erat, horatim funera p vicos exportari, semperq; aut dominicum
corpus, aut vnctionis extremæ sacramẽtũ, in viaꝝ compitis eẽ: & vbiq; planctũ, vbiq; ge
mitum exaudiri: nulla expers luctus in tota vrbe domus patebat, nullibi aut risus cerni, aut
aut iocus poterat: illic matronæ viros, illic viri vxores deflebãt. Ibat p vrbem omnẽ vterq;
ex us: & illi natos, illi parẽtes: aliꝫ fratres, aliꝫ amicos desiderabãt. Vttamẽ pauidior quisq;
fuit, sic alter alteꝝ sermone vitabat. Et aliꝫ qdem domi manebãt: aliꝫ vero per vrbẽ euntes,
narium & oris spiracula, captatis aduersus pestẽ odoribus, claudebãt. Cadebat sine numero
vrbana plebecula: vtq; in primo autumni frigore syluaꝝ folia concidũt, sic iuuẽtutis corpo
ra expirabãt. Tãtaq; morbi vis fuit, vt aliquẽ nũc in platea lætũ & validũ cernẽs, post horã
decimã humatũ fore audires. Iamq; tot erãt morientiũ funera, vt sepulturæ loca deforent.
Quapropter exaratis oĩbus cœmiteriꝭ, foueas in parochiꝭ peramplas fecerũt, vbi pluri-
bus cõgestis cadaueribus, terrã superinduxerũt. Quam ob causam ita exterriti patres erant,
vt nullus iam in eoꝝ facie sanguis rubesceret. Permaxime tamẽ inopina, & subita mors Lu
Moritur Ludouicus protonotarius

douici protonotariꝭ cũctos exterruit, quẽ (sicuti supra retulimus) virũ robustũ, ætate florẽ-
tem, & vtriusq; iuris scientia eminẽtissimũ, paucissimis horis inuidiosus oppressit morbus.
Moritur Ludouicus Patriarcha Aquileiensis.

Cecidit & paulopost Ludouicus Patriarcha Aquileiensis, vir grandæuus, & in aduersita-
tibus enutritus, nec quẽ optauerat diẽ electionis Papæ potuit cernere. In eo tamen partem
cõsolationis recepit: quoniã prius depositũ Gabrielẽ vidit, quàm moreret. Lætusq; (vt an- E
te prædixit) tale nuntiũ in orbẽ portauit aliũ: hic septẽ diebus ægrotauit: & (vt qdã volũt)
incuria magis sua, quàm vi morbi defunctus est. Fuitq; eius obitus omnibus patribus ama-
rissimus. Iamq; duas Cõciliꝭ columnas prostratas eẽ dicebãt, protonotariũ & patriarchã:
Mortui aliq̃t Cõciliꝭ prẽs.

quoniã iure alter, facto alter veritatẽ synodi defendissent. Delatus est hic feretro sup cerui-
ces hominũ patriarchali habitu vestitus, faciẽ ostẽtans simile dormiẽti, vsq; ad Carthusiã,
quẽ oĩs patrũ lachrymans secuta est turba: ibiq; ante altare sepultus iacet. Per idẽ tẽporis
diem clausit in terra Suitz eroꝝ vir summa doctrina Eleemosynarius regis Arragonum:
in Argẽtina paulopost Ebronẽsis episcopus: in Spira, abbas Vergiliacensis: & inter Budã
Moriẽtiũ exhortatio.

ac Viennã Austriæ Iohãnes Lubecẽses eps. Sed ꝭ vltimi etiã illud cõmemorãdum in mor
te gesserũt. Nãq; vbi adesse migrationis horã sensere, cõpluribus ad se viris grauibus acer-
Hic vides insignẽ optimi facti conscientiam.

sitis, coram ipso Christi corpe, quẽ statim sumpturi, & ante cuius tribunal intra paucas ho
ras cõparituri erãt: vos oĩes q adestis, dixerũt, orate deũ, vt illos cõuertat, qui Gabrielem
pro summo pontifice recognouerũt: quia in eo statu saluari nõ possunt, seq; in fide Basiliẽsis
Philibertus Cõstãtiẽsis episcopus moritur

Concilij morituros professi, absq; vlla excusatiõe, dormiẽtibus similes, ad dñm migraue-
rũt. In Bohœmia q̃q; legatus sacri Cõcilij, Constãtiensis episcopus, virtutis exemplar de-
cessit. Eratq; & intra Conciliũ & extra vbiq; timor & tremor. Fuerat in Concilio p plures
Abbas de Dona, verus hic abbas fortior te Aeenea.

annos. Abbas de Dona, Cumanæ diocẽsis, vir mũdo pauper, deo aũt diues: quẽ nec preces
vllæ, neq; minæ vllæ vnquam a recto proposito flexerũt: mẽdicareq; potius in veritate pa
trum voluit, q̃ in mendacio æmuloꝝ abundare. Quapropter dimissis dominis, qui sibi vi-
ctum præbebãt, in peste pmãsit: qua etiã ipse tactus, migrauit ad patres, vnãq; tantũ vac-
cam testatus, suo monasterio legauit. Ex camera Arelatẽn. percussus Henricus capellanus, F
triduo expirauit. Ex officio scriptoꝝ bullaꝝ octo defuncti sunt: inter qs etiã vir summa bo
nitate Arnoldus Kempenich, tũc rescribendarius decessit. Ex scriptoribus sacræ pœniten-
tiariæ, aut totidẽ, aut plures ceciderũt. Oĩsq; ordo patrũ cõfossus fuit. Ex doctoribus ma
gnus defecit numerus. Qui vero ægritudinẽ incidebãt, admodũ pauci liberabant: vnus ta
Author libri liberat a morbo.

men inter alios Aeneas Syluius Senensis, morbo pcussus, diuina adiutus euasit gratia. Hic
eñ sepulto amico suo Iuliano Romano, quẽ tenerẽ adamauit, sequẽti nocte hulcus psensit,
triduoq; morti vicin⁹ iacuit, desperãtibusq; domesticis suis inunctus est, totaq; vrbe ab a-
micis pro mortuo deploratus: vt tamẽ diuinæ pietati collibuit, spaciũ vitæ longioris rece-
pit. Sed heu reꝝ humanaꝝ instabilis ordo, heu fallax promissio mũdi, Aeneas, q suo in cor
Iohannes Pinanus moriẽ.

pore mori nõ potuit, in alieno est mortuus. Paruo nãq; post tpe ex Tridento rediẽs, Iohã-
nem Pinanũ ex Rothomagẽsi ciuitate oriundũ, venenosa febre & incuria medicoꝝ extin-
ctum repperit: quo nũtio ita turbatus fuit, & ita mẽte alienatus, vt animæ suæ dimidiũ sibi
subtractũ esse ostẽderit: neq; deinceps ille sibi ad res cõciliares ardor, aut ad literaꝝ studia
vigor mãserit, vixq; animulã qua nũc spirat, retinuisse se diceret. Fuit aũt Iohãnes honestis
parẽtibus natus, literis ingenuis eruditus, experientia reꝝ perdoctus, ingenio vigil, & ani-
mo vastus: apud Cardinalẽ Arelatẽsem literas primus obsignabat. In re Conciliari, sic di-
ligẽs, & expertus erat, vt eũ inter primos locẽt, quoꝝ obitus sacro Cõcilio oneroꝭ fuerũt.
Cum Aenea vero non tantũ socius, sed alter Aeneas erat. Ferẽda tamẽ fuit oĩbus illa fortunã: nec

A tunainec quiſquã impune præterijt, quin aut ſuum, aut alterius indoluerit caſum. Illis autẽ diebus quibus feruidior erat peſtis, quibuſq; dietim plus q̃ centum apparebãt funera, magnæ apud Arelatẽſem habitæ preces ſunt, vt vicinũ aliquod in rus ſecederet: eratq; omniũ domeſticorũ, aut familiarium eius vox eadẽ: Quid agis ſpectate pater? fuge hunc ſaltem lunæ defectũ, ſalua tuum caput, quo ſaluo, ſaluamur omnes, quo etiam pereunte, omnes perimus: q; ſi te peſtis opprimat, ad quem confugiemus? quis nos reget, quis ductor huius fidelis exercitus erit? Iam tuã cameram irrepſit virus, iam ſecretarius tuus, iamq; cubicularius tuus mortem obijt. Conſidera diſcrimen, & ſalua teipſum, & nos. Sed neq; illũ preces, neq; domeſticorũ funera flectere potuerũt, volentẽ potius cum vitæ periculo ſaluare Concilĩ, q̃ cum periculo Concilij ſaluare vitã. Sciebat em̃, quoniam ſe recedẽte, pauci remanſiſſent, facileq; cõmitti fraus in ei⁹ abſentia potuiſſet. Quocirca ſicut in re bellica milites oĩa diſcrimina ſubeunt, cũ medios inter hoſtes imperatorem conſpiciunt, ſic patres Concilij peſtẽ erubuerunt fugere, cũ præſidentẽ in eodẽ periculo ſecum permanere viderũt. Quæres opinionẽ illorũ euertit, qui patres in Baſilea cõmorantes, non fidei veritatem, ſed propria quærere cõmoda garriebant: nullum eſt in terra commodũ, quod permutare cũ vita mortales ſoleant: Illam nanq; qui mundo ſeruiunt, omnibus rebus anteponũt: & illi quidẽ (vt eſt in Cicerone) nihil habentes in vita iucundius, vita, ducere vitam cũ virtute nõ poſſunt. Hi aũt noſtri murum inexpugnabilem pro domo dei ſe exhibẽtes, ſuperatis omnibus, quas Gabriel ſtruxit, inſidijs: ſuperatis etiã difficultatibus, quas ſterilis annus produxit: ad extremũ quoq; viuendi cupiditate poſthabita, periculũ ſuperauere, veritatẽq; ſacri Concilij vſq; in hoc tempus incõmutabilibus animis defendere nõ dubitarũt. Tranſactis autẽ poſt depoſitionẽ Gabrielis, diebus decreti, viſum eſt patribus ad electionẽ pontificis intendẽdum, habitiſq; inter primates de modo procedẽdi ſermonibus, auiſatũ eſt, & tan-

B dẽ in deputationibus, & in plenaria cõgregatione cõcluſum, duos & triginta patres, ex corpore Concilij aſſumi debere, oẽs in diaconatus ordine conſtitutos, qui ſuſcepti iureiurãdo per ſanctã ſynodum ordinato, vnà cũ Cardinali Arelatenſi intrantes cõclaue, Romanum papã eligerent. Deputationi tamen, cui de cõmunibus nomẽ eſt, ſoli quatuor & viginti ad celebrandam electionẽ, recipiendi cũ Cardinali videbantur, eoſq; in ſacerdotio requirebat. Obtinuit tamẽ (vt ſemper fit) quod tribus placuit: quapropter decretũ ſuper ea re factũ eſt. Interea domus cõclauis ſine intermiſſione parabat. Qua perfecta ad nominationẽ XXXII. qui cũ Cardinali papã eligerent, circa ipſum Octobris principiũ ventũ eſt: fuitq; res primo ingreſſu apprime difficilis: & alijs quidẽ vno, alijs alio modo nominare electores placebat. Aperuit tamẽ deniq; Guilielmus archidiaconus Metenſis, vir & naturali ſenſu, & acquiſito memorabilis, cuiusq; ſupra in relatione proceſſus papæ meminimus viam vnã, quæ primo per deputationẽ fidei approbata, & per alios reiecta, ab omnibus tandem maturius penſantibus, recepta eſt. Aiebat em̃ grauiſſimus ille doctor, tres eſſe in Concilio patres, quibus res iſta cõmitti poſſet, quorũq; fidem totũ Concilium crederet ſequuturũ: Tres aũt viros hos fore dicebat, Thomã abbatẽ de Dunduno, ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Candidæcaſæ, vulgo de Græcia nuncupatũ: Iohannẽ de Segouia, archidiaconũ de villa Viſſoſa in eccleſia Onetenſi, ac Thomã de Corcellis canonicũ Ambianẽſem, in ſacra theo

C logia magiſtros. Quibus ſobrie laudatis, qm̃ vice virtutis eſſent, hos primũ tres fore ex electoribus Romani pontificis, ſtatuebat: ijs quoq; cõmitti electionẽ reliquorũ nouem & viginti, quos clàm omnibus inter ſe nominarẽt, nec ante diem publicarẽt, quæ introitũ conclauis immediate foret præceſſura. Quare in deputatione fidei approbata miſſi ad alias deputationes, fuit Franciſcus de Fuxe, Theologus, ac Aeneas Senenſis, qui rem alijs ſuaderẽt, ſed ſuſpicãtibus alijs fraudẽ eſſe, fruſtra omnis ſuaſio fuit. Quoniã tamen nulla per alios expeditior aut ſecurior via demõſtrabat, ſtetit deputatio fidei ſemp in ſentẽtia: Interiectiſq; nonnullis diebus, iterũ Franciſcũ atq; Aeneam prædictos ad deputationes alias deſtinauit: eo addito, vt ſi placeret deputationibus alijs virũ alium ſibi tres patres coaſſumerent. Hoc aũt ideo factũ eſt, ne maxima omniũ Germanica natio nullũ ſe inter tres viros habuiſſe cõqueri poſſet. Abbatẽ nanq; illum de Scotia videri potius Gallicum, q̃ Germanũ nonnulli ſubmurmurabãt, fuiſſeq; in hoc tam grandi negotio nõ inſularem, ſed mediterraneũ hominẽ, qui alios noſſet, aſſumendũ, quæ adiectio animos fere omniũ placauit. Ac poſt multas rei diſcuſſiones, in hac ſentẽtia conſonatũ eſt. Nominati & electi ſunt tres viri ſupradicti pro tribus ex electoribus Romani epiſcopi: hisq; plenaria facultas commiſſa eſt, eligendi ſi vellent & aſſumẽdi ſecum vnũ, duos, aut tres alios, prout eis videretur: qui aſſumpti & electi, ſimilẽ & eandem ſecum poteſtatẽ haberent, facultate, mandato, vice, & authoritate ſacri Concilij nominandi, & eligendi reſtantes electores ipſius futuri ſummi pontificis, & etiam alios officiales pro cõclaui neceſſarios: ita q; nullus per eos eligendus, aut nominandus, electus, & nominatus cenſeretur, niſi à maiori parte ipſorũ eligentiũ nominatus, ele-

Cõſtãtia ſumma, adamãtinaq; fortitudo Arelatẽſis

Cõſtãtia etiã aliorũ patrũ

Inſidiæ Eugenij.

Procedit ad electionẽ noui pontificis.

Numerus eligentiũ papã. Guilielmus archidiaconus Metenſis.

Franciſcus de Fuxe.

Delecti triũ uiri.

Datur facultas eligendi electores.

ctusq; foret. Iniunctũq; eis est, vt reciperẽt & nominarẽt ipsos restantes electores, ex toto corpe Cõcilij, habẽdo respectũ ad nationes, & deputationes in Cõcilio existẽtes, quantũ fieri posset. Receptũq; à præfatis tribus iuramentũ est, quo stricti sunt, viros idoneos & timorem dei habẽtes nominare, electosq; per ipsos vsq; ad publicationẽ eorũdem in generali cõgregatione aut iussione, iussu Cõcilij faciendã, nemini reuelare: sed ipsam electionẽ, sic per eos celebrãdã sub eorũ sigillis in loco securo, & sub fida custodia, vsq; ad ipsam diẽ publicationis tenere. Quæ res tertio Idus Octobris in generali cõgregatione peracta est, mirũq; omnibus visum est, ac miraculo simile, rem tantã, tam necessariã, tãq; optatã tribus dũtaxat viris potuisse cõmitti: fecit tamen oĩa virtus, omnẽq; fraudis suspitionẽ probata triumuirorũ bonitas procul extrusit. Re aũt hac concluſa, videbat Cardinalis Arelatensis præter opinionem omnium expeditionem differre. Et alij quidẽ (vt est multitudo ad detrahendum prona) eam mordebãt, alij contra ipsius intẽtionem properari electionẽ studebãt Quam rem (vt ille intellexit) præter consuetudinẽ suam, quẽ nũquam hactenus maledicta curare ppendimus, huiusmodi rerum querimoniam deputationibus fecit: tãtumq; dicẽdo effecit, vt se penitus expurgato, eos q fibi detraxerant, in odium ac cõtemptum adduxerit, fidemq; erga Concilium suã probatiorẽ reddiderit. Dumq; ista gerunt, iam fama in orbẽ ierat, cessasse apud Basilienses pestem, electionemq; Papæ accelerari. Quapropter ad spectaculũ tantæ rei ex diuersis regionibus complurimi aduolarũt, inter quos etiã pleriq; insignes prælati profecti sunt. Cũq; iam plenius solito Conciliũ eẽt, & oẽs fere rediſſent, qs pestis fugauerat, volentes tres viri commissionem p Concilium factã exequi, coassumpto sibi Christanno de Gregregino, propoſito eccleſiæ ſancti Petri, in Brumia Olomuceñ. diocœsis, ex vmbilico nationis Germanicæ oriundo, in Theologia magistro, & recti iudicij, & constãtis animi viro, quinto Calendas Nouembris, in domo fratrum Minorũ conuenientes, nominationem sibi commissam peregerunt, eamq; iuxta mãdatum Cõcilij obsignatam custodiuerũt. Priusquam id ageret, viros expertos ex singulis nationibus in colloquijs habuerunt, quorũ relatu, & mores hominum perſenſerunt, & qualis quisq; in sua patria haberetur, subtili indagine didicerunt. Complures quoq; ad eos suopte ingenio decurrebant, quibus vel laudare amicum, vel reprobare inimicum ſtudio fuit, quos illi veritatis cupidi, & ne in tanta re fallerentur, anxij, libenter audiebant: nullumq; eos in sacro Concilio ppetratum latuit malum, & multa etiam foris acta ſenſerunt. Quo fit vt nullum magis hodie de moribus hominum, quàm triumuirale iudicium expectetur: hi ergo quarto Calendas Nouembris ex iussu Concilij relaturi quid egerant, in congregationem venerunt, quo loci iam omnes (vt aiunt) incorporatorũ cœtus confluxerat, nec illa die ex his q poterant quiſquam defuit. Et quoniam nulli vnquam tres viri ſe aperuerant, quanto ſecretior res erat, tanto defideratior omnibus videbat. Confabulari autem omnes inuicem, multa de tribus viris dicere, multa etiam de nominatione vaticinari, & alij iſtum, & alij illum electorem futurum contendere, & vt affectio, & veri ſimilitudo trahebat, quemq; ſic ratiocinari. Quia tamen nihil certi habebant, mira omnibus erat audiendi cupiditas. Et alij quidem feſtiuas induerunt veſtes, alij ſeruitores nouos conduxerant, alij etiam domum amicis commendauerant, qui ſe futuros in numero electorũ arbitrabant: fit enim neſcio quo modo, vt ſe quiſq; ſupra virtutem æſtimet ſuam, quorum ambitio magis poſtea irridetur, quàm impleatur. Cardinalis autem Arelateñ. in tanta re anxius, & pluribus occupatus negotijs, aliquanto tardius venit, quàm tempus exegit, expectationemq; ſui non ſine admiratione omnibus præbuit: qui tamen vt ad ſubſellia reſedit, mora ſua primitus excuſata: hodie, inquit, magna res agit, in nominatione quæ ſtatim aperiet, ſtatus eccleſiæ pendet: ſi tres viri, quibus rem cõmiſiſtis, bene egerint, fateor quippe tardiuſcule me veniſſe: ſi aũt male, nimis cito aſſum. Quæ verba & tremẽti voce, & ore pallido, atq; ex abundãtia cordis pronuntiauit: qui ſic locutus, aſpectu triſtis, aĩo turbatus, & oculis minax cunctis terrori erat; tantũq; mẽtis mœrorẽ oſtẽdit, vt plurimi cõlachrymati ſint, q eius in fronte ſtatũ ſuũ cõdiſcũt. Verebat nãq; optimus ille pater, ne tres viri, ſpretis maioribus plãtis, plures ex inferioribus accepiſſent: quæ res eo erat ſuſpectior, quoniã nũquã ſcire aliqd de mẽte triumuirorum potuerat: qui vt corrugatam tunc Cardinalis frontẽ inſpexerunt, quaſi poſt coruſcantem aerem ad ſuſtinendam procellam ſe parauerũt. Timor tamẽ omnibus fuit, ne illo iterum die ſcinderetur eccleſia, periculoſiorq; illo tumultus formidabatur, quem loci aliàs electio peperit. Iam enim vt quiſq; mente conceperat, ſic aut laudationi, aut vituperationi triumuirorum, ſe accingebant. Quibus cognitis, viſum est tribus viris, ante aperturam tabularum, paruũper ſermocinari, & animos audientiũ prius placare, quàm læderent, nominationisq; ſuæ tunc cauſas aperire, cum audiri poſſent: ſciẽtes quia poſt vulnus inflictũ nemo benignus est auditor. Locutus pauca prius est abbas Scotus triumuir, & poſt eum Iohannes Segouius. Vtigit nulli ſe ſpretos crederẽt, q forent omiſſi, præfauunculã iſtiuſmodi præ-

Triumuirorũ laus.

Purgat ſe Arelatenſis.

Christannus præpoſitus. Brumiẽſis.

Nominãtur a Triũuiris electores.

Vide quomodo affectus Arelatẽſis.

A di præmiserũt: cogitatũ se maximum habuisse, quos viros intra conclaue reciperẽt, quośq; extra dimitterẽt, opuśq; sibi visum fuisse non minus extra, q̃ intus viros habere sensatos, q & conclaue tuerentur, & fieri nouitates in synodo prohiberent: id́q; ex Platonis summi philosophi p̃ceptis se didicisse, q rectores ciuitatũ sic curare totũ reipublicæ corpus iubet, ne dum partem aliquã tueantur, reliquas deserãt: quæ res eos etiã commonuerit, electores quoq; sic per prouintias nominare, ne honoratæ aliæ, neglectæ aliæ viderent: In electis vero magnã curã habuisse, ne vel episcopum sine plebe, vel abbatem sine monasterio sumerent: In omnibus aũt p se nominatis, aut bonitatẽ singularem, aut nobilitatem cum bonitate, aut summam scientiã cum bonitate, & nobilitate se inuenisse: & in episcopis q̃dem cũ Cardinali, qui episcopus esset, numer̃ esse apostolis æquatum: Abbates septẽ, Theologos quinq;, inter luminatos, ac doctores nouem: omnes aũt in presbyteratus ordine constitutos. Alios quoque officiales à se nominatos, & dignitatibus eẽ, & virtutibus insignitos. Vicecamerariũ quidẽ vnũ: custodes cõclauis octo: cæremoniar̃ clericos duos: promotores duos: procuratorẽ, fiscalẽ vnũ: Soldanũ vnũ: quam circa nominationem habuisse se, & ad deputationes, vt iniunctũ sibi fuerat, oculũ. Quibus dictis aliquantisper multitudinem placauerunt, factóq; miro inter oñes silentio, apertæ sunt nominationis tabulæ, quas Iohãnes Segouius legit, fuit́q; omissus in illis nationum ordo: onerosum enim triumuiris putatum

B est nationem nationi præferre. Ideóq; vt quisq; prior, aut prælatura, aut dignitate fuit, sic prius est nominatus. Ego aũt nequaquam timebo nationũ seruare ordinẽ, qui Constantiæ fuit seruatus, nec mihi inuidiam timeo, q̃a nec p̃positis gratiã, nec post positis iniuriã faciã, ordinem nãq; istum, neq; nobilitas, neq; maioritas, sed tempus peperit: quia vt quæ q; natio verbum dei prius suscepit, sic prior habet, nec aut laudi est mihi, aut vituperio, dummodo Christianus sim, maior̃ meor̃, vel matutina, vel vespertina conuersio: nec plus habet in Euãgelio, q mane ad vineam venit, quàm qui vesperi. Nationem tamẽ Italicã etiã sedes beati Petri, & Romanum imperium facit priorem: seruabimus ergo ordinem nationum, facilioreḿq; legentibus præstabimus intellectum. Illud tamen prius sciendum est Cardinalem Arelatensem, nõ nominationis triumuiralis gratia, sed iure proprio ad electionem veniſſe. Ideóq; primũ eum extra nationum ordinem pono, eundeḿq; locum cæteri Cardinales habuissent, si qui aut reintegrati ecclesiæ, aut Eugeniana labe minime commaculati in tempore aduenissent. Primus itaq; omnium elector̃, Cardinalis fuit Arelatensis, vir & constãtiæ insuperabilis, & prudẽtiæ incõparabilis, cuius virtuti haud asscribere titubauerim, quæcũq; in Concilio gesta sunt, q̃a nec sine illo prælati p̃seuerassent, nec alicuius principis vmbra protexisset. Sed pergo ad nominationẽ. Ex Italica natione recepti sunt episco

C pi, Gulielmus Vercellensis, vir & in Concilio notus, & in patria dilectus, & origine q̃dem Gallicus, dignitate vero Italicus, & in quo p̃decessoris odor sui Eusebij adhuc spirat: Georgius Augustensis ex clarissima Salutiar̃ familia genus ducẽs, ac non solũ sanguine, sed animi quoq; generositate, & virtutibus nobilis: Iohãnes Eporgiensis, & literis, & probitate clarus, ac senilem prudentiam in ætate adhuc iuuenili ostendens. Ludouicus Taurinensis, claris ortus parentibus, & sciẽtia iuris eminens, & moribus vbiq; honestis excultus. Abbates Aleranius sancti Benigni Eructuariensis, vir tam moribus, quàm ætate grauissimus, cui ex nobilissima domo de Carrecto origo est, quæ tantæ olim sublimitatis fuit, vt imperatores quoq; habere meruerit. Et huic quidem germanus est Matthæus Albigaunensis episcopus, cuius in omni re prudentiam per plures annos sacrum Concilium demiratũ est. Et hor̃ sane, qui alterum videt, vtrunq; videt: sic est vterq;, & habitu corporis, & viuendi consuetudine assimilis. Iacobus de Secusia, & annis & prudentia antiquus. Doctores, frater Iohãnes de monte Comito, p̃ceptor domus sancti Antonij de Rouersio, cuius in toto ordine sancti Antonij magna existimatio est, quíq; post magnũ abbatẽ secundus habet, & hic in Italia beneficiũ habet, in Gallia parẽtes. Frater Bartholomæus de Proauis, præceptor domus de Clauacro eiusdẽ ordinis, vir bonitate nõ minus, q̃ doctrina amabilis: cuḿq; iis viris ad eligendũ Romanũ pontificẽ Italicor̃ natio est admissa. Ex natione Gallica, quæ & ipsa secũda est, cuiuśq; in ecclesiam dei p̃maxima extant beneficia, nominati sunt ex archipontificali dignitate, Iohãnes Tarantasiensis, vir vita præstãs, & oñis inimicus ambitionis, quíq; inuitus ad tantã dignitatẽ vocatus fuit. Ex põtificali Franciscus Sebensis antiquus Romanæ curiæ officialis, vir vt parui eloquij, sic magnæ intelligẽtiæ, & cuius iudicium in oñi re ardua sit p̃ponendũ. Bernardus Aquẽsis, iurisc̃onsultus admodum oculatus, subtiliśq;: quia tñ ob notissima corpis impedimẽta, infestã́q; sibi podagrã, hic se excusauit, Ludouicus Massylienſis in eius locũ suffectus est, vir animo vastus, & ab oñi simulatiõe alienus: quẽ talem puta, qualẽ audis, nusquã fallax, nusquã deceptor: & hic sententiã in Gabrielem latam publice legit, cũ ille ex Romano delectus pontificio fuit. Ex Abbatiali Raimũdus Conchensis, scientiã iuris potificij apprime callens, multáq; in rebus conciliaribus ex-

Præfatiuncula trium virorum.

Platonis sententia.

Numerus electorum, & quales, ex quoq; ordine.

Electores.

Itali.

Galli.

perientia tritus: quiq; pro ſctã ſynodo cõpluribus legatiõibus functus eſt. Ex gradu theo- D
logico Nicolaus Tibout Normannus, vir quondam negotioſæ, nunc autem nimium ſene-
ſcens otioſæ virtutis: Iohannes de valle Brito, & patriam virtutem & ingenium oſtendẽs:
Thomas vero Corcellis triũuir fuit. Ex iuriſconſultis Guilielmus Hugonis archidiaconus
Germani. Metẽſis, vir nec prudẽtia vlli prædictorũ, nec ſciẽtia inferior. Hi oẽs cũ Cardinali Arela-
tenſi ex tota Gallia ad electionẽ Romani Papæ vocati ſunt. Ex natione Germanica, quæ
omniũ ẽ ampliſſima, recepti ſunt ex epiſcopali præeminẽtia, Fredericus Baſilienſis, nobili
tate generis, & humanitate in omnes eximius. Ex Abbatiali, Conradus de Luzella Ciſter
tienſis ordinis, vir, vt monachum decet, & à pompa ſeculi, & ab omni ſuperbia remotus, ac
Thomas de Scotia triumuir. Ex doctorali, Detzelaus archidiaconus Cracouienſis, Polo-
Iohannes wyler decanꝰ Baſilienſis nus genere, conuerſatione vero ſuauis & doctus. Iohannes Vvyler, decanus Baſilienſis, vir
manſuetus, & ſciens plura q̃ prædictus. Henricus de Iudæis in ſplendida vrbe Colonienſi
natus, humanitate ac doctrina patriam redolẽs. Iacobus de Saltzburga, canonicus Ratiſpo
nenſis. vir neq; precibus, neq; minis commutabilis. Chriſtannus autem (vt ſupra diximus)
Hiſpani iam in conſortio triũuirorũ erat aſſumptus. Ex natione Hiſpanica, quæ & ipſa vaſtiſſimos ha
bet ac pernobiles campos, quatuor Chriſtianis regibus, & vno infideli regnata, hi ſunt ad
electionem magni paſtoris accerſiti. Pontifices octo, Dertuſenſis, conſilij vtilis, & animi
ſtabilis, totaq; conuerſatione perlepidus, hic in eà ſeſſione qua lata eſt in Gabrielẽ depoſitio
nis ſententia, præſedit: nec poſt, quamuis plurimi peſtem fugerent, de receſſu habuit men-
tionem: fidus ſemper & Arelatenſis comes, & eccleſiæ filius, Georgius Vicẽſis ſumma do-
ctrina, & grauitate, quo nemo pluribus, nemoq; grauioribus apud principes Concilij cau- E
ſa legationibus vſus eſt, quas cũ magnis vitæ periculis, magnisq; peregit ſumptibus, q̃ etiam
illud ſingulare fecit. Is em̃ vt vidit principes Gabrielis cauſam tueri, & Oratoribus ſuis prę-
fi nita loqui, p̃cipere Eugenianis, legatiõe regis ſui, quã tunc apud Synodũ gerebat, ſe abdica
uit, ne cum alijs principum nuntijs dicere aduerſus conſcientiam cogeretur. Quod ſi alij fe-
ciſſent epiſcopi, nequaq̃ authoritatem eccleſiæ principes, cum ſua neutralitate parui pendiſ-
ſent: ſed omnium malorum quæ in eccleſiam irruerunt, partem maximam ipſimet induxe
runt ſacerdotes. Ludouicus Viſenſis, vir & amicus amico, & conuerſatione perplacidus, hic
Orator Iohannis Portugaliæ regis præſtantiſſimi in Concilio fuit, quo vita functo etiã in
Cõcilio manſit. Tribusq; ipſius in Concilij honorificẽtiſſimis legatiõibus functus ẽ. Iuit ad
Vis & carceres, antiqua Pontificũ aduerſus veritatis aſſertores arma; Græciam cum viro prudentiſſimo Ludouico Lauſanẽſi, quẽ & viarum, & periculi, & ho-
noris habuit comitem. Iuit Coloniam & ad ducem Burgundiæ potentiſſimũ collega Lu-
douici protonotarij: & ambo quidem in reditu per quendam ex Comitibus Palatinis Rheni
capti ſunt, & iuſſu Gabrielis in cuſtodiam mancipati. Qua in re virum ſe priſcæ virtutis Vi-
ſenſis oſtẽdit. Nanq; cum libertas ſibi abeundi dimiſſo collegafieret, nunq̃ ſe inquit carce-
res egreſſurum, niſi cum ſocio. Iuit & in eas Galliæ partes, quibus Britannia hodie nomẽ eſt,
ducisq; illius excellentiſſimi animũ ad Concilium flexit. Abbates recepti ſunt Petrus ſancti
Cucuphatis, vir ſolers & monaſterioꝝ gubernationi aptiſſimus, ac Antonius Arularis, &
aſpectu, & alloquio gratus. Doctores, Bernardus Buſcho, Canonicus Ilardeñ. iudicij non
minus recti, quàm firmi, Et Raimundus Albioli, Canonicus Tiraſoneñ. ſenſum hab ens,
& mores ætati conuenientiſſimos: Iohannes quoq; Segouius triumuir ex hac natione ele- F
ctioni interfuit. Hi quoque ex quatuor nationibus nominati ad eligendum Papam fuerunt.
Anglici vero idcirco recepti non ſunt, quia non aderant, nec alij aſſumi poterant quàm prę-
ſentes: officiales autem circa conclaue neceſſarij vocati ſunt. Ludouicus epũs Lauſaneñ. vi
cecamerarius, vir ſummi exercitij, ſummæq; vigilantiæ, & ad officium ſibi commiſſum nõ
ſolum aptus, ſed neceſſarius: cuius in negotijs ſingulis diligentia, in ſacro Concilio, & in oẽi
Pro fide & veritate boni ſpoliati beneficiis a papa. bus rebus bonitas in tota Chriſtianitate perſpecta eſt. Cuſtodes conclauis Porcenallus Bel
liceñ. epiſcopus, non minus re bonus quàm aſpectu. Nicolaus Groſſetanus genere nobilis
& fidelitate inſignis, quem & pro ſeruitio eccleſiæ, & pro defenſione fidei ſpoliari bñficijs
non piguit, veritatem cum paupertate, quàm mendacium cum diuitijs eligentem. Iohãnes
ſancti Michaelis de Clauſa Thaurineñ. diocœſis, præſtanti ingenio. Et Franciſcus Abun-
dantiæ, tam ſcientia, & virtute, quàm temporalibus bonis abundans. Monaſterioꝝ abba-
tes, Franciſcus de Fuxe, Theologus, profeſſione minor, eloquentia magnus. Guilielmus de
Conſtantia, Canonicus Spireñ. antiquus pontificij Iuris interpres. Iohannes de Turicella,
decanus Segobriceñ. Iuriſconſultus, ac Theodoricus Nagel, Canonicus Rigeñ. ꝓbitate co
Clerici Ceremoniarum Promotores. gnitus. Clerici, gratia Ceremoniarum, Aeneas de Piccolominibus Seneñ. Canonicus Tri
dentinus, ac Michael Brunout, Canonicus Beluacenſis, in eo exercitio longo tempore tri-
tus. Promotores, qui antea in Concilio per plures annos negotia promouerant, viri docti,
& conſtantes, Hugo Gerardi, & Iohannes Slitzenrode, procurator fiſcalis, qui antea fuerat
vir exercitatus, Robertus Magnani, Soldanus vero Petrus de Atro, q etiã ab initio naſcentis

Conci

A Concilij eo in officio laudabiliter se habuerat. Hi fuerũt viri conscripti ex nominatione trium uirali, qua per Iohannem Segouium lecta (vt antea diximus) exhilaratus est Cardinalis animus, qui vsq; ad illam horã trepidus, stupidusq; permãserat, nec persuaderi sibi poterat nominationẽ istiusmodi fieri. Vt aũt vidit episcopos, & abbates in magno numero assumptos, & nationes quæ in Concilio erãt, æquis portionibus honoratos, & animi simul vigorẽ, & frontis recepit colorẽ. Factusq; lætus sereno vultu contionem quoq; exhilarauit, quæ illo mœstitiam ostẽdente, non tristis eẽ nõ poterat. Habuit ergo Cardinalis de nominatione facta magnifica verba, triumq; patrũ virtutem magnopere commẽdauit, qui & in Concilio se semper bene habuissent, & nũc optime: postea q; contionem dimisit: Eaq; die occupati omnes fuerũt, ad præparandos in conclaui necessarios conuictus. Serò autem singuli electores ad Cardinalis domũ vocati, de cameris diuidẽdis, intra conclaue sermonem intra se habuerũt. Et quoniam cameræ magna differẽtia erat, videbatur prælatis diuisionem secundum dignitates fiendam: atq; vt quisq; dignior & antiquior eẽt, sic prior locum sibi assumeret. Nec ferẽdum eẽ dicebant, vt Cardinalis, & archiepiscopus cum doctoribus veniret ad sortẽ: quo casu ridiculũ eẽt, si Cardinalem infra, & doctorẽ supra locari contingeret. Cumq; prælati eẽnt numero plures, omnesq; vno ore loquerẽtur, desperata res videbat de sortibus cogitare: vtcũq; tamẽ resiret, visum doctoribus est, etiã pro se verba facere. Dicebant igit priscas consuetudines non debere rescindi: in omni conclaui obseruatum, vt cameræ p sortem diuiderentur, neq; id inter Cardinales tantum, sed etiã in-

B ter Cardinales & alios fuisse: Constãtiæ Cardinales admodum multos, non tamẽ respuisse cum episcopis & doctoribus sortem subire. Prẽlatos autem nimium sibi ipsis fauere: q cum eẽnt numero plures, sententiã magis vocibus, quàm rationibus obtinerẽt: si sine sorte fiat electio camerarum, timendam esse collusionem, inter electores quoq; timendum schisma, ne stantes infra, & rigentes frigore, locatis supra inuideant. Quibus rationibus Cardinalis euictus, in sententiam doctor consensit: ac post eum vir bonus episcopus Dertusen. prophetatus est. Si quis enim est (ait) cui nocitura sors fit, ego ille sum, quem vltimum sors efficiet: ne tamen aut priscas consuetudines euertamus, aut inuidiosi doctoribus simus, vtilius puto rem sortibus tranfigi, eiusq; in sententiam conclusum est. Eadẽq; ipsa hora missi sunt ad conclaue, ex omni statu electorũ, cum Cardinali Arelatensi, qui sortes super cameras ex consilio vicecamerarij iacerẽt. Scripta igitur sunt electorum nomina singulatim per schedulas: quæ omnes clausæ ac permixtæ, in quodam birreto reconditæ sunt: atq; exinde ad primam, digniorem q; cameram ventum est, vbi tũc Cardinalis Arelatensis manũ iaciens in birretum, schedulã quæ sibi sorte obuenit recipiẽs, legit: eamq; vicecamerarius in fronte ipsius cameræ confixit: sicq; successiue per ordinem factũ est, vt intraturi sequenti die electores conclaue, eam sibi cellam noscerent assignatã, vbi suo nomini obuiarent: fuitq; primus omnium decanus Basilienſis, vltimus vero (vt vaticinatus extiterat) Dertusensis epis-

C copus. Miraq; in re hac distributio sortis fuit, aut potius diuina dispensatio, quæ consilia hominum reprobans, doctorem primum, episcopum aũt postremũ fecit, cum statuissent ante prælati cellulas sibi digniores ascribere: id tamẽ in vtroq; bonitatis est visum, vt neq; decanus ex primo loco superbierit, neq; ex vltimo Dertusensis episcopus condoluerit: sed illum indigne se credere, istum digne locatum humilitas faciebat. Sequenti aũt die, quę fuit Veneris. III. Calẽdas Nouembris, habita est generalis congregatio, conclusæq; sunt proximarum deputationum deliberationes. Sessioq; mox secuta est, diuina autem officia Cardinalis Arelatensis celebrauit, quo nemo ceremonias nouit melius. Sermonem autem ad electores post Euangelium decantatum, Marcus insignis memoriæ Theologus habuit, q enumeratis depositi Gabrielis criminibus, suadere electoribus nitebat, vt virũ assumerent, qui contraria imitaretur prioribus, quiq; oñia euitans Gabrielis vitia, vt ille calũniis odiosus fuit, sic se iste assumendus iustitia præstaret acceptum: & vt ille rapax, sic iste continens eẽ studeret. Erat templum vbiq; populo plenum: stabant inter columnas superiores nobiles vrbis matronæ, respectumq; in contionem habentes, ordinem rerum non sine deuotione considerabant. Aderat Iohannes de Tierstein Comes, qui loco imperialis protectoris, cathedram adimplebat. Aderat consulatus vrbanus, & alij complures nobiles, rem insolitam conspecturi: seruabaturq; inter omnes silentium: extra ecclesiam quoq; ciues in armis erant, si quod scandalum pararet, prohibituri. Tantusq; ad spectaculum eius rei confluxerat populus, vt neq; in templo, neq; in plateis recipi posset, magnaq; vndiq; intra ecclesiam haberetur pressura. Vt igitur Cardinalis Arelatensis intra missarũ solennia communicasset, vocati sunt ad altare communicaturi, etiam secũdũ ordinem electores. Tumq; archiepiscopus Tarantasienſis, & decem alij episcopi communicarũt: post autem septem abbates, exinde quinq; Theologi, ac demum iurisconsulti nouem, qui accedentes altare genibus flexis, & lachrymis vbertim fusis, sacratissimæ susceperunt eucharistię sacramentum.

Recipit aĩm Arelatẽsis.

De cameris diuidẽdis.

Vaticinatur Dertusensis.

Iohannes Vviler.

Sermõ ad electores.

Crimina Eugenij narrant.

Iohannes de Tierstein Comes. Basilienſis senatus.

Cõmunicant electores.

Eratq;

Vide Concilij egregium fructum, nempe pietatē eximiam

Erat q̄ venerandum ſpectaculum, tot eximios antiſtites, tot q̄ prēclaros patres, nudam ante dñicū ſacrm oſtētantes caniciē cernere, & alios quidē orantes, alios vero illachrymantes cōſpicere. Deuotionē aūt maxime Cardinalis adaugebat, q̄ pontificalibus indutus veſtibus nudato & caluo capite dñicum corpus q̄buſq̄ miniſtrabat, cōfeſſionem q̄ in re tali ſolitam ſingulis repetebat: ac ſecutus piiſſima ſaluatoris dñi noſtri Ieſu Chriſti veſtigia, quemlibet deoſculabatur: hortatus plurimū, vt q̄ quiſq̄ poſſet, pura anima ſuſciperet dñm. Quam rem ſic ordinate, ſic ſolenniter, ſic deuote peregit, vt ex videntibus nemo tenuerit lachrymas, niſi qui pectus habuit, aut ſaxeum, aut ferreum. Poſt hæc finita miſſa, & congregatione generali peracta, prælati oēs inſulas, & veſtimenta ſeſſioni accommoda ſuſceperunt. Inuocata altis vocibus per oēs patres ſpiritus ſancti gratia, peractis q̄ litaniis, & oīonibus, ac oī ſolennitate ſeſſionis impleta, Ludouicus epiſcopus Lauſanēſis ambonē aſcendit, triaq̄ illic q̄ p ordinē legit. Primo, rñſionē ſynodalem, ad famoſum Gabrielis libellum, cui principium eſt Moyſes. Secundo limitationem quandā circa decretum, de electionibus dudum in ſynodo æditum. Tertio vero nominationē triumuiralem, quam ex certa ſcientia ſacrum Concilium approbauit. Quibus lectis, interrogati patres, vtrum placeret. Reſponſum eſt ab oībus, placet. Exhinc requiſiuit Lauſanenſis iurifiurandi formam ab electoribus præſtandam, publice legi. Electores q̄ iuxta Concilij ordinationem iurare. Primus igitur Cardinalis Arelatēſis, aperto Decretorū libro, formam iuramēti cunctis audiētibus legit, mox q̄ requiſitus, vt ita iuraret. Ego (inquit) reuerendiſſimi patres coram domino meo Ieſu Chriſto, cuius modo ſacratiſſimum corpus indignus peccator manducaui, cui q̄ in tremendo, & magno finali iudicio de omnibus per me factis, rationem ſum redditurus, promitto, iuro, & voueo, quoniam in hoc electionis negotio, ad quod nunc volēte Concilio mittimur, nil aliud quæram, quàm populi Chriſtiani ſalutem, & vniuerſalis eccleſiæ bonum. Id q̄ mihi curæ erit ſtudere, ne authoritas generalium Conciliorum vilipendatur, ne fides catholica expugnetur, neve patres in Concilio perſiſtentes opprimi poſſint: hoc quæram, hoc ſolicitabo, ad hoc viribus totis incumbam, nihil in hac re, aut mei, aut meorum amicorum cauſa faciam, ſed ſolum deum, & eccleſiæ ſuæ vtilitatē reſpiciam: hoc animo, hac mēte, hoc deniq̄ corde conciliare ſuſcipio iuramētum. Fuit q̄ eius ſermo, & viuax, & terrificus, oīm q̄ aſtantiū cōmouit animos. Poſt eū aūt electores aliī ſuo ordine iurauerunt. Quæ res electioni poſt factæ maximam præbuit authoritatē. Quis em̄ non illum ſummo pontificio dignū putet, qui tot ſacerdotū eōrum q̄ iudicio ſit cōprobatus? præſertim cū illi antea ſuſcepto dñico corpore iurſiurandum præſtiterint, nullum ſe electuros, niſi quē ſciuerint tantę idoneum dignitati. In eadem etiam ſeſſione, & vicecamerarius, & cuſtodes conclauis, & clerici ceremoniarū, & promotores iureiurando promiſerunt officiū ſuum ſine fraude exercere. Quibus peractis oībus, hora iam poſt meridiē tertia, adhuc populo ieiunante cantatū eſt vndiq̄. Te deum laudamus, & organis reſpondētibus alternatim, vſq̄ ad finem completus eſt hymnus. Quo facto, egreſſi ſunt pueri in ſtolis albis admodum multi longum proceſſionis ordinem facientes, quos ſecuta pars cleri vrbani eſt. Et poſt veneranda incorporatorū multitudo cum doctoribus, & vniuerſitatum Oratoribus, qui longis honeſtisq̄ veſtibus orantes incedebant. Exinde ſacerdotes vrbani, excolēdas ſanctorū reliquias in vnis geſtātes profiſciſcebant. Mox vero Ludouicus Lauſanēſis crucē argēteam ante ſe habēs, ſequētibus quatuor clericis incedebat. Poſt vero Cardinalis Arelatenſis adhuc & mitra, & auratis refulgēs veſtibus, deuoto & deſideranti populo benedicens. Exinde infulati epiſcopi & abbates ad proceſſionē ornati, innumerabili populo ſubſequēti procedebant, ficq̄ aliis orantibus, aliis ſuſpirantibus, vſq̄ ad oſtium conclauis eſt proceſſum, armatis hinc atq̄ inde propter cuſtodiam conclauis exiſtētibus. Vt vero ad conclaue ventū eſt, receptis electoribus dimiſſi ſunt cæteri. Intromiſſi ſunt etiam dñorum ſeruitores cōceſſi. Non tñ oſtium conclauis ſtatim eſt clauſum, ſed vſq̄ ad nonā ante medium noctis horā familiaribus patuit, res deferētibus opportunas, permiſſiq̄ vſq̄ id temporis ſunt amici ad amicos accedere. Cardinalis autem ſic proceſſionaliter ingreſſus ſequentibus electoribus, in ſacello quod celebrandis miſſis paratū erat, ante altare, & ante ipſum Chriſti vexillum genibus flexis, & nudo capite orationibus deo porrectis, & domui, & habitatoribus benedixit: ficq̄ poſitis pluuialibus & mitris, illuc ſe quiſq̄ recepit, vbi nomen ſuum recognouit. Cum vero iam noctis veniſſent tenebrę, ingreſſus eſt protector cum quibuſdam ciuibus, & vt quiſq̄ locatus eſſet, viſurus, & voluptatem magnam ex tāto ordine ſuſcipiēs: poſt eū vero intrauit Lauſanēſis vicecamerarius, & ipm̄ ſecuti ſunt cuſtodes cōclauis: aliqui ex iis ſingulas cameras diligēter rimati, & p̄ſonarū, & rerum examen habuerunt, excuſſuri extra cōclaue, ſi quid contra leges reperiſſent, nihilq̄ præter ordinem inuenientes, abierunt. Et hora (vt dictum eſt) nona, tam intra, q̄ extra obſerata eſt ianua, & vndiq̄ admoti peſſuli, cum catenis tenacibus. ¶ Sed quoniā de cōclaui ſermo ē, neceſſariū exiſtimo ipſius formā cōſcribere. Domus erat in medio vrbis, apud plateā cathe-

Iuramentum electorum

Huc reſpice, quiſquis es, ecclesiæ bonum hic quæſitum oppugnatū alibi

Proceſſio ad conclaue.

Deſcriptio cōclauis.

D

E

F

A cathedralis eccleſiæ, loco edito & patẽti, quam nobiles quondã in vſum ſtruxerãt choreaꝝ & ſupra, & infra perlatas habentẽ aulas: & ſuperiorem ſane, quoniam igne poterat calefieri hyeme, inferiorẽ æſtati deputauerãt. Hic igitur conclaue haberi poſſe eſt viſum, vt eẽt domus oratiõis, vbi fuerat laſciuiæ campus: & ſuccederẽt mores, vbi vitia triumpharãt. Cõſtructæ ergo illic ſunt, & ſupra, & infra manſiunculæ opportunæ, quaꝝ numerus æquatus eſt electoribus, vna ſuperadiuncta, quæ ceremoniaꝝ clericis deſeruiret. Fuit aũt ſtructura eaꝝ admodũ facilis, nec eñ aut ſaxo, aut robore ligneo parietes inſtruxerũt medios, ſed poſitis in columnaꝝ morẽ ex abiete ſudibus cortinas ſimplices, viſuq; penetrabiles pro parietibus texuerũt. Cameraꝝ forma plerũq; quadrata fuit, perbreuis tamen, & anguſti vix lecti vniusq; menſæ capax: luce aũt oñes fere carebãt, exceptis admodũ paucis, quæ ſpiracula quędã in angulis conclauis habuerunt. In mediis vero cellulis perpetua mãſit obſcuritas, nec ſine cãdela aut legere, aut eẽ potuit quiſquã. Noxq; vna iis fuit dieꝝ ſeptẽ: ac cameræ inferiores plus etiam incommodi habuerũt, qa in ſolo poſitæ frigidiſſimo loca piſcibus magis, q̃ humanis apta corporibus præbuerũt. Quocirca oẽs q eas inhabitauerũt, reumaticum morbum ex humore nimio cõtraxerũt, & tanquã alter alteꝝ irrideret, tuſſientes inuicem reſpondebãt, nec illi frigori vllum erat remedium: veſtes eñ & villoſæ pelles magis grauabãt, q̃ calefacerẽt. Ignẽ vero habere loci anguſtia, nec periculum, nec fumus ꝓmitte

B bat. Murus conclauis & groſſus vndiq;, & altus fuit. Omnesq; feneſtræ clauſæ fuerũt, paruis admodũ foraminibus ad commune lumẽ dimiſſis. Exterius vero etiã cancelli circa conclaue fuerũt: nec appropinquare muro aliqs poterat, niſi armati cuſtodes, qui die, noctuq; intra ipſos cancellos excubabant. In media vero parte ipſius conclauis in modum feneſtræ oſtiolum fuit, & hoc qdem duabus exterius clauibus, vna interius claudebatur. Et illorum quidẽ alteram vicecamerarius, alterã protector cuſtodiuit. Iſtam vero Cardinalis Arelatenſis habuit: nec illi vnquam tradidit, niſi ceremoniaꝝ clerico Aeneæ, cũ aut admittendi cibaria, aut emittendi cœnaꝝ reliquias fuerat tempus: bis nãq; ante prandiũ, & totiẽs poſt prandium reſerabatur oſtiolum. Et bis quidẽ recipiebantur fercula, bis aũt remittebantur fragmenta. Quibus in rebus hic modus obſeruabatur. Erant (vt antea diximus) in conclaui familiares, qui dominis ſuis electoribus ſeruiebant, doctoribus ſinguli, prælatis bini: extra vero vt quiſq; potuit, ſic habuit ſeruitores. Et illi qdem, q extra remanſerunt, cibaria com

C parabant, quæ horis indictis in lignea capſa depicta, quam cornutã appellant, vſq; ad conclauis oſtium deferebantur: & ne ſuſpitio veneni eẽt, deguſtare tam pocula, quàm cibaria cogebantur. Exinde per cuſtodes conclauis examen fiebat, ne vel litera, vel aliud quiduis præter eoꝝ ſcitum intromitterentur. Quare oñia in manu vicecamerarij præſentabãtur. Et ille extendẽs ad oſtiolum manus præſentabat Aeneæ ceremoniaꝝ clerico, cui ſoli cum ſocio licebat adhærere feneſtræ. Itaq; nec q extra erant, mandare aliqd in conclaue poterant, niſi per vicecamerarium: nec q intra dictare aliquid foris, niſi per clericũ. Et oportebat omnia alta voce & latina dicere, vt qui protectoris erat interpres, intelligeret quę mãdarentur. Cum vero emittendi reliquias cœnarum hora aduenerat, vocabantur per clericum ceremoniarum familiares cum cornutis: qui venientes ad cancellos interiores, ipſi clerico omnia aſſignabant, & ipſe extra feneſtrã vicecamerario contradebat: mittebantur etiam extra paropſides, & alia mẽſarum ornamẽta, q̃ lauacro indigebãt. Et ea etiam perquirebãtur, neqd ab intra emitteret literaꝝ: fuerũtq; aliquæ deprehenſæ, q̃ ſtultitiã magis familiarium quàm rem proderẽt. Nonnulli etiã in ipſis vaſoꝝ fundis ſculpentes literas commouere amicos tẽtauerunt: ſed inuentis omnibus, nec graue aliquid, nec quod ab electoribus proueniret compertũ eſt. Vt vero perquiſita ſingula erant, quæ extra mittebantur, quicqd cœnarum ſupererat, pauperibus Chriſti dabatur. Qua ex re plus quàm ducenti vitam trahebant. Quocirca cũ omnibus longiſſima videretur conclauis mora, ſolis huiuſmodi pauperibus eſt viſa breuiſſima. Illud etiã cuſtodes cõclauis libẽter obſeruabãt, ne ad electorum eſcam diuerſæ ſpecies cibarioꝝ deferrent. Et oportebat qdem, aut carnibus tantũ, aut piſcibus veſci: aut ſi neq; hoc, neq; illud placebat, ouis & caſeo. Rurſusq; qui carnibus vtebatur, vna ſpecie contentari debebat: nec qui bouem habuit, vti etiam oue potuit. Id q̃q; in piſcibus fuit: nec eñ cui murena eſt intromiſſa, offerri quoq; anguilla potuit. Si qs autem inlegem commiſit, partem alteram in oſtio perdidit. Idq; cũ prima die familiares incaute commiſiſſent, & dominis ſuis quaſi nuptias celebrantibus dubiã afferrẽt cœnã, oẽs in oſtio ſpoliati ſunt, nec plus vna ſpecie intromiſſum eſt. Quos inter, Cracouienſis etiã archidiaconus diminutionẽ tulit. Cui cũ oues & arietinæ carnes afferrent, ſubtractæ auiculæ ſunt, orante in porta famulo, vt quod plus eẽt, id dño dimitteretur: ſperabat nãq; ex ariete partem, ex ouibus autem partem non ſperabat: dominus tamen auiculas præoptaſſet. Ideoq; cum ſpolium ſenſit vbiq; conqueſtus eſt, publiceq; teſtatus, nunquam ſe diem poſtquã ſacerdos fuit, tuliſſe peiorẽ. Ac cu rogaret, ne admirationẽ haberet, quoniã id idem obtigiſſet Cardina-

Dom⁹ ad mu ſcã, vulgo zu der Mucken.

Septem dies bus in concla ui manſerunt electores.

De admittẽ dis cibarijs

Sũma diligẽ tia circa con claue.

Aeneas Syl uij⁹ anthor hu ius opis, cere moniaꝝ cleri cus erat.

De qualitate & numero ci bariorum

Detzelai Cra couienſis Ar chidiaconi q̃ rela.

Cardinali: Proh (inquit) Cardinalem mihi æquiparas, hominem Gallicum, parcum, euen D
trem, aut (vt verius loquar) non hominem? Ego apud eum meo infortunio sum locatus:
omnia quę facit perlustris mihi cortina indicat, nec adhuc aut bibere eum, aut comedere vi
di: & quod mihi molestius est, insomnes noctes, insomnesq; dies ducit (quanquàm nulla
est apud nos dies) aut legit semper, aut negotiatur: nulla ei minor quàm ventris est cura, mi-
hi nihil cum eo commune est. Ego Polonus sum, ille Gallicus: mihi ardet, illi friget stoma-
chus: illi sanitas, mihi mors ieiuuium est. Ego ni multum comedam, & multũ dormiam, ci
to deficiam. Illi econtrario omnia sunt. Ieiunent Gallici, & Poloni comedant. Quo dicto,
cunctos in risum vertit. Et quoniam de hoc faceto, & hilari homine fecimus mentionem,
Mos vetus vi ctus electorũ Pont. id quoq; non pręteribo. Ea nanq; infelicitas eius fuit, vt famulus eius, qui extra mansit, sem-
per ad ostium veniret vltimus cum cibarijs. Ex qua re ortum in ostio prouerbium fuerat, vl
timum esse qui prior esuriret. Fuit autem hæc lex de cibarijs antiquitus aliter instituta. Pri-
mis enim tribus diebus nulla erat cibariorum apud veteres limitatio. Quarta die ad vnam
speciem redigebantur. Nona vero sublatis alijs, solum panis & aqua electoribus tradebatur.
Clemens autem vti clementia cupiens, rigorem legis in modum, qui nunc seruatur, mode-
ratus est. Id quoq; inter electores seruatum extitit. Patentibus nanq; pransitatum & cœni-
tatum, vt sic oculis omnium testibus factis luxuriæ modus fieret. Et cibaria quippe inter se
missitare non licebat, vinum licebat. Rigidusq; huiusmodi legum non solum obseruator,
sed custos etiam fuit Iohannes Segouius, qui nõ aliter violare alienas leges exhorruit, quàm
suas proprias, apud Romanos Arrius Restio, de quo illud memoriale fertur, eum foris quo- E
ad vixit, postea non cęnasse, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico per-
tulisset. Sed (vt eò redeam, quò sum digressus) electores postquam obseratum ostium fuit,
ac postquam aliquantisper in suis conuenerant mansiunculis, egressi ad visitandum, sein-
uicem sunt, atque vt quisque in sua camera esset, prospiciebant. Quibus in locis non aliter
se vicissim recipiebant, ac si ex longa peregrinatione rediissent. Eaq; visitatione ad magnam
noctis partem producta, tandem ad quietem est itum: horaq; post medium noctis tertia
ad matutinas singuli experrecti sunt: orantesq; vsq; ad quintam, exinde missarum officio se
tradiderunt, & alij quidem in suis cellulis, alij vero in communibus altaribus celebrabant.
Episcopi nanq; altaria plerũq; portatilia apud se traduxerant. Clerici vero ceremoniarum
diuersis in locis intra ipsum conclaue tria altaria erexerant, vt possent complurimi celebra-
re. Vt vero dies illuxit, vniuersi ad communem missam venerunt: qua completa, & decan-
tato hymno quo spiritus sanctus euocatur habitis in Concilio patribus, de modis & concla
De modo in conclaui obs seurando. ui obseruandis consultatum in medio est. Isq; communi consilio receptus est ordo: statu-
tum est singulis noctibus, quatuor supra, & quatuor infra ex seruitoribus assumi vigiles, qui
noctes inter se partientes, curam haberent, ne vel ignis, vel alia quæuis res nocumento eẽ
posset. Cui rei nemo vigilãtius incubuit, q̃ Rubinus Antiquus, Cardinalis de Cypro nobilis
simi familiaris. Cuius excubatione nequaquã dubitauerim pleraq; euitata fuisse discrimina.
Exinde cautum erat, vt post mediam noctis horam inter quartam & quintam euigilatio p
omnes fieret: tumq; vsq; ad septimam, vt cuique animo esset, aut oraret, aut celebraret, po-
stea vero ad communem missam omnes accederent: Qua peracta, & spiritus almi efflagita-
to patrocinio, consilium iniretur: vtq; in eo scrutinium fieret: & eo finito, prandium habe- F
retur. Ac deinde, vt quemq; voluptas traheret, sic vel legeret, vel quiesceret, vsq; ad horam
post meridiem tertiam: quo tempore iterum intrantes Concilium, illorum meritain exa-
men ducerent, qui præcedenti scrutinio nominati fuissent: mature inter sese consulerent,
quo nunc ecclesię modo ferri auxilium posset: Dimisso vero Concilio, hora circiter post me
ridiem septima cœnaretur, ac post horis tribus ad quietem se cuncti redigerent. Eoq; mo-
do tam diem quàm noctem partiti sunt. Omittam illam sanctissimam vitam beatam, &
omni stricta religione mundiorem: vbi nam gentium talis patrum est chorus, vbi tantum
scientiæ lumen, vbi prudentia, vbi bonitas est, quę horum patrum æquari virtutibus queat?
Et quare hoc nõ postea im pie Pie? O integerrimam fraternitatem. O verum orbis terræ senatum: quàm pulchra, quàm suа-
uis, quàm deuota res fuit, hic celebrantes episcopos, illic orantes abbates, alibi vero docto-
res diuinas legentes historias, audire: & vnum ad lumen candelæ scribentem cernere, alium
vero grande aliquid meditantem intueri? Quid est quod aliqui in Hispanijs locum quẽdam
Guadalupũ Carthusia. tantopere laudant nomine Guadalupum? Carthusiam Gallici in Delphinatu siue Sabau-
dia commendant. Potuit ne vnquàm religio hac excellentior inueniri? ac ego existimo illis
in locis irriguos magis fontes & splendidas cellas, aliaq; ædificia esse admirationi, quàm ho
mines. In nostro vero conuentu cætera contemnenda, viri dumtaxat admirandi fuerunt.
Quorum modestiã nemo potuit satis contemplari, nullæ illic rixæ, nullæ contentiones:
omnia in amicitia, oñia in dilectione fiebant. Illic cum exeuntem cellam, aut Christianum,
aut alium quempiam ex antiquioribus vidisses, non alum certe videre putasses, quàm vel

magnũ

A magnum Antonium, vel Paulum simplicē: & illum sane Hilarioni, illum Paphnucio, illū vero Amoni æquiparasses. Plus etiam hoc in loco q̄ in Antoniana solitudine reperisses, siquidē Hieronymo etiam & Augustino obuiasses, quoꝝ literæ in conclaui fuerunt, in hæremo non fuerunt. Cusi odiebatur inter dominos magna charitas, inter famulos bona dilectio, inter vtrosq; optimū silentium. Et isti in dominos obedientes, illi in seruitores benigni erant: nulla superbia, nullus liuor, nulla simultas vigebat, suus cuiq; status placebat: nihil secretum, nihil occultū fuit, omnia scire vicinum oportuit quæ fecit vicinus. Sed neque mihi tacendi familiares videnť, quoꝝ numerus fuit duo & quinquaginta. Itaq; omnes animæ quæ ingressæ sunt conclaue, tres de nonaginta dinumeratæ sunt, fueruntq; inter seruitores cōplures & docti & ornati viri. Erant cū Cardinali Arelatensi, Stephanus Plonerij, & Petrus de Tridia, doctores, & archidiaconi: cū archiepiscopo Tarantasiensi, Antonius Pioceti iurisconsultus, qui auditor etiam Rotæ aliquādo fuit. Cum Basilienſi episcopo officialis suus, vir nō minus doctus q̄ facetus. Fuerunt & alij complures, & docti, & egregij viri. Quapropter facile potest quis dominoꝝ excellentiam recognoscere, vbi virtutes familiarium non ignorat. Sed iam tempus admonet, vt scrutinioꝝ seriem reseramus & modum. Eo ergo in loco vbi & Cardinalis & Vicensis episcopi cella fuit, atq; aliæ nouē, hinc atq; hinc sedilia posuerunt. In summo loco ara erat sacra, & ante ipsum puluinar Cardinali stratum. Ad cuius dextram sedebat archiepiscopus Tarantasiensis, & ad sinistram Dertusensis antistes, & succedentes hinc & inde gradatim reliqui electores assidebant. Ante ipm

B vero Cardinalem scabellum, & supra scabellū ex argento peluis stabat. Huc audita missa, & decātato spūs sancti hymno, singuli electores venerunt, & eoꝝ quilibet schedulam suā iecit in peluim. Easq; post modū singillatim Cardinalis recepit, & legit: atq; vt ipe legerat, quatuor alij ex electoribus lectionem ipsius scribebāt. Scriptio autem schedularū huiusmodi erat: Ego Georgius Vicensis episcopus, eligo in Romanū pontificem illum, vel illum: poteratq; vnū vel duos vno in scrutinio nominare. Et inscribebat se quilibet electoꝝ nomine proprio, vt sic in electione schedularū seipsum quisq; recognosceret, posset̄q; cōtradicere, si aliter q̄ ipse diceret scripsisset, quę res excludebat omnē dolum. Vt autē omnes schedulæ lectæ erant, & nominationes eoꝝ conscriptæ, fiebat per scrutationes numeri ad numerum collatio. Et nisi in vnū aliquem duas schedularū partes reperiebant concurrere, easdem igne cremabant. Igitur primo scrutinio confecto, compertum est, plurimos esse in papam nominatos, nullum tamē habere voces sufficientes: septemq; & decem eo ipso die ex diuersis nationibus ad pontificatū fuisse vocatos constat: vnus tamē omnes superauit, vir præstantissimus, Amedeus, dux Sabaudiæ, decanus militum sancti Mauricij de Riparia Gebennensis diocesis, quem iam cœlibē ac religiose viuentem, sexdecim electores primo scrutinio dignū, qui gubernaret ecclesiam, censuerunt. Exinde hora post meridiē tertia, habitus est in Concilio electoꝝ de nominatis diligens inquisitio: atq; vt quisq; opinatus est, aut extulit nominatos, aut depressit. Ea tamē habita est Amedei relatio, vt in sequenti scrutinio, quod celebratū est quarto Nonas Nouembris, ipse Amedeus vnā de vi-

C ginti, ac deinde in tertio vnam & viginti, & rursus in quarto vnam & viginti voces habuerit: quia tamē nullus adhuc duas habere partes compertus erat in omni scrutinio, exustæ sunt scedulæ. Cūq; ad electionē summi pontificis vna dūtaxat vox desideraret, multiplicari orationes, & augeri deuotiones placuit, vt dignaretur deus in vnū concorditer vota dirigere, qui pastoralem curam super dominicum gregē susciperet digne. Et quia proximior alijs Amedeus Romano pontificio videbatur, habiti sunt in cōmuni sermones multi de vita & moribus eius. Et alij, Non esse homini laico cito imponēdas manus dicebant, q̄d videretur oībus mōstri simile, principē seculi ad Romanū pontificium accersiri: quę res nimium ecclesiasticis derogaret viris, quasi nullum haberēt tantæ dignitati idoneum. Alij hominē qui fuerit coniugatus, cuiq; proles esset, ineptū sacerdotio existimabant. Alij, Romanum episcopum legis doctorē esse oportere, asseuerabant, multisq; literis præpollentē. Quæ verba vt audiuerunt, alij mox assurgētes, longe aliter dixerunt. Et Amedeum quidē, & si doctor non foret, peritū tamē & doctum esse: qui cum aliàs in iuuentute sua literaꝝ studijs insudasset, non titulos, sed scientiam quæ fuisset: eumq; & diuinū officium optime nosse, & horas canonicas obseruare, septiesq; dietim domino dicere laudes. Quod si de vita, inquit alius, huius principis edoceri vultis, iam me (obsecro) audite, qui eum & intus, & in cute noui: nempe hic homo ab ineunte ætate, ac lacteis (vt aiunt) annis magis religiose vixit q̄ secularitet, parētibus quidem obediens, & pædagogis obsequiosus: semper autem dei timore imbutus, nec vnquam, aut vanitati, aut lasciuiæ operam dedit. nec vnquam puer de domo Sabaudiæ natus, tantam præ se indolem, aut spem tulit. Quibus ex rebus, qui eum intuebantur, magnum sibi aliquod portendebant. Nec fefellit opinio, siquidem vir, postquam adoleuit, animum semper ad alta leuans, apud inclytæ memoriæ Sigismundum

Numerus seruitorū, & conclaue ingressorum.

Scrutiniorū modus.

Votum eligētium.

Amedeus Sabaudiæ dux.

Amedeus.

Erubescat mēdax Pogius in sua cōtra Amedeum inuectiua.

Cæsarem forensi certamine Gebennẽsem euicit comitatum, moxq; deinde familiam suã honoribus cumulans, ducales suscepit insulas. Ac si scire cupitis eius regimen, & quale, & quantũ fuit, illud primum cognoscite, virum hunc post obitum patris iam annis circiter quadraginta regnasse. Cuius tempore regina virtutum semper iustitia floruit. Audiens enim per seipsum subditos, nunquã vel inopes opprimi, vel circumueniri imbecilles permisit. Ipse pupillis tutor, ipse viduis aduocatus, ipse pauperibus protector fiebat: nusquã in territorio suo, aut rapinis locus, aut latrocinijs patuit: diuites & pauperes æquali iure apud se habebat, nec terracolis onerosum, nec aduenis importunum se exhibens: nullaq; in patria grauis exactio pecuniarũ fuit, satis se diuitem existimans, si patricolas abundare cognosceret, sciens, quia boni pastoris esset non deglubere oues suas, sed tondere. In eo tamen præcipue solers exhibuit studium, vt & pace subditi eius fruerentur, & nulli sibi finitimi causam succensendi haberẽt. Quibus artibus non solum paternũ dominium tranquille gubernauit, sed alia quoq; sponte ad eum venientia superadiecit: Nulli vnquã intulit bellum, illato vero resistens, semper de pace magis q̃ de vindicta cogitauit, & hostes singulos beneficio potius vincere q̃ gladio studuit. Vxorẽ vnicam duxit, eamq; virginẽ nobilem, & formæ, & pudicitiæ admirabilis: familiam omnẽ suam non solũ manus, sed oculos etiam abstinentes habere voluit: fuit in eius domo summã honestas, summa obseruantia morũ, & in secularí palatio claustralis obseruabatur religio. Ac vbi thori consors vitã commigrauit in aliã, vbi ducatum eius firmatũ, & ad posteriores sine controuersia ventura perspexit, animum, qui semper religiosus & deo dicatus fuerat, patefecit, & qualẽ in corde gestaret voluntatẽ, demonstrauit. Contempto nanq; seculi fastu, omniq; pompa mundiali despecta, vocatis secum charissimis amicis, in hæremum concessit: vbi constructo miræ deuotionis & artis monasterio, in seruitium dei se relegauit, & tollens crucẽ suam, sequutus est Christũ. Quo loci per plures annos conuersatus, singularis sanctimoniæ dedit odorem: vestes quidẽ non alias induens, nisi quę possent frigus arcere, epulasq; non alias sumẽs, nisi quibus pelli fames valet: vigilansq; ad plurimã noctem, nullam vnquam diuini officij horã neglexit. Cumq; ibi pulcherrimũ deo & beato Mauritio sacellum construxisset, & honorificum sacerdotũ collegium ordinasset, diebus illic singulis tres missas, duas quidẽ legi, vnam aũt decantari audiuit: tantusq; illo in monasterio seruatus est rigor disciplinæ, tanta honestas, tanta religio, vt nusquã sub cœlo putem, aut sanctiorẽ, aut deuotiorẽ inueniri locum. Quocirca nõ nouiter (vt quidam ante sentire sunt visi) hic princeps ad ecclesiam venit, qui nãtus Christianus ex progenitoribus iam mille annis & vltra Christianus, nunc deo in monasterio seruit. ¶ Id aũt quod de vxore dicitur, nihilipendo, cũ non solum qui vxorẽ habuit, sed vxorem adhuc habens queat assumi. Cur enim disputant doctores, an vxoratus electus in papam vxori soluere debitũ teneatur, nisi quoniam etiam coniugatus recipi possit? fuerunt q̃ (vt scitis) etiam in matrimonio pontifices, nec Petrus apostolorũ princeps vxore caruit. Quid ista modo obijcimus? fortasse nõ esset peius, sacerdotes q̃ plures vxorari: quoniã multi saluarentur in sacerdotio coniugato, qui sterili in presbyteratu damnantur. Sed de hoc aliàs. Illud autẽ mihi risu magis, q̃ responso dignum videtur, quod de filijs est obiectum. Etenim cur filij, præsertim natu grandes, pontifici patri sint impedimẽto? Nunquid ait scriptura: Væ soli, quoniã si ceciderit, nõ habet subleuantẽ se? hoc imputari principi modo non poterit. Sunt enim illi filij duo, & forma, & ingenio admodum præstantes, quorũ alter princeps Pedemontensium, alter comes est Gebennensium. Hi patriam Sabaudiæ, absente patre, gubernabunt, indigentiq; sibi auxilia subministrabunt. Iam enim regere ac præesse populis didicerũt. En quid mali hoc est, habere Romanũ antistitem potẽtes filios, qui patrem cõtra tyrannos iuuare queant? Proh reuerẽdissimi patres, sane quo magis huius peruersi temporis procellam intueor, quo magis angustias animo euoluo, quibus ecclesia in hac nostra tempestate percutitur, eo magis nõ vtile tantum, sed necessarium esse arbitror, hunc ipsum eligi principẽ: existimabo q; misericordiam dñi super nos factam, si eum videro huius cymbæ suscepisse gubernaculũ. Considerate (oro) paulisper: quibus in terminis sumus, quibus angustijs premimur, quibus periculis agitamur, quis principũ est huic sacro Concilio obediens? Alij nec Conciliũ hic esse fatentur, nec mandata nostra suscipiunt: alij verbo hic esse Concilium dicunt, facto apud Florẽtiam fore ostendunt. Quamuis enim verbis & literis ecclesiam hic esse non negẽt, promotiones tamẽ apud Gabrielem depositum procurant. Hic est status ecclesiæ, his procellis nauis illiditur: surrexerũt filij impij aduersus matrem, qui nec susceptí lactis, nec materni laboris memores, eam spernũt, eam lacerant, eam colaphizant. Quid hic fiendũ est? nudum ne hominẽ eligemus, qui nostris principibus magis derisui, q̃ veneratíoni habeatur? nõ sunt hodie secula quæ virtutẽ respiciãt. Probitas (vt est apud Satyricum) laudatur & alget: pauper loquutus est, & dicunt: quis est hic? Bona est equidem virtus, sed multũ inter est ad nostrũ propositum, an in potente sit, an in

An vxor pontificatui obsit

Lege epistolã quintã sancti Ignatij martyris, & videbis omnes apostolos habuisse vxores. Lege etiã Bap. Mã. in Fastis & inuenies sanctũ Hilariũ epm Pictauien. habuisse vxorẽ legitimam

Iuuenalis.

A an in paupere: vobis eligendus est gubernator, qui nõ solum consilijs, sed etiam viribus na uim regat: validus ventus est, nisi & consilium bonũ sit, & brachia fortia, frangetur malus, & periclitabuntur omnes. Exinde recens ante oculos est, quia virtutem impotentẽ nihi-lipendũt principes. Nunquid maxima virtus hic ostẽsa est, qui nullũ timentes aut vitæ, aut bonoꝝ periculum pro veritate Christi tamdiu pugnastis? Debuerant principes terrã de-osculari, vbi gressus vestri fuissent: quia tamen potẽtes prælati, ac famosi Cardinales à no-bis defecerũt, videtis quid principes fecerint. Aspicit tamẽ ex alto maximus atq; optimus deus talia, hisq; (vt puto) resistet insolentijs. Sæpius ego illoꝝ opinioni assensus fueram, qui expedire dicebant, temporale dominiũ ab ecclesia secerni. Opinabar nãq; & sacerdo-tes domini ad diuina mysteria reddi expeditiores, & principes seculi erga cleꝝ fieri obe-dientiores. Nunc aũt didici, quoniam ridiculosa est sine potentia virtus, nec aliud est Ro-manus pontifex sine patrimonio ecclesiæ, quàm regum & principum seruus. Quod p̃-uidens diuina pietas Romanã ecclesiam dotari per Constantinum, & locupletari voluit, vt qui spreto spirituali gladio, aduersus fidẽ & bonos mores tumultuarẽtur, potenti bra-chio possent compesci. At cum hodie terræ ecclesiæ, partim per Gabrielem, partim p ali-os occupentur tyrannos, prouidendũ nobis est, vt virum talem eligamus, qui & recupera re patrimonium queat ecclesiæ: & in quo Christi vicariatus nõ contemnatur: cuiusq; po-tentiæ clypeo eoꝝ contumacia conteratur, qui rationem contemnunt & veritatem. Ad quas res nemo (vt mihi videtur) aptior est Amedeo duce Sabaudiæ, qui alteꝝ in Italia, al-terum vero in Gallia pedem habet: cui omnes fere Christianoꝝ principes, aut sanguine

B atti nent, aut amicitia fauent: cuiusq; quãta sit virtus, iam supra retulimus. Quid igitur hunc hæreamus eligere? nemo est, quẽ magis dari sibi aduersum, Gabriel quàm istum timeat. Pereat igitur eo gladio quo putauit. Nemo est qui magis pacare ecclesiam, q̃ iste possit. Quæritis in pontifice deuotionẽ? nemo est eo deuotior. Quæritis prudentiam? iam intel-ligitis ex anteacta vita quis sit. Quæritis iustitiam? populus eius est testimonio: siue poten tiam, siue virtẽ efflagitatis, hic omnia sunt: quid moramini? Agite (obsecro) bonis omi-nibus hunc eligite: hic fidẽ augebit, hic mores reformabit, hic authoritatem ecclesiæ cõser-uabit, hic aduersarios reprimet, hic pacẽ Christiano populo condonabit. Non audistis eos qui de futuris prædicant, has fluctuationes ecclesiæ prænuntiantes, annum qui iam instat quadragesimũ, his terminũ tribulationis assignare? Nunquid iamdudum audistis, papam his temporibus eligi debere, qui consolaturus Sion, omnia ponat in pace? Et quis erit (ob secro) ille, qui talia queat implere, nisi istũ assumamus? Credite mihi, scripturas impleri o-portet, & trahet (vt spero) animos vestros, etiam si nolimus, deus: tamẽ vos quod rectum & sanctum est volentes potius agite. Hæc cum ille dixisset, maxima electorum pars sibi fauendo arrisit, eamq; habuerunt verba eius efficaciam, vt sequenti scrutinio perfec-ta res fit. Nonis eñ Nouembris dum clerus ciuitatis circa conclaue cum reliquijs sancto-rum staret, & processio prælatoꝝ spiritus sancti gratiam inuocaret, horã circiter ante me-

C ridiem decimam, aperto scrutinio, & facta collatione (vt moris est) numeri ad numerum, compertũ est, Amedeum ducem Sabaudiæ religiosissimum principẽ, iuxta Decretum Cõ cilij, in papã fore electũ, sexq; & viginti voces in eũ cõcurrere. Quapropter subito inter oẽs coorta lætitia est, omnesq; rem gestã amplissimis verbis collaudarunt. Quocirca vo-catis notarijs, & intromissis testibus, confectũ est de ipsa electione chirographum. Qua re sic peracta, remissis testibus, horam circiter post meridiem primã, ad eas fenestras, quæ in plateam versæ erant, factus est impetus, omnesq; valuæ securibus infractæ, atq; illinc mi-ranti populo nouitatẽ, crux argentea est ostensa. Erat iam tota ciuitas in platea, omnisq; multitudo in fenestram tendebat oculos, electũ sibi nominari desiderans. Tunc Cardina-lis Arelatensis facto signo crucis, in nomine patris, & filij, & spũs sancti, electi pontificis no men publicauit, & oratione præmissa, populo benedixit. Postq; hora iam tertia, prælati cũ pluuialibus & mitris, ac clerus vbis cum reliquijs ad cancellos conclauis venientes, elec-tores similiter exornatos ad maiorem ecclesiam reduxerunt: vbi gratiaꝝ actionibus ma gnis deo exhibitis, iteꝝ populo, qui erat innumerabilis, publicata per Cardinalem electio est: ac deinde cum maxima omniũ iucunditate hymnus lætitiæ, & organis, & humanis vo cibus est decantatus, & congregatio dissoluta. Quocirca laudent omnes populi deum, qa pastorem habemus, qualem ipse dedit amandũ bonis, & malis timendum.

Et hoc esse de bet, & hic etiã est titulus, q̃ si seruus ser-uorum, seru⁹ etiam erit do minãtium.

Huic oratori decies plus in hac re cre-dendum est, q̃ Pogio Elore-tino Eugenia no leuissimo in inuectiua sua cõtra Fe-licẽ scurrili

Amedeus eli-gitur in pon-tificem.

Commentariorum Aeneæ Syluij Senensis de gestis Concilij Basiliensis libri secundi, Finis.

EPISTOLA AENEAE SYLVII SENENSIS VENERABILI ET DOCTISSIMO VIRO MAgistro Iohanni de Segouia, Theologo excellenti, sanctissimi dñi nostri Felicis ad dietam Bituricensem Oratori.

Aeneas Syluius Senensis, domino suo Iohanni de Segouia, sacræ Theologiæ magistro, salutem dicit.



Coronationem summi pontificis vario rumore notam esse tibi, tuisq; collegis arbitror. Quia tamẽ varia apud vos conficta esse opinor, quæ inter se non cohæreant, dignum ipse putaui meis literis satisfacere veritati, vobisq; ibidem sitientibus harum rerũ narrationem efficere veridicam, remq; (vt gesta est) ad vnguem referre: atq; (vt breuior fiam) iam incipio. Romanos põtifices coronari in generalibus Conciliis raro auditũ est, tu tamen & Alexandrum Pisis, & Martinũ Constantiæ coronatum audisti, sed præcedet huius coronatio tanto illas, quanto & Felix illos nobilitate anteit. Ita enim iudicium eorum est, qui & illas, & hanc contemplati sunt. Referam igitur ego de hac, sed paucis: nõ enim vt historicus scribo, sed vt seruus dñi, res gestas epistolari genere doceo. Transeo electionẽ de hoc principe authoritate huius synodi factam, quam alio loco non paucis verbis scripsi: prætereo legationem sibi missam, & consensum per eum præstitũ, de quibus tu plane instructus es. Pergo ad coronationem, quæ nono Calendas Augusti celebrata est in ciuitate hac Basiliensi. Ipse aũt dominus noster triginta ante diebus, octauo Calendas Iulij, ingressus erat: cuius introitus suũ habere tractatum meretur, sed non omnia vno in tempore scribi possunt. Locus est ante cathedralem ecclesiam late patens, vbi spectacula populo fiunt: illic sublimis tumulus constructus est, & super illũ altare, excelso in angulo: desuper pretiosi panni, ne vel pluuia, vel sol noceret. Prospectus exinde in omnẽ plateam fuit: huc clerus, & vniuersa nobilitas, ipseq; coronandus pontifex conscendit. Existimati sunt hominũ circiter duo milia tribunal conscendisse. Venerat præcedenti die Ludouicus Sabaudiæ dux, ipsius Romani pontificis generatus: vir comis aspectu, & affatu placidus, consilio & animo iusto: statura illi mediocris, & oculi prealbi. Cum ipso autem summo pontifice alter generatus profectus erat Philippus comes Gebennensis, summa virtute, & honesto corpore, honestisq; moribus adolescens: sociusq; illi Ludouicus Marchio Salutiæ fuit, quo in homine nescias formã vel eloquentiam magis admirere. Magna præterea tam ducẽ ipsum, q̃ etiam summũ pontificem tota Sabaudia sequuta nobilitas erat, sui principis visura coronationem: contendebantq; ita (vt fit) singuli spectabiliores venire. Itaq; fuit magnus virorũ, magnusq; equorũ apparatus: quorum numerus ad quatuor milia diiudicatus est. Ex Alemania, Marchio de Rœtelen iuuenili ætate decorus, flauos vento crines fatigans. Conradus de Winsperg, Romani Imperij hæreditarius camerarius, annis & sensu senex. Comes de Tierstein, cui nemo forma cõparandus iuueni viroq; fuit, nec adhuc senem senex æqualem habet, Oratores Argentinen. Berneñ. Friburgen. Solodorenses q;, omnis circũuicina nobilitas confluxit. Tantaq; forensis populi multitudo concurrit, vt nulla capi platea posset: ac si iocari licet, quicquid vini erat, sit bibitũ. Capita hominũ ad quinquaginta milia credita sunt. Ciuitas vero mille robustos iuuenes in armis habuit, ne quid tumulti, ne quid rixarum fieret prohibituros: aciem non minus timendã, quàm admirandam, hos alij tribunal, alij palatium obseruare. Tecta omnia domos, fenestrasq;, & arbores viri fœminæq; obsederant. Platea vero sic populo plena fuit, vt nec sinapis grano dedisset locũ. Quibus omnibus expectantibus, aduenit in ipso diei ortu Felix electus, veneranda canicie, decorus aspectu, & facie tota prudẽtiam præ se ferens singularẽ. Statura hominis (vt filios) communis, forma egregia, quantũ senio datur, pilus albus, cutisq;. Sermo paucus & moratus. Ante ipsum plati infulati, & clerus vrbanus cum reliquis introierant. Locatus ille in præeminenti sede est: cæteris q; considentibus, & facto vbiq; silentio, ceremoniæ inchoatæ sunt, quas sic peritum se Felix ostendit, vt nihilo monitoris eguerit. Putasseq; nemo patrem illum secularibus negotijs quadraginta, aut eò plus annis versatum, tantũ vnquam otij potuisse habere, vt ritum ecclesiæ sic imbiberit. Castigabat itaq; ipse per se alios errata, nec aliquid vel minimum extra ordinem fieri ferebat. Celebrauitq; missam suam, & cantando, & legẽdo, plusquàm dici posset solenniter, nihil omittens, nihil peruertens. Mira res omnibus, & spectaculo digna videbatur, patrem illic grandæuum celebrare, illic prolem insignem celebrãti seruire. Quasi enim quellæ oliuæ circum altare duo nati officiose, attenteq; (quantum laicis permittitur) ministrabant, meritoq; dici hunc Felicem omnes aiebant, qui post exactam

Coronatio Felicis.

Ludouic⁹ Sabaudiæ dux. Philip. comes Gebennensis. Ludo. Marchio Salutiæ

4000. equorũ Marchio de Rœtelen. Conradus de Vuinsperg. Comes de Tierstein.

50000. hoim

Descriptio Felicis.

Erubescat hic infelix Pogi⁹ in sua inuectiua.

Duo filij pri principi cele bri ministrãt.

A ctam laudabiliter in seculo vitam, post administratũ feliciter ducatũ, generosamq; sobolẽ educatam, ad regimen vniuersalis ecclesiæ accersitus à deo esset. Vidisses plurimos præ lætitia lachrymantes, benedicentesq; dominũ, qui ad tantum spectaculum viuere eos permisisset, qui rem suis oculis intuerentur, antea nec visam, nec auditam vlli. Fuit tamen inter hæc (vt sæpe accidit) res vna, quæ risum mouit. Moris est, vt inter ipsa solennia precationes pontifici fiant: quas primus diaconorũ Cardinaliũ inchoat, Scriniariiq; & iudices subsequuntur: hic autem loco iudicũ aduocati responderunt. Cantantiq; Ludouico Cardinali sanctæ Susannæ, viro maximo, & ceremoniarũ apprime gnaro (qui presbyter pro diacono fuit) responsuri aduocati, & scriniarii cantũ adeo dissonum emiserunt, vt non solum risum, sed & lachrymas ab oculis omnium excusserint. Nec maior de vlla re octo post diebus, quàm de illorũ cantu sermo sit habitus. Quod etsi aliqui sibi dedecori existimauerunt ego qm̃ inter illos fui, nihil mihi ignominiæ putaui, inscitiam cantus: quam rem nemo vnquam non leuis perfectè aggressus est. Ideoq; & sequenti die, cum apud Prædicatores idẽ officium exigeretur, cantitare meum carmen non erubui. Vt igitur finita missa est, summusq; ipse pontifex consecratus, sacer Tiaras triplici corona insignis, compluribus gemmis prælucidus, allatus est. Spectanteq; vniuersa multitudine, & animã comprimente Ludouicus Cardinalis (cui id officii quod Hostiensi episcopo debetur synodus commiserat) quasi fructum suorum laborum iam colligens, coronam ipsam excellentis pretij, quã plurimi ad triginta milia aureorũ censuerunt, felici capiti Felicis imposuit: Moxq; per vniuer

B sos acclamatum est, vt vita papæ esset: postmodũq; plenariæ indulgentiæ, quas nunquam antea populus ille habuerat, concessæ sunt. Completisq; coronationis solennijs, ex tribunali in processionẽ est itum: omnesq; in equis per ordinem progressi sunt, qui huiusmodi est habitus. Primi omnium laici, & vulgaris turba famulantium. Secundo nobiliũ distinctę familię. Tertio nobiles ipsi & milites. Quarto loco barones, comites, & marchiones. Quinto, dux ipse cõsilio suorũ comitatus, aureis vestibus in terram demissis. Inter hos, vt potuit, expompare nixus est quilibet. Hic q ostro & auro tecti, hic saga militũ gemmis & argento onusta: hic tubæ, tibicinesq;, & mimorũ cohors præludens: variæ vestes, varia ornamenta, vt nulli sat vidisse sit visum. Post hos vrbanus clerus in pedes reliquias sanctorũ vectitãs, & puerorũ cantantiũ cãdidus ordo. His succedebat vmbraculũ rubei croceiq; coloris, & apud illud scutiferi, qs honoris vocãt locati erãt, rubeos gestãtes pileos. Iuxta hos fuissent præfecti nauales, si qui adfuissent, sed loco illorũ hæremitæ Ripalliæ, qs milites sancti Mauritij vocitant, suffecti sunt, viri graues, & æuo præmaturi, qui Felicis papæ, & seculi & religionis fuerant comites, & qualis habitus illius antea fuisset, in suis habitibus præmonstrabant, plurimũq; reuerentiæ videbantur mereri. Illinc Prioribus quibusdam pluuialia sine mitra gerẽtibus locus fuit. Mox succedere scriniarij, & aduocati, pluuialia extrãsuerso gestantes, habitum cantui quẽ habuerant valde conformem. Idem gestamen debitũ erat his, qui sequebantur, iudicibus, quod minime obseruatũ est in curia promotorũ: habuerunt au

C tem cappas & pileos, tanquam prælati: Hos sequuti sunt abbates, & inde episcopi ornati pluuialibus, infulatiq; equis insidentes faleratis. Hoc in ordine præteriimus duodecim equos qui ante vmbraculum candore niuali, quales Rhesus ad Troiam duxit, rubeo tamen tegmine vestiti collotenus, procedebant. Secundũ, episcopos, saluatoris nostri domini Iesu inter magna luminaria corpus deferebatur. Cuius conducendi cura Iohanni episcopo Argensi Teologo non minus vtilis, quàm laudatæ doctrinæ, tanquam sacristæ commissa erat. Sequenti in ordine duo Cardinales, duoq; episcopi, Dertusen. Vicensisq;, qui diaconorũ Cardinaliũ tenebãt locũ. Vltimo in loco summ⁹ ipse pastor aureo tectus papilione, triplicẽ gestans coronã, populoq; benedicẽs, vnus oĩm oculis desideratus, incessu maturo procedebat, Marchione de Rœtelen & Conrado de Winsperg equum eius ductãtibus. Post eum thesaurarius, clericiq; cameræ, & qui pecunias in populũ iaciebat, ornatu decenti veniebant. Simul quoq; principum, qui aderant Oratores, magnaq; & confusa populi multitudo: Sicq; per plurimos ciuitatis recessus est itum, donec Iudæi illum expectantes, noua & fallaci spe ducti, legem Mosaicam obtulerunt, quam ipse laudans, ritum damnauit eorũ. Exinde vero in cœnobium Prędicatorũ ventum est, vbi fratres cum Priore obuiam procedentes, papam q; ante altare statuentes, claues cœnobij sibi dederunt. Moxq; finito lætitiæ cantico, hora iam post meridiem tertia magis ad quietem, q̃ ad prandium, quamuis adhuc ieiunus foret, dimissus est Felix. Altera die illuc ad missam omnes conuenere, qua finita, consummatisq; nonnullis, quæ restauerant ceremonijs, prælatis omnibus qui interfuere, duo argentei nummi, & vnus aureus traditus est: atq; exinde tota multitudo ad conuiuium conuocata, vbi nec lex Orchia, nec Fannia, nec Licinia locũ habuit, nullaq; alia sumptuaria, quibus vel pretium edulior vel obsonior copia præscribitur. Cœnitatũ est, vt libuit, laute, sumptuoseq;, pransitatũ quoq;. Dubium est eñ, prandiũ an cœna fuerit: horis

Suauis scriniariorũ cãtus.

Pretiũ infulæ pontificiæ

Ordo pompę põtificiæ, quã processionem vocant.

M. Iohannes de Ragusio.

Iudæi obtulerunt pon. Mosi legem.

Cœna pontificia.

circiter quatuor, homines plus mille cœnati ferũtur. Pincernæ summo pontifici pulcherrima proles, duo filij fuerũt, Architriclinus Marchio Salutiæ. Ad horã tertiã post meridiẽ cessatũ est. In hora vero quinta, eodẽ ordine quo itũ erat, reditũ est: ductusq; papa ad Virginis templũ, quod est Basileæ præcipuum, in palatium per posticũ ad quietem rediit. Hæc de coronatione domini nostri sanctissimi Felicis quinti, volui vt scires: Tu nunc ista quibus vis communica, daq; operam, vt patrem hunc quem tanti facio, quàm primũ repetas, feliciaq; de vestro conuentu nobis reportes. Vale, ex Basilea. Idibus Augusti. Anno domini, millesimo quadringentesimo quadragesimo.

ARGVMENTVM SEQVENTIVM duarum Epistolarum.

IAm indixerat Basiliense Concilium Martinus pontifex, & huic præsidentem dederat Iulianũ Cardinalem sancti Anegli, quũ statim vita functus est. Eugenius post illũ electus, eam rem primũ non improbauit: vexq; quum attentius perpenderet, q̃ nihil lucri soleat esse pontifici Romano ex Cõcilijs, memor etiã quid antea Iohãni. XXIIII Constantiæ accidisset, nihil non molitus est, vt Basiliense Concilium disturbaret. Et quia Iulianus Cardinalis sancti Angeli vehementer pro eo Concilio congregãdo laborauerat, præsertim Bohemoq; Romanæ ecclesiæ reconciliandoq; gratia, ideo rem minime gratam Eugenio fecit: & accusatus est intempestiuæ diligentiæ. Itaq; ijs duabus epistolis ipse se excusat pontifici, simul hunc admonens q̃ impie agat, qui Concilium (quo maxime sit opus propter varias causas) iam indictũ & congregatũ, dissoluere conetur. Et scribit liberrime, nihil veritus pontificem admonere sui officij. Multis aũt vijs nisus est Eugenius Conciliũ dissipare. Et tradit Platyna, propterea Delphinũ & Armeniaci comitem ab eo Basilienſibus immissos, eos qui postea Alsatiam misere vexarunt, & vexati sunt. O virũ apostolicũ.

EXEMPLVM LITERARVM QVAS IVLIANVS CARDINALIS SANcti Angeli Legatus in Germania, mira libertate scripsit ad Eugenium pont. Romanum, conantem dissoluere Concilium Basiliense.

Beatissime pater, post deuota pedum oscula beatorum.



VLtrà me cogũt libere & intrepide loqui ad sanctitatẽ vestrã: periculũ videlicet euersiõis fidei, ac status ecclesiastici, & subtractiõis obedientiæ à sede apostolica in ijs partibus, denigratio q̃q; famæ eiusdẽ sanctitatis. Cogit & me charitas qua V. S. afficior, & eam mihi affici scio: propterea magna cũ fiducia loquar, iuxta beatũ Ambrosiũ ad Theodosiũ Imperatorẽ: Nemo (inquit) maiori fiducia vtitur, q̃ qui ex affectu diligit. Nec parcã (si opus sit) verbis asperis, quia (vt inquit beatus Barnhardus) vera amicitia nõnunq̃ obiurgationẽ habet, adulationẽ vero nunq̃. Ita em̃ opus est, vt intellecto discrimine, cautius rebus agẽdis postea cõsulatur: q̃ si secus facerẽ, sacrilegij & infidelitatis apud deũ & hoĩes reus viderer. Prius tamen q̃ ad ambasiatã reuerendi patris dñi Parentini accedã, obsecro patienter ferat V. S. cõmemorari sibi quæ dã p̃teriti tẽporis, si forte oblita sit, ne nimis voluntarie huc forte venisse credar. Puto, tota Romana curia nouit, q̃ molesta mihi fuerit legatio ista Cõcilij, nemo eo tẽpore me visitauit cũ quo maxime nõ quererer, sed p̃sertim cũ S. V. tunc in minoribus & cũ reuerẽdissimo dño meo Bononiensi: qui mihi paterna charitate vterq; cõpatiebamini, hanc prouinciam mihi esse decretã. Ad legationẽ Bohemiæ, quantũ volũtarie ibam, tantũ ad istã inuitus, propter multa quæ tũc verebar posse accidere, q̃ iam experiri incipio. Licet veritus nõ fuissem, si à S. V. hoc onus mihi iniunctũ fuisset. Veni Nurenbergã, nuntiatũ est decessisse Fel. Rec. dñm Martinũ. Et quia nondũ venerat bulla facultatis p̃sidentiæ, putabã me hoc graui iugo exoneratũ. Sed deus non est passus propter peccata mea, carere me perturbationibus. Superuenit dominus Cuntzo, & eã mihi præsentauit, cuius copia ad multoq;

Episcopus Parentinus.

manus

A manus etiam extra curiam ante peruenerat. Cum illam vidi, supra modũ tristatus sum, & licet à nonnullis importune requirerer, vt venirem huc: volui nihilominus in tanto negotio prius scire S. vestræ intentionem, præsertim cum nouiter creata esset. Bis aut ter, & per nuntios proprios intimaui S. V. multis precibus supplicans, vt trasferretur calix iste, & quia multo vtiliorem me reputabam ad expeditionem Bohœmiæ, quàm ad Concilium, obsecrabam instantissime, vt alius deputaretur ad præsidendum hic: & recolo me scripsisse, ita vehementer super hoc, vt aliquando timuerim offendere S. V. quasi id onus recusarem post vestram promotionem, quod alio pontifice assumpseram. Postquam peragraui Alemaniam prædicando crucem contra Bohœmos, reuertens Nurenbergam, inueni dominũ Leonardum de Piscia, cum instructione, vt venirem ad Concilium, si poterat fieri sine detrimento expeditionis Bohœmiæ. Idem nuntiabant literæ domini episcopi Ceruiensis, ex parte sanctitatis vestræ. Licet etiam & tunc instanter requirerer à multis venire ad Concilium, reputans me vtilius facere, si in Bohœmiam cum exercitu introirem, præsertim cum paucos ad Basileam veniss̃e audirem, decreui accingere me ad exercitum. Et ne quisquam posset obloqui de S. vestra, quod Concilium Basilienſe decretum per præcedentia Concilia, & præcessorem vestrũ vellet negligere, considerans etiam hanc esse voluntatem. S. eiusdem, quod Conciliũ non omitteretur, deputaui hic loco mei dominum Iohannem Pilombar auditorem, & magistrũ Iohannem de Ragusio, asserens omnibus, quod expedito negotio Bohœmiæ personaliter accederem Basileã, iuxta mandatũ S. V. Hoc nuntiaui statim S. V. quæ postea per literas Ceruiensis hoc factũ approbauit & laudauit. Successerunt postea res in Bohœmia, sicut deo placuit. Et cum ex fuga exercitus, omnes populi Alemaniæ supra modũ essent exterriti, & consternati, videns nullum aliud supereſſe remedium, animabã & confortabam omnes, vt manerent constantes in fide, & nihil trepidarent: quoniam ego propter hoc accedebam ad Conciliũ, vbi conuenire debebat vniuersalis ecclesia, in quo omnino aliquod sufficiens remedium ad resistendum hæreticis, & ipsos extirpandos reperiretur. Ita etiam dixi in Nurenberga, in p̃sentia domini Imperatoris, & plurimor̃ Baronũ, & nobiliũ Alemaniæ. Sic etiã exhortatus sum ambasiatores Pilzerenensium, & Egrensium fidelium de Bohœmia, dando eis spem subsidij, ratione Concilij. Et certe tantus erat metus omnium populorum, quod necessarium erat ita agere. Propterea nemo miretur, si feci diligentiam, vt omnes ad Concilium venirent, vel mitterent. Ita enim opus erat, vt tot tantisque periculis posset aliquo modo obuiari, per inuentionem celerem alicuius subsidij. Et quidem fama ista Concilij multos retinuit, & retinet finitimos Bohẽmiæ, ne cum illis concordarent. Ibidem me interpellarunt nobiles, & militares Alemanię, qui in illo exercitu fuerant asscribentes culpam fugæ solis principibus, offerentes iterum cum multo maiori exercitu regredi proxima æstate in Bohœmiam, vbi vel mori, vel vincere intendebant: & neminem principum volebant adesse secum: Sed ipsi soli eligerent capitaneum, quem rerum experientia magis idoneum iudicarent. Postulabant autem ab ecclesia subsidium solum communium expensarum, quod non puto excederet. 30000. ducatorum. Quibus respondi exhortando eos in hoc sancto proposito, & quod volebam super hoc scribere S. vestrę, à qua omnino sperabam hoc subsidium impendendum, & nihilominus venire ad Conciliũ, C vt siue per medium S. V. siue Concilij huiusmodi subsidium non deficeret. Cum talia audiui, leuaui manus ad cœlum gratias agens deo, qui in tantis periculis non deserebat ecclesiam. Ista enim fama & spes, militarium corda hominum iam pene mortua, reuiuiscere faciebat, & animabat ad resistendum hæreticis. Scripsi S. V. statim per dominum abbatem Perusinum, scripsi deinde plurimas & plurimas literas. Putabam audita tam grandi oblatione militarium, & in confœderatione Christianitatis, quod sedes Apostolica debuisset vendere cruces & calices, & statim subuenire. Et iam sunt ferè quinque menses, nec dum responsum habuit: sed mittitur mihi facultas, quod dissoluam Concilium, in quo vnica spes in ijs partibus defensionis fidei & ecclesiæ consistit. Itaq; ex prædicta causa incitatus sum huc venire, vt si forsitan ex curia non prouideretur (de quo iam satis timeo) saltem hic inueniretur subuentio. Incitauit etiã me huc venire dominus archiepiscopus Colonienſis, qui in egressu de Bohœmia persuasit, nihil posse fieri vtilius, quàm requirere ad hanc expeditionem dominum ducem Burgundiæ, quem sciebat ad hoc esse bene affectum. Dicebat ipse dominus Archiepiscopus propter hoc imponendum esse vniuersale subsidium: quod optime exigi videbatur, si in Concilio præsentibus & consentientibus vniuersis imponi contingeret. Et verisimiliter sperari poterat, si huc magna multitudo prælator̃ confluxisset: attentis periculis, quæ modo sunt, nemo contra dixisset, non solum in decima, sed in maiori subsidio quod sine difficultate postea fuisset exactum, quod non fuit sic in eo, quod imposuit, dominus Martinus, quia excepta Italia, aliæ nationes nihil volebant soluere. Incitauit etiam me huc venire litera missa Nurenbergam à quodã Barone Bohœmiæ, post recessum exercitus,

Leonardus de Piscia. Episcop⁹ Ceruiensis.

Magister Iohannes de Ragusio, episcopus Argenſis

De fuga principum quorũdam.

Abbas Perusinus.

Colonienſis archiepiscop⁹ Dux Burgundiæ.

Decima.

qui dicebat, armis illud regnum debellari non posse, sed agendum concordia, & tractatu. D
Cui responsum est meo consilio, quod cum iam in Basilæa celebrandum esset Concilium
vniuersalis ecclesiæ, Bohœmi curarent huc mittere aliquos, cum pleno mandato, quia nus-
Clerus Alemaniæ. quàm melius, quàm hic huiusmodi tractatus fieri posset: pro quo haberent saluum conduc-
ctum, & quicquid esset necessarium. Incitauit etiam me huc venire deformitas, & dissolutio
cleri Alemaniæ, ex qua laici supra modum irritantur aduersus statum ecclesiasticum. Pro-
pter quod valde timendum est, nisi se emendent, ne laici more Hussistarũ in totum clerum
irruant, vt publice dicunt. Et quidem huiusmodi deformatio magnam audaciam præbet
Bohœmis, multumq; colorat errores eorum, qui præcipue inuehunt contra turpitudinem
cleri. Qua de re, etiam si hic non fuisset generale Concilium institutum, necessarium fuisset
Attende. facere vnum Prouinciale, ratione legationis per Germaniam pro clero reformando: quia
reuera timendum est, nisi iste clerus se corrigat, quod etiam extincta hæresi Bohœmiæ, su-
scitarentur alia. Attenta igitur voluntate S.V. & prædictis causis, quis non intelligat me,
quodammodo coactũ huc accessisse? Sed & superuenerunt literæ S.V. datæ, secundo Ca-
lendas Iunij, in quibus sanctitas vestra mihi expresse mandat, quod huc veniam, vtens
iis verbis: Volumus, tibique mandamus, vt expedito negotio Bohœmiæ, cuius finis expe-
ctatur, in breui gressus tuos dirigas Basilęam pro Concilio celebrando, ibique iuxta tibi in-
iuncta, & ordinata in Concilio Constantiensi opportune prouideas. Sed forte dicet aliquis
Accusat Cardinalis sancti Angeli, nimię diligentię pro congregando Concilio Basilien si. nimiam diligentiam feciſti in Concilio. Mira res si pro diligentia accusor: Cum summi
Pontifices dicere soleant, diligentiam tuam in domino commendamus. Multo autem mi- E
rabilior, si illa diligentia arguitur, quæ pro extirpanda tam pernitiosa hæresi exercetur.
Nec volui maledictum illud incurrere, de quo in sacra scriptura dicitur: Maledictus, qui fa-
cit opus dei negligenter. Nec igitur mihi constabat S. vestram velle me dissimulare in tam
sancto opere, vel negligenter agere: sed æstimare debebam contrarium, cum ipsam sem-
per nouerim in iis, quæ spectant ad honorem dei, & fidei defensionem semper fuisse arden
tissimam: quanquam & si mihi mandaret, vt dissimularem, aut fingerem: libere respon-
derem, vt hoc onus alteri iniungeretur: quoniam mecum decreui, nunquàm officium dissimu
latoris exercere. Mandat igitur mihi S.V. vt opportune prouideã secundũ iniuncta mihi:
nihil aliud scio mihi iniunctũ in bulla domini Martini, nisi vt diligentia agam. Hoc igitur
periculũ, & necessitas fidei, & ecclesiæ requirebat, & requirit. Arbitrabar enim huiusmodi
diligentiam, non solũ rei tam sanctæ fore accommodam, sed & sanctitati vestræ magnum
honorem, & gloriam afferre, cum tanquam nuntius, & minister, & nomine sanctitatis ve-
stræ omnia gesserim. Si quid ergo diligenter feci, cum pro Christo, & sanctitate vestra id
egerim, delector, imò pœnitet me diligentius non fecisse. Damnet igitur quicunque vult,
non est mihi curæ: satis mihi est, quod nec deus, nec S.V. me damnabit. Nec quisquam di-
cat, quod huiusmodi diligentia mihi in isto Concilio de nouo orta sit: nam testis est vniuer
sus orbis, quantum (vt decet) fere amens laborauerim, & quàm ardenter pro extinguen-
da hac hęresi: Interrogetur reuerendissimus dominus meus Placentinus, quo feruore secum
per triennium hoc opus persequutus fuerim. Quid deinde Romæ fecerim, constat toti cu-
riæ, & S.V., aliâs scripsi. Hoc nõ pro laude recensui, sed vt nemo cogitet, vel de nouo vel ob
aliam causam superuenisse mihi hunc feruorem. Sed & si cuiquàm hæreticorum diligentia F
displiceret, curia Romana deberet illam maxime commendare, cum Hussistæ nihil aliud sa
tagant, nisi penitus delere, & extinguere nomen, & potestatem curiæ Romanæ, & sedis
Apostolicæ. Nunc venio ad ambasiatam domini Parentini, de prorogando temporis
Concilij, & transferendo locum. Vtinam tunc ego adfuissem in curia, vtinam ibi nota es-
sent pericula, quæ hic sunt forte, & fine forte, non venisset cum tali ambasiata, cuius fama
iam magnum generat scandalum, ac perturbationem. Quid ergo fiet, si effectum consequa
tur? Quanto fuisset consultius intimare mihi prius ista, qui sum hic in facto, vt postea S.
V. auisata de omnibus maturius deliberarer? Quomodo enim si factum, & facti circum-
Causæ ppter quas non erat dissoluẽdum Basiliẽse Concilium, quaq; aliter videbatur Eugenio. Prima. stantiæ ignorentur, recte potest consuli? Quanta hic scandala sequantur, & quàm prope
sit euersio fidei auscultet patienter S.V. Primo, vocati sunt Bohœmi ad istud Concili-
um: literas vocationis aliâs misi S.V. Hoc factum quilibet probat, tanquam salubre, & ne-
cessarium, vt postquam armis totiens fruſtra certatum est, alia vita tentetur. Iam literæ iue-
runt Pragam, & Pragenses respondent Egrensibus, prout continetur in litera intercluſa.
Speratur quod veniant. Si Concilium dissoluitur, quid dicent hæretici? Nonne insulta-
bunt in nostros, & fient proteruiores? Nonne ecclesia fatebitur se esse victam, cum non au-
sa fuerit expectare illos, quos vocauerat? O quanta hic erit confusio Christianæ religionis.
Approbabimus per hanc fugam errores eorum, & condemnabimus veritatem, & iustitia-
am nostram. Nonne videbitur hic digitus dei? Ecce exercitus armatorum totiẽs fugit à fa-
cie eorum & nunc similiter ecclesia vniuersalis fugit. Ecce nec armis, nec literis vinci pñt.

Videbit

A Videbitur miraculum dei euidẽter, demonstrans illos vera sentire, & nos falsa. O infelicem populum Christianum, ò fidem Catholicam, ab omnibus destitutam: te milites, te sacerdotes deserunt, & vituperant, iã nemo audet pro te stare. Nonne hoc sacrilegiũ imputabit ei, qui huius Concilij dissoluendi causa esset? Omnes latrabunt, & blasphemabunt curiam Romanam, quæ tantam fidei confusionem procurauit. Secundo: Nonne omnes fideles, qui sciunt prædictos hæreticos esse ad Concilium vocatos, remanebunt stupefacti, & putantes, quôd propter huiusmodi fugam, nostra doctrina falsa sit, cum ipsi non audeamus defendere, sequẽtur hæresim Bohœmorum? præsertim, cum illi iam pluries & nunc proximis diebus diffuderint per totam Alemaniam libellos famosos, continentes circiter triginta articulos contra fidem, præsertim contra statum ecclesiasticum, cum multis authoritatibus sacræ scripturæ, & sanctorum doctorum, in quibus expresse asserunt, quod nostri sacerdotes non habentes quid illis respondeant, nunquam voluerunt illis dare audientiã. Quid ergo nunc dicet Catholici, si post collatam audientiam fugimus? Et aduertat S.V. quod maior pars illorum articulorum est contra sedem Apostolicam, & in detractionem curiæ Romanæ. Item nuntiatum est omnibus vniuersitatibus, quod mittant solenniores doctores, & magistros qs hñt huc, pro ista causa. Tertio: Cum sit vbique publicatum hoc Concilium, principaliter esse congregatum pro hæresi Bohœmiæ extirpanda: quanta postea confusio, & ignominia erit ecclesiæ, si re infecta recedat. Quantum igitur periculum euidentis subuersionis immineat, quis non consideret? Væ miseris clericis, vbicunque reperti fuerint. Quarto: Quid dicet vniuersus orbis, cum hoc sentiet? Nonne iudicabit cle
B rum esse incorrigibilem, & velle semper in suis deformitatibus sordescere? Celebrata tot sunt diebus nostris Concilia, ex quibus nulla sequuta est reformatio. Expectabant Gentes vt ex hoc sequeretur aliquis fructus. Sed si sic dissoluatur, dicetur quod nos irridemus deum, & homines. Et cum iam nulla spes supererit de nostra correctione, irruent merito laici in nos more Hussitarum: & certe fama publica de hoc est. Animi hominum prægnantes sunt, iam incipiunt euomere venenũ, quo nos perimant: putabunt se sacrificium præstare deo, qui clericos aut trucidabunt, aut spoliabunt: quoniam reputabuntur iam in profundum malorum venisse, fient odiosi deo & mundo: & cum modica nunc adeos sit deuotio, tunc omnis peribit. Erat istud concilium quoddam retinaculum secularium: sed cum viderint spem omnem deficere, laxabũt habenas publice prosequendo nos. Ah quis honor erit Romanæ curiæ, quæ Concilium congregatum pro reformatione turbauit? Certe totum odium, tota culpa, & ignominia transferetur in illam, tanquam causam, auctricemq; tot malorum. Ah beatissime pater absit à sanctitate vestra, vt vnquam dici possit, fuisse tantorum malorum causam: requiretur de manibus vestris sanguis pereuntium: de omnibus minutatim, oportet in illo districto dei iudicio reddere rationem. Quid tunc dicetis? quam rationem allegare poteritis? Si ei qui scandalizat vnum de pusillis ecclesiæ, tam terribile iudicium minatur deus, quid fiet, si contingat vniuersalem scandalizari ecclesiã? Certe vt nihil taceã, tam omnes vehementer scandalizati sunt pro hac duntaxat fama, quod mirabile est. Quid igitur fiet, si quod absit consummabitur? Dicuntiam, nos sperabamus quòd hic
C redempturus esset Israel. Pro deo abstineat sanctitas vestra, à tanto scandalo, etiam si sciret se occidendam, ratione huius Concilij, non permittat se tam indelebili ignominia notari, & tanta scandala sequi. Si in iuuentute, & in omni ætate: si ante dignitatẽ Cardinalatus & post, semper ostendistis signa integritatis, & sanctitatis: si semper fuistis nutritor bonorum morum, & persequutor malorum: quanto magis nunc facere debetis, cũ vices dei geratis in terris? Si modo hoc fiat, si postea vixeritis vt beatus Petrus, nunquam credemini. Putabunt homines omnia ficte fieri. Iam igitur de nullo homine nec spes, nec fides habebitur, si tali macula modo S.V. permittat se inquinari. Quinto: Publicatum est hoc Concilium congregari pro pace inter reges, & principes Christianos: quia bulla Martini (cuius copia vbique diffusa est) inter alias causas, etiam propter pacem Christianitatis mandat congregari hoc Concilium. Iam inuitati sunt reges, & principes, præsertim Franciæ & Angliæ, tam diu inter se bellantes. Facta sunt etiam ad hoc nonnulla præparatoria, de quibus aliàs scripsi S.V. qualiter requisiuimus dominum archiepiscopum Colonien-
sem, vt vellet ire in Franciam, ad iuuandum reuerendissimum dominum sanctæ crucis: scriptum etiam est præfato domino sanctæ crucis, qui nuntiauit, quod si eligatur aliquis locus ad quem conueniant ambasiatores vtriusq; partis, vtile valde esset, quod aliqua solennis ambasiata illuc mitteretur ex parte Concilij. Nec quisquã dicat, quid opus est, quod Concilium se in hoc intromittat, cum dominus sanctæ crucis ad hoc missus fuerit? quia iudicio omnium hoc creditur expedire, & ipse dominus S.C. vt supra dictum est, laudat: deinde quicquid fit, fit nomine S.V. Et omnis laus, & meritum erit vestrum. Deinde, nonne dominus Martinus prius misit dominum S.C. & postea dedit istam facultatem ad procurãdum

Secunda.

Articuli Hussitarum.

Hæresis Hussitarũ qualis.

Tertia.

Quarta.

Concilia multa frustra celebrata.

Quinta.

Cardinalis sanctæ Crucis

pacem

Sexta

pacem inter reges Christianos? quicquid sit, prodesse potest, nocere non potest. Sexto, scri D
ptum est regi Poloniæ, duci Lituanię, & Prutenis, rogando vt interim suspendant guer-
ras, offerendo mittere ambasiatam ad tractandam pacem. Et super hoc etiam scriptum est
prælatis Poloniæ: Nonne reputabunt se delusos? Quot mala ex illa guerra sequi possent, si

Septima Magdeburgenſis.

perseueret, aliâs scripsi S. V. Timendum est enim, ne alter Tartaros, alter Bohœmos in
subsidium inuocet, in pernitiem Christianitatis. Septimo, his diebus ciuitas metropolita-
na Magdeburgensis expulit archiepiscopum & clerum, & iam illi ciues incedunt more Bo-
hœmorum cum curribus, & dicitur quod miserunt pro vno capitaneo Hussistarum. Et q̃d

Patauiẽſes ad Danubium,

valde timendum est, habet ciuitas ista ligam cum multis ciuitatibus, & communitatibus il-
larum partium. Item ciuitas Patauiẽsis, quę est de dominio domini episcopi, expulit episco
pum, & erexit machinas contra quoddam castrum episcopi. Vtraque istarum ciuitatum
est finitima Bohœmis, & si coniungant se cum illis, (prout valde timendum est) multarum
ciuitatum habebunt sequelam. Scriptum est vtriq; rogando, vt supersedeant à guerra. Et si
qua controuersia inter ipsos sit, offert se Concilium velle illam terminare: & taliter proui-
dere, quod ipsi ciues remanebunt optime contenti. Missus est etiam quidam ambasiator,
versus Magdeburgam, ad tractandum hoc negotium pacis, scribendo dominis & commu
nitatibus circumuicinis, vt etiam se interponant. Idem fiet versus Patauiam, postquam re-

Bambergẽſes

dierit nuntius illuc missus. Item quia magna discordia est inter ciuitatem Bambergensem,
& episcopum, & capitulum, quæ est supra modum periculosa, propter vicinitatem hære-
ticorum: Concilium dat operam, ad interponendum se pro concordia, & vocant vtranq;
partem, quæ iam venit. Si ergo dissoluatur Concilium, discordiæ istę non tollẽtur, sed auge E

Octaua.

buntur, & trahent post se multas alias ciuitates & oppida. Octauo, ex consilio domini ar-
chiepiscopi Colonienſis requisitus est dominus dux Burgundiæ, & sibi scriptum, si vellet

Burgundiæ dux

acceptare expeditionem illam contra Bohœmos: quoniam ipse videtur ad hoc valde ido-
neus, & inclinatus, & modicum est, quod fecit treugas cum domino rege Carolo ad bienni-
um, & in tenore treugarum expresserat quod ad illas motus fuerat, vt posset intendere ad
extirpationem Bohœmorum, prout à me fuerat requisitus, iam ipse mihi rescripsit, quod
vult mittere huc ambasiatores ad practicandum hoc negotium, Si Concilium dissoluatur,
ecce primo perdemus hoc tam vtile medium: deinde iritabitur ille princeps contra eccleſi-
am, à qua dicet bis se fuisse delusum. Ecce quomodo omnia mirabiliter se disponũt ad euer
sionem status ecclesiastici. Ideo merito facienda fuit, & est summa & exacta diligentia, vt
omnes prælati huc confluerent, vt vnanimi consesu per vniuersam ecclesiam imponeretur
aliquod notabile subsidium pro hac re, etiam vltra decimam si opus esset, quod si fuisset im
positum in Cõcilio, sine difficultate fuisset exactum, quod nõ sic fuit tempore domini Mar

Nona.

tini. Copiã literæ ducis Burgundiæ mitto hic intercluſam. Nono: Militares & nobiles de
Alemania obtulerunt se ducere potentissimum exercitum proximæ æstate in Bohœmiam
dummodo daretur eis subsidium cõmunium expensarum, vt supra dictum. Et quia iam
sunt quatuor menses quod hoc annũtiaui S. V. primo per abbatem Perusinum, deinde per
plurimas literas, nec adhuc habui responsum. Et illi miserunt mihi intimare per magistrum
Prutenorum Alemaniæ, quod nisi in octaua Martini darem eis firmam spem istius subsidij
dimitterent hunc tractatum expeditionitionis. De consilio Concilij scripsi eis, & misi am-
basiatorem promittendo tale subsidium. Iterum pridie scripsi, & solicitaui eos per duos am F
basiatores ad prosecutionem tam sancti operis, promittẽdo iterum dictum subsidium. For
sitan non habebitur de curia: ideo feci & facio diligentiam pro congregatione prælatorum
vt si ex curia non habeatur, habeatur hic. Quod si dissoluatur Concilium, cuius nomine il-
li requisiti sunt, & etiam promissio facta, quid dicent illi? Nonne dimittent hoc, quod ince-
perant? quod erit maximũ damnũ. Et audacia nimia dabitur hęreticis. Et nostris diffiden-
tiæ absq; omni spe incutietur timor, & cogentur concordare cum hæreticis: quoniam ista
spes multum prodest, eriam si nihil sequatur, quia retineret homines, ne adhæreãt hęreticis
Sed quod forsitan deterius erit, nonne tota militia & nobilitas Alemaniæ videẽs se delusam,
& deceptam per ecclesiam, irritabitur cõtra clerum? & quia fecerũt pręparatoria &c. spolia
bunt & persequẽtur clerum vbicunq;. Qualiter etiam aperto ore blasphemabunt clericos?
dicẽtes: Nos volebamus ponere corpa nra, & etiam substantiam nostrã pro defensione eo
rum: at ipsi quorum res agitur, noluerut modicissimam pecuniam contribuere. Vere, vere,
hoc est ponere gladium in manibus eorum, & dare eis expressam licentiam, quòd irruant
super clericos vehementius, quàm hæretici. Ecce non sufficiebat nobis Bohœmos inimi-
cos habere, nisi gratis faciamus nobis inimicam tantam multitudinem nobilium seculari-
um. Quando ista narrabuntur per orbem: nonne alij commendabunt quicquid fecerint il-
li militares aduersus nos? Nonne & alij finaliter contra nos accendentur & prouocabuntur?
Ecce in quantis periculis sumus, quæ (vt verum dicamus) nos in nosipsos concitamus.

Sed ego

A Sed ego ero vbique infamis, cuius literas manu mea scriptas super promissione huiusmodi subsidij illi militares habent. Certe vt his periculis occurram: & ne sim causa euersionis status ecclesiastici, ac vt hanc totam effugiam, laborabo pro viribus (si potero) vt prælati hic existentes, ad hoc subsidium cõtribuant: ex quo de consilio eorum ista tentaui. Et si nõ potero hoc efficere, decreui potius mori, quàm ignominiose viuere. Ibo forsitan Nurenbergam, & ponam me in manibus illorum nobilium, vt faciant de persona mea quicquid volunt, etiam si velint me vendere hæreticis. Saltem omnibus constabit de innocẽtia mea. Ecce meritum quod expecto ex diligẽtia, & feruore pro defensione fidei Catholicæ. Certus sum, cum S. V. talia audiet, aliter determinabit, aliter etiã prouidebit: quia finaliter totum onus, & omnis nota redundabit in sedem Apostolicam, & S. V. Quantum successit mihi contra spem? putabã quod S. V. mitteret mihi subsidiũ petitum, & nuntiat, vt practicem dissolutionem Concilij. Et si dicat: S. V. habuimus guerram: ego respondebo, quod etiam si guerræ adhuc durarent, etiam si essetis certi perdere Romam, & totum patrimonium ecclesiæ, potius subueniendum est fidei & animabus, pro quibus dominus noster Iesus Christus mortuus est, quàm arcibus & mœnijs ciuitatum. Charior est Christo vna anima, quam non solum patrimonium temporale ecclesiæ, sed etiam cœlum & terra? Vtique, cum nec cœlum & terra facta sint ad similitudinem & imaginem suam, nec pro illis mortuus sit, principale officium vestrum (beatissime pater) est saluare animas, imitãdo vestigia Christi, qui dixit: Non sum missus, nisi ad saluãdas oues, quę perierãt de domo Israel. Nõ dico esse negligẽdam temporalitatem, sed dico multo pluris esse æstimãdam animarũ salutem. Sed forsitã dicet aliquis, quis tibi imposuit obligare te illis militaribus aut requirere ducem Burgundiæ? Respondeo, quod euidẽs periculum subuersionis fidei: qm̃ nisi data esset spes illis, omnino retraxissent se. Cum eram legatus ad extirpãdam hãc hæresim, videtur mihi mãdatum, vt etiam faciam per quæ illa possit extirpari. Item quia sum nuntius eius, q̃ est vicarius illius, qui posuit animam suam pro ouibus suis, merito sperare debebam & debeo, quod ponet modicam pecuniam. Item accessit ad hoc consensus istorum patrum de Concilio. Et forsitan S. V. nõ potest nunc subuenire, permittat q̃d cũ istis de Concilio procurem modum subueniendi: alioquin video fidem & statum ecclesiasticum ruere irremediabiliter. Decimo: Cum post recessum de Bohœmia multi domini, & oppida vicina Bohœmiæ inierint treugas cum hæreticis: ne alij hoc facerent, isti de Concilio miserunt duos notabiles viros per Austriam, Bauariam, Franconiam, & Misniam, at circumcirca Bohœmi-

B am, exhortando populos & dominos, vt maneant firmi in fide, & quod propter hoc Concilium congregatum est, dando eis spem, quod omnino Cõcilium adhibebit aliquod remedium ad extirpãdum hãc hæresim. Et nõnulli iam cogitabãt inire treugas cum hæreticis, qui audita fama Concilij, sperantes hinc aliquid cõtra illam hæresim concludi, destiterunt. Si modo dissoluatur Cõcilium: nõne populi Germaniæ videntes se nõ solum destitutos ab ecclesia, sed deceptos, concordabũt cum hæreticis & fient nobis inimicitiores, quàm illi? Heu heu quãta ista erit confusio? finis pro certo est, Iam (vt video) securis ad radicem posita est. Inclinata est arbor vt cadat, nec potest diutius persistere. Et certe cum per se stare posset nos ipsam ad terram præcipitamus. Saltem qui nõ vult p̃bere fidei subsidia, nõ præbeat impedimenta. Ecce quot mala, quot scadala ex tali dissolutione sequẽtur. Et posito quod nihil eorum bonorum, quæ prædicta sunt, ex hoc Concilio sequeretur si perseuerent, tamen si dissoluatur, omnes dicent: Si non fuisset dissolutum, tot & tanta bona processissent, & totum hoc sanctitati vestræ imputabitur, nec vnquàm poterit hãc maculam abstergere. Permittat ergo cursum suum facere, ex quo per alia præcedentia Concilia, & per prædecessorem vestrum inchoatum est, &

C per S. V. literas approbatum. Et quanquam dicatur, talis prorogatio & loci trãslatio fit, ad bonum finem, vt ibi præsente sanctitate vestra maiora bona sequi possint, nemo hoc credit, quia dicunt, fuimus delusi in Concilio Senen̄. Iterum in isto. Missus est legatus, missæ sunt bullæ, & nihilominus queritur loci mutatio, & prorogatio temporis. Quid poterit sperari tũc? Item beatissime pater, per huiusmodi prorogationem non tollũtur scandala, quæ narrata sunt. Essent interrogandi hæretici, si volunt expectare vsque ad annum cũ dimidio, vt non disseminent virus suum. Essent & interrogandi qui scãdalizantur de deformitate cleri, an interim velint supersedere. Ecce quotidie pullulat ista hæresis: illi quotidie seducunt Catholicos, aut vi opprimunt: non perdunt minimum temporis momentum. Quotidie noua scandala ex deformitate clericorum insurgunt, & nihilominus prouisiones ex remedio procrastinãtur? Fiat quod fieri potest nũc: Reliquum seruetur ad annum cum dimidio. Ego timeo quod vsq; ad annum cum dimidio, nisi aliter prouideatur, magna pars cleri Alemaniæ erit desolata. Si per Germaniam diffunderetur hæc vox, quod Concilium esset dissolutum, pro certo clerus omnis daretur in prædã. Cur S. V. se mutauit? Scripsit mihi, vt venirẽ huc, & iuxta inũcta mihi, & ordinata in Concilio Constan-

Attendãt hęc Pontifices.

Officium Romani pontificis.

Decima & vltima causa

Vaticiniũ Iuliani Cardinalis.

De scandalis clericorum

Constantiensi, opportune prouiderem. Ita facere curaui, si S.V. habebat hunc animum tam cito dissoluendi, melius fuisset non incipere. Quid timet S.V. quoniam tam munde, tam iuste vixit, quod potius alij deberent illam timere, quàm ipsa alios. Certe magna admiratio omnes cœpit talia audiendo. Et (vt nihil eorum, quæ dicuntur taceam) aliqui timent, quod forsitan grauis & longa infirmitas non permittat S.V. ita mature consulere, sicut expediret D. Martinus stetit in Papatu quatuordecim annis & nihilominus mandauit fieri Concilium. Et vt recolo dixisse S.V. bis diuerso tẽpore postulata à me qd vellet me facere, sp eundem sermonem respondit: fac bonum. Adducit me sanctitas vestra in quendam mentis stuporem, cum talia audio. Solebat S.V. constans & firma esse, & nunc tam repente non exquisitis circumstantijs se mutauit. Dicatur quicquid dici potest, homines non credunt hoc fieri ad bonum: dicunt, si non potest ipse venire propter infirmitatem, mittat plures & plures dominos Cardinales, mittat alios notabilissimos viros: non hoc est Concilĩ primum, quod absente summo Pontifice celebratum est. De securitate loci, dicunt non eẽ dubitandum: quia ciues promiserunt defendere à quocunque, & in plena forma, prout in Constantia. Sed audio quod nonnulli trepidant quod in hoc Cõcilio debeat auferri tẽporalitas ab ecclesia. Mira res, si hoc Concilĩ nõ fieret per viros ecclesiasticos, forsitan dubitãdum foret. Sed quis erit iste ecclesiasticus, qui huic determinationi consentiat? Non solum quia eẽt contra fidem, sed quia redundaret in detrimentum eorum. De laicis quis erit? nulli, aut paucissimi. Et si forsitan aliqui principes mittant: mittent plerunq; ecclesiasticos viros, qui nullatenus consentirent. Nec illi pauci laici, qui erunt, admittentur ad vocem, vbi agitur de rebus ecclesiasticis. Et vix puto, quod decem in toto domini seculares hic erunt personaliter, & forte non quinque. Deinde nõ puto, quod hoc Concilium sit futurum maius, quàm Pisanum vel Constantiense, nec tamẽ ibi fuit tractatum per Concilium, an temporalitas debeat ab ecclesia tolli. Puto vsque ad hunc diem à passione domini fuisse circiter centum Concilia celebrata, & in nullo eorum hoc fuit agitatum. Quomodo timẽdum est, quod in isto auferri debeat? Nec etiam vnquàm fuit aliquod legitime congregatum Cõcilium, in quo spiritus sanctus permiserit aliquid contra fidem determinari: Cur timendum est contrarium in hoc? hoc est diffidere de spiritu sancto. Sed vereor ne contingat nobis, sicut contigit Iudæis, qui dixerunt: Si dimittimus hunc, venient Romani, & tollent locum nostrũ, & gentem. Ita & nos dicimus: Si admittimus fieri Concilium, venient laici, & tollent temporalitatem nostram. Sed sicut iusto dei iudicio factum fuit, quod Iudæi perdiderunt locum suum, quia noluerunt dimittere Christum: Ita & iusto dei iudicio fiet, quod quia nolumus dimittere Concilium fieri, perdemus temporalitatem nostram, & vtinam non corpora & animas. Quando deus vult alicui populo aliquod infortunium immittere, primo, disponit vt pericula non intelligantur, neque considerentur. Ita videtur nunc contingere viris ecclesiasticis, quos sæpe redarguo esse cæcos, qui vident ignem, & nihilominus currunt versus illum. Iste sonus dissolutionis Concilij sermonem habet mali, & suspitionem generat & hoies irritat. Mira res. Per Concilia inuenio roboratã atq; defensam, & auctam sp potestatẽ ecclesiæ, & libertatem ecclesiasticam: & nũc timemus debere tolli? Sed esto decernendum sit, vt tollatur temporalitas. Adhuc maius periculum est fidei, si dissoluatur Concilium vt supra clarius probatum est. Forsitan quod præiudicabit authoritati summi pontificis in aliquibus: nõ puto aliquem debere consentire contra Canonicas sanctiones, decretaq; sanctorum patrum, nec spiritus sanctus illud permittet. Nunquam fuisset celebratum aliquod Cõcilium si huiusmodi timor inuasisset corda patrum nostrorum, sicut inuadit nostra. Sed & si hunc timorem habemus, cur non opponimus remedium? Cur ad euitandum vnum malum, volumus incurrere re maius? Ecce remedium ad hoc. Mittat huc sanctitas vestra aliquos de reuerẽdissimis dominis Cardinalibus, & aliquos notabiliores prælatos, qui reperiri possunt, & bene affectos sedi Apostolicæ, & qui sint bñ inclinati ad bonũ vniuersale, det sanctitas vestra omnem fauorem possibilem huic Concilio, promoueat ipsum quantum potest: Scribat ei literas benignas, exhortando ipsos ad sancta opera, quæ proponunt, offerendo se &c. Illa quæ Concilium petit à sanctitate vestra, benigne concedat. Studeat eadẽ sanctitas inuenire pecunias pro isto modico subsidio militariũ de Alemania. Etiam si quid restat reformandum in curia, reformet S.V. prout laudabiliter inchoauit. Etiam scribat istis, si quid est, quod videatur istis de Concilio per S.V. esse faciẽdũ pro bono vniuersalis ecclesiæ, quod est totis viribus parata. Quando isti talia videbunt & audient, in veritate puto quod etiam si haberent malum animum, mutarẽt illum: & non solum studebunt, conseruare authoritatem sedis Apostolicæ, sed augere: quia tanto vtilius est membris, quanto caput est potentius ac fortius, vt maior virtus diffundatur in membra. Sed si videant contrarium, verbi gratia, de dissolutione Concilij, tunc scandalizãtur: & sequitur hoc, quod vbi prius erant tepidi, huiusmodi vox reddet ipsos magis acutos & feruentes. In veritate cum

Metus Romani Pontificis.

Esset contra fidem.

Vaticinium.

pridie

A pridie ciues huius ciuitatis venirent in publicam congregationẽ, præsente domino Parentino, & conquererentur de hac suspitione orta super dissolutione, petentes, vt apponeretur remedium propter scandala: omnes de Concilio quodammodo versi sunt in furorẽ, & firmarũt se fortius ad perseuerandum: & vt ex dictis ipsorũ colligere potui, parati sunt omnia sustinere antequam recedant. Multa dixerunt, non tamen contra honorem S.V. imò eam ex gestis per omnẽ ætatem valde commendabant: & propterea reputabant nõ verisimile hoc procedere de mente S.V. Propterea S.V. diligenter aduertat, quod vltra pericula supradicta, etiam imminet aliud periculum maius, videlicet schismatis: de quo vehementer timeo, si S.V. perseueret in hoc proposito dissoluendi: isti nunquam consentient, nec prorogationi, nec translationi: quia (vt dixerunt tunc) Decretũ Constantiæ hoc expresse prohibet. Item visi sunt expresse protestari, quod procurare talia, est impedire extirpationem hæresium, reformationẽ morum, & quietem populi Christiani: & consequẽter fouere hæreses, peccata, guerras, & odia. Quid hæc significent, animaduertat (obsecro) eadẽ sanctitas. Pro deo non permittat sibi talia persuaderi, quia timeo dissidium in ecclesia dei. Vereor ne aduenerit tempus, de quo dicit Apostolus, quod oportet primũ vt fiat discessio. Tantũ est beatissime pater (prout aperte intelligo) si ego vel quiuis alius auderet, sine consensu istorũ dissoluere, vel mutare locum Concilij, lapidarent & caperent me, vt hæreticum: & credo dentibus me laniarent. Si quis meam mortẽ appetit, mittat me Pragã, vel ad Sarracænos, vbi moriar vt catholicus. Pro fide cupio, & voui mori: sed non hoc modo in scandalum vniuersalis ecclesiæ. Si S.V. non placet, vt sim legatus vester, intimet mihi: & post istas literas & responsum à S.V. statim dimittam legationẽ: imò erit mihi gratius quod alteri cõmittatur hæc prouincia, quia pluribus & laboribus & ærumnis, anguſtijsq; Basilienſium laus.

B mentis & corporis video me hic obnoxium. Reuertar Romã (si placet) & stabo cũ maiori quiete: & spero apud S.V. ita grate videri, sicut quicunq; alius. De hac autem ad pedes S.V. profusis lachrymis supplico, quod non quæratis ignominiam, & scandalum meum, & non tam meum quàm fidei: videlicet vt cum propter fidei causam obligatus sim prædictis militaribus, quod S.T. det modum, vt illis subueniatur. Alioquin etsi nõ vt Legatus, saltem vt priuata persona laborarem in hoc Concilio, vt isti patres de Concilio subuentionem prædictam facerent: quod si non possem efficere, priusquam hac macula fœdari velim (vt antea dixi) irem ad Nurenbergam, & ponerem me in manibus dictorũ militantiũ. Satis iam dixi. Optime S.V. discutiat omnia, consideret præteritam vitam meam, & cogitet an me mendacem inuenerit, aut infidelem. Deum testor, qui me iudicaturus est, si ex renibus vestris genitus essem, fidelius consulere non possem. Quicquid dixi, ex fronte superefluentis charitatis, quam ad honorem dei, & S.V. habeo, sine dubio prodijt. Si quid forsitan acutius, quàm deceret expressi, ascribatur filiali deuotioni & ardẽti charitati, quæ non considerat maiestatẽ eius cui loquitur, sed impetu amoris fertur sine modo & mensura. Quando domus ardet, licet seruis clamare & perstrepere, & dominũ si forte dormiat, sine reuerentia excitare. Nihilominus humillime veniam peto, si quid in hac epistola erratum est. ¶ Post prædicta, dominus Parentinus dixit nuntium venisse de curia, & præsentauit mihi quandam bullam facultatis dissoluendi Concilium: ante cuius dissolutionem vnà

C cum consilio Concilij deputarem locum ad decennium. Asseruit nihil aliud habere tangẽs Concilium, quàm hoc: & nonnulla alia super hoc dixit, tam mihi, quàm alijs: quæ vtinam pro honore episcopalis dignitatis non dixisset. Et quia prius omnes erant valde scandalizati de ipso, de consilio suo, publice excusaui eum, dicens, quod circa factũ Concilij nihil ipse habebat, sed totum erat apud me: & quod nullatenus haberent timere, quia nihil circa hoc faceret. Etiam ipse pluribus magnæ authoritatis dixerat, quod putaret se sacrificium præstare diabolo, si aliquid in dissolutionem huius Concilij faceret. Et quia omnes male suspicabantur de S.V. propter hanc famam dissolutionis, ne putarent S.V. hoc procurare ad malum, & sine aliquibus motiuis, de consilio dicti domini Parentini legi dictam bullam aliquibus maioribus. Qui respondentes, dixerunt, quod cum S.V. esset mota ex non veris causis, nec esset vere informata de facto: & ignoraret inconuenientia, & scandala, quæ ex tali dissolutione sequi poterant contra fidem & ecclesiam: volebant ad eandem sanctitatem mittere ambasiatorẽ, qui eam de omnibus plene informaret, reddentes se certos, quod illo audito aliter deliberaret: & quod nullatenus huic dissolutioni assentirent, priusquam informassent eandem sanctitatem de his, qui consistunt in facto. Dicebant primo, quod causa illa expressa in bulla, quod nonnulli oppidani circa Basileam erãt infecti hæresi Bohemica, & persequebantur clerum: non erat vera: quoniam omnes sunt ifideles, & nihil tale auditur in his partibus: imò isti ciues Basilienses sunt boni catholici, & bene defendunt & protegunt clerum. Secunda causa, quod non erat tutus accessus, propter guerrã patriæ inter duces Burgundiæ & Austriæ, etiam nõ est vera: quia facta Bulla dissoluẽdi Concilium. Basilienses laudantur.

est treuga,& nullus veniens ad Concilium fuit vnquam offensus, vel derobatus. Vnde cum D
principaliter S.V. mota sit ex iis, dicũt bullam subreptitiam. De hyeme non dicũt esse sufficientem causam dissolutionis: quia qui volunt venire, non dimittũt propter hyemem. Itẽ dicũt, quod propter Græcos non est omittendum hoc Concilium, tam solenniter institutum: & absurdum arbitrant, quod propter incertã reductionem Græcorũ debeat pmitti quod Germania nunc & semper fidelis, labatur in hæresim Bohemorũ. De quo valde timendum eẽ dicunt, nisi apponat celeriter remediũ, & quod ista cantilena de Græcis iam trecentis annis durauit, & omni anno renouat. Item dicunt quod vtrũq; tanquam bonum fiat: hoc nunc in tempore statuto, & illud ad annũ cum dimidio, & quod oẽs libẽter erũt parati venire postea ad illud, & quod infra illud tempus hoc erit bene completum, & multa circa hoc dicunt. Ad illud de præsentia S.V. dicũt quod si illa ex causa interesse nõ possit, quod attento periculo fidei & status ecclesiastici non propterea negligendum est hoc Concilium, in quo est legatus S.V. & poterũt etiam mitti plures: & quod Papa Martinus in bulla Concilij asserit se etiam propter infirmitatem notoriam non posse ad Concilium venire, & nihilominus mãdauit Conciliũ feri. Item cũ eodem domino Martino idem tractatus Græcorũ pendebat, & nihilominus mãdauit fieri Concilium. Habui sup his omnibus, quæ dixi colloquium sæpe cũ ipso domino Parentino: & licet ipse videret omnino affectus ad dissolutionem, nihilominus dicebat quod nõ venerat, nisi ad conferendũ mecum de materia, & quo regeret se consilio meo, & secũdum quod ego scriberem S.V. ita ipse faceret. Imo multo citius ista intimassem S.V. nisi ipse fecisset me differre. Post hoc vno mane tempestiue, præcipitanter recessit, nulla mihi facta mentione: & fecit dari vocem quod E
ire volebat ad Argentinam pro exigenda pecunia cameræ à quodã collectore. Sed modo hic dicũt, quod fuit visus ire versus Bisuntium De hoc vehementer obstupui, quod ita diffidenter mecum egisset, attentis his, quæ ante dixerat. Ego simpliciter in omnibus sibi credidi: doleo quod negotia fidei tractant & turbant cum tanto ludibrio. Remãsit hic quidã doctor suus iuuenis, qui ostẽdit mihi duplex transsumptũ: vnum, in quo S.V. dissoluit: aliud, in quo dat potestatem ipsi Parentino dissoluendi. Dixi vt ostenderet mihi originales literas, quia totiẽs ipsum inuenio variasse, & tot falsa & ficta audiui in hac re, quod amodo cogebar ipsi non credere, adhuc mihi non ostendit, sed quandoq; dicit vnũ, quandoq; aliud. Rogaui quod vellet ire vsq; ad dominum Parentinum, quod si quid haberet in mandatis, vellet differre vsq; ad duos menses, donec S.V. consuluissem sup his. Nisi videam litteras originales, non credam: quia non vident ista bene congruere, quod committat mihi dissolutio, & quod ante dissolutionem eligam locũ cum consilio Concilij, & quod ante Romæ per se S.V. dissoluerit præsertim cum fit expresse contra tenorem decreti Concilij Constantiensis, in quo cauetur, quod p mensem ante dissolutionem Concilij eligatur locus futuri Concilij, consentiente & approbãte Concilio. Sed qd erat opus vti tot inuolutionibus? Cur mihi ista clare nõ exprimũtur? Signum est quod de me non confiditur. De oẽibus patiẽtiam habeo. Isti patres omnino decreuerũt stare hic, & continuare Conciliũ, & mittere vnum notabilem virũ ad S.V. infra duos dies. Video iam apertum ostiũ ad maximum scandalũ, & confusionem in ecclesia dei. Video iam deum vibrasse gladium super nos, securis ad radicem posita est, flagellum iam appropinquat. Sum certus, quod S.V. nõ putabat rem istam fore tam scandalosam, quia prius pmisisset se mori, quàm assensisset. Sed F
pro deo opponat remedium possibile, quod mihi videtur eẽ, & facile, & honestũ, videlicet quod S.V. rescribat: quod cum non eẽt de iis informata, ideo cogitauerat propter bonũ differre vsq; ad annum cum dimidio. Sed cum talia audierit, ideo decreuit quod Concilium habeat cursum suũ, & mandare dignet domino Parentino, si forte aliquid habet ad dissolutionem, quod non publicet. Ad minus beatissime pater differat S.V. vsq; ad mensem Iulij, quia tunc cessabũt illa inconueniẽtia & scandala, quæ modo obstant videlicet de hæreticis vocatis ad Cõcilium, & militaribus: quia infra illud tempus oẽia ista erũt completa. Poterunt etiam fieri aliquæ ordinationes sup reformatione cleri Alemaniæ, & mitti per Germaniam, & sic videbit aliquid factum, nec tunc poterit aliquid imputari S.V. Et hoc quidem nũc fieret cum scandalo, & sine effectu, tunc honestius fieri poterit. Beatissime pater, oẽs fideles seruitores sanctitatis vestræ supra modum de iis cõtristant: præsertim dominus archiepiscopus Treuerensis, & Ratisponensis, qui modo sunt hic: videtur eis & omnibus, quod ex hoc ppetua nota remaneret super S.V. & curiam Romanam: & oẽs semp detraherent, & quod grauiter ac publice vniuersalis ecclesia ex hoc scandalizaretur, & S.V. vno momẽto perderet illam integritatis & sanctitatis famam, quam tot annis acquisiuit. Possemne ego scire beatissime pater, quid timeat S.V. aut curia Romana? Numquid non ego sum membrum ecclesiæ, & curiæ Romanæ? nũquid etiam mea nõ interesset? Quare ergo ista me latent? maceror intra me. Confidat (obsecro) S.V. de me, si qd est quod

Germaniæ laus.

Astutum consilium.

A quod timere oporteat. Ecce iuro per viuentem in secula, ꝙ quantum cũ deo possum, paratus sum mori, & ire in carcerem pro sanctitate vestra. Differat ergo eadem sanctitas p hoc modicum tempus: in hoc nulla excusatio esse poterit, quia non potest quoquã modo propter hoc impediri illud Concilĩ de Græcis. Item etiam, si placet, poterit S. V. in Bononia indicere, non solũ ad annum cum dimidio, sed ad duos. Nihilominus si S. V. his nõ obstantibus, non intendit flecti, amore Iesu Christi prouidere dignetur, quod ego liberer à promissione facta illis militaribus. Nam si S. V. non ministraret prædictũ subsidium, nec isti de Cõcilio, oporteret me (vt dixi) ire ad Nurenbergã, & ponere me in manus illorꝫ militarium. Prius volo mori in carceribus eorꝫ, q̃ promissiõis meæ esse fractor. Si Regulus gẽtilis propter propter promissionem suam non timuit reuerti ad Carthaginenses: nec ego Christianus, qui propter fidem catholicam illis obligatus sum, timebo ad eos redire. Iam nescio quid plus dicam, feci & facio quãtum potui: nõ potero plus, flebo & lachrymabor si quid scandali ex hac dissolutione (prout timeo) sequatur. Sed nec peccatũ meum, neque iniquitas mea. Satis clamaui, & raucæ factæ sunt fauces meæ. Tu Iesu Christe adiuua ecclesiam tuuam, quam tuo pretiosissimo sanguine fundasti. Auiso sanctitatem vestram, ꝙ me hinc recedente, vel dimittente præsidentiam, isti statim facient sibi vnũ præsidentem authore Concilĩ. Ad certas instructiones tangentes ea, quæ hactenus hic facta sunt: respondeo plene per schedulam hic introclusam. Sed quicquid actũ est, factum est secundum dispositionẽ iuris cõmunis, & formam Conciliorꝫ Pisani & Constantiensis, & bullã domini Martini, & vnà cum consensu eorꝫ qui hic sunt, &c.

EXEMPLVM ALTERIVS EPISTOLAE eiusdem domini Legati, missæ ad Eugenium pontificem Romanum.

B

Beatissime pater, post deuota pedum oscula beatorum.



Am nunc vniuersus cognoscet orbis, an viscera paternæ charitatis, & zelũ domus domini V. S. habeat: an missa sit ad pacem, vel ad dissidium: an ad congregandũ, vel dispergendum: an ille bonus pastor sitis, qui animã suam ponit pro ouibus suis. Ecce iam ostium aperiri incipit, per quod oues perditæ ad proprium ouile regressuræ sunt. Ecce iam spes est in ianuis reconciliationis Bohemorꝫ. Si S. V. hoc demũ opus (prout tenetur) adiuuet ac promoueat, gloriam in cœlo & in terra perpetuã consequet. Si forsitan (quod nullatenus credendũ est) impedire conet, omnes illam arguent impietatis: cœlũ & terra aduersus illam conspirabunt. Nemo erit qui eam nõ deserat. Nam quomodo ille sequendus est, qui cũ ecclesiæ pacem & quietem vnico verbo dare possit, id facere recusat? Sed meliorẽ iam spem cõcipio, quod modo eadẽ sanctitas sine vlla excusatione tota mente huic sacro fauebit Concilio. Et gratias omnipotẽti deo aget, quod pro tanto bono, ista congregatio hinc nõ discesserit. Ecce Legati huius sacri Concilĩ ex Egra cũ lætitia & exultatione respondẽtes referunt, quemadmodũ per gratiam spũs sancti firmiter concluserunt cũ ambasiatoribus Bohemorꝫ, videlicet Pragensium, Orphanorꝫ, & Taboritarꝫ: inter quos adfuerunt ductores exercituum illis gentis, præsertim Procopius, quod solennis ambasiata omnium statuũ regni ad Concilium Basilense venire debeat: postquam per Concilium saluus conductus in forma condicta ad vos remissus fuerit, quod sine mora fiet. Miro gaudio, leuatisq; ad cœlum manibus hæc sacra congregatio exhilarata est: nã isti nostri ambasiatores, asserunt cũ tanta charitate hoc negotiũ in Egra tractatũ fore, & talia apud illos Bohemos vidisse & coniecturasse, vt maximã spem reductionis illorꝫ merito concipiant, & tandem se tenerrime amplectẽtes cũ lachrymis lætitiæ ex Egra discessisse, ipsis Bohemis nostros rogãtibus, vt hoc negotiũ quantotius expediretur. Multa etiam referunt in huiusmodi tractatu interuenisse: quæ si quis audiens, nõ lachrymetur præ gaudio, indicare se poterit Christo modicum affici. De tribus aũt quatuor articulorum non videntur facere difficultatẽ, de quarto, videlicet communionis sub vtraq; spcie: spes est quod sequentur iudicium Concilĩ. Quis igitur iam audeat consulere S. V. quod in proposito dissolutionis amplius perseueret? quinimõ si nunquã indictum fuisset hoc Cõcilium, pro tanta spe & necessitate in hoc loco modo indici deberet. Quàm laudabiliter ageret S. V. si dimissa Italia & omnibus rebus, huc personaliter se conferret, etiam si necessarium foret vehiculo deferri. Custodia aũt

C

Legati Cõciliares ex Egra reuersi.

& defensio patrimonij ecclesiæ temporale, optime per legatos & vicarios posset disponi. D

Attẽde. Hoc est verum patrimonium ecclesiæ, lucrifacere animas. Non enim ecclesia est congeries
Quid sit ecclesia. lapidum & murorum. Non custodem vos fecit Christus castrorum & mœnium, sed pastorem animarum: proinde quod magis necessarium est, & Christo charius, id in propria persona agendum est, cætera per substitutos. Ita fecere apostoli, qui vt liberius intenderẽt prædicationi verbi dei, septem instituerunt, qui vacarent mensis, & inferiorum rerũ administrationi. Audio per dei gratiam de die in diem melius conualescere S.V. Et si pedester (vt dicitur) aliquas ecclesias nunc visitat, forsitan equester huc posset accedere. Ad rem autem vtiliorem, & suo officio magis congruentem ire non posset, quàm ad locum vnde sperantur innumerabilia bona prouenire. Recogitet aliquando S.V. in quibus actibus Chri-
Pontifex. stus, cuius vicarius estis, & beatus Petrus, cuius successor, & alij apostoli, & sancti põtifices se exercuerint: ipsis sicut officio succeditis, ita succedatis & moribus. Quod si forsitan eadẽ S.V. nequeat huc venire, consulo vt pro tanto bono mittat maiorem partem reuerendissimorum dominorum Cardinalium curiæ Romanæ, & mãdet prælatis quibuscũq; vt huc se conferant. Non retrahat, neq; impediat (sicuti fama est) volentes venire, quin potius adhuc veniendum alliciat. Credat S.V. mihi quod solum charitas ad consulendum instigat, nolite separari à membris vestris: fouete filios tanquam gallina pullos sub alis suis. Si forte nec aliquos velit destinare, saltem vnicum hoc verbum dicat, placet, vt fiat Basilienſe Cõcilium. His enim diebus aliud nuntiatum est, propter quod omnino S.V. desistere debet ab ipsa dissolutione. Reuerẽdus pater dominus archiepiscopus Lugdunẽsis scripsit Con- E
Prælati Francie. cilio, & mihi etiam, qualiter prælati Franciæ conuenerũt in Bituricensi ciuitate, & ibi post longam & exactam examinationem concluserunt. Concilium esse hic legitime congregatum, necessariumq; vt hic & nũc celebretur, & ad id prælatos Franciæ debere venire. Motiua autem & rationes quibus moti sunt ita cõcludere, etiam destinauit huc: quorum copiã puto per alios S.V. missam. Quid igitur amplius S.V. moratur? conata est quantum potuit nuntijs, literis, & varijs modis, retrahere prælatos, laborauit pro viribus, vt hoc Concilium dispereat. Nihilominus, vt videt, indies magis augetur, & quo maior fit prohibitio, eo magis quilibet in contrarium accenditur. Non iam hoc est resistere voluntati dei? Cur
Eugenius irritat ecclesiam. prouocatis ecclesiam ad indignationem? Cur irritatis populum Christianum? Dignemini (obsecro) ita agere, vt amorem, fauorem q; non odium gentium comparetis. Vehementer vbiq; gentes talia audientes scandalizantur. Non permittat se S.V. à quoquam seduci, incutiente forte timorem, vbi timendum non est, aut persuadente, hoc non esse legitimum Concilium. Scio me offensurum eãdem S.V. si velim probare cõtrariũ. Sed melius est, vt paululum offendam verbis, & prosim factis. Nam medicus infirmo apponit cauteriũ vrẽs & sanat plagam. Non potest medicina prodesse, nisi gustu sit amara. Sub hac confidentia non verebor patefacere veritatem, vt ea cognita S.V. sanctius sibi & ecclesiæ consulat. An hoc Concilium legitimum sit, ex Concilio Constantiensi dependet. Si illud verum fuit, &
Argumẽtum efficax cõtra Eugenium istud. Nemo autem dubitare visus est, an illud legitimum fuerit: similiter & quicquid ibi decretum est. Nam si quis dixerit decreta illius Concilij non esse valida: fateri necesse habet priuationem olim Iohannis factam, vigore illorũ decretorum non valuisse. Si illa non F
valuit, nec etiam Papæ Martini tenuit electio, facta illo adhuc superstite. Si Martinus non fuit Papa, nec S.V. est, quę per Cardinales ab ipso factos electa est: nullius ergo magis interest defendere decreta illius Concilij quàm S.V. Et si quodcunq; illius Concilij decretum reuocetur in dubium, eadem ratione poterunt reuocari, & reliqua eiusdẽ Concilij decreta. Hac eadem ratione, nec aliorum Conciliorũ decreta valebunt: quia qua ratione vacillat fides vnius Concilij, vacillabunt reliqua omnia, iuxta augmentationem beati Augustini, & habetur nona distinctione c. Si ad scripturas. Ergo & fides, & omnia ecclesiæ sacramenta titubabunt, si de robore vnius Concilij legitime congregati dubitet. Per Concilium autem Constantiense fuit factum decretum, Frequens, in quo statuitur, quod pri-
De quinquẽnio & septennio Cõciliorũ mum Concilium fiat in quinquennium à fine illius, & aliud in septennium. A fine Concilij Constantien. quinquennio elapso, celebratum est Papiense vel Senense, à cuius fine elapso septennio, cœptum est celebrari istud. Vt quid ergo in bulla dissolutionis inter alias causas exprimitur, quod iam septẽnium est elapsum: cum necessario labi oporteat antequam possit celebrari, quia ista verba in septennium, vel quinquennium, significãt secũdum iura, vt omnes partes tẽporis sint elapsæ, & vt nouissima dies expectetur: vnde oportuit labi septem annos integros & completos, antequam hoc Basilienſe Cõcilium incipere posset: sicut lapsum fuit integrum quinquennium antequã Papiense inciperetur. Sed dicet aliquis, oportuit prima die post septennium lapsum celebrari, alioquin expirat Concilium. Sed clare respondetur, hoc non contineri in c. Frequẽs, quod nisi prima die fiat, desinat posse celebrari: nec ex verbis, nec ex mente hoc potest elici. Solum vult, quod post septennium

A ptennium celebretur: vnde siue secunda, siue tertia die: siue primo, aut secundo, aut tertio, aut quarto mense post septennium immediatum celebretur, satis fit c. Frequẽs. Adueniente eñ prima die, tunc incipit facultas celebrandi: ante autem non. Post vero nõ est prohibitum, nec obstat quod in c. Frequens, ponitur verbum, in quinquennium, immediate sequens, quod etiam in septennium videtur repetitum: quia non intelligitur, q̃ prima die præcise post septennium sit necessarium: sed ideo posuit immediate sequens, ne intelligi posset de alio septennio vlteriori, quanquam illud de, per se intelligebatur: quia loquendo simpliciter de septennio, intelligitur de proximo: sed fuit positum ad maiorem declarationem. Adde plus, quod etiam si in c. Frequens, fuisset positũ post ly immediate sequẽs aliqua de ijs dictionibus, videlicet statim, mox, in continenti, aut confestim, seu similia verba: adhuc deberent intelligi cum quodam temperamento, vel aliquo temporis interuallo: & quàm primũ commode posset, prout ista vocabula exponuntur per iura & doctores. Ampliantur eñ & restringuntur secundum subiectas materias, & varias circumstãtias rerum, & negotiorũ. Non est verisimile vllo modo, quod fuerit de mente statuentium, quod consideratа longitudine viarum, & difficultate parandi se ad huiusmodi negotia: ac etiam plurimis impedimentis, quæ contingere possunt, voluerunt restringere præcise tempus ad primam diem, ita quod si ea die non fieret, de cætero fieri non posset. Nam si imus post istas subtilitates, oporteret etiam quod fieret in primo momento, & in primo instãti post septennium. Sed cum verba ciuiliter intelligenda sint, huiusmodi intellectus est nimis absonus. Et si dicat aliquis, ergo prorogari iubetur, quod prohibetur in c. Frequens. Iste qui

B sic arguit, non se intelligit, nec vim verborũ. Non enim prorogatur, si incipiatur secundo, vel tertio mense: sed magis fit continuatio, vel exequutio eius quod est in facultate. Nam si esset prorogatio: tũc cũ prorogatio sapiat naturam prioris dilatiõis, ante illud tempus prorogatum inchoari non posset. Sed hoc non est in casu nostro. Nam licet in primo mẽse inchoatum non fit, sed in secundo vel tertio: non per hoc concluditur, q̃ in primo inchoari non potuisset. Sed si fuisset facta prorogatio ad secundum mensem, tunc in primo incipi non potuisset. Verbi gratia, Promitto Titio dare centum post pascha, ante pascha non possum exigi, sed post pascha possum statim exigi: & licet non exigar, non tamen desino esse obligatus: & licet exigar in secundo vel tertio mense, non propter hoc intelligitur facta prorogatio: nec sequitur, quod in principio non potuissem exigi, quod fieri non potuisset, si facta esset prorogatio. Item de natura prorogationis est, quod fiat ante lapsum primi termini: post vero non est prorogatio, sed noua indictio, dilatio. Et si dicatur: Ergo diu differri poterit? respondetur, quod in hoc standum est iudicio ecclesiæ, quæ consideratis diuersis circumstantijs, arbitrabitur tempus debitũ. In eius eñ fauorem, & vtilitatem huiusmodi facultas celebrandi Concilia, instituta est. Quid eñ, si in loco celebrandi Concilij adueniente termino, superuenerit pestis, vel obsidio, vel aliquid huiusmodi, quod duraret per tres, vel quatuor menses: nec papa interim mutasset locum secundum formã

C c. Frequens, & propter talia impedimenta prælati non accederent prima die ad locũ, aut si prælati aliqui, venientes ad Concilium caperentur in via, qui si capti non essent, fuissent in prima die & momento in loco? nunquid propterea dicendum est, expirasse facultatẽ Concilij, & quod cessante impedimento, prælatis venientibus Concilium celebrari non possit? hoc certe esset valde absurdum, & nimis præiudiciale ecclesiæ dei. In casu autem nostro fuit satis probabilis causa, quare prælati distulerint venire in principio termini: quoniã appropinquante ipso termino, papa Martinus die vicesima Februarij defunctus est: propter quod prælati merito poterant dubitare de aliquo impedimento Concilij. Item expectabant, quod aliquis nomine papæ illuc accederet, ne fine præsidente apostolico frustra starent in loco. Legatus autem, qui ordinatus fuerat ad Concilium, cuius præsentiam homines expectabant, antequam vellet ad iter se accingere, non accessit tempore statuto ad Cõcilium, sed ad Nurenbergam, ad prosequendam extirpationem Bohemorum, secundum mandatum papæ Martini, qui iniunxit, quod prius illuc iret quàm Basileam. Fuit etiã ipse Legatus pluries requisitus in Nurenberga per dominum Imperatorem, vt iret Basileam, pro Concilio celebrando, iuxta facultatem sibi traditam: qui respondit, nolle ire ante consensum noui pontificis. Ista ergo fuit causa retardationis prælatorum. Nec forte est multum imputandum prælatis, qui suspicabantur, quod papa Martinus nollet Concilium, & timebant se ponere in ijs inuolutionibus, & contradictionibus, & rationem timendi habebant ex his, quæ contigerant in Concilio Senensi. Multa etiam tunc dicebantur, quæ suspitionem faciebant. Scio mihi fuisse relatum, quod nonnulli dixerant me venisse in Alemaniam, ad disturbandum Concilium. Item hoc fuit de mente papæ Martini, quod licet in principio Martij non inchoaretur Concilium, non tamẽ expiraret facultas celebrãdi Cõcilij: Ipse enim, appropinquante termino Concilij, voluit quòd prius irem versus Bohe-

Mens vera cõsilium statuẽtium.

Causa retardationis prælatorum.

Concilium Senen.

miam, quàm ad Concilium: de quo etiã in bulla consistorialis dissolutionis fit mentio. Sed D
quid opus est aliunde hoc probari, quàm per literas S.V. Ipsa in ijs confectis. II. Calend.
Iunij, & sic longe post terminum, quæ etiam mihi fuerant præsentatę per tres mẽses post,
mandat mihi, quod expedito negotio Bohemiæ, cuius finis expectat in breui, dirigã gressus meos ad Basileam pro Concilio celebrando: & ibi opportune prouideam iuxta mihi iniuncta, & ordinata in Concilio Constantiensi. Hoc etiam repetit in bulla facultatis dissolutionis, portata mihi per dominum Parentinum, cuius verba sunt hæc: Circumspectioni tuæ, ex quo in ingressu tuo ad Alemaniæ partes nulli prælati in Basilea pro celebratiõe Cõcilij erant congregati, dedimus in mandatis, vt interea circa expeditionem contra Bohemos hæreticos, etiam tibi commissam, vacares: ac deinde ad ciuitatem Basiliensem dicti Concilij locum accederes, vt ibidẽ nostro, & ecclesiæ nomine præsideres. Quid ergo hoc clarius? Si quid dubium eẽt, ex huiusmodi tenore literarũ aperte tolleretur. Et si dicat, nec dominus Martinus, nec dominus Eugenius tales literas scribendo, poterat validare Concilium: quia eẽt prorogatio, quæ prohibita est per c. Frequens. Respondetur quod non est prorogatio, sed executio eius, quod erat in facultate, seu declaratio quod necesse non sit pcise celebrare in principio. Item non est prorogatio, quia prorogatio fit ante terminũ, non post. Post enim potius eẽt noua indictio, vnde valeret quæstio nouiter indicta. Et si dicatur, non potuit de nouo indici: tunc obijcitur, quando ergo de nouo potuit indici Concilium Bononiense? Et si dicatur quod noua indictio Concilij Bononiensis valuit: quia Basiliense fuit per S.V. dissolutum, tunc habeo intentum: Si enim fuit dissolutum, ergo ante fuit Concilium, quia præsupponit habitum. Sed si ante erat Cõcilium, tunc (vt infra probabitur) dissolui non poterat non consentiente Concilio. Quid ergo ad hoc potest respõderi? Ad maiorem etiam clarificationem in ipsa die termini statuti, vel ante, dominus Abbas Virgiliacensis, congregato ad hunc actum populo maioris ecclesiæ, & certis alijs prælatis, & notabilibus viris, fecit solennem protestationem, qualiter tempus aduenerat Cõcilij celebrandi, & quod hoc ipso Basileam venerat, requirendo, vt de materijs ad Concilium pertinentibus vsq; alij venirent vellent insimul conferre, & tractare: & de hoc extat publicum instrumentum. Et infra mensem venerunt ambasiatores vniuersitatis Parrhisiensis, & inceperunt tractare de ijs, quæ ad Concilium pertinebant, scribendo etiam domino imperatori, & alijs dominis Alemaniæ, vt mitterent ad Concilium: quas literas tũc vidi. Nec obstat paucitas personarum: quia vbi est authoritas, numerus magnus non requiritur, secundum illud Christi: Vbi duo vel tres conuenerint in nomine meo, ibi ego sum, in qua authoritate fundantur Concilia. Iam igitur S.V. luce clarius videt prædictam obiectionem eẽ satis friuolam. Item ad quid facta est dissolutio, si non erat Concilium? Vnde nullatenus est ambigendum, quin Concilium fuerit legitimum, & Canonice cõgregatum. Et forsitan vix vnquam legitur aliquod Cõcilium tot authoritatibus innixum, sicut istud, per duo videlicet præcedentia Concilia, Constantiense & Senense, & duos Romanos Põtifices confirmatum. Audio inter alia Romæ aliquos dicere me non potuisse vocare prę-latos venire ad Concilium: quia in bulla domini Martini hæc clausula nõ erat adiecta. Vehementer admiror hoc obijci. In primis non ego solus illos vocaui, sed ego & hi, qui hic in Concilio conuenerant. Mirares. Papa Martinus dabat mihi cum consilio Concilij facultatem extirpandi hæreses, pacificandi regna, reformãdi mores cuiuslibet status Christianitatis: & audent dicere, quod non poteram citare. Datur mihi potestas iudicandi & condemnandi: & non habeo potestatem citandi? Inquit iurisconsultus, cui commissa est iurisdictio, ea omnia commissa videntur, sine quibus illa expedire nõ potest. Quomodo autem prædicta oñia, nisi prælati & alij huc venirẽt fieri possent? Item, cur in capite. Ego enim de iureiurando, dicitur, vocatus ad synodum veniam, si nõ potest vocari? A quo ergo prę-supponit vocãdum, nisi à Concilio, vel eo qui in Cõcilio præest? Item tota distinctio. 18. non loquitur de alio, nisi quod episcopi vocati ad synodum, & non veniẽtes, possunt excõmunicari vel suspendi. Legãt isti librum Cõciliorum beati Isidori, & reperient in pluribus Concilijs prælatos fuisse per synodum vocatos. Nunc restat dicere, an dissolutio valuerit. Iterum vereor loqui, timens irritare S.V. sed charitas me cogit. Nam forsitan S.V. credit dissolutionem valere, & propterea in illa perseuerat. Ex quo cum multa scãdala possint cõtingere, remordet me conscientia, ne taceam. In primis c. Frequens, videtur innuere quod nõ. Nam si prohibetur prorogatio, quod est minus, multo magis dissolutio, quod est plus: plus enim est auferre, quàm differre: prorogãdo differtur, dissoluendo aufertur. Item isti dicunt, quod facile prædicta constitutio c. Frequens, redderetur frustratoria: quia vt primũ inchoatum esset Cõcilium, posset re infecta dissolui, sicut dicunt factum eẽ Senis, & nunc dicunt etiam S.V. finistre & subreptitie in causa dissolutiõis fuisse informatam. Dicũt etiã prædictam dissolutionem euidẽter tendere in euersionem fidei, & ruinam ecclesiæ, & p-

Prorogatiões fiunt ante terminum.

Abbas Virgiliacensis.

Concilium Basiliense cæteris quodammodo añponitur.

Prælatos sæpe fuisse vocatos.

E

F

turbatio-

A turbationem populi Christiani: ergo fieri non posse, nec parẽdum fore. Asserũt etiã prædictam dissolutionem fieri nõ potuisse, obstãte quodam decreto Constantiensis Cõcilij, quod in his, quæ pertinẽt ad fidem, & extirpationem schismatis, & ad reformationem ecclesiæ in capite, & in membris, quemlibet cuiuscũq; conditionis, etiam Papalis teneri obedire statutis & ordinationibus, & præceptis cuiuscũq; Concilij generalis: & nisi obedierit, puniatur, &c. Ecce posse statuere in aliquem, posse præcipere, posse punire, non obedientem: signa sunt euidentia superioritatis, in his in quibus statuit, præcipit aut punit. Teneri autẽ obedire, & subijci ac parere, signa sunt inferioritatis in prædictis casibus. Ergo in ꝑdictis casibus, cum Papa (vt dicũt) sit inferior Concilio, quod etiam facto probatum fuit (nam propter vnum de tribus casibus Concilium priuauit Iohãnem, & propter alterũ priuauit Benedictum) non poterit Papa dissoluere Concilium: quia inferior in eo quo est inferior, non potest soluere, vel ligare superiorem, vt in c. cum inferior. de ma. & obe. cũ similibus iuribus: nec tollere legem superioris. Alioquin implicaret cõtradictionem, tenetur obedire, & nõ tenetur obedire, quia potest dissoluere. Quomodo autem obediret ordinationi, vel statuto Concilij, si illam ordinationem, vel statutum potest tollere, & annihilare? Concilium autem hoc cõgregatum est propter extirpãdas hæreses, faciendum pacem, reformãdum mores: & in prima sessione ordinauit, & statuit ad ista debere intẽdi, & quod procurãs impedire hoc Concilium dissoluere, vel prorogare, vel mutare, seueriter possit puniri, & procedi tanquam contra turbatorem communis pacis, &c. Si autem dissolui po-

B test, constat quod non obeditur prædictæ ordinationi. Vnde appareret hoc necessario fateri, quod si dissolui possit, quod prædictum decretum Constãtiensis Concilij non valeat. Item probatur hoc alia ratione. Nemo dubitat, si contra aliquem summum pontificẽ ageretur de hæresi, quod ipse non posset Cõcilium dissoluere: quia si posset dissoluere, nõ posset iudicari, quod esset contra cap. Si Papa. 40. dist. Ergo sicut in hæresi, sic in alijs duobus casibus: Isti enim tres parificati sunt per Concilium Cõstantiense. Eodem modo loquitur Concilium Cõstantiense, sicut cap. Si Papa in illo vno. Et (vt prædixi) facto Concilium Constãtiense, approbauit hãc sentẽtiam: quia propter schisma priuauit Petrum de Luna: & propter deformitatem vitæ, priuauit Iohãnem: Et si qua iura reperiũtur, quæ dicũt: Prima sedes non iudicatur à quoquam. Et: Primam sedem nemo iudicat, Et nemo sibi dicit, cur ita facis: intelligẽda sunt in his tribus casibus. In principio de fide prouisum fuit ꝑ cap. Si Papa. In alijs duobus per decretum Constantiense. Alioqui si fine vlla exceptione intelligeretur illud: Prima sedes, &c. tunc c. si Papa. 40. dist. & prædictum decretum Constantiense, essent falsa. Et si cap. Si Papa, addidisset, causæ hæresis istos duos casus nemo dubitaret de prædicta sentẽtia. Sic etiam nemo debet dubitare de decreto Concilij, quod factum est authoritate Papæ, & representat vniuersalem ecclesiam. Et si dicatur: In Conciliis, intelligitur excepta authoritas Papæ. Respondeo, illud verum est, quando persona Pa-

C pæ specialiter non includitur: sed si specialiter includitur, nõ potest excipi, quia saperet cõtradictionẽ. Hæc dixi beatissime pater, deus est mihi testis, cũ displicentia animi. Sed cogor ita dicere, vt sanctitas vestra definat à prædicta dissolutione, ne cõtingant infinita mala in ecclesia dei. Si S. V. videret puram mentem meam, & mundam conscientiam, & integrum animum, quo talia scribo, oscularemini me ex nimia charitate, & proculdubio me vt filium diligeretis. Dixi sæpe, & iam dico, & protestor coram deo, & hominibus, quod causa eritis schismatis, & infinitorũ malorum, si non mutaueritis consilium, Omnipotens deus S. V. in virtuosi hominis prosperitate conseruet: cuius pedibus me humilime recommendo. .

Basileæ, quinta Iunij.

Optimum argumentũ cõtra Papas inobedientes.

Quare Concilia cõgreganda tur.

Quare pontifices in Concilio Cõstañ. depositi.

Papa specialiter ĩclusus nõ potest nec debet exigi.

FINIS.

APPELLATIO VNIVERSITATIS

INCLYTISSIMAE D

ATQVE OMNIVM STVDIORVM MATRIS, EMINENtissimæ Vniuersitatis Parrhisiensis contra Leonem decimum, in robur ac firmamentum sacratissimi Basilienſis Concilij, non contemnenda Appellatio, in qua, omnes ferme (quæ in ecclesia dei sunt) Abusus, apertissimè enumerantur.

AD LECTOREM.

QVæret fortasse à nobis aliquis, lector candidissime, quàm potissimum ob causam, hanc Appellationem excellentissimæ Vniuersitatis Parrhisiensis hisce duobus Aeneæ Syluij libris adiecerimus, quum longo post tempore, promulgata, atque ædita sit. In promptu ratio est lector optime. Nam in hac ipsa (modo oculos mentis aperire volueris) Concilium Basilense ita per doctissimos atque optimos Parrhisiensis Academiæ doctores, laudatur, ita extollitur, ita omnibus Christifidelibus imitandum proponitur, ita demum (& id quidem vero verius) aperto approbatur ac confirmatur, vt id genus reliquum, nihil ferme supra.

¶teḿq; qui ignorat, quid boni in Concilio Basilienſi sit actum, hanc subsequentẽ legat Appellationem. Inueniet proculdubio sanctissimum Basilense Concilium, omnibus Romanæ Curiæ abusibus ac grauaminibus (ex quibus in hac appellatione enumeratis, omnes hæreses & totius nunc orbis Christiani dissensiones in bonorum omnium pernitiem, emergunt ac profluunt) inimicum fuisse, omneśq; in ecclesia dei defectus ita damnasse, ac post tergum abiecisse, vt si Concilij illius prętacti Decreta, in hunc vsque diem seruata fuissent, nunquàm tot periculosis errorum fluctibus per vniuersum immersi fuissemus. Lege igitur omnia, ac relege, & Concilium Basilense, vel inuito Leone decimo, sacrosanctum fuisse, nemo omnium (qui sanæ sint mentis) inficiabitur. Vale feliciter, & quæ subsequuntur diligenter reuolue. E

APPELLATIO VNIVERSITATIS PARRHISIENSIS.

VNIVERSIS PRAESENTES LITERAS INspecturis Rector & vniuersitas magistrorum, doctorum, & scholarium Parrhisijs studentium, Salutem in domino. Notum facimus, quòd nos apud sanctum Bernardum Parrhisijs super infrascriptis, & alijs nostris negotijs agendis, per iuramentum conuocati & congregati, modo, & forma contentis, in quodam codice papyreo, cuius tenor inferius describitur & inseritur, prouocauimus & appellauimus, prouocamuśq; & appellamus. Cuius quidem codicis papyrei Tenor sequitur, & est talis. Præmissis expresse protestationibus, quòd contra vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, quam totius orbis esse magistram, & obtinere principatum credimus, sanctǽq; sedis Apostolicæ authoritatẽ, ac sanctissimi dñi nostri Papæ, bene cõsulti potestatem nihil dicere intendimus, si quid ex lubrico linguæ forsan male dictum sit paratiemendare. Sed quoniam is qui vices dei gerit in terris, quem Papam dicimus, quamuis à Deo potestatem immediate habeat, per hanc potestatem non impeccabilis efficitur, nec potestatem peccandi accepit. Ita vt si quid, quod iniustum est, faciendum esse præceperit, patienter sustinere debeat, si non fiat quod ei praua fuerit insinuatione suggestum, eí́q; parendum non sit, si quid contra diuina præcepta statuendũ esse decreuerit. Imò ei resisti iure potest, quòd si illi potentum auxilio falsa forsan suggestione, vel minus sano consilio deceptorum adiuto resisti non potest, sublatáq; sint resistendi remedia, vnum tamen iure naturali proditum est, quòd nullus princeps tollere potest appellationis remedium, cum sit quędam defensio quæ iure diuino, naturali, & humano cuíq; competit, quæ non potest auferri à principe, vt in cle. pastoralis. de sen. & re iudic. & no. splendor ille Canonistarum Inno. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. Ad huiusmodi ergo appellationis remedium, quo oppressi releuant́, confugientes. Nos Rector & Vniuersitas studij Parrhisiensis, illustrissimi ac chria- F

Tenor literarum.

Notanter dicitur bene cõsulti.

Papæ peccabilis.

Papa non semper parẽdum.

Appellationis laus

A christianissimi principis nostri Francorum regis, filia primogenita, antiquà studiorum pa
rens, vice ac nomine nostris, singulorumq; doctorum, magistrorum, & scholarium Par-
rhisieñ. studeñ. animoq; & intentione prouocandi & appellandi. A personis, & grauami-
nibus infrascriptis dicimus, & proponimus, nosq; loco & tempore opportunis & congru-
is probaturos offerimus, quæ sequuntur. Imprimis, quòd cum priscis illis temporibus hæ-
reses multæ pullularent, plurimiq; errores insurgerent, & Christi fidelium dissidia oriren-
tur, ecclesiasticiq; status deformatio conspiceretur. Fuerunt sacra generalia Concilia pro-
uide statuta, in quibus hæreses extirparentur, mores reformarentur, christicolarum dissi-
dẽtium adinuicem reconciliationes fierent, prout sacrorum generalium Conciliorum in- Conciliorum
cumbit officio. Et præcipue ante omnia, sacra Constantiense & Basilense Concilia, quæ laus in gñali.
successiue ac legitime in spiritu sancto congregata, vniuersalem ecclesiam representantia,
quàm plurima circa præmissa statuerunt, maxime circa status ecclesiastici, tam in capite q̃
in membris reformationem, quæ illis diebus præcipue indigere reformatione videbãtur,
cum deformitates in ecclesia dei excrescere, & mores corruptos eandem ecclesiam infice-
re conspicerent, vt repressis deformitatum, scelerumq; regnantium enormitatibus perni-
tiosis, quæ per christianitatem (spretis antiquorum patrum decretis, & institutis salutari-
bus) multas clades, multaq; discrimina iniecisse videbantur, diuinus honor refloreret in ter
B ris, lumen catholicæ veritatis, Christo vera luce auxiliante, effulgeret, & ecclesiasticę liber-
tatis conuersatio subsisteret, populusq; Christianus salubriter regeretur, & ad salutem per-
duceretur æternam.

¶Et inter cætera perpendit ipsum sacrum Basilense Concilium, qualiter per sanctos pa
tres antiquos, sacri canones, salubriaq; decreta pro felici regimine iam dicti status eccle-
stici, tam super electionibus, modisq;, ministros ecclesiæ assumendi & instituendi conditi Prouidentia
fuerunt, qui quàmdiu fuerũt obseruati, ecclesia de fructus honoris & honestatis felici vber- Cõcilij Basil.
tate produxit, disciplinæ ecclesiasticæ vigor perstitit, religio, pietas, charitas vbertim flo-
ruerunt, hominesq; in quietudine animi constituti, deum authorem pacis deuotissime co-
luerunt. Sed postquàm damnatæ ambitionis improbitas, & detestandæ cupiditatis insa- Ambitio &
tiabilitas, humanitatis iura violando, ipsa sanctorum patrum decreta paulatim cœpit de auaritia oim
serere, atque contemnere, & in vitia ruere, subsequutæ sunt deformationes status eccle- malorũ causa
stici, atq; decoloraciones, & vsurpationes, præsertim per prælaturarum, dignitatumq;, &
aliorum beneficiorum reseruationes, & gratiarum ad vacatura beneficia expectatiuarum à Reseruatiões
iure exorbitañ. multiplicationes & innumerabiles concessiones, & alia grauissima & im- pessimæ cum
portabilia onera, quibus ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ grauiter afflictæ, & fere ad extre cæteris grauã
mam euacuationem, & destructionem illis diebus ruere conspiciebantur. Cum beneficio- minib⁹ & in-
rum ecclesiasticorum patrimonia & bona indigni occupabant, & sępe dignitates, ac bene- uentis nouis.
ficia notabilia, & opulentiora personis conferebantur incognitis, & indignis, quæ in eis- Vniuersalis
C dem beneficijs minime residebant, & animarum cura, quæ est ars artium, neglecta, velut ecclię destru
mercennarij solum temporale lucrum quærebant, sicq; cultus minuebatur diuinus, anima- ctionem Cõ-
rum cura neligebatur, ecclesiastica iura peribant, ruebant ædificia, quæ magnificẽtia extru- ciliũ Basilieñ.
xerat decessorum. declarat.
¶At clerici literarum scientijs, & virtutibus effulgentes, qui ad Chri-
stianæ plebis ædificationem salutarem vacare possent, quorum perlucida & salutaria docu Quare boni
menta prædictam illustrarent ecclesiam, decorarent virtutibus, & moribus informarent, viri deserunt
per quos, quasi per luminosas, ardentesq; lucernas super candelabrũ in domo domini po studia literæ
sitas (errorum tenebris profugatis) totius corpus ecclesiæ tanquam sydus irradiaret matu-
tinum, eorumq; fœcunda facundia cœlestis irrigui gratia influente, scripturarum ænigma-
ta reserarent, obscura dilucidarent, dubiaq; declararent, profundisq; ac decoris illorum ser
monibus ampla ipsius ecclesiæ fabrica, velut gemmis vernantibus, rutilaret, & verborum
elegantia singulari gloriosius sublimata coruscaret, qui etiam regnorum, & rerũpublica-
rum consilijs forent opportuni, propter spem congruę promotionis eis ablatam, diuina-
rum, & humanarum & scientiarum studia deserebant.

¶Insuper reseruationum & expectiuarum occasione capta de mortis alienæ votis inge-
rebatur, lites suscitabantur, contentiones & rixæ inter Christi ministros oriebantur, am- Beneficiorũ
bitio pluralitatis beneficiorum execrabilis fouebat, pauperes clerici varijs & innumeris p- pluralitas exe
sonarum & rerum discriminibus subijciebantur, & per callidos & calumniosos opprime- crabilis.
bantur, beneficia quoque ecclesiastica per litium inuolutiones, & multiplicationes sæpius
iniuste occupabãtur, & fine diuinis officijs sæpius remanebãt, materia iniustis vexatiõibus
parabat, abusus pestiferi, horrẽda & detestãda specie labis symonicæ respersi cõmittebant, Abusus eccle
iuuenib⁹ bonę indolis q studiosis & virtuosis actibus intẽdere deberẽt euagãdi materia p- siæ pestiferi
bebat, & breuiter stat⁹ ecclesiæ cõfundebat, plurimaq; aduersus diuina, & hũana iura in ani

matum

marum pernitiem, ac ecclesiæ, & Regnorum atque Prouinciarũ, præcipue Regni Franciæ, D
& Delphinatus Viennensium oppressionem & destructionem perpetrabantur, quorum,
quarumq; thesauri in extraneas regiones asportabantur, vt eo exhausto, sacerdotioque de-
Beneficia gratis conferẽda
presso, regna ipsa, & subditi debiliores in aduersis redderentur, beneficiaque iam non gratis, iuxta euangelicam doctrinam Christique præceptum, dicentis: Gratis accepistis, gratis date, & contra Concilium Lateranense, &c. vnicum vt ecclesiastica beneficia. Cum summa ambitione & auaritia, auriq;, & argenti exactione conferebantur.

Magna laus Concilij Basilieñ.
¶His igitur tam detestabilibus incommodis diuinæ proculdubio displicentibus voluntati, saluberrime prouidere cupiens Concilium Basiliense memoratum, contra hæc, saluberrima constituit, & ædidit statuta & Decreta, volens & ordinans, vt tales ecclesiæ præficerentur pastores, qui tanquàm columnæ & bases ipsam ecclesiam doctrina, & meritis
Contra reseruationes generales.
firmiter sustentarent, non quidem per reseruationes generales ecclesiarum huiusmodi, sed per electiones, & confirmationes Canonicas, iuxta iuris communis dispositionem, ecclesiis ipsis metropolitanis cathedralibus, monasteriis, collegiatis ecclesiis, & dignitatibus electiuis vacantibus, debite prouideretur: Reseruationes generales huiusmodi reprobando, (certis duntaxat exceptis) certam salutarem formam, antiquis formis à iure introductis adiiciendo.

Concil. Basil. de clericis.
¶Et insuper, vt per singulas ecclesias ministri instituerentur idonei, qui scientijs & virtutibus effulgerent ad Christi gloriam, & populi Christiani salutarem ædificationem, reprobando multitudinem gratiarum expectatiuarum, quæ digniorum ministrorum institutioni & promotioni obuiabat, ac reseruationes quascunq; beneficiorum, siue per papam E
siue per legatos reprobañ. ac nullas & inualidas declarañ.

Quibus prouidendũ Cõ. Basil. statuit.
¶Voluit insuper, & statuit, vt per prælatos & eos ad quos beneficiorum collatio & dispositio spectare dignoscitur, viris studiosis, certisq; qualitatibus specificatis præditis, qui per vniuersitates generalium studiorum eisdem prælatis & patronis nominarentur, canonice prouideretur, certis modificationibus, & decreto irritañ. adiectis. Præterea, vt fraterna charitas in clero, & populo vigeret, & ne quis proximum suum indebitis vexationibus opprimeret. Sed iustitia ordine debito cuilibet ministraretur, ad obuiandum infinitis abusi-
Iustitia in partibus ministranda.
bus & varijs incommodis, quæ inoleuerant, statuit, vt pro salute, & quiete subditorum, iustitia in partibus cum honestate & facilitate ministraretur, ne studium, & alij subditi extra regna & prouincias suas ad curiam Romanam traherentur, & citarentur, ne etiam per hoc huiusmodi regnorum, & prouinciarum facultates exhaurirentur. Damnauit insuper huiusmodi sacrum Concilium abusum illum iam damnatum de annatis soluẽ. salutifere prohi-
De annatis a Con. Ba. condemnatis
bens illarum exactionem, & solutionem. Multaq; alia sancta, & salubria statuit idem Concilium ad diuini cultus augmentum, ac salutem & quietem subditorum, quæ omnibus innotescunt. Quæ quidem statuta serenissimus ille princeps diuini nominis & ecclesiastici honoris exaltator, deuotissimus & conseruator excecellens, Carolus septimus Francorum
Laudat Con. Basilieñ.
Carolus. VII. Francor; rex statuta Basil. Conc. seruari mandat
Rex, in suo celebri Concilio ecclesiæ Gallicanæ Bituris celebrato, recenseri fecit, & ea sic salutifera, & suo regno ac Delphinatui vtilissima, saluti & quieti subditorum consuleñ. inconcusse seruari præcepit, & per Regnum & Delphinatum promulgari fecit, prout conseruata & obseruata fuerunt, at ex eor; obseruantia cultus perseuerauit diuinus, salus aduenit sub- F
ditorum, omniaq; in eisdem regno & Delphinatu prospere successerunt.

Cõtra Romanistas.
¶Sed Romani proprijs cupiditatibus, & commoditatibus inhiantes, attendentes his medijs aurum & argentum, sicut antea, ex dictis Regno & Delphinatu ad se pro suo voto non deferri, huiusmodi statutis inuidentes, ea per Romanos Pontifices abrogari facere studuerunt, quod auxiliante domino hactenus prohibitum extitit, donec aduenit dominus
Conciliabulũ Leõis decimi
Leo papa decimus, qui Romanis, plus debito, fauens, in quodam cœtu in Romana ciuitate, quæ contra nos est, nescimus qualiter, non tamen in spiritu domini congregato, cum quo nihil contra legem diuinam, & sacra Concilia statui, decerni, aut ordinari potest. Opera enim quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me, præmissa tam salutifera statuta
Cõtra fidẽ catholicam egit Leo.
abrogañ. esse nescimus, quo fretus consilio, censuit contra fidem Catholicam, & authoritatem sacrorum generalium Concliorum veniendo, sacrum Basilienſe Concilium damnauit. In quo inter cætera iudicatum est, gloriosam virginem Mariam sine peccato originali fuisse conceptam, nec de illo habet ecclesia aliam decisionem. Quædam alia statuta pro libito voluntatis (cum venia dictum sit) condendo, in pernitiem Regni & Delphinatus præ-
Iniqua facta Leonis decimi.
dictorum, & subditorum illustrissimi principis nostri Franciæ Regis detrimentum. Per hoc enim Canonicas electiones, quibus sancte & salubriter ecclesijs metropolitanis, cathedralibus, monasterijs, & alijs collegiatis ecclesijs eorundem Regni & Delphinatus prouidebatur, destruxit. Hmõi ecclesiarum prouisiones, cum vacauerint, sibi reseruãdo, collationesq; & impetrationes beneficiorum non expresso vero valore irritas esse declarauit,

subdi-

A ſubditorumq; regni in prima inſtantia per Cardinales & curiales ſedis apoſtolicæ paſſim vocari,& nominationes vniuerſitatũ in parte reprobauit & dãnauit, ita vt à modo ſi talia ſtatuta tolerarent, non his quibus virtutũ merita & literarũ ſcientia,ſed qbus pecuniarum aceruus,& potẽtum fauores ſuffragabũtur,ad ipſarũ eccleſiarum non dicimus regimen,ſed (prohdolor)pernitiem & ruinam aſſumẽtur, cum huiuſmodi perſonarum mores, & vitia non perſcrutabuntur,& indigni ſæpius ad regimen aſſumentur animarum,contra ſacri generalis Concilij ſalutiferum ſtatutum recte iudicans nihil eſſe quod eccleſiæ dei magis officiat,quàm q; indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum, & propterea ſtatuens,vt is ad quem pertinet electionis confirmatio proceſſum electionis & electi perſonam diligẽter examinet antequam eidem electo munus confirmationis impendat pœnam contra facieñ.imponens. Per hæc etiam & alia quæ idem dominus Leo ſtatueñ.decreuit,viris ſtudioſis,& literarum ſcientia pollentibus ſpem promotionis ademit. Et aptiſſimum modum facultates,& ſubſtantiam totius regni & Delphinatus exhauriendi inuenit,quo etiam huiuſmodi regni & Delphinatus ſubditi improbis machinationibus ad curiam Romanam euocentur. Et indebitis vexationibus fatigentur, huiuſmodiq; ſic nouiter æditis ſtatutis, iam dictus dominus Leo Papa ſereniſſimum principem noſtrum Franciſcum regem modernum in partibus Italicis agentem in maximo ſtrepitu armorum conſenſum præbere quorundam ſuaſu coegit. Et ne promiſſionis infractor idem princeps illuſtris videretur, iã

B dicti domini Papæ monitis obtemperans,hæc quæ dicta ſunt de nouo æditа ſtatuta(quæ concordata vocantur) ruinam eccleſiæ, totiusq; regni inde imminentem non attendens, nobis,dictaq; vniuerſitate,& alijs,quorum intererat,non vocatis, nec auditis,publicanda eſſe imperauit,non dijudicans,quàm ei,dictoq; regno & Delphinatui,ac ſubditis pernitioſa eẽ viderentur. Ex quibus nos rector & vniuerſitas,grauatos,læſosq; & oppreſſos eẽ ſentientes. Cum per ea ad ſuperius enarrata incommoda,ſenſim deuenire poſſe proſpiciamus Idcirco à domino noſtro Papa non recte conſulto iam dictiq; ſacri Baſilieñ. Concilij,& ei adherentes pragmaticæ ſanctionis ſtatutorum abrogatione,nouorum ſtatutorum ẽditione,conſenſus præſtatione,ac attentata illorum quadam publicatione,& omnibus inde ſecutis & ſecuturis tam pro nobis quàm omnibus & ſingulis ſuppoſitis ipſius vniuerſitatis, & nobis,ac illi adhærentibus & adhærere volentibus, ad futurum Concilium legitime, ac in loco tuto,& quem libere,& cum ſecuritate nos eadẽ vniuerſitas vel à nobis,& ab ea deputandi adire poterimus. Et ad illum vel illos,ad quem ſeu quos de iure,priuilegio, cõſuetudine,vel alias nobis prouocare licet & appellare,prouocauimus & appellauimus, prout in his ſcriptis prouocamus & appellamus. Inſtanter inſtantius,& inſtantiſſime proteſtantes hãc appellationem proſequi per viam nullitatis,abuſus,iniquitatis, vel iniuſtitiæ. Et ãlias,prout melius poterimus,optione nobis reſeruata. Aſtantes in teſtimonium inuocatũ, addendi diminuendi, mutandi, corrigendi,& in melius reformandi, omniumq; alio iuris beneficio,nobis ac noſtris adhærentibus,& adhærere volentibus ſemper ſaluo datum, & actum Parrhiſiis in noſtra congregatione generali apud ſanctum Bernardum ſolenniter

C celebrata, Anno domini M.D.XVII. die viceſimaſeptima menſis Martij ante paſcha. Poſtmodum vero præinſerta appellatione ſic interiecta die prima menſis Aprilis vir venerabilis magiſter Arnulpus Monnart in artibus magiſter, & in iure ciuili licẽtiatus, noſter procurator generalis,& ad hoc ſpecialiter conſtitutus coram venerabili circumſpecto viro, magiſtro Guillermo Huc, vtriuſq; iuris liceñ.inſignis eccleſiæ Parrhiſienſis Decano,tanquam coram perſona autentica & in dignitate conſtituta perſonaliter comparens. Cum illum ſeu illos,ad quem ſeu quos appellamus adire non poſſumus,huiuſmodi appellationem & contenta in ea nomine noſtro & pro nobis intimauit,inſinuauit & notificauit, apoſtoloſq; cum inſtantia debita ſibi dare petijt & requiſiuit. Qui quidem dominus Decanus cum reuerentia & honore debitis eidem appellationi reuerenter detulit & apoſtolos reuerentiales & tales quales de iure & conſuetudine vel priuilegio dare poterat & debebat,dedit & conceſſit. Acta fuerunt hæc vltimo dicta & facta in eccleſia Parrhiſienſi. Anno & die prædictis. Præſentibus ibidem venerabili & ſcientifico viro magiſtro Petro de Valle,in Theologia doctore,Canonico dictæ eccleſiæ Parrhiſieñ. & magiſtro Arturo. Alouff in artibus magiſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Sic ſigñ. le Roux,& Hubert & ſigillata in duplici cauda & cæra rubea magno ſigillo dictæ vniuerſitatis.

Quales iuxta volũtatẽ Leonis beneficia ſint habituri.

Nihil pnitioſius eccleſiæ indignis prælatis.

Frãciſcus rex Franciæ.

Fruſtra ergo Pius II. bullã in cõtrarium dedit.

Appellationẽ proſequunt.

Guillermus Huc.

Appellationis Parrhiſienſium, Finis.

ORATIONES DVAE

ALTERA HABITA A LEGATIS SVMMI PONTIFICIS, Leonis. X. coram inuictissimo Imperatore Maximiliano, pro colligendis decimis, in expeditionem (si creditum fuisset) contra Turcas. Altera viri cuiusdam doctissimi adhortantis, ne Principes in Decimæ prestationem cõsentiant.

ANNO M. D. XIX.

AD LECTOREM.

ITerum aliquis quæfierit, quare duas hasce orationes subsequentes, præcedenti Parrhisiensium doctorum appellationi adiecerimus. Respondeo, quoniam tam harum altera, pro communi Germanorum bono, quàm illa, pro communi omnium salute, ac totius ecclesiæ tuitione cõtra Leonem Decimum, militare videntur. Si enim ausus fuit sacratissimum Basiliense Concilium (in quo determinatum est, vt doctores referunt Parrhisienses, beatissimam virginem Mariam, sine peccato originali conceptam) aliquoties reuocare, non dubium, quin & graues etiam à nobis decimas (nescio quo religionis prætextu) per suos Auriſugas, & id quidem post amplissimam ac vastam Indulgentiarum promulgationem, extorquere sit ausus. Vides igitur lector candidissime, quomodo alia ex aliis fluant. Illic ecclesiæ doctores lamentantur, hic per suum Oratorem proclamant Alemani. Illic de abusuum ac grauaminum abiectione, hic de bonorum Reipublicæ apud nos conseruatione certatur. Haud igitur semper est temporum inquirenda series, quum satis sit hoc loco, alterum quadrare cũ altero. Vale Lector, & hæc boni consule, teq; penes tuum esto iudicium. Iterum vale. E

ORATIO LEGATORVM.

Captant beneuolentiam principum, & vtinã hæc exanio loquantur

BOni adsumus nuntij, Illustrissimi principes, Leo Pontifex Max. post Apostolicam benedictionem, Romanum Christianum, idemq; vestrum imperium occupatum à Turcis, restitutum vobis in vestra, ac Christianæ Reipublicæ virtute, & opera cupit, disponit, primum à vobis petit. Memoria siquidem cum repetimus maiorum vestrorum gloriam, animi magnitudinem, & ea, quæ fortiter ac strennue gesserunt pro Republica (si ecclesiæ præsertim, religionisve causa ageretur) non possumus læti, atq; hilares nosipsos continere. Cum non intra nos dicamus, non admiremur, non conijciamus, non extimemus, sed ipsis (vt aiunt) oculis conspiciamus, quanto sitis animo, quantis viribus ad Christi Rempublicam, ac religionem capessendam, priscorum vestigijs insistentes accursuti. Ita, vt qui annis prope septingentis Romanum imperium ereptum à Græcis, receptum à Gallis, summa fide Apostolicæ ecclesiæ seruastis, idem quoq; nunc sit non modo non diffidendum, sed quacunque orbis patet vestra quoq; virtute, ac fide propagandum, Italia omnis si quam spem reliquam habet, si quam victoriæ lucem videt, in Germanis videt. Germanos Christiani huius belli authores, ac duces, eosdemq; confectores sibi pollicetur. Nullibi enim tantum Christiani nominis ac fidei patrocinium, quantum in Cæsare, & Germanis principibus esse, & residere arbitratur. Nec vos degeneres futuros ab Ottonibus, Henricis, & id genus alijs (in periculo præsertim religionis & imperij) sibi persuadet. Nolite itaque pati, vt quam tantam de vobis opinionem conceperunt, irritam ac inanem fuisse postea fateantur, præsertim cũ præsidere Deum Opt. Max. vestris ductibus sciamus. Cum enim causa hæc agitur, dei causa agitur. Cum in nefarium impurumq; Turcam acies instruitur, pro deo pugnatur. Cum in hoc genus mortis itur, pro deo cadimus. Felicissimæ profecto mortis genus, quo vita cõparatur, & ea æterna. An forte timendum vobis est Germani, vt hostibus cedatis, qui ipsas quoq; Romanas legiones, alias inuictas, profligastis? Et si enim, qui imminet hostis, late dominetur, ne dicam regnet, licet Syriam & Aegyptum nuper subegerit, si tamen ad mentem reuocemus cum quis pugnam, manusq; cõseruerit, nihil est quod vltra admiremur, quàm si imbellis quisq; deuicisset. Cum orientalibus quippe pugnatum est. Sinite, finite cum Germanis F

A manis congrediatur, inueniet legitimos milites, experietur inuicti roboris viros, sentiet omnipotentis dei in vobis manũ. Prosequimini eñ (vt diuinum vsurpem oraculum) inimicos vestros, & corruent coram vobis. Prosequentur quinq; de vestris centum alienos, & centũ ex vobis decem milia. An forte abbreuiata est manus domini, vt saluare nequeat? In promptu est vnde conuertatur deus & ignoscat. Dabunt siquidem tot milia hominum nomen in Christi militiã, signum crucis culpaꝝ omnium expiatiuum, tanta multitudo susc ipiet. Crimina q̃ nostra passim pijs in sanctũ hoc opus largitionibus redimemus, vt pro- Modo debite
culdubio factus caro, & frater noster deus, non sæuiat in suos: qui, cũ non nisi dominus hu- expendantur
mani generis esset, pugnauit pro externis. Agite quod vestra interest, & venite, & arguite me, si deero vobis, dicit deus Opt. Max. Bulla non vsquequaq; extincta, ne tam necessa-
rio, diuo q̃ operi impedimento sint, somnum interdiu capere, & apostolicis (vt par est)
mandatis obtemperando, quinquennalibus indutijs tolli rogamus. Iesu Christi propriũ
admiramur, veneramur q̃ opus, efficere in terra pacem bonæ voluntatis, nobiscum bene
agitur, si aliquãtula fiat quies iniquo animo retento. Bello aũt suscipiendo, quæ via, quisve
modus habendus sit (licet quot capita, tot sensus) probata cum plurimoꝝ sapientum ac Scopus totius
principũ consilio sententia fuit, oportere imponere sacris initiatis Decimas, plebeis Quin negotij.
quagesimas, cuiq; domui stipendium vnius militis, diuitibus annui census, ac lucri Vicesimam. Nec vos terret, Decimæ, Vicesimæ, aut quinquagesimæ insuetum, nouum q̃ nomen, horrenda quoq; nobiscũ (hæc affirmauerimus) si nuda occurrerent. Verum cũ Quin
B quagesimas, Vicesimas, Decimas q̃ non soluere, sed deponere, id q̃ tutissime, & ea lege debeant, vt nisi definito tempore in expeditionis istius opus conferantur, illis qui deposuerint restituantur, pium, sanctũ, optabile q̃ cuilibet fore Christiano censebitis. Quocirca
trepidare timore vbi non est timor, desinant, verentes expeditionẽ hanc facatam esse, auri Hoc oẽs ve-
sacram subtegere famem. Nos (inquiunt Turcæ) sumus, quibus expellendis incumbitur, riti sunt.
in nos expeditio tota sæuiet. Vacate & videte, quæso, quàm superuacaneus est metus, ac
timor iste, percipite quàm pie, quàm sancte, & cum sacris initiatis, & populis vniuersis agatur. Nolumus nos thesaurarij, aut exactoris officio fungi. Non eo tendimus, vt in nostrã
potestatẽ æra redigantur. Veteres reuoluite historias, inquirite si vllo vnquã tempore san Faxit deus
ctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales de latere Legati, interdictis etiam à iure facultatibus ad
pontifices, eoꝝ q̃ rem pertinentibus, vt in præsentia cernitis, prodierunt, & animaduertite omni exceptione laude q̃ dignã maiorem Leonis P. M. pietatem, atq; liberalitatẽ, ex
propriis tot per regna legatis opportuna conferentẽ. Non quærit profecto vestra, qui sua Non sua, sed
pro vobis sponte magnifice q̃ largit. Sed quid pontificij animi argumẽtis immoramur, re ecclesiæ.
ipsa potius comprobare operæ pretium est. Inuenite vosipsi, inueniant metuentes ipsi modum quempiam, quo quicquid auri argentiue collatũ fuerit tutum adeo sit, vt nec in exactorum custodum vestipendia aliquid cedat, sed integra vniuersa, aut ad expeditiõis huius Vtinã hoc ve-
vsum cedant, aut ad eos, qui dederint, redeant. Non quærimus Germanũ ærarium, in Ita- rum sp. fuisset
liam transferre, at in Germanoꝝ militũ stipendia erogare cuncta. Summus pont. vult atq; præcipit, nullũ dolo fraudiue locũ relinqui, quia & vos clara luce videtis, q̃ Christiana
C respub. religio, regnũ, templa, vrbes, oppida, in vestra se propugnacula contulerunt, vestram opem implorant, vestris genibus aduoluuntur. Si illos destitutis vosipsos Germani
destituitis, quando omnes in Maximiliani aquilas respiciamus, nec aliunde q̃ à Romano
Imperio auxilium expetamus, quando res vestra nõ minus q̃ aliaꝝ regionũ agatur. Contermina siquidẽ Turcis Germania præ alijs est. Italia eñ, quamuis Turcaꝝ classi magis sit
peruia, prius tamen q̃ in Italiam Turcaꝝ copiæ terrestri inuadant exercitu, in quo constat
vim omnẽ belli, victoriæ q̃ sitã esse, Germaniam oppetere oportet, nisi Carinthiam, Sty-
riam, Croatiam & Hungariam Germaniæ mœnia esse inficiati fuerimus. Clementissimꝰ Pulchra ver-
Leo pont. (dici non potest) quantis vigilijs in rem hanc incumbat. Non dies, neq; noctes ba, q̃bus egre
ab hac cogitatione auelli potest, non si comedat, aut bibat, aliud pectore agitat. Non sua fides adhibet
iam, sed seipsum, sanguinem & vitam pro Christiana religione & imperio gestit exponere. Superest, vt Cæsareus hic Senatus expeditionẽ in Turcas indicat, efficiendam q̃ suscipiat. Expectat Rom. ecclesia, vniuersæ Christianæ reip. capita & membra, in sereniss imũ
hunc conuentũ suspiciunt. Si definitur nunc nihil. Si in alium conuentũ differtur, confundemur omnes in expectatione nostra. Cauete ne dilatio hostibus componendi, cum Persis, finitimis q̃ alijs tẽpus præbeat. Germanos principes linguaꝝ morsibus exponat, Christianis q̃ populis desperationẽ inducat. Animaduertite grauissimi, istũ conuentũ fundamen esse, super quo tanta moles expeditionis erigenda est. Contantibus quippe vobis, Christiani principes reliqui retrahent proculdubio animũ, & manum ab hac expeditione
Si Germania (aiunt) cuius primum interest, quia Romani Imperij dignitate, gloria q̃ illustratur, cui ecclesiæ defensio est, tradita, verba dat, de q̃ conuentu in conuentum definitio

nem transfert, quid nobis agendum sit, discimus facile ab exemplo. Sicq; vestra Christia- D
næ reipub. mora (quod absit) ruinam pariet. Causabuntur multi absentum libertatem, iureiurando (aiunt) nostris tenemur ecclesijs nil contra earꝫ commoda illis inconsultis agere, non est nobis delegata potestas absentes colligendi. Ibimus illos consultum atq; hortatũ, referemus deinde altero in conuentu verba, cum bona istorum venia dixerim, sunt hæc nõ multum dissidentia ab inficijs. Impossibilia à nobis petit nemo, Fidem violari horremus, quam & hosti seruandam esse didicimus. Quod vestra interest, & quod in vestra situm est potestate, poscimus decerni, scilicet nunc expeditionem in Turcas, definire modum comparandi nummos nullius cum iniuria. Iureiurando demum spontaneo præsentes astringi, daturos se bona fide operam, vt huic definitæ exequutioni demum dentur. Non sunt hæc contra iurisiurandi cultum. Non excedunt hæc vestræ limites potestatis. Non obsunt hæc absentum libertati. Tollite itaq; moras, semper nocuit differre paratis. An nõ parata sunt omnia ad expeditionem indicendã, quando vniuersa ablata sunt? Quid amplius eñ à Romana ecclesia exigitur? Quid vltra ab externis petitur, quando se, & sua omnia dedunt? Felix initiũ serenissimi Caroli catholici regis, feliciore nos auspicio trahat. Turcaꝫ imperium, ille adhuc adolescentulus nuperrime in Aphrica extinxit, pellite vos Europa. Nec longe absunt maxima quæq; præmia. Etenim cupidine gloriæ ardet animus, nunq̃ honestior, nunq̃ facilior ad summam gloriam via vobis patuit. Capessentibus quippe Germanis expeditionem in Turcas, si quæ à nobis dicta sunt, fient; suprema vos belli authores & duces gloria manet. Sin vero (quod deus nolit) irrita esse contingat, parta iam vobis in dicta expeditione gloria, integro apud eos splendore fulgebit, nullo accepto incommodo. E
Si regnũ appetitur, de propagando vestro Imperio agitur. Si terraꝫ orbis non sufficit, paratum vobis à constitutione mundi cœleste regnũ adest. Si in ius causa deducitur, astricti estis pro Christi nomine, ac fide bellũ inire, quando quidẽ prior ipse rex regũ aereas proprio sanguine ac cruce potestates debellauit, vt nos de perenni captiuitate, in libertatem filiorum dei referret. In manu igitur vestra populoꝫ libertas atq; salus cũ posita sit, exaudite benignissimi principes nos, Apostolico nomine pro vniuersa ecclesia supplicantes. Miseremini simul iam vastæ multitudinis absq; baptismi gratia in æternæ mortis interitum præcipitis. Si quod vni ex minimis sit factũ, sibi factum censet Christus dominus, quanti factuꝫ putatis illum, quod innumeris suis ecclesijs tam ingens beneficium collatum fuerit. Vobiscum igitur, quia partiri curas, & reꝫ molem summus Christi ouium pastor desiderat, ab vtriscq; par est vt oues protegantur, & lupi arceantur, ab illo cruce, à vobis gladio, quo sub vtraq; protectione quietam & tranquillam vitam transigamus. DIXI.

Vtinam semper oĩbus seruata fuisset fides.

Lucanus, sed nõ ad hoc propositum.

Gloria Caroli Cæsaris.

¶Sequitur responsio.

EXHORTATIO VIRI

CVIVSDAM DOCTISSIMI AD PRINCIPES, ne in Decimæ præstationem consentiant. F



Romana auaritia.

IVnquam Germaniæ principibus prudentia, consilio, concordiaq; pro defendendo honore, & omniũ vtilitate opus fuit Alemani proceres excellentissimi, in primis indigere mihi videren tur hoc tempore, quo in prædam Romanæ auaritiæ deputãtur, ac dedecorosam seruitutem, ita blande propositã, vt illa hoïes, priusq̃ intra viscera penetrauerit, sese captos non sentiant. Est eñ modus fallendi adeo vafer, vt his cœptis versutijs, (quid eñ non excogitat auaritia?) existiment acuti hominis fraudẽ à nomine non posse deprehendi, præsertim à vobis Germanis ducibus, quos cibo semper refertos, & vino madidos arbitrantur, & publice declamant. Et ob id ad decipiendũ liberius aggrediuntur. Præbuerunt præterita tempora fallacibus hominibus constantiam in spe præsenti: quando eñ non est assensum illoꝫ malis artibus? cum saltem adfuerit, qui vel mediocriter didicit fraudi fucum adpingere. Constat profecto, nullam partẽ Christiani orbis ab huiusmodi prodigioꝫ genere non esse callide tentatam, multos reges & principes fraudulenter deceptos. Sed singula secũ reputanti occurret, nullam gentẽ sæpius illusam, habitamq; ludibrio ac nostram. Non, ô inclyta Germania, ad libros relego, vt gesta hominũ cognoscas legẽdo, satis ampla, quæ memoria

Alemania plꝰ cæteris nationibus illusa.

A moria huius ætatis tenet, Quo magis vereor ne inscitia temporis præteriti successum præbeat malo incumbenti. De quo breuem tibi Germania sermonẽ subiiciam, quanq̃ nil noui à me audies, quod per inclytos tuos principes non melius noris.

¶ Quadrennium habitũ Romæ consiliũ, primũ de rep. Christiana (quanq̃ legitime iurisperiti & theologi disputent) nondũ erat finis, tamen de colligendis Decimis omniũ assensu decretum est. Volutus erat lapis ad locum suum. Placuit ergo, reiecto reliquo negotio, tanquã parum vtili, inuocato sancto spiritu, Concilium dimittere. Gratiæ agendæ deo, per quem operationes nostræ incipiuntur, & cœpta recte finiuntur. Porro impium est, quod Concilio placuit, id putare displicere deo, quo hæc agunt authore. De pace agitur in ter reges, qua firmata, visum omniũ suffragijs Asiatico hosti coniunctis viribus bellum inferre. Euomuntur euestigio quatuor Legati (nisi ob quintũ collegium & ob computũ erra uerim) ad nationes Christianas, vt reges & principes ad expeditionem instigent, Ipsi vero pecuniam mulgeant. Quibus forte dicebatur: Ite in orbem vniuersum, prædicate dicentes: Qui crediderit, & Decimas soluerit, saluus erit. Quorũ nuper, cum Bononiæ essemus, tres vidimus ingredi tanta pompa & apparatu, vt sapientes ad eorũ errorem allicerent. Di latate inclyti Germani imperium Christianum. Frangite vires hostis impurissimi. In hoc omnibus neruis incumbite, quo nomen Christi extendatur. Res pia & sancta est, vt à nomine possit deprehendi, nisi quis malit Turcæ, q̃ Christo seruire. Vel sub hoc prætextu per hanc fictam pietatem, sub hoc vmbrato nomine explorare imperitiorem populũ, sugere lac gentium, inebriari mammona regum, dico scelus esse multo probabilius, q̃ quæ à

Rem acu tetigisti.

B Turca inferuntur. Non ꝙ tanti faciam pecunia priuari (quam sceleratus citius q̃ probus habere potest) sed ꝙ nullo pacto ferre debemus, (quantũ in nobis est) ꝙ angelus Satanæ transfiguret se in angelũ lucis, & poculo pietatis propinet impietatis venenũ, vt populus, se rem sacram facere deo existimet, auaritiæ sacrificet, quæ mater est falsæ religionis. Falli, errare, labi, decipi, vbiq; turpe est, per religionem vero turpissimũ. Quam vnam nobis cõtra noxios mores contulit diuina bonitas. Hæc absolutam artem pietatis nobis proponit. Primũ, deum amare omnibus viribus, proximũ deinde vt nosipsos. At quando illum amabimus, cũ videmus eius sacrosancta præcepta manifeste pollui. Nec tamen occurrendo, sed potius conniuendo opem ferimus impietati. An ille proximum syncere amat, qui in incommodo illius remouendo, nihil est occupatus? Nolo amicum nihil solicitum de salute mea. Inimicus mihi habeatur, qui à me non propulset iniuriam si potest, & tamen illa non legimus, non audimus, sed quotidie fieri videmus, nullo hominũ præluctante, sed vel patientes ad omnẽ ignominiam, quasi non potius contumelia sit deo, q̃ obsequium stulta patientia. Vtinam tam facile possint ista euitari, q̃ reprehendi. Et principes nostri nollent perpetuo conniuere. Sed tandem aliquam partẽ, si non totum, peruersæ consuetudinis p̃cidere. Quanto æquabilius res tam prophanæ q̃ sacræ se haberẽt. Ego em̃ sic existimo, imperia his artibus melius retineri, quibus acquiruntur. At imperium Christianũ non armis

Improbus æque ac probus diues.

Quis amicus & quis inimicus.

C non gladio comparatũ est, sed pietate, & optimis exemplis viuendi. Quæ postq̃ passim abierunt, omnia bona retrolapsa sunt. Multa imperia perdidimus, quoniam artes, p̃ quas parta erant, nõ retinuimus. Amissa est pietas, retinuimus nomen. Salutamur in vita sanctissimi, & post mortem nemo nos dignatur nomine sanctitatis. Ab hac parte paulatim cœpit proserpere virus exitiale. Deinde cæteri proceres sequuti sunt non segniter. Ergo mirũ non est, ꝙ à nobis alienatur cœlestis fauor, & nos nõ cognoscit amplius, atq; prædæ relinquit improbo hosti. Pontifices em̃ Romani, postq̃ cœperunt prophana cũ sacris coniungere, imõ relictis sacris, solum prophana admirari, q̃ bene consultum fuerit reip. Christianæ, q̃ bene placuerit superis ipsorũ institutũ, euentus comprobauit. Amissis externis, interna infinitis seditionibus cõturbantur, Diuina despiciuntur, Venditur Christus, lana ouium tondetur, de custodia studium nullũ. Omitto hic Hispaniam, Gallias, orientẽ cum occidẽte, quantũ pro Pallijs, similibusq; figmentis, ætate duorũ principũ, Frederici & Maximiliani, vna effudit Germania. Si Roma, vt institutũ est, in Fiscum collegisset, vel Germania (veluti par erat) in vnũ contulisset, haberemus iam neruos reip. abunde sufficientes bello Asiatico. Nec opus foret orbẽ iam fatigare Christianũ, & nouis onerare (ne dicã exenterare) eius quotidie pauperes tributis, & ex eo errore pauperes facere.

Origo omniũ malorum.

De pallijs.

Prouenit pontifici ex sua terra vectigal, quantũ nulli regum Christianorũ, & tamẽ Pallia emimus, & tamen asinos auro onustos Romã mittimus, patibula Christi erigimus, munera promittimus, aurũ pro plumbo mutamus, negligẽtias (hem lapso calamo) indulgentias passim admittimus. O auaritiam immensam carentẽ fundo, canũ impurissimorũ nescientiũ saturitatẽ, vt est apud prophetã Danielem: Certe emere pallia sanctũ duco, modo id profit aut pietati, aut valeat ad conseruandã communẽ vtilitatẽ. Sed cũ vtrunq; horũ tot seculorũ experientia refutet, & Pallia tantũ extiterint simulata instrumenta perditissimæ

De diuitijs papæ & alijs abusibus.

Pallia qd sint

auaritiæ, surgat iam aliquis, atq; iustã causam dandi proferat in medium, qui timeat pontificis fulmen. Probus episcopus aliquis, concordia fratrũ, puraq; conscientia electus, non faciet puto, Sed concupiscens multis medijs aureoꝝ emere Romanũ centonem: Nõ probat Paulus Apostolus, qui nos deuorant, qui in faciem cædunt, qui nos in seruitutẽ redigunt. Quandoquidẽ non Christianã charitatẽ, sed meram tyrannidẽ illi præ se ferũt. Foris facto fure in pellibus ouium, intus lupos rapaces agunt. Mihi iustus dolor est, ob nefariam auaritiam totũ mundum sub vmbra religionis pollutũ. Quem em̃ locum, quantũuis obscuꝝ illa contagione non contaminatũ ostendas? Quæ respub. non multa amisit? Qui princeps ius auctum seruat integrũ? Quæ sacerdotum collegia nõ sunt contaminata? Quis pessimos mores (nomen apud nostros maiores abhorrendum) induxit in Germaniam? & quæ honeste nominari non possunt docuit? Qui fœdarunt hominũ societates? Qui norũt egregie fallere, decipere, peierare, testamenta supponere, diuina & humana prophanare, miscere lites, quietos perturbare, deniq; cœlum cũ terra confundere? Nonne Romana, Italica q; proluuie ista sentina sese in orbem terraꝝ effudit? Adeo, vt ne saltus & syluæ (vbi lustra feraꝝ tantũ esse dixeris) hoc malo careant. Episcopos merito sacrosanctos esse dicimus, sed prodeant, quibus est illæsa sua authoritas. Et hunc veluti bonũ valde, & rarũ merito suscipiemus. Non sunt longe petenda exempla. Sermoni meo cõcordant res vestræ. Sed quid ego ista cõmemoro, quæ declamationis exempla superant? Ad institutũ sermonem redeo. Turcam profligare vultis. Laudo propositũ, sed vehementer vereor, ne erretis in nomine. In Italia quærite, nõ in Asia. Contra Asiaticum quisq; nostroꝝ regũ, pro finibus suis defendendis per se satis est. Ad alteꝝ vero domandum, totus orbis Christianus non sufficit. Ille cum finitimis quoq; tumultuans, nobis nondũ nocuit. Hic vbiq; grassatur, & sanguinem miseroꝝ sitit. Hunc Cerbeꝝ nullo modo sedare potestis, nisi aureo fluuio. Nihil armis, nihil exercitu opus est. Plus valebunt Decimæ q̃ equitum turmæ, & militum copiæ. Duplex mihi videtur via proposita, dũ rem diligentius considero. Vnam quæ iubente superstitione, aurũ petit. Altera renuentibus pontificis fulmen minatur. Vtram vultis ingredimini. Sed ô stultã, & superstitiosam opinionem credentium cœleste numen, omnia æquis oculis intuens, ad nutum Florentinoꝝ flecti & reflecti, Irasci nõ danti, & rursum lagienti placari. Non est Christi vicarij fulmen contemnendũ, sed non semper ab illius iactu pertimescendũ, præsertim cum res agitur pro humanis affectibus. Christi indignationem vereor, Forentinoꝝ non vereor. Iam vero Florentiæ negotium agitur, non Christi. Superiori ætate sumptu non debili bellum gestũ est contra Franciscũ ducẽ Vrbinatẽ, quo regno eiecto, sed prius placato aurea gratia, Laurẽtius Medices in locũ successit. Ibi nõ satis prouidus fuit Iulius. ij. q̃ nõ plus auri reliquit. Ergo inuenta fuit quædã fraus noua, quicunq; plura dare potuerint Cardinaliũ, hi inuenti sunt cõspirasse in necem ponti. Horũ bona Fisco scribebantur. Subsequuta est discordia fratrũ cordigeroꝝ, quæ, quãtum lucri attulerit rabulis Florentinis, rem pro voluntate in omnes partes flectentibus, quid attinet narrare? cũ fidem superet largitio mendicoꝝ. Non libet narrare erectas cruces saluatoris per cuncta oppida, ad mẽsurã dantes propitias. Prætereo scenam de æde Petri & risus, & indignationis plenam. Templũ domini, templum domini, templũ domini clamat propheta, sed nõ est templũ domini. Laurentius ædificat, non Petrus. Lapides noctu migrant. Nihil fic fingo electissimi principes Romani Imperij orbis. Quid solicitatur pro æde Petri, in qua duo tantũ opifices operantur, & alter claudus, nisi q̃ nuper in frequentia peregrinorum concitabatur tumultus artificum, currebatur, clamabatur, videbantur stulti, & picti angeli excipientes munera largientium, ferentesq; in sublime. Ridere poteratis mecum cõmoti ob præstigias aucupij. Sic risit olim venerabilis pater Cyprianus præ indignatione, viso Christo pedibus, & auribus asininis depicto. Deflere libet fortunam seculi corruptissimi, ob supremam negligentiam episcopoꝝ, atq; principum, permittẽtium populum suũ ita nequiter decipi. Omnes illas artes inuenit fraus Florẽtina, & propediem nefandiores excogitabit. Animaduertite modo. Quisq; modo dies nouam pariet curã. Tuetur, ne corpus pontificis crassum immatura morte perturbet consilia. Fugato duce Vrbinate, similem fortunã minatur principi Ferrariensi. Quo pariter eiecto, regnũ constituemus, & regem Thusciæ salutabimus, Laurentium Medicem ciuẽ Florentiñ. Sed quia nostra fortuna mutabilis est, & citius potest mori Leo decimus, q̃ ista optatum finem consequantur. Et fieri potest, vt Leonis successor discedere cogat Laurentiũ ex alienis regnis, Ideo contra aduersum aduentũ ducenda est vxor Laurentio in Gallia cuiusdam potentis ducis filia, emendusq; ibi principatus, parandũ aduersus fortuitos casus, sicut decet sapientem virũ duobus regnis profugum. Facta est emptio, signatæ tabulæ, dati fideiussores. Satis diu Medices fuimus, principũ, regumq; fortuna ambienda est. Habetis iam breuiter cã put Decimaꝝ, & insidias Turcæ, duce superstitione, in viscera vestra latrocinãtis. Quam

Multaꝝ tyrãnidum enarratio.

Mirãda enarrantur.

In Italia quærẽdus Turca.

De fulmine pontificio.

De crucibus erectis.

De fraude Florentina

Laurentius Medices.

Ficta Dicimarũ hypocrisis.

obrem

A ob rem reſiſtite nefando conatui. Nolite aſſentiendo contaminari impietate. Quod rectũ eſt, quod ratio ſuadet ſequimini. Signatũ eſt lumen vultus tui domine ſuper nos, Illud errare nolentes non ſinit. Mementote vos eſſe Germanos, hoc eſt, populum ante alios natura liberiorem, ſicut hoſtes veſtri de vobis ſcripſerunt. Nolite alicui eſſe vectigales, ante omnes vero Florentinis. Proferant ſe in iudiciũ noſtri epiſcopi, indignũ ſeruitutis iugum à cervicibus ſuis abijcientes. Sed venerentur omnes, muſſitant quidẽ, quod dicere non didicerunt, alij metu fulminis, nonnulli ſpe noui honoris. Vnus omnium mihi venerabilis Laurentius ſeſe erigit, qui ſæpenumero grauem hymbrẽ conſilio, & prudentia ſua à repub. Franconica amouit. Atq; ideo corona aurea merito laureandus. Auguſtiore vero, ſi hanc quoq; tempeſtatẽ remouerit. Ad quem honorẽ ſtudium omne conuertat alacriter diuino monitu. Nos, qui ab eo ſacerdotũ collegio decorati ſumus, audentius deprecari volumus. Oremus pro pontifice noſtro. Dominus conſeruet eum, & viuificet eũ, & beatũ faciat eũ in terra, & non tradat eum in manus inimicorũ eius. In manus inimicorũ traditur, quando audire contemnit eũ qui dicit: Ego dominus amans iudiciũ, & odio habens rapinã, qui ſit in ſecula ſeculorũ benedictus. Amen.

Ad quos ſpectat beneficiorũ collatio, vt ſupra in Concilio eſt probatum.

¶ Finis Orationis, Vdalrichi (vt fertur) Hutteni.

Decretum Concilij Conſtantienſis, quando ſoluenda ſit, ſiue deneganda Decima.

B CVm paterna pietas filijs hominum prouidere debeat, licet in caſu neceſſitatis vrgentis valeat viciſſitudo laudabilis. Declarat ſancta ſynodus, non licere Romano pontifici indictiones, ſiue exactiones quaſcunq; ſuper eccleſiam, vel eccleſiaſticas perſonas imponere per modum Decimæ, vel alio quouis modo. Si vero cum neceſſitas acciderit papæ, qua eſſet eidem debite ſubueniendũ, vocato generali Cõcilio, ſecundum quod expediens videbitur, & vtile, ſecundum decretum Concilij prouideatur eidem.

AD LECTOREM.

NVnc ad procemialis epiſtolæ ordinem reuertimur, Hildebrandi hiſtoriam lecturi, in qua, Beno Cardinalis, nefanda, non ipſius ſolum, ſed & aliorum quoq; crimina commemorat. Nolim itaq; ob hæc (omnes enim peccatores ſumus) turbari animum tuum. Oportet vtiq; & nos tam malorum nonnunquam (eadem eſt enim contrariorum diſciplina) q̃ bonorum memores eſſe. Nam vt poeta cecinit: Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Nos ergo, quamuis Hildebrando condolemus,
C ſcripta tamen Benonis immutare non poſſumus, nec etiam debemus, ne vel falſarij, vel hiſtoriarum corruptores fuiſſe videamur. Item q̃, licet pontificũ quorundam tyrannis enarretur, pontificia tamen dignitas, ob idipſum, in nullo lædituꝛ, nec minus eo venerabilẽ cunctis eſſe oportet. Cæterũ ſi Platynã Ro. ſi Iohannem Stellam, ſi M. Antonium Sabellicũ, Venetos, ac tẽporũ noſtri Carthuſienſis Faſciculũ perluſtraueris, multa egregie dicta ac facta ab eo reperies. Quid igitur ad hæc dicemus? Sit Hildebrandus malus, ſit Gregorius bonus. Malo tamen magis (vt pace omnium dixerim) huic Benoni Cardinali, q̃ Platynę, aut Venetis iam tactis, cæteris ve, pontificibus plus æquo fauentibus, hac in re ſolum credere. Scimus enim quàm infenſi, inuictiſſimis noſtris Imperatoribus Auguſtis, ſemper fuerint Veneti. Poſtremo, imponunt prædicti hi ſcriptores Henrico quarto Symoniæ labẽ, at viderint ipſi, quo nã illic in loco hæc cruenta beſtia, & hæc Lerna, q̃ gerat principatũ, quin potius conſiderent, Imperialem penes maieſtatẽ, conſtituendoꝛ pontificum poteſtatem priſcis fuiſſe temporibus. Perpendant quoq; & alij, an ne ex quorundã decreto Cõciliorum, ad Archiepiſcopos atq; Epiſcopos, beneficiorum ſpectet collatio. Vale lector, & quid Beno loquatur auſculta.

VITA ET GESTA HIL. D

DEBRANDI, QVI ROMANVS PONTIFEX FACTVS, Gregorius septimus dictus est, descripta per Benonem Cardinalem, archipresbyterum sanctæ Romanæ ecclesiæ, qui eo tempore vixit. Vbi narratur, cur fuerit depositus: & miranda referuntur de alijs pontificibus Romanis, videlicet Benedicto nono, Gregorio sexto, Syluestro vndecimo, Iohanne vigesimo, Leone nono, Alexandro vndecimo, & alijs, quę nullus historicorũ adhuc prodidit, neq; Platyna, neq; quisq; alius.

Reuerendissimæ matri sanctæ Romanæ ecclesiæ, deuotus filius eius, & humilis seruus Beno, Cardinalium archipresbyter,

Liberius Anastasius.

QVum de omnibus Romanæ ecclesiæ Cardinalibus ferè solus Eusebius Liberium Papam declarauerit hæreticum, & clerici Romanæ ecclesiæ Anastasium secundum, duas ecclesias excommunicatis communicando facientem damnauerint: non absurdum existimaui, maiorum nostrorum nomina atque dignitates memoriæ commendare, qui Hildebrandum reliquerunt, cuius intolerabiles & grauissimos errores publice detestati, nunquam ad eum reuersi sunt. Diuersas etiam scholas Romanæ ecclesiæ literis adnotauimus, quæ ab eius communione recesserũt. Leo tunc temporis archipresbyter Cardinalium & Beno, & E
Vgobaldus, & Iohannes Cardinalis, & Petrus cancellarius & Cardinalis, ordinati ante tempora Hildebrandi: Natro, Innocentius, Leo, hi tres ab eo consecrati, deseruerunt eũ, errores eius execrati. Similiter Theodinus archidiaconus, quem ipse constituit archidiaconum, & alij Cardinales diaconi: Iohannes modo archidiaconus, & Crescentius, Iohannes primicerius scholę cantorum, cum omnibus suis: Petrus oblationarius, cum omnibus suis, excepto vno: Papa prior scholæ regionariæ, cũ omnibus suis subdiaconibus, Archiacolytus & subpulmentarius cum suis, Cencius iudicum primicerius, cum alijs iudicibus, & cuncti milites signa banda gestantes, Prior scriniariorum cum plerisq; suis. Ipsi etiam episcopi cum iam vellent eum deserere, Hildebrandus conuocatis ad se laicis, eis consilium suum aperuit, & quod episcopos a colloquio Cardinalium vellet separare, indicauit. Post hæc ipsos episcopos conuocauit: & turbis laicorum stipatus, sacramentum ab ipsis episcopis cum terrore & minis exegit & extorsit, & in manu sua iurare coegit, ne vnquam ab eo dissentirent, nunquam regis causam defenderent, nunquam superordinato sibi papæ fauerent, vel obedirent. Quo facto, eos per principem Salernitanum in Campaniam misit: & sic eos à consortio Cardinalium, & à Romana vrbe separauit. Non solum episcopos, sed etiam vrbis presbyteros, & inferioris ordinis clericos: insuper & laicos, iuramentis alligauit, ne vlla ratione, vllo tempore condescenderent in causa regis. F

Cincius.

Alexandro papa iuxta vespertinam horam defuncto, eadem die contra Canones, à laicis electus est. Sed Cardinales non subscripserunt in electione eius: sub anathemate eñ canones præcipiunt, neminem eligi in sedem Romani pontificis ante diem tertium post sepulturam ipsius prædecessoris. Postquam aliunde ascendit, à consilio remouit Cardinales sacræ sedis.

Cũ quibus personis, consilia sua diebus & noctibus habuit, Roma vidit & audiuit.

Electis à cõsilio & à custodia eius Cardinalibus, vita eius & fides & doctrina sine testib⁹ fuit: cũ sacri canones præcipiant, vt in omni loco tres Cardinales presbyteri, & duo diaconi papã non deserãt propter testimoniũ ecclesiasticũ, & propter stilum veritatis.

Scripturas sacras violẽter intorsit in adiutorium falsitatis, quod genus idololatriæ quantum sit, late patet in scripturæ sacræ campis spaciosis.

Præter voluntatem & consilium Cardinaliũ, extra ordinem iudicandi sacris canonibus determinatum, Imperatorem in nulla synodo canonice accusatũ præcipitanter excõmunicauit, in qua excommunicatione nullus Cardinalium subscripsit.

Henricus. 4

Vt primum ad excommunicandum Cæsarem de sede surrexit, sedes ipsa nouiter lignis fortissimis composita, subito dei nutu terribiliter scissa est in plures partes, vt manifeste daretur intelligi sessor ille tam periculosa excommunicatione, tanta præsumptione, quanta, quàm & terribilia schismata seminaret contra ecclesiam Christi, contra sedem beati Petri,

quàm

A quàm crudeliter dissiparet cathedram Christi, inculcando leges ecclesiæ, imperando cum potentia & austeritate.

In descriptione eiusdem excommunicationis ea interseruit, in quibus manifeste à fide Catholica errauit, cum iniuste excommunicatum Imperatorem & episcopos communicantes ei excepit ab excommunicatione, & tertio gradu communicantes eis, & vnitatem ecclesiæ scindens (quantum in ipso fuit) duas ecclesias fecit.

Idem præsumptor ieiuniũ indixit Cardinalibus, vt deus ostenderet quis rectius sentiret de corpore domini, Romana ne ecclesia, an Berengarius. Per hoc manifeste probatus infidelis, cum in Niceno Concilio scriptum sit, quia dubius in fide, infidelis est.

Gregorius septimus Papa, dubitauit de eucharistia an ibi esset caro, q̃ negabat Berengarius, verum quorũdam sententiam sequutus. Qui Pontificẽ Romanũ non veritus est vocare pulpificẽ quod pulpam id est, carnem illic esse definierit. Sed reuocare cactus est, vt patet in Decretis. Hẽricus quartus.

Et de corpore domini signum quæsiuit, quod petente beato Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit, quando panis Christi formam accepit digiti. Et misit duos Cardinales, Attonem & Cunonem ad sanctam Anastasiam, vt cum Suppone eiusdem ecclesiæ archipresbytero triduanum ieiunium peragerent, & illis tribus diebus singuli per dies singulos psalterium, & missas decantarent, vt supradictum signum eis Christus ostenderet: quod minime contigit.

Imperator solitus erat frequenter ire ad orationem ad ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ est in monte Auentino. Hildebrandus autem cum per exploratores suos omnia eius opera solicite inquireret, locum in quo frequentius Imperator, vel stans, vel prostratus orabat, notari fecit: & quendam promissa pecunia, ad hoc induxit, vt supra trabes ecclesiæ, occulte la-
B pides magnos collocaret, & ita aptaret, vt de alto super caput orantis Imperatoris demitteret, & ipsum contereret. Quod minister tanti sceleris, cum festinaret implere, & lapidem magni ponderis super trabes aptare vellet: lapis pondere suo eum traxit, & fracta sub trabibus tabula, & lapis & ille miser homo dei iudicio in pauimẽtum ecclesiæ cecidit, & eodem lapide contritus penitus est. Huius rei gestæ ordinem postquam Romani cognouerunt, pedem illius miseri fune ligauerunt, & triduo p plateas vrbis ad exemplum trahi fecerunt. Imperator autem solita clementia iussit eum sepeliri.

Iohannes Portuensis episcopus, qui intimus fuerat à secretis Hildebrandi, ascendit in ambonem beati Petri, & inter multa audiente clero & populo, ait: Tale quid fecit Hildebrandus & nos, vnde deberemus viui incendi: significans de sacramento corporis domini, quod Hildebrandus responsa diuina quærens contra Imperatorem, fertur iniecisse igni contradicentibus Cardinalibus qui assistebant ei.

In Pascha domini feria secunda, cum ad ecclesiam sancti Petri ad missam clerus & populus conuenisset, post euangelium in ambonem ascendit, sicut erat indutus Pontificalibus indumentis. Et in præsentia Episcoporum & Cardinalium, in frequentia cleri, & senatus, & populi Romani publice clamauit inter multa suæ diuinationis verba, Regem Henricum vsque ad proximum sancti Petri festum, sine dubio moriturum, aut à Regno penitus deijciendum, in tantum, vt vlterius non posset congregare quàm sex milites. Prædicauit etiam Episcopis & Cardinalibus, & omnibus qui aderant de ambone, clamans: Nullo modo habete me pro Papa vlterius, sed ab altari me auellite, si vsque ad prædictum festum prophetia hæc effectum non habuerit.

C Eisdem diebus parauit Imperatorem perdere per occultos proditores. Deus autem eum custodiuit. Et eodem tempore fuerunt nonnulli, qui existimauerunt ipsum Hildebrandum conscium extitisse, & ordinatorem proditionis, quia eisdem diebus pauloante proditionem de morte regis falso prophetata præsumpsit. Quod verbum vehementer percussit corda multorum. Et palàm factum est Hildebrandum voce propria in conuentu ecclesiæ esse damnatum, qui (vt dictum est) iudicauerat se nullo modo esse Papam, neque pro Papa vlterius habendum, sed proditorem & mendacem esse credendum, nisi vsque ad proximum festum sancti Petri Imperator moreretur, aut omni honore spoliaretur, adeo vt vltra sex milites congregare non posset, & diuino nutu actum est, vt à seipso quoque damnaretur hæreticus. Sic ait Apostolicus: Dominus ipse inquit: propheta qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quę ego non præcepi vt diceret, aut ex nomine aliorum deorũ, interficietur. Quod si tibi tacita cogitatione responderis. Quomodo possum intelligere verbum quod dominus non est loquutus? Hoc habebis signum, quod in nomine domini propheta prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus, sed p tumorẽ animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

Tempore aũt transacto, quod Hildebrandus in diuinatione sua præfixit, Rege vero neq; mortuo, neq; militibus suis imminuto, timens se suis verbis dephẽsum, & ore pprio condemnatum, ad callida argumenta se conuertit, persuadens vulgo indocto, non de corpore regis, sed de anima regis prophetasse: quasi anima regis milites omẽs pter sex pdidisset vel illo spatio mortua esset. Et his verbis vulgũ indoctũ delusit. Contra hmõi prophetas beatus

Gregorius ſuper Ezechielem ait: Inter prophetas veros & falſos iſta eſt diſtantia, quia pro D
phetæ veri ſi quid aliquando p ſuum ſpiritum dicunt, citius corriguntur. Prophetæ autem
falſi, & falſa denuntiant, & alieni à ſancto ſpiritu in ſua falſitate perdurant.

Tres homines non conuictos, non confeſſos, abſq; ſecularibus iudicibus Hildebrandus morti adiudicauit, & eos in patibulis iuxta eccleſiam ſancti Petri, in loco, qui dicit Palatiolum, interfici ſuſpenſos coegit, ſine dilatione, ſine diſcuſſione, contra leges quæ præcipiunt etiam manifeſtos reos intra ſpatium, & retractionem triginta dierũ non interfici. Quę etiã apud Paganos vigent, & ſeruantur, ſicut docet authoritas beati Ambroſij, & paſſio ſanctorum Marcellaini & Marci.

Centius

Centium filium præfecti Stephani, prius fidelem ſuum, in carcerem miſit, & in vaſe vndique aculeis veſtito, mille & mille mortibus cruciauit. Qui poſtq̃ euaſit, ipſum Hildebrandum cœpit. De cuius captione antequam euaderet, omnibus qui captionis illius cooperatores fuerant, hoc debitum publice remiſit, quod poſtea infideliter vindicauit. Centium cui omnia remiſerat, perſequi cœpit: & nouẽ de hominibus Centij in patibulis ſuſpendio interfecit ante portas ſancti Petri.

Filius cuiuſdã viduæ, captioni eius interfuit, cui cum multis alijs pœnĩam & exiliũ vnius anni indixit. Quo expleto, vidua ampliori ſatiſfactione volens placare animũ Hildebrãdi, funẽ immiſit collo filij ſui, & fune filiũ trahẽs, pariter cũ filio ad pedes Hildebrandi protulit dicens: Dñe Papa, de manu tua volo recipere filiũ meũ, qui exilium vnius anni, & pœnĩam à te iniunctam portauit. Ad hæc Hildebrandus in præſenti propter eos qui aderant, iram diſſimulans, filiũ ei reddidit, cum auſteritate dicens: Vade, vade fœmina, dimitte me in pa- E
ce. Poſtea miſſus apparitoribus ſuis, filiũ viduæ apphendit, & iudicibus, vt eũ morti damnarent, præcepit. Qui vno ore reſponderunt, ſe vlterius non poſſe illum condemnare, qui ad iudicium Papæ confugiſſet, & pœnitentiam, & exilium vnius anni abipo Papa iniunctum, iam impleuiſſet. Ad hæc glorioſus Hildebrandus iudicibus iratus, præcepit abſcindi pedem filio viduæ, quæ fruſtra apud Hildebrandũ exiſtimauerat pœnitentiam, & leges, & iura valere. Et pede truncato, dolore illo poſt triduum mortuus eſt.

Multa qdem alia fecit Hildebrandus, in quem clamat ſanguis eccleſiæ gladio linguæ eius miſerabili proditione effuſus, propter quę à communione eius iuſtiſſime eccleſia receſſit, ſicut fecerunt Imperatores noſtri temporibus apoſtatarum Liberij & Anaſtaſij.

Vt Liberij feſtum celebraretur, iuſſit. Hoc præcepto eius hæreſim firmauit, qui ex laudabilibus meritis damnabiles exitus habuit.

Die quodam, cum de Albano Romam veniret, oblitus eſt ſecum ferre familiarem ſibi librum necromanticæ artis, ſine quo nuſquàm aut raro incedebat. Quod cum in itinere ei ad memoriam rediſſet, in introitu portæ Lateranenſis feſtinanter vocauit duos de familiaribus ſuis aſſuetos, & fidos miniſtros ſceleꝝ ſuorũ, & vt eundem librũ citiſſime ſibi afferrent pcepit, & terribiliter interminatus ẽ, ne librũ in via aperire pſumerẽt, ne vlla curioſitate ſecreta libri inueſtigarent. Sed quanto amplius inhibuit, tanto vehemẽtius eorum curioſitatem ad inueſtiganda eiuſdẽ libri arcana accendit. Igitur dum in reditu librum reſeraſſent, & diabolicæ artis præcepta curioſe legerent, ſubito affuerunt angeli ſatanæ, quorum multitudine & horrore duo illi iuuenes prope effecti amentes, vix ad ſe reuerſi ſunt. Et (vt ipſi retulerunt) maligni ſpiritus inſtabant, dicentes: Ad quid nos vocaſtis? quare fatigaſtis? cito prę- F
cipite quod nos agere vultis, alioquin inſurgemus in vos, ſi nos diutius tenueritis. Ad hoc alter iuuenum. Feſtinanter (inquit) muros illos deijcite. Et hæc dicens, manu oſtendit muros altos vicinos Romæ, quos in momento maligni ſpiritus deiecerunt. Et iuuenes ſanctæ crucis ſigno ſe ſignantes, tanto terrore exterriti, trementes & palpitantes, vix Romam ad dominum ſuum peruenerunt.

VEnerãdis eccleſiæ Romanę patribus, & dilectis in Chriſto & ſp diligẽdis fratribus B. Cardinalis Romanæ eccleſiæ fidele ſeruitium, & ſalutem, ſeruantibus eccleſiæ Catholicæ communionem. De cuius communiõe & diſciplina, vel poteſtate, fruſtra ſibi applaudit quiſquis iniuſte ex poteſtatis præſumptione quemquàm ligauerit vel ſoluerit. Iniuſte autem ligat, quiſquis aliquem paratum ſatisfacere & audientiam implorantem, neque conuictum, neque ſponte confeſſum anathematizat: immo ſeipſum fruſtra maledicendo, quaſi proprio iaculo in ſe intorto maledicit, & condemnat. O noua proditio procedens de ſanctuario, immo de eo qui vt ſummus ſacerdos videbatur eccleſiam regere, & ſenioribus iudicibus præeſſe.

Contra Platinam & alios.

Hildebrandus inſtabat Imperatori, vt eijceret epiſcopos ſymoniacos. Imperator credens, quaſi ex zelo legis, quaſi à throno dei præcedere hæc mandata, ſine mora obediebat, ſine mora, ſine diſcuſſione, ſine iudiciario ordine epiſcopos eijciebat: dum per hanc obediẽtiam ſe deo ſacrificare exiſtimabat, dum adhuc verſutias Hildebrandi minus intelligebat.

Hilde-

A Hildebrandus vero expulsos à rege simoniacos, relocabat: & quos regi infestos reddiderat, eos sibi familiari amicitia reconciliabat: & multis & magnis iuramentis sibi fidos & obnoxios efficiens, præ alijs exaltabat. Et modico tempore ijs artibus regia domo perturbata, & pene amicis destituta: sibi vero amicitia maiorum principum comparata, ex improuiso sine legitima accusatione, sine canonica vocatione, sine iudiciario ordine, obedientem sibi Imperatorem excommunicauit, & regni principes ab eo separauit. Et cum Apostolus præcipiat, ne quis circumueniat in negotio fratrem suũ, quantũ in eo fuit, mortificauit potius, quàm castigauit. Sic autem Imperator multimode circumuentus, præter Canonicũ ordinem excommunicatus, & consensu Hildebrandi, & consilio, magna ex parte imperij honore expoliatus, & bellis, & cædibus immensis fidelium suorũ prægrauatus, frustra Canonicam audientiam implorauit, & extortã confessionẽ inuitus ac coactus apud Canusium in præsentia Hildebrandi protulit. Dicite quæso, qui iustitiam diligitis, q ad dextram vel sinistram fauore alicuius personæ declinare non nostis, dicite quæso si confessio tanto tempore extorta cuilibet pauperi, nedum Cæsari præiudicare debuit, si ex confessione extortã potius non extitit reus Canonũ hic, q extorsit, quàm qui peruerse iudicatus, puersoris iudicis iniuriam, & violentiam patienter & publice, & cum lachrymabili afflictione, nudis pedibus in laneis vestibus hyeme p̃ter solitum aspera, apud Canusium spectaculum angelorũ factus & hominum, & Hildebrandi ludibriũ, triduo ptulit? Dicite quæso, si quisquam sanctorum Pontificum, quenquàm plebeium, nisi aut sponte confessum, aut in synodo conuictum, nec in eadem Prouincia, sed in longinquis terrarum partibus semotum, tam præci-
B piti iudicio damnare p̃sumpsit? Si quis tam audacter abusus est potestate ligandi & soluendi? Equidem Ambrosius Theodosium ligauit, sed p̃sentem sponte cõfessum. Maximus, Salonitanus episcopus per plures annos extra Prouinciam, sui episcopatus apud Romam apud beatum Gregorium de symoniaca hæresi, de diuersis adulterijs accusãtus: vno tãdem anno deficientibus accusatoribus sacramento sola manu præstito, purgatus est, sicut in registro eiusdem beati Gregorij legitur. Et beatus Augustinus in libro de pœnitentia: Satis (inquit) ostendit Apostolus, non temere, & quomodolibet, sed p iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ communione, vt si p iudicium auferri non possint, tolerentur potius, ne peruerse malos euitando ab ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur vinciat ad gehennam. Multi (inquit) corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur vt Iudas: multi nesciuntur, donec veniat dominus, q illuminat abscondita tenebrarum. Et quidam (inquit) metuentes p̃cepta seueritatis, quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, vt Ethnicum habere ecclesię contemptorem, à compage corpis membrum quod scandalizat euellere, ita pturbant ecclesiæ pacem, vt conentur ante tps separare zizania, atq; hoc errore cæcati, ipsi potius à Chr̃i vnitate separent. Qualis nobis causa est aduersus schismata Donati, & non cum illis, qui nouerunt Cecilianũ, non veris, sed calumnijs criminibus appetitũ, & pernitiosam sententiam suam mortifero pudore non deserunt: sed cum illis, quibus dici-
C mus, etiam si mali fuissent, propter quos in ecclesia non estis vos, tamen eos ferendos, quos emendare aut segregare minime poteratis, in ecclesia permanere debuistis. Et paulo post: Nos (inquit) ad sanã doctrinam ptinere arbitramur, ex vtriscq; testimonijs vitam, sententiamq; moderari, vt canes in ecclesia propter pacem ecclesię toleremus, & canibus sanctum vbi ecclesiæ pax tuta est, non demus.

Hildebrandus autem non solum ecclesiæ perturbauit pacem, sed etiam ecclesiasticam scidit vnitatem, & vnicæ fidei vestem inconsutilem, dum Cæsarem & episcopos communicantes Cæsari, absque iudiciario ordine excommunicabat: & tertio gradu communicantes eis, ab excommunicatione noua pietate excipiebat: quos huiusmodi artibus, & regi subducere, & sibi allicere festinabat.

Dicant nunc Hildebrandi discipuli, quibus commentis, quibus coloribus deaurare possint, quod ipse Hildebrandus in synodo generali hæretica prædicauit, prædicando excommunicatis communicare consensit, prædicata scripsit, prædicatione & scriptis alteram catholicam, alteram excommunicatorum ecclesiam faciens, vnitatem scidit, & scripta per orbem terrarum disseminauit: prædicando, scribendo, scripta disseminando seipsum hæreticum manifestauit, & ore proprio, & confessione hæreseos non extorta diuino vrgente iudicio condemnauit, dum vulgus erroneum sanctum existimaret, & Apostolis exæquaret spiritum tanti erroris, cum etiam prudentiores eius laqueis caperentur & inducerentur in tentationem si fieri posset etiam electi.

Mentimur, nisi tredecim Cardinales sapientiores & religiosiores, ipse archidiaconus, & ipse Primicerius, & multi alij Lateranensium clericorum, quorum iudicio ex priuilegio sanctæ sedis totus subiacet mundus, apostasiam eius intolerabilem perpendentes, ab eius communione recesserunt.

Hoc est cõtra Platinã & Ioh. Stellã Venetũ

Vide obedientiam Henrici Cæsaris.

Dicant

Dicant (oramus) Hildebrandi discipuli, qua præsumptione magister eorum vnitatem Ecclesiæ in duas vel plures partes diuisit? Si enim Cæsarem iniuste, & absque iudiciario ordine damnauit, seipsum potius ab ecclesia separauit. Si vero iustæ excommunicationis gladium in Cæsarem vel episcopos communicantes Cæsari exeruit, quare communicantes ipsis episcopis tertio gradu per scripturam excipiendo absoluit? Nunquam etiam vnius diei infans ab excommunicatis conceditur aliqua necessitate baptizari, vel ab excommunicatis baptizatus, & continuo mortuus creditur saluari. Equidem sacer Chalcedonensis Canon p̃dicat apud hęreticos non posse ad salutem baptizari, & damnat eos q paruulos extra ecclesiam baptizandos obtulerint. Quid proprie de paruulis apud excommunicatos baptizatis beatus Augustinus scribat Bonifacio episcopo, in serie eiusdem epistolæ, facile & lucide potest reperiri. Reperitur & hoc ipsum in epistola beati Gregorij, quam pro paruulis solicitus, episcopus Longobardiæ misit. Reperitur etiam multipliciter in campis sacræ scripturæ latis & spatiosis. D

Vrbanus secundus

Gloriosus autem Hildebrandus, & pedissequus eius Turbanus, noua potestate soluentes Decreta Chalcedonensis Concilij, non solum verbis, sed & scriptis publicis consenserunt extra ecclesiam communicare & baptizare: quàm cæci essent, quàm hæretici scriptis proprijs deprehensi. Prò nephas, ij præsumpserunt de ecclesia iudicare, qui nusquam reperiuntur non errasse, quibus etiam ipsa veritas reputatur in mendacium, quam solo fallendi studio verbis & scriptis suis, ne venena erroris eorum perciperentur, quasi mel veneficorum more admiscuerunt. Mendacium enim est (vt beatus Augustinus ait) omnis enuntiatio prolata intentione fallendi.

Vterq; aũt Hildebrandus scilicet & Turbanus in hæresim Liberij recidit, qui postquam publice communicauit excommunicatis duas ecclesias faciens, vnitatem scidit. Sed non tacuit beatus presbyter Eusebius, quo legitime defendente vnitatem vsq; ad mortem, & vita & morte eius clarificante doctrinam catholicam, Liberius declaratus est hęreticus. E

Liberium vnus Eusebius communionem eius deserendo, & iuxta euangelium tanquam Ethnicum & publicanum deuitando ligauit, vno spiritu cum beato Augustino, magis opere, quàm verbo dicens: Cœpisti habere fratrem tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed vt iuste facias, vide, nam iniusta vincula iustitia disrumpit.

Vnus Eusebius Liberium recedendo à communiõe eius ligauit, quanto magis Hildebrandus in errore perseuerans cum angelis suis apostatis damnatus in abyssum relegatus est Romanæ ecclesiæ patribus ab eius communione recedentibus, & eius hęreses, & ligandi, & soluendi abusionem execrantibus.

Anastasius papa canonice intrauit, sed quia vni excommunicato sine satisfactione publica communicauit, q̃dam Romanorum clericorum ex potestate & priuilegio sanctæ sedis communionem eius deserentes eum ligauerunt, quia communicando excommunicato ecclesiam diuidere præsumpsit. Hildebrandus vero à discipulis suis sanctus prædicabat, quasi æqualia & longe deteriora non commiserit, quasi Romanæ ecclesię clerici & laici publice ab eius communione non recesserint.

Sileant hypocritæ (sicut ait beatus Petrus) pyratis similes, beati Petri nomen igne malitiæ sub nomine catholico, sub obtentu iustitiæ artificioſe ſuppoſito deſtruentes, & fere demergentes. Obstupescant pseudoprophetæ ad vocem Petri, in facie humani, in cauda scorpiones, lupi sub ouina pelle latentes, corpora trucidãtes in oris gladio, & aĩas pariter deuorãtes, quorum religio nihil aliud redolet, nisi proditionem & auaritiam, penetrantes domos viduarũ captiuas duxerunt mulierculas oneratas peccatis, sub occasiõe impacati tpis attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmonum, quas accepit Hildebrandus magister eorum à magistris suis, à Theophylacto, q cognominatus est Benedictus Papa nonus, à Laurentio, à Malsitano archiepiscopo, à Iohanne archipresbytero sancti Iohannis de porta Latina, qui postea cognominatus est sextus Gregorius Papa. F

Gregorius sextus.

Benedictus nonus Papa

Theophylactus sacrificijs dæmoniorũ deditus in syluis & mõtibus, mulieres post se currere faciebat, quas magicis artibus ad sui amorẽ coegerat. Testãtur hoc libelli ipsius inuenti in domo eius, postq̃ vitã male finiuerat. Et hæc fabula adhuc rusticis Romanorũ est notissima. Is dum ad ecclesiam rediret de syluarum secretis, vbiq; secum habens prędictum Laurentium principem maleficiorum, cum eo etiam publice de Matheſi disputabat, & vulgus auidum nouarum rerum, nouis diuinationibus in sui admirationem excitabat. Nomen autem Laurentij apud simplices pro eo habebatur celebre, quia videbatur aliquando ex improuiso prophetare. Et de complice, & discipulo suo Papa, securus gaudebat etiam publice in conuentu episcoporum, & cardinalium, & senatorum auguria sua magnificare, & ad cantum auium subito auguria denuntiare, quid ipso die, vel hesterno vel nudiustertius factum esset in oriente, & occidente, in meridie, in septentrione, & in remotioribus vel extremis ter

A mis terrarum partibus, siue de bellis, siue de morte principum. Ad quem tentandum cum die quodam multi conuenissent, subito audita est auicula, quæ vulgo passer dicitur, dulces voces frequentare. Et Laurentius subito interrogatus, in præsentia Theophylacti & episcoporum, qui conuenerant, quę auis illa caneret, subito respondens. Auicula hoc (inquit) alijs canit auiculis, vt cito conueniant ad portam maiorem, vbi modo fractus cuiusdã rustici currus, & effusum est milium quod super illum ferebatur. Inuitat aũt frequenti cantu, vt illuc cito conueniant, & saturentur. Quo audito, plures astantium concito cursu maiorem portã alijs alium certatim præuenerunt, & sicut dixerat, inuenerunt.

Auguria eius nullo diuinæ legis zelo vindicabantur, insuper à complice suo papa semper magnificabantur. Vnde factum est, vt aliqui curiosa sectati publice, & libere frequentarent conturberniũ & magisteriũ eius. Morabatur aũt in domo prædicti archipresbyteri Iohannis de porta Latina, qui studiose eius magisterio adhęrebat & imbuebatur artibus illius.

Theophylacto autem & Laurentio adhuc iuuenibus, infecerat vrbem ijs maleficijs Gerbertus ille, de quo dictum est.

Transit ab R. Gerbertus ad R. post Papa viget R. Et Gerbertus quidem paulopost completum millenarium ascendens de abysso permissionis diuinæ, quatuor annis sedit, mutato nomine, dictus Sylvester secundus. Et per quæ multos decepit, per eadem dæmonum responsa deceptus, morte improuisa, dei iudicio est interceptus. Hic responsum à suo dæmone acceperat, se non moriturum, nisi prius in Hierusalem missa ab eo celebrata. Hac ambage, hac nominis æquiuocatione delusus, dum ciuitatem Hierusalem prædictam sibi credit, Romæ in ecclesia, quæ vocat Hierlm, missam faciẽs in die stationis, ibidẽ miserabili & horrida morte præuentus, inter ipsas mortis angustias supplicat, manus & linguã sibi abscindi, per quas sacrificando dæmonibus deum inhonorauit. Et hic quidem dignum suis meritis
B exitum inuenit. Sed discipulos illius Theophylactum, & Laurentium magistri mors teterrima à studijs idololatriæ non absterruit, quibus vltio diuina (vt paulopost dicendum est) non defuit.

Sylvester secundus.

Igitur post infelicem exitum Gerberti, certamen erat inter discipulos ipsius, dum quisq; anhelaret ad rapiendum papatum sibi. Sedit autem post eum octauus decimus Iohannes, & quinto mense veneno suffocatus dicitur à suis. Huic successit nonus decimus Iohannes & vix annum peregit. Cui successit vnus Sergius, & sedit tribus annis. Anno quinto post Gerbertum, sedit octauus Benedictus, laicus, frater Albrici Tusculanensis, patruus Theophylacti, & vndecimo anno decessit. Huic successit frater eius carnalis, & patruus Theophylacti vigesimus Iohannes Neophytus, & sedit annis nouem. His duobus suis patruis successit Theophylactus, & anno vigesimo quinto post Gerbertum magistrum suum sedem fraudulenter obtinuit, Theophylacto in fyluis à dæmone suffocato, archipresbytero in exiliũ abducto, Laurentio in fugam præcipitato. Anno igitur post Gerbertũ vigesimo quinto Theophylactus discipulus eius sedem violenter obtinuit, & condiscipulũ suũ Laurentiũ, & archipresbyterum Iohannem Gratianum intimos, & secretorum conscios habuit.

Iohannes decimus octauus.
Iohannes decimus nonus
Sergius quartus.
Benedictus octauus.
Iohannes Vicesimus.
Benedictus nonus.

Eodem tempore Hildebrandus derelicto monasterio, prædicto archipresbytero adhæsit, & archiepiscopi Laurentij magisterium sequutus, in breui factus est vtriusque magi
C stri imitator egregius. Qui cum veller, manicas suas discutiebat, & in modum scintillarum ignis dissiliebat: & ijs miraculis oculos simplicium, velut signo sanctitatis ludificabat. Et quia diabolus per paganos Christum publice persequi non poterat, per falsum monachum sub habitu monastico, sub specie religionis, nomen Christi fraudulenter subuertere disponebat. Sed quàmuis peccatis exigentibus talia fieri permitteret dispensatio diuina, tamen tempus retributionis propinquabat.

In diebus illis, defuncto Conrado, legis & religionis cultore fidelissimo, Romanorum Imperatore Augusto, Theophylactus, qui & Benedictus nonus, habito consilio cum familiari suo Laurentio, & alijs suis complicibus molitus est filium Imperatoris Conradi, Henricum Imperatorem successione imperij exturbare & in ecclesia schismata diuersa seminare. Hoc enim est quod amplius exigitur à mũdi principio, à tenebrarum principe. Misit igitur coronam Romani Imperij Petro regi Vngarico. Sed ad Petrum expugnandum direxit Imperator Henricus ducem Lotharingiæ Godfridum, virum fidelem, & bello strenuum, & inter regni principes clarissimũ. Qui primo conflictu, Petrum bello captum, & oẽs vicinas nationes, ne in eum aliquid præsumerent, deterruit, & vt digna factis tanti schismatis authori Theophylacto redderet, Romam venire disposuit.

Conradus Augustus.
Benedictus. 9.
Petro regi Vngarię misit coronam cũ hoc versiculo, Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.

Quo audito, Theophylactus timore perterritus, vendidit papatum complici suo, prædicto archipresbytero ecclesiæ sancti Iohannis de porta Latina, magistro Hildebrandi, acceptis ab eo libris mille qngẽtis. Qui ascendẽs sacrã sedẽ tantæ iniqtatis gradibus, noĩe mutato dictus est sextus Gregorius. Igitur Hildebrandus in schola tã profundæ puerilitatis, vsu

Benedictus nonus vendidit Pontificatum Gregorio. 6.

& arte

& arte edoctus, erat tantorum fidus minister maleficiorum, & pessimis magistris peior discipulus. Quod ex fructibus perfidiæ ipsius postea percepit ecclesia, per eum sub obtentu Catholici nominis graui schismate lacerata: percepit & mundus bellis feralibus, & immensis cædibus ipso authore laniatus, & sub colore mellis veneno popinato hæresibus nephandissimis prope suffocatus. D

Syluester tertius. Eisdem diebus superpositus est in papatum prædicto archipresbytero Sabinensis episcopus, qui mutato nomine dictus est Syluester tertius: & factum est, vt Romana ecclesia in partes diuersas scindi videretur.

Henricus Augustus Cum autem tanta peruersitas Romam ludificaceret, diuino nutu affuit Imperator Henricus, & (vt multa breuiter concludam) religiosorum cardinalium precibus efflagitatus: ipsis authoribus, Romanam ecclesiam pro loco officij sui, pro officio imperiali, pro potestate sibi à sacris Canonibus concessa, ad purgandam ecclesiam, ad exturbandum & vlciscendum vi sacrilegos deuotum se præbuit. Theophylactum in fugam coegit. Sextum Gregorium in custodiam reclusit, quem postea in exilium misit. Sabinensem episcopum, quem non ambitio, sed vis ad Papatum coegerat, ad sedem propriam redire compulit. Romana vero ecclesia eius respirans auxilijs, secundum Clementem papam elegit, sub quo ecclesiæ vnitas, à quo & subsequenter Romanorum Imperator Augustus, venerandæ memoriæ Henricus coronatus est: & pro tantis meritis vnice glorificatus triumpho singulari, vnici amoris priuilegiũ pellendo idololatras, simoniacos, & vnitatem ecclesiæ defendendo promeruit.

Clemens secundus.

Gregorius sextus, & Hildebrandus in Germaniam deportantur. Quibus strennue peractis, sextum Gregorium (vt supra dictum est) cum Hildebrando discipulo suo in Teutonicas partes deportatione damnauit. Nimia tamen pietate deceptus nec ecclesiæ Romanæ, nec sibi, nec generi humano prospiciens. nouos idololatras nimis laxe habuit, quos memoriã æterno carcere a contagione hominum remouere debuit. E

Damasus secundus Defuncto autem in exilio sexto illo Gregorio, Hildebrandus perfidiæ simul & pecuniæ eius hæres extitit.

Eodem tempore Clemens papa defunctus est. Huic successit Damasus, & sedit viginti tantum & tribus diebus, veneno (vt dicitur) propinato suffocatus.

Theophylactus enim magister Hildebrandi post fugam reuersus Romam cum familiari suo Laurentio, multis maleficijs sacram sedem vexabat, & per literas discipuli sui Hildebrandi, ea quæ in palatio Imperatoris gerebantur, resciebat. Eo igitur immaniter vexante, iterum Romana ecclesia legatum ad Imperatorem dirigit, vt consilio Cardinalium papam eligendum Romam mittat, exposcit.

Leo nonus filius comitis de Dagspurg Bruno igitur qui & Leo, ex consilio Cardinalium Romam inuitus & coactus dirigitur. In cuius comitatu nimia Imperatoris indulgentia permissus est reuerti Hildebrandus, hac permissione sacerdotium pariter & regnũ sub specie religionis euersurus, & iuramenta Imperatori præstita non diu seruaturus.

Hildebrand⁹ fit custos altaris sancti Petri. Brunoni igitur multa loquendo in itinere se suppositi. Et, vt Romam venit, ab eo obtinuit, vt fieret vnus de custodibus altaris beati Petri. Et in breui loculos impleuit: & cui pecuniam illam committeret, filium cuiusdam Iudæi nouiter quidem baptizatum, sed mores nummularios adhuc retinentem, familiarem sibi fecit. Et iam diu conciliauerat sibi quendam alium incomparabilibus maleficijs assuetum Gerhardum nomine, qui cognominabatur Brazutus amicum Theophylacti, qui subdola familiaritate dicitur sex Romanos Pontifices intra spatium tredecim annorum veneno suffocasse, quorum nomina hæc sunt: Clemens qui sexto Gregorio damnato & Theophylacto expulso sedit mensibus nouem, & diebus septẽ: Post Clementẽ Damasus, qui sedit dies viginti tres: Post Damasum Leo, qui sedit annis quinque: post Leonem Victor, qui sedit annis duobus, mensibus tribus, diebus septem. Post Victorem Stephanus, qui sedit menses septem, dies viginti octo. Post Stephanum Benedictus, qui sedit menses septem, dies viginti. Hic non veneno, sed vi & dolis Hildebrandi fuit eiectus. Post Benedictum Nicolaus, qui sedit annis duobus, mensibus sex, diebus viginti quinque.

Gerhardus Brazutus.

Sex Pontifices Romani veneno necati F

Huius tempore Hildebrandus prædictis duobus familiaribus suis pecuniam suam, & consilia sua communicauit, & per eos venales linguas multorum sibi comparauit. Et post hæc Theophylactum antiquum dominum suum, & magistrum simulantem pœnitentiam Leoni Papæ in dolo reconciliauit, & Theophylacti consilio, & factione ipsum Papam Leonem contra Normannos animauit.

Leo decipitur Igitur Leo Papa, eorum dolos minus intelligens, & Romam deserens, alpes transiuit, & multis Teutonicis sibi aggregatis ad expugnandos Normannos, Romam redijt, & Hildebrando & Theophylacto instigantibus in Apuliam contra Normannos transiuit, Et quia Theophylactus manifeste eũ lædere non audebat, simulato obsequio cũ eo manens, & ingressus & egressus eius explorans, singula per secretos nuntios intimabat Normannis, & in

manus

A manus eorum Hildebrando dictante, ipsum papam tradidit. De quorum manibus, vix papa (interfectis per proditionem Teutonicis) desolatus euasit.

Leone post modicũ defuncto, Theophylactus de parentũ potẽtia præsumens, Romanam ecclesiam, quam prius toties vexauerat, iterꝝ vexare non destitit.

Interim Hildebrandus nouus Proteus, nouis præsumens tergiuersationibus, de Roma ad Imperatorem, de Imperatore ad Romam absq; consilio Romanæ ecclesiæ discurrebat. Et si quis alius in papatum eligeretur q̃ ipse, prædictus Gerhardus, cognomine Brazutus, familiaris eius in breui illum veneno suffocabat.

Hildebrādus fit archidiaconus.

Postquam autem sedit Nicolaus papa, Hildebrandus, quia papatum adipisci non potuit, ad archidiaconatũ quoquo modo inuadendum se conuertit. Et Mancium tunc archidiaconum Romanæ ecclesiæ multis iniurijs afflixit & circumuenit. Qui victus contumelijs & dolis, & pecunia deceptus Hildebrandi, ad vltimum concessit vt Hildebrandus vice eius archidiaconatu fungeretur.

Hac cõcessione Hildebrandus arrepta, Nicolaum papã ex improuiso aggressus, coegit inuerecundis precibus & minis militũ, quos pecunia collegerat, metũ etiam mortis quibusdam terribilibus significationibus incutiendo, vt eum archidiaconũ ordinaret & cõstitueret. Et post paucos dies ipse Nicolaus defunctus est, veneno (vt dicitur) suffocatus.

Clemens.

Cardinales aũt ambitionem Hildebrandi nõ ignorantes, Imperatorem multis precibus coegerunt, vt eis in electo suo Parmensi episcopo Cadolo fauorem & auxiliũ præstaret. Quod factũ cor Hildebrandi altius percussit. Et manifeste factus est Imperatoris inimicus. Omnia iuratæ fidelitatis vincula disrupit: & facta conspiratione cũ inimicis Imperatoris, & cũ Normannis, quem Parmensi episcopo Cadolo à Cardinalibus electo apponeret, Anshelmum Lucensem episcopũ decepit, & eum in papã eligi à quibusdã Romanis

Alexander.

B fecit. Et ipsum Anshelmũ, mutato nomine, Alexandrum vocauerunt.

Igitur Anshelmum quem in dolo elegerant, pariter & Parmensem episcopũ, quibus poterat artibus vexabat, quia vtriq; succedere anhelabat.

Noteꝝ hic Imperatorũ authoritas.

Igitur vbi Alexander intellexit se dolis & arte à Hildebrando & inimicis Imperatoris electũ, & intronizatum, die quodã, cum intra missarꝝ solennia sermonem haberet ad populum, prædicauit se nolle sedere in sede Apostolica, absq; licentia & gratia Imperatoris. Et publice dixit, se literas huius rei gratia missurꝝ ipsi Imperatori. Quo audito, Hildebrandus vix manus, multa murmurando, donec missa compleretur, abstinuit. Missa expleta, ipsum Alexandrum cum militari manu ab altari duxit in camerã, & nondum exutum pontificalibus indumentis, pugnis dure colaphizauit, increpans & improperans, quod vellet inquirere gsatiam Imperatoris. Et statuit, vt ex eo die non daretur ei amplius, quàm quinq; solidi Lucensium denariorꝝ. Et extunc ipse Hildebrandus omnes redditus Romanæ ecclesiæ sibi retinuit, & immensam pecuniam congregauit.

Hildebrādus vsurpat pontificatum.

Alexandro igitur sub miserabili iugo Hildebrandi quodã vespere defuncto, eadem hora Hildebrandus à suis militibus sine assensu cleri & populi est intronizatus, timens ne alius per moram eligeretur. In cuius electione nullus Cardinalium subscripsit. Ad quam cũ veniret abbas Cassinensis, ait ipse Hildebrandus: Frater nimium tardasti. Respondit abbas:

C Et tu Hildebrande nimium festinasti, qui nondũ sepulto domino tua papa, sedem Apostolicam contra canones vsurpasti. Hoc modo intronizatus Hildebrandus, qualiter vixerit, qualiter à se Cardinales, q testes vitæ & doctrinæ eius esse debuerant, remouerit, quàm miserabiliter vexauerit, quantis hæresibus mundũ corruperit, quanta periuria, q̃ immensas perditiones consecrauerit, vix à multis describi potest. Clamat tamen altius sanguis Christianorꝝ eo authore, & incentore miserabiliter effuso.

¶Hoc est Decretum Hildebrandi, in quo à doctrina & fide catholica aberrauit.



Regorius papa Romanæ synodo præsidens dixit: Nos sanctorꝝ prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate, aut sacramento cõstricti sunt apostolica authoritate à sacramento absoluimus, & ne sibi fidelitatem obseruent omnibus modis prohibemus. Item: Et quoniam multos peccatis nostris exigentibus pro causa excõmunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorãtia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, de victu vnà anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, temperamus opportune. Apostolica itaq; authoritate ab anathematis vinculo

ſubtrahimus, videlicet vxores, liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia: necnõ ruſticos & ſer D
uientes, & omnes alios, qui nõ adeo curiales ſunt, vt eorũ cõſilio ſcelera perpetrentur. Et illos
qui ignoranter excommunicatis excommunicãt: ſeu illos qui communicãt cum eis, q cõ-
municant excommunicatis. Quicũq; autem aut orator, ſiue peregrinus, aut viator in terrã
excommunicatorum deuenerit, vbi nõ poſſit emere, & nõ habet vnde emat, ab excommu
nicatis accipiendi licẽtiam damus. Et ſi quis excommunicatis non pro ſuſtẽtatione ſuper-
biæ, ſed humanitatis cauſa aliquid dare voluerit, non prohibemus.

LITERAE QVIBVS VOCATI SVNT Hildebrandini ad audientiam.



Delbertus epiſcopus ſanctæ Rufinę, ſyluæ cãdidæ: Iohãnes epiſ-
copus Hoſtienſis. Hugo epũs Prænestinus. Albertus epiſcopus
Nepheſinus. Beno Cardinalis, preſbyter vrbis Romæ. Roma-
nus Cardinalis, preſbyter vrbis Romæ. Guido Cardinalis, pſ-
byter vrbis Romæ. Octauianus Cardinalis, preſbyter deſigna-
tus. Paulus primicerius Romanæ eccleſiæ. Nicolaus electus Ab-
bas ſancti Syluestri vrbis Romæ. N. abbas ſancti Pancratij vr-
bis Romæ, & clerus: Et clariſſimi principes laici, Theobald⁹ Chi
nebij, & Vdalricus de ſancto Euſtachio, & populus Romanus, E
omnibus deũ timẽtibus, & ſalutẽ Romanæ reipublicæ diligẽtibus.

Nolumus ignorare prudẽtiã veſtram, quod ad deſtruendas hæreſes, nouiter ab Hilde-
brando inuẽtas, & antiquas ſub nomine pietatis impiẽ ab ipſo renouatas, & ad defenſionẽ
fidei catholicæ, & ad exterminãdam impietatẽ eorũ, qui nouiter ipſam fidem catholicam
(quãtum in ipſis erat) ſcindere nõ timuerũt, deo authore, Nonis apud ſanctũ Blaſium con-
uenimus, octauo Idus apud ſanctũ Celſum: ſeptimo Idus apud ſanctam Mariam, in eccle
ſia quæ vocat rotunda cõſedimus, ipſas hæreſes damnatas, ſicut maiores noſtri, & nos dã-
namus, omnes ſectatores, cõmunicatores, complices ſemel dãnatæ prauitatis pari ſorte cẽ-
ſemus, ne ſi vel paululũ taceamus cõſentire videamur. Eos vero, q authoribus errorũ cõmu
nicãt data ſecuritate libere veniẽdi, & abeundi vocamus, & vt p maiores ſuos dñm Rayne-
riũ, & Iohãnẽ Burgũdionẽ cauſam ſuã agãt, admonemus: ſecuritatẽ integrã inquãtũ poſſu
mus, vſq; ad feſtũ oim ſanctorũ proponimus, etiã cũ in cauſa ſua defecerint, neminẽ circũ-
ueniẽtes, nullius ſanguinẽ, ſed oim vitã & honorẽ fitiẽtes, nec ſeditiões in populo cõmouẽ-
tes. De cauſa eñ ſua diffidere videt quiſqs author eſt ſeditiõis. Pacẽ verã, dilectionẽ ſynce
ram proponimus omnibus, pacẽ & veritatẽ, & vnitatẽ catholicæ eccleſiæ amplectẽtibus, vt
ſimus filij patris noſtri, qui in cœlis eſt. Qui eñ ex patre diabolo ſunt, opa patris ſui faciũt,
cõſpiratiõibus, ſeditiõibus, cuius filij ſint, manifeſte oſtẽdũt. Nos vero illius diſcipuli eẽ de-
fideramus, cuius doctrina etiã inimicis ſane eſt intelligẽda. Orẽt pro nobis eccleſiæ filij, vt
creſcat ſermo dñi, &c. Data Romæ, contra ſchiſmaticos in ſacro cõuentu. Anno ab in-
carnatione domini milleſimo nonageſimooctauo, inditione ſexto, ſeptimo Idus Auguſti. F

His literis vocati ſunt. Declinarũt aũt audiẽtiã ſchiſmatici p ſedecim annos, per obſides
potẽtes, & clariſſimos, & ſacramẽta ſibi oblata inuitati, ne caperent ſuis mẽdacijs, ne ſuis
libellis cõuincerent, qbus authores eorũ corruperũt terrã hęreſibus varijs, longe lateq; diſ-
ſeminatis p apoſtolos multiplicis erroris. Sacer eñ cõuentus toties deprehẽſa eorũ verſu-
tia, in cõſpectu eccleſiæ corã multitudine Romanorũ ait: Eos q ſanctã eccleſiã ſcindere nõ
timuerunt, iterũ vocamus ad ſynodũ, quam (deo authore) celebrare diſpoſuimus circa Ca-
lẽdas Nouemb. In p̃ſenti tamẽ qa venire renuunt, teſtes inuocamus cõtra eos cœlũ & ter-
ram, quod nullũ cõſenſum adhibemus eorũ peruerſitati. Et in teſtimoniũ illius in medio ec
cleſiæ in cõſpectu angelorũ & hominũ incẽdio tradimus decreta eorũ hæretica, qbus orbẽ
terræ peruerterũt, verbũ dei adulterãtes, ſub ementito colore pietatis quærentes plus ſe, q̃
fidem catholicam, amari. Qui per ſedecim annos nullum dederunt locum veritati, fugiẽtes
lucem examinationis, tenebris errorum aſſueti, falſis expoſitionibus violenter intorquen-
tes ſcripturas in adiumentum nephandiſſimi ſchiſmatis.

Hildebrandus in extremis ſuis, vocauit ad ſe vnũ de Cardinalibus duodecim, quẽ multũ
diligebat præ cæteris, & confeſſus eſt omnipotenti deo, & toti eccleſiæ ſe valde peccaſſe in
paſtorali cura, quæ ei ad regendum erat commiſſa. Atq; hunc confeſſorem ſuum miſit ad
imperatorem, & ad totam eccleſiam, vt optarent illi veniam.

FINIS.

Appẽ-

A

APPENDIX DE EODEM HOC HILDEBRANDO, siue Gregorio septimo, desumpta ex principio primi libri historiarũ, de gestis Frederici primi Aenobarbi, reuerendi in Christo patris Ottonis Frisingensis episcopi, nunc recens adiecta.

Ottonis Frisingensis Episcopi, eiusq; abbreuiatoris Radeuici, eiusdem Frisingensis ecclesiæ Canonici, pars secunda.

¶Qua occasione Hildebrandus ab Imperatore abiectus, & Guibertus in locum eius subrogatus sit. Cap. .I.

B

VM sub Imperatore Henrico, qui inter reges quartus, inter Imperatores tertius huius nominis inuenitur, imperium grauissime scissum fuisset, parteq; maxima optimatũ principi suo rebellante, tota pene regni latitudo ferro, flamma fœdaretur, Gregorius septimus, qui tunc vrbis Romæ potificatũ tenebat, eundẽ Imperatorem, tanquam à suis destitutũ, anathematis gladio feriendum decernit. Cuius rei nouitate eo vehementius indignatione motum suscepit Imperium, quo nunquam ante hæc tempora huiusmodi sententiam in principem Romanoꝝ promulgatam cognouerat. Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania, apud Baioariæ ciuitatem Brixinoram, in ipso Pireneo haud procul à valle Tridentina sitã, coadunatis episcopis, princeps curiam magnam celebrauit. Vbi omnibus aduenientibus, iniurias sibi à Romana ecclesia irrogatas affectuose conqueritur, q̃ videlicet ipso inconsulto, qui tanquam rex, & patricius primus in electione suæ vrbis episcopi esse deberet, Romani sibi pontificẽ præfecissent, cũ à patre suo Imperatore plures ibidẽ quasi sine electiõe intronizati fuerint. Hac querimonia omnium animi eo facilius contra Romanam ecclesiã inclinari poterant, quo & laici secularis honoris consideratione accensi, & episcopi consilio clericorum suorum, quibus recenter connubia ab eodem pontifice inhibita fuerant, inflammati, voluntati principis accedebant. His igitur acclamantibus, præfata electio ab eis cassanda iudicatur, Guibertusq; Rauennatensiũ archiepiscopus, Clemens vocatus, assensu principis, vrbis episcopus creatur, Gregoriusq; septimus ab ipsis pseudomonachus, vel necromanticus appellatus exufflatur. Vnde communi consilio prænominato pontifici scriptum conuitijs & detractionibus plenum dirigere præsumpserunt, inter cætera dicentes: Sicut hactenus solebas dicere, q̃ nullus nostrum esset episcopus, ita scias, q̃ nulli nostrum deinceps eris apostolicus.

Gregorius septimus pseudomonachus

¶Quòd Imperator Italiam ingressus, Gregoriũ vrbe fugauit. Cap. II.

C

POst hæc princeps militem copiosum colligens, Italiam ingreditur, ad vrbemq; vsque progressus, Romani populi fauore pulso Gregorio, Guibertum ibidem ponens, Imperatoris & Augusti nomen sortitur. Venerabilis autem sacerdos persequutionem fugiens, ad tutiora montana Tusciæ, in terram Comitissæ Mathildis, quæ Imperatoris consanguinea fuit, se contulit, ibiq; per aliquot dies manens, sententiam q̃ anathematis renouans, epistolis, quæ multis in locis habentur, principes regni aduersus Imperatorem suum cõcitauit. Deinde Campaniam siue Apuliam ingrediens, in municipia Nortmannorum, qui nuper Roberto Guiscardo duce, prouincias illas indigenis necatis, vel eiectis, seu seruituti subactis, irruperant, se recepit, ibiq; diem mortis expectauit.

AD LECTOREM.

PRo ampliori declaratione illius quod folio præcedenti XLII. de Siluestro secundo dictum est, qui priusquam per artem diabolicam pontifex fieret, Gebertus siue Gibertus est appellatus. Ita scribit Iohãnes Stella Venetus ad patriarcham Aquilegiensem, Romanæ Ecclesiæ, tituli sancti Marci presbyterum Cardinalem. Illius ergo verba hæc sunt vt sequuntur. B

SIluester Papa eius nominis secũdus, natione Gallicus, Gibertus antea vocatus. Hoc anno Gregorio pontifici surrogatus, sedit annis quatuor, mẽse vno, & diebus octo. Hic malis artibus pontificatũ obtinuit, eo ꝙ ab adolescentia cum monachus esset, relicto monasterio se totum diabolo obtulit, modo quod optabat obtineret, & vt bonarum artium operam daret. Primo ad Hispalim Hispaniæ vrbem accessit. Vbi cũ doctrinæ admodum cupidus esset, ea in re tantum profecit, vt breui optimus doctor euaserit. Et Othonem Augustum atq; Robertum regem, & nonnullos alios insignes, præclarosq; viros habuerit discipulos, quorum opera: primo Remẽsis, deinde Rauennatis archiepiscopus fuerit factus. Postremo Romanus pontifex diabolo adiuuante fuerit cõstitutus. Hac tamẽ lege, vt post eius obitum totus illius in anima & corpore esset, cuius fraudibus tãtam adeptus esset dignitatem. Post hoc quæsiuit Gibertus à diabolo, quam diu in pontificatu victurus esset. Respondit: Quam diu inquit, in Hierusalem celebrabis, viues, postremo quarto pontificatus sui anno, dum quadragesimali tẽpore in basilica sanctæ crucis in Hierusalẽ Romæ sacrificaret, fato se moriturum statim cognouit. Vnde pœnitentia ductus errorem suum coram populo confessus est. Rogauitq; omnes, vt corpus suum diabolicis artibus seductum membratim detruncarent, dissectumq; ac laceratum super currum imponerent, & eo loci sepelirent, quo sponte ab equis foret vectum. Ferunt itaq; dei nutu, vt scelerati discant apud deum veniẽ locum sibi relictum esse, modo in vita pœnituerint. Eos ipsos sponte ad Lateranensem ecclesiam peruenisse, ibidemq; sepultum fuisse. E

AD LECTOREM.

HActenus de Hildebrando est actum & Siluestro secundo, quem in illius historia obiter introduxit Beno Cardinalis. Nunc autem de Bonifacio VIII. paucis agetur, ne Hildebrandus ipse (saluo semper ipsius honore) se solum credat fuisse impium. Nam & hic Bonifacius, per admirandam ac diabolicam potius fallendi artem pontifex factus, Celestino pijssimo, impijssimus successit. Quum itaq; otioso mihi nuper præclaros quosdam authores otiosus reuoluerem, inueni apud Petrum Crinitum, libro ipsius octauo de honesta disciplina, cap. XIII. insigne huius Bonifacij factũ, & satis insigne ac relatu horrendum. Sunt itaq; hæc Criniti verba.

NEque illud à nobis prætermittẽdum est, quo minus in his etiam Commẽtarijs legatur de Bonifacio Pontifice Romano, qui Celestino successit in pontificatu. Is enim tanto ambitu atq; libidine Gebellinorum partes traditurfuisse insectatus, vt minime veritus sit, permulta efficere iniquissimis artibus, atque incredibili insolentia, neq; in principes tantum Romanos, sed in ipsos etiam sacerdotes, ceu illud contra Pochetum Genuensem pontificem, quem archiepiscopũ vocant. Nam quo die sacra cinericia celebrantur, mos est apud Christianos, vt pontifex maximus prodeuntes sacerdotes ad eius pedes excipiat, atq; eorum capiti cineres apponat, singulos subinde commonens, & cineres esse illos, & in cinerem reuersuros. Cum autem Prochetus sacerdos, qui habebatur inter Gebellinos, cõstitisset ad pedes pontificis, inibi pontifex Bonifacius verbis permutatis, quæ pro religione effantur: memento (inquit) ꝙ Gebellinus es, & cum Gebellinis morieris, & simul cineres sacros in eius frontem atque oculos proiecit, quo intelligi potest ab omnibus, quãta sit eorum hominum iniquitas atque impudentia, qui sub nomine religionis nihil non licere sibi opinantur, nam cum ad instruendos mortalium animos, pacemq; humano generi conciliandam creati atq; instituti sint, nihil amplius existimant, aut magis conantur, quàm pro libidine seditiones principũ excitare, nepharias q; voluptates flagitiosissime explere, quod & Thomas Aquinas, & Aegidius magnis commẽtarijs differunt. F

AD LECTOREM.

QVæ hactenus de Hildebrando, siue Gregorio septimo dicta sunt, non obscure intelligere potuisti. Lege igit & nũc Henrici quarti historiã, & id qdem ordine nõ cõtemnẽdo. Nam vnius iuxta atq; alterius (quoniam sibi ipsis aduersarij fuere) te facta scire oportebit. Vale.

Vita

A VITA HENRICI QVARTI CAESARIS AVGVSTI, DVCIS BAuariæ ſeptimi, paulo poſt mortem illius à quodã eius temporis conſcripta.

PROOEMIVM.



Vis dabit capiti meo aquam, & fontem lachrymarum oculis meis, vt lugeam, non excidia captæ vrbis, non captiuitatem vilis vulgi, non damna rerum mearum: ſed mortem Henrici Imperatoris Aug. qui ſpes mea, & vnicum ſolatium fuit: imõ (vt de me taceam) qui gloria Romæ, decus Imperij, lucerna mundi extitit. Erit poſt hac mihi vita iucunda? erit abſq; lachrymis dies aut hora? aut tecum ô dulciſſime, potero illius mentionem habere ſine fletu? Ecce dum ſcribo, quod dictauit impatientia doloris, cadunt lachrymæ, madent fletu literæ, & quon notat manus, diluit oculus. Sed forſan impatientiam doloris mei redarguis: & vt fletum meum reprimam, ne forte his qui de morte Imperatoris gaudent, innoteſcat, inſtruis. Recte me doces, fateor: ſed non poſſum imperare mihi, quin doleam, non poſſum me continere quin lugeam, licet in me furorem ſuum exacuant, licet me membratim diſcerpere cupiant: dolor timere neſcit, dolor illatas pœnas non ſentit. Nec ego ſolus mortem eius lamentor: hanc Roma plangit, hanc omne Romanũ imperium deflet, hanc
B in commune diuites & pauperes, præter inſidiatores potentiæ vitæq; eius, lugent. Nec mihi priuata doloris cauſa eſt, publicam lamentari cladem pietas me cogit: nam illo recedente, iuſtitia terras reliquit, pax abijt, fraus in locum fidei ſubintrauit, chorus laudantium deũ conticuit, ſolẽnitas diuini officij filuit, vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum non auditur: quia qui hæc omnia ſolenniter ordinauit, non inuenitur. Monaſteria patronum ſuum, clauſtra patrem amiſerunt: quibus quid commodi, quid honoris ipſe conferret, nunc demum agnoſcitur, cum extinctus ea non tenet. Ergo clauſtris omnibus vera dolendi cauſa ſubeſt: nam cũ illo ſepulto, gloria eorum ſepulta eſt. Heu Moguntia quantum decus perdidiſti, quæ ad reparandam monaſterij tui ruinam, talem artificem amiſiſti: ſi ſuperſtes eſſet, dum operi monaſterij tui quod inceperat extremam manũ imponeret, nimirum illud illi famoſo Spirenſi monaſterio contenderet, quod ille à fundo fundatum vſq; mira mole, & ſculptili opere compleuit, vt hoc opus ſuper omnia regum antiquorum opera laude & admiratione dignum ſit. Qualem etiam ornatum ex auro, argento, lapidibus pretioſis abſoluit, & ſericis veſtibus illi monaſterio contulerit difficile eſt credere, niſi cui contingit & videre. Vobis quoq; ô pauperes vel maxima cauſa dolendi eſt: nam nunc demum pauperes facti eſtis, cum paupertatis veſtræ conſolatorem amiſiſtis: ille vos pauit, ille manibus ſuis lauit, ille nuditatem veſtram texit: non ante ianuam, ſed ante menſam eius,
C Lazarus iacuit: nec micas, ſed regias delicias expectauit. In ipſa menſa ſaniem & fœtorẽ vlceroſi non abhorruit, cum miniſter menſæ contra fœtentem nares corrugaret, aut obſtiparet. In cubiculo eius cæci, claudi, & diuerſis morbis confecti iacebant: hos ipſemet excalciabat, hos collocabat, hos de nocte conſurgens tegebat: nec abhorrebat vel eius tactũ quem ægritudo compulerat, vſq; ad ſordidandũ lectum: iter eius pauperes præcedebant, comitabantur, ſequebantur: quorum curam tametſi ſuis intimis commendaſſet, ipſemet tamen eos tanquam nulli commendatos curabat: ſed & per curtes ſuas vſquequaq; ſtipendia pauperibus diſpoſuerat, quorum numerum & obitum ipſe ſcire voluit, vt & defuncti memoriam ageret, & in eius locum alterum ſubrogatum noſſet. Sed quando ſterilitas anni famem indixit, multa milia pauenda ſuſcepit, vere memor verbi domini præcipientis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quid putamus quo dolore pauperes afficiuntur, cũ hæc bona quæ enumerauimus ſe habuiſſe, & nunc non habere recogitant? Quis em̃ illis hanc humanitatis curam impendit? quis quærit vbi æger cubet, vel quid alimenti poſtulet? quis amplius his miſericordiæ officijs inſeruit, quibus Henricus Imperator inſeruiuit? O virũ pietatis, & humilitatis laude inſignem: imperauit mundo, pauperes illi: mundus illi, pauperibus ipſe miniſtrauit. Hæc de bono miſericordiæ in pauperes, quos multũ amauit, & quod ab hominibus abſcõdere non potuit, non pro dignitate facti, ſed pro facultate ingenij primo loquuti (quis em̃ ſcire poſſet, quæ ſolo deo teſte peregit?) de alijs quoq; virtutibus quib⁹ claruit, aliqua dicamus: nam omnia dicere non ſufficimus. Nemo miretur ſi luctui mortis eius, vitæ quoque

Henricus Cæſar templum Mogũtinum reparauit. Spirenſe abſoluit.

Largitas Henrici in pauperes.

eius læta gesta immiscеam, cum hic mos dolentium sit, vt cum extinctum amicum lugent, totam eius retro vitam & mores in augmentum doloris sui ediſſerant. Itaq; iuuat me de eo scribere, iuuat indulgere dolori, & mortuum flere, qui dum viueret gaudium meum fuit. Ille modo personam Imperatoris, modo tanquam militis gerebat, ex vno gerendæ dignitatis, ex altero documentum præbens humilitatis. Tam subtilis ingenij, tamq; magni cõsilij fuit, vt dum sententia principum, vel in causa decernendi iuris, vel in tranctandis regni negotijs hæsitaret, ipse cito nodum solueret, & quid æquius, quid vtilius esset, tanquã ex ipsius arcano sapientiæ sumptum, edoceret. Intẽdebat aliorum verbis, ipsemet pauca loquebatur, nec prior ad sententiam erumpebat, sed aliorum expectabat. In cuius vultũ aciẽ oculorum suorum fixisset, eius animi motus perspiciebat, videbatq; tanquam lynceis oculis, siue aduersum se cor odij, seu gereret amoris. Nec illud laude vacat, quod in turba procerum cæteris eminentior & maior se ipso videbatur, & quod in vultu terribile quoddam decus præ se ferebat, vnde intuitus aspicientium tanquam fulmine reuerberaret, cum inter domesticos suos, & raram turbam vultu placidus, & statura æqualis appareret. Non solũ potentes imperij sui metuebant eum, sed & reges orientis & occidẽtis, adeo fama eius perRex Græciæ. terruit, vt ante tributarij sint facti quàm victi. Ipse rex Græcię, vt metũ dissimularet, amicitiam eius expetebat, & quem futurum hostem timuit, muneribus nefieret hostis præueAurea tabula Spirensis. nit. Testatur hoc aurea tabula, Spirensis altaris, tam artis nouitate, quàm metalli pondere miranda, quam rex Græciæ dum Imperatoris votum & studium circa Spirense monasterium feruere cognosceret, nobile donum, & tam eo qui misit, quàm cui mittebatur dignisRex Aphricę. simum, transmisit. Sed & rex Aphricæ, quia potentiam Imperatoris multum timuit, eius fisco multum addidit. Oppressores pauperum oppressit, raptores in direptionẽ dedit, cõtra se contumaces, contraq; suam potentiam se leuantes adeo retudit, vt in posteris eorum regiæ vindictæ vestigia vel hodie compareant. Quo nimirum facto & suis in præsenti, & imperij rebus in futurum prouidit, vt discant non disturbare pacem, non armis imperium vexare. Hic velim abrumpere stilum, nam ventum est ad factiones, ad fraudes, ad scelera, de quibus vera scribere periculum, falsa crimen est, hac lupus, hac canis vrget. Quid igitur faciam, eloquar an fileam? manus incipit, & dubitat: scribit & renuit, notat & delet, vt pene ignorem quid velim, sed turpe est inceptam materiam mutilatam relinquere, & caput Author cælat nomen suum absq; membris pinxisse. Pergam igitur, vt cepi constans & securus inde quod fides tua ea mihi spectata est, vt hæc scripta nulli detegas, aut si quaforas exierint, authorẽ nõ prodas.



Agnes Aug. Vm Imperator Henricus (de quo nobis sermo est) patri suo gloriosissimo Imperatori tertio Henrico, adhuc puer succederet in regnum (nam illo paruulo pater naturæ concessit) regno priorẽ statum adhuc tenente, non bella pacem disturbabant, non classica quietem rumpebant, non rapina grassabatur, non fides mentiebatur, adhuc iustitia sui vigoris, adhuc potestas sui iuris erat. Hunc beatum regni statum Agnes imperatrix sereniſſima, virilis ingenij fœmina multum iuuit, quæ vnà cum filio rempublicã pari iure gubernauit. Sed quoniam ætas immatura parum timori est, & dum metus languet, audacia crescit, pueriles anni regis, multis suggerebant animum sceleris. Igitur quisq; nitebatur maiori se æqualis, aut etiam maior fieri, multorumq; potẽtia scelere creuit, nec legis metus vllus erat, quæ sub rege paruulo paruam authoritatem habebat. Et vt oñia licentius facere possent, primo puerum matre spoliabant, cuius maturam sapientiam, grauesq; mores metuebant, illud causantes non decere regnum administrari à fœmina, cum multæ reginæ legantur administrasse virili sapientia. Sed postquam rex puer de sinu matris abstractus, in manus principum nutriẽdus Rex, puer. venit, quicquid illi præscribebant faciundum, vt puer fecit, quem volebant, exaltauit, quẽ volebant, deposuit, vt regi suo non tã ministrasse, quàm imperasse merito dicantur. Cum regni causam tractabant, non tam regni, quàm suæ causæ consulebant, idq; præcipuũ eis fuit, in omnibus quæ agerent, ante oñia suum quæstum facere. Fuit hæc perfidia vel maxima, quod eum quasi sub sigillo seruandum, in puerilibus actis suæ potestati relinquebãt, Rex, adolesvt & sic elicrent ab eo quod affectabant. Sed cum in eam ætatis & ingenij metam euasisset, cens. vt quid honestum, quid turpe, quid vtile, quid non, discernere posset, retractans quæ suggestione principum inductus gessisset, multa quæ gesserat, damnauit, & ipse iudex sui factus, ex ijs mutanda mutauit. Prohibebat quoq; bella, violentiam, & rapinas, nitebatur pulsam pacem & iustitiam reuocare, neglectas leges restituere, & sceleris licentiam resecare. Quos assuetos sceleri per edictum coercere non potuit, per censuram legis, & ius curiæ mitius tamen, quàm culpa exigeret, correxit. Quod illi non iustitiam, sed iniuriam putantes, & qui

A & qui legem abiecerant, lege constringi, & qui per om̃e nephas ruebant, frena pati respuentes, qualiter eũ vel extinguerent, vel priuatũ facerent, consilijs incumbebant, non recolentes, se debere ciuibus suis pacẽ, regno iustitiã, regi fidẽ. Igitur Saxones gens dura, bellis aspera tam præceps ad arma quàm audax, vendicans sibi prærogatiuã laudis, ex incepto furoris repente super regẽ armis ruebant. Qui cum paucis contra innumeros armatos cõfligere periculosum existimans, vix elapsus, vitã laudi, salutẽ fortunæ prætulit. Itaq; videntes inceptũ suum votis non respondisse, ossa filij regis, nec dum em̃ Imperator factus erat (o inhumanã mentẽ, o probrosam vindictam) effodere. Qua vtraq; iniuria grauissima rex commotus, exercitum contra gentẽ illam duxit, conflixit, vicit: vicit inquam, aciem contra se instructam non obstinationem erectam. Nam licet eos in pugna congressos vinceret, victos fugaret, fugatos persequeretur, licet bona eorum deuastaret, munitiones euerteret, & om̃ia quæ victori libent faceret, non tamen ad deditionẽ cogi potuerunt. Iterum cum inde digressus reparato in breui exercitu, eos inuaderet: diffidentes viribus suis, vt pote in priori bello grauissime contusis, quod saluti proximũ erat, se dedidere, sperantes regẽ sola deditione contentum, gratiã suã facile donatur̃. Sed longe præter spem euenit, nã rex eos exilio addictos, in alienas terras misit vbi dura custodia constricti, relaxationis edictũ expectarent. De quo exilio alij fuga elapsi, alij propter pecuniam à custodibus dimissi, dũ

B ad patriã & domũ suã repedassent recẽti coniuratione se inuicẽ obligabant, vt parati eẽnt, ante mori, quàm denuo deditione subijci. Sed & validior eor̃ coniuratio facta est, qa nõnulli Longobardor̃, Francorum, Bauaror̃, Sueuor̃, data & acceptafide illis conglutinati sunt, qui regẽ bellis vndiq; pulsarent. Videntes aũt regẽ bellis tangi posse, non deijci, vexari non superari, quippe cuius robur adhuc erat inexpugnabile, vt vires eius extenuarẽt, cõfictis, conscriptisq; super eo criminibus, quæ pessima & immundissima potuit odium & liuor excogitare, & quæ mihi scribenti, tibiq; legenti nauseam parerent, si ea ponerem, vera falsis miscentes apud Romanum Pontificem Gregorium septimum eum deferebant, non decere tam flagitiosum plus notum crimine, quàm nomine regnare, maxime cũ sibi regiam dignitatem Roma non contulerit, oportere Romæ suum ius in constituẽdis regibus reddi. Prouiderent Apostolicus & Roma ex consilio principum, cuius vita & sapientia tanto congrueret honori. Qua surreptione delusus apostolicus, simul & honore crandi regis quẽ sibi fallaciter obtulerãt, impulsus, regem Banno annodauit, & episcopis, alijsq; regni principibus, vt à communione excommunicati regis se retraherent, denuntiauit, se cito ventur̃ in Teutonicas oras, vbi de negotijs ecclesiasticis, & potissimum de regno tractaretur. Quin etiã & hoc addidit, absoluit omnes à iuramento, qui fidem regi iurauerant, vt contra eum impelleret absolutio, quos fidei tenuit obligatio, quod factum multis displicuit (si cui displicere licet, quod Apostolicus fecit) & asserebãt, tam inefficaciter, quàm illicite factum, quod factum est. Sed non ausim assertiones eorum ponere, ne videar cũ eis

C apostolici factum refellere. Mox & episcopi, tam illi quos amor, quàm quos timor in partem regis traxerat, metuentes ordini suo, ab eius auxilio pleriq; se retrahebant, quod & maior pars procerum factitabat. Tum vero videns rem suam in arto sitam, inito tam occulto quàm astuto consilio, subitum & inopinatũ iter in occursum Apostolici arripuit, vnoq; facto duo peregit, scilicet & Banni solutionem accepit, & suspectum sibi colloquium Apostolici cum aduersarijs suis, ipse medius intercepit. Pro imposito sibi crimine parum respõdit, quia ad accusationem inimicorum suorum, & si vera fuisset, non sibi respondendum asseruit. Quid vobis profuit hoc egisse vt banno illigaretur, cum de banno solutus, potentia sua potenter vtatur? Quid vobis profuit eum fictis criminibus accusasse, cum accusationem vestram facili responso (vt ventus puluerem) dissipauerit? Immo quæ dementia vos contra regem vestrum, & orbis rectorem armauit? Nihil cõiurata vestra malignitas proficit, nihil peragit. Quem dei manus in regno firmauit, vestra deijcere non poterit. Vbi fides quam illi iurastis? Quare beneficiorum quæ regia liberalitate cõtulit in vos, obliti estis? Vtimini vel adhuc sano cõsilio, non furore: pœniteat vos incepti, ne fortior vobis superueniens, vincat vos, & pedibus suis conculcet vos, & ea vindicta feriat, quæ futuris seculis demonstret, quid regia manus valeat. Saltem vos ô episcopi videte, ne pereatis de via iusta, videte ne transgressores promissæ fidei fiatis, alioqui quid consequatur vos ipsi nostis. Igitur rex ab Apostolico regressus, benedictione pro maledictione accepta, Rudolphũ ducẽ super se regem creatum inuenit, qui audita regressionis eius fama, ante paratus ad fugam, q̃ ad pugnam, ante pulsus, quàm victus, in Saxoniam fugit, facile est regnum accipere, difficile tueri, sed nulli mirum sit, virum in rebus bellicis exercitatum & strenuum, nunc fugisse, quia sæpe iustior, & victrix causa fortes in metum mittit, & in fugam. O auaritiam pestẽ pessimã, quæ bonos mores trãsuertit, & sæpe ipsas virtutes ad vitia trahit. Dux Rudolphus, dux eximius, vir magnæ authoritatis, & laudis in toto regno, veri rectiq; tenax, fortis in

In Saxones mouet.

Accusat̃ Henricus ab æmulis suis.

Author non audet loq cõtra pontificẽ.

Rudolphus

tis in armis, deniq; ſpectatus in oñi genere virtutum, iſte inquam auaritia, quæ vincit oñia D
victus, & ſupplantator domini ſui factus, fidem incerto poſtpoſuit honori. Fuere tum qui
Gregorius ſeptimus dicerent ab Apoſtolico eum immiſſum, nec vnquàm tantæ virtutis virum magis auaritiæ,
quàm conſilio ceſſiſſe: & hoc in argumentum ſibi ſumebant, quod Apoſtolicus tacuit, dum
poſt abſolutionem regis Rudulphus regnum inuaſit, iuxta illud Comici: Qui tacet, ſatis laudat. Itaq; rex cedente Rudolpho, cuius caput, ſi deprehenſus eſſet, vindex gladius digne rotaret, Bauariam, Sueuiam inuaſit, & coniurationis aduerſum ſe ſocios vaſtauit: munitiones
eorum fregit, nec tamen pro iniuriæ ſuæ materia ſe vindicabat: ſed ſciens in vltione freno
vti, longe infra metam culpæ, cohibebat habenas vindictæ. Sed Rudolphus, vt dedecus
Vvyrtziburgum obſidet. fugæ virtutis facto, recompenſaret, Vvyrtziburgenſem ciuitatem obſedit: Vbi tamen
Henricus inſidias a ſuis paſſus fraude magis, quàm virtute pugnatum eſt. Nam cum rex ad propellendum hoſtem, exercitum conuocaſſet, inſtructa ambarum partium acie, & primis inter ſe prælia miſcentibus,
quidam equites regiæ partis mercede conducti, qui ſe regis lateri quaſi fidi clientes applicuerant, ſubito in ipſum arma verterunt: ſed ære munito corpori liuorem, non vulnus inflixerunt. Heu miſerrimi quibus pretium, & ſceleris cauſa fuit, & necis, quos vno in loco &
crimen inuoluit & vindicta. Nam eos tot vindices dextrę in fruſta concidebant, vt in eis humani cadaueris figura periret: fit tumultus, exoritur clamor, ſpargitur rumor regem interfectum: quo rumore pterritus exercitus fugit, hoſtis inſequitur: & quoniã in equis equitum ſa
Vvyrtziburgum capitur. lus, ſolis peditibus miſerabile fatum incubuit. Ideoq; victoria quanto maioris, tanto minoris tituli fuit: ſic hoſtis vrbe capta, impoſitoq; puæſidio, in Saxoniam regreſſus eſt. Quid im E
probe tibi profuit, vel indiſcreta cędes fugientis vulgi, vel fortuna captæ vrbis, cum nec vrbe diu, nunquam autem Regno potiaris? Rex enim breui poſt tempore cum exercitu reuerſus, ereptam vrbem recepit. Nam ĩ quibus prouincia tuendæ vrbis tradita fuerat, ex vrbe profugerant. Poſtea Saxoniã cũ exercitu ſępius ingreſſus, aut victor, aut æqua manu receſſit: ſed vltimum reuerſus, tam notanda, quàm felici victoria vicit: magnumq; mundo
Dextera Rudolphi amputata documentum datum eſt, vt nemo contra dominum ſuum conſurgat. Nam abſciſa Rudolphi dextera, digniſſimam periurĩ vindictam demonſtrauit, qui fidem domino ſuo regi iuratam violare non timuit, & tanquam alia vulnera non ſufficerent ad mortem, acceſſit
etiam huius membri pœna, vt per pœnam agnoſceretur & culpa. Sed & aliud notandum
in illa victoria contigit, videlicet, quod tam victor, quàm victus exercitus: nimirum hoc
ordinante deſuper diuina clementia, vt poſt ruinam capitis ex alterna fuga, tolleretur ne-
phas alternæ cędis. Sed gens dura, nec damno monita eſt, nec ſigno: quin potius vt obſti-
Herimannus natione vinceret, quod manu non poterat, Herimannum nouum ſibi regem conſtituit,
qui & ipſe nouo modo perĩt. Nam cum Saxones eum de terra ſua proturbarent, quicquid
illud fuerit, quod eis in illo diſplicuit, reuerſus in patriam ſuam, portans inane nomen regis
ad Herimannum Treuirenſem epiſcopum ſe contulit, quem etiam ad auſum ſentiendi contra regem inexpugnabilis munitionum firmitas impulerat. Quanta potentia regis, qui alendus fuerat, non ex ſuis, ſed ex opibus alienis? Quadam die cum iter ageret, incidit animo
ſuo iocus ille, vt ad caſtellum quo ituri erant, ſub ſpecie hoſtium ruerent, & quæ audacia,
quæ virtus animis defendentium ineſſet, tentarent: quàm mirabilem viam, quàm inopinã, F
ſæpe inuenit quod futurum eſt vt fiat? cumq; portam abſque clauſtris, & abſq; cuſtode repertam irrumperent: alĩs qui intus erant, raptis armis viriliter contra procurrentibus, alĩs
Herimannus rex occiditur a fęmina ictu lapidis latebras eneruiter quæritantibus, fœmina ſexu, fœmina non animo, quæ in turrim euaſerat, molarem in caput regis dimiſit: & ſic ille manu fœminea (vt mors eius turpior eſſet) occubuit: ſed vt hoc dedecus dealbarent, fœminæ factum in virilem perſonam ex compoſito
tranſtulerunt. Poſt hanc regum fortunam, in creatione regum diu hæſitatum eſt: & caſus
Ecbertus marchio. præteriti, metus erat futuri. Vicit tandem cupiditas, & Ecbertum Marchionem ad ambitũ
regni forti manu impulit, q tamen in morte ſero didicit, quod alter ex alterius dãnis iuſtrui
poſſit. Vrbs erat in Saxonia, quæ quia fortunam regis proſpero ire curſu videbat, in partes
eius ſe conuerterat, præſumens fiduciam, & ex loci ſui firmitate, & ex regia ſubuentione.
Ecbertus marchio. Quod indigne ferentes Saxonum proceres, vrbem obſidione vallabant. Marchio vero Ecbertus, qui ſpe potiundi regni intumuerat, vt ſe accommodaret, ad id quod affectabat, maiori ſuper omnes robore ad obſidionem illam ibat, præmiſſaq; multitudine, cum paucis
ipſe ſequebatur. Quem deuiantem à publica via, ne forte incideret in hoſtes (quis enim tam
potens, qui hoſte careat, aut qui hoſtiles inſidias non metuat) latens ſemita per quoddam ar
buſtum duxit. Quàm occulta iudicia tua deus, quàm miro ordine, & abſcondis quæ facturus es, & aperis quæ abſcondiſti? Iam meridianus ardor ſolis equos, equorumq; ſeſſores vrebat, & vt fit ſitim æſtus accendebat. Prętera, tã grauis ſopor feſſis obrepſit, vt colla ſomno
anguida penderent, & equi frenis nõ flexi liberã viam carperent. Haud procul in receſſu ſaltus, ſolitariũ molendinũ conſpexere, quo diuertẽtes, ſopori ſe dedere, miſſo interim molẽ-
dinario

A dinario, qui de villa potũ sitientibus afferret. Qui dum impositio scapulis suis vtre festinaret, aliquos scutatos ad prædictam obsidionem tendentes obuios habuit, qui erant occulte fideles regis, licet aduersæ partis. A quibus interrogatus, vnde prodiret, quo tenderet, cur tam anhelus properaret: ne sciẽs cælare quod sciebat, hospitem suum & causam itineris indicauit. Qui stupefacti, seu metu, seu potius gaudio, versantes inter se quid agerent, quid periculi, quidq; præmij, quid virtutis, quid laudis, quid fidelitatis inesset, si tam magnum hostem regis ferirent, occasionem illam non frustra sibi oblatam, maximam virtutem per maxima discrimina probari, incitatis alternatim animis, immissis equis, ad molendinũ properabant. Sed peruenerunt ante votis, quàm equis. Incepta est pugna, quæ diu dura fuit, & dubia, quia virtute pares, & numero congressi, hi pro laude, illi pro vita pugnabant. Regis tamen fortuna vicit, & hostis ferocissimus, non in acie, sed in molendino peremptus turpiter iacuit. Felix nimium es, & multi semper nominis mola, ad quam trahit homines nõ tam tuum volubile officium, quàm fama, quæ & molendo pugnã illam narras, & narrãdo molis. Sic ille conuentus procerum confusus, procinctum soluit, sic ab obsidione infecto negotio recessit. Itaq; res regis in altiorem & feliciorem statum se quotidie promouebant, aduersariorum autem eius deorsum vergebant, & omne eorum inceptum in turpem exitum desinebat. Cum ergo cernerent nullum se habere successum, nec in armis, nec in electione regum, iterum se conuitijs armauerunt, & eum apud Apostolicum prẽter alia multa, & nephanda criminati sunt, quod reges Christianissimos, quos ipsi non sine authoritate Apo-
B stolici creassent, ille ob crimen suum extorris à regno factus, occidisset, regnum sanguine vsurpasset, igne, præda, ferro, cuncta vastasset, & tyrannidem suam aduersus ecclesiam, & regnum omnibus modis exercuisset. Ad quorum criminationem apostolicus eum iterum Banno (vt ipsi iactabant) illigauit, sed nõ magni ponderis ille bannus habebatur, eo quod non rationis, sed arbitrij, non amoris, sed odij esse videretur. Cernens autem rex apostolicum ad hoc tendere, vt se regno priuaret, nec alia sui obedientia contentum, nisi vt regno renuntiaret, ex obedientia in rebellionem, ex humilitate in tumorem, relabi coactus, hoc apostolico facere parabat, quod apostolicus sibi faciendum intẽderat. Cessa (obsecro) rex gloriose, cessa ab hoc molimine, vt ecclesiasticum caput de suo culmine deijcias, & in reddenda iniuria te reum facias. Iniuriam pati felicitatis est, reddere criminis. Quærebat itaque rex causas & occasiones, qualiter eum eijceret, inuentumq; est eum Romanam sedem olim abiuratam insedisse, quam idcirco abiurauerit, quia ad eam dum archidiaconus esset, adhuc viuente domino suo, per ambitionem aspirare voluerit. Vtrum hæc vera sint, an falsa, parum comperi: alij asserebant, alij figmentum eẽ dicebant, vtrisq; Roma fuit in argumẽtum, ijs quod Roma mundi domina, nunquam pateretur talẽ nephas, illis quod ea cupiditatis ancilla, facile permitteret ob pretium oñe nephas. Mihi autem in medio res relinquẽda est, cum incerta, nec possim defendere, nec ausim affirmare. Igitur cum exercitu Romã pergebat, proterens in via, quicquid obstabat, oppida fregit, tumida pressit, ardua curuauit, factiones dissipauit. In cuius aduentu Roma persuasa, quæ debuerat honores, arma, tã-
C quam Pœnus Hannibal alpes transcendisset, parabat, & regi suo velut hosti portas præcludebat. Vnde rex iusta commotus indignatiõe, vrbem obsidione (qua res postulabat) occlusit, & qui sibi aditum, illis exitum negauit. Missi circumquaq;, qui castella frangerẽt, villas euerterent, bona diriperent, prouintiæq; nocuit foris, quod Roma se clauserat intus, foris bella, intus metus erat, vndiq; machinæ surgebant: hinc murũ aries pulsabat, inde miles scalis ascendere parabat. Contra, qui in vrbe erant tela, saxa, præustas sudes, ignemq; iactabant, interdum egressi cominus committebant, vtrinq; fortiter pugnatum est: hos causa, illos periculum fortes fecit. Quadam die, cum exercitus vterq; pugna, æstuq; fessus, circa meridiem sopori se dedisset, & nec speculator (vt fortuna voluit) vigilaret, vnus ex scutarijs propius ad murum, vt pila legeret, accessit: cumq; erectis & intẽtis auribus explorasset, intus neminem adesse (nam murũ & propugnacula vacua cernebat) adiutus & animi confidentia, & corporis leuitate manibus & pedibus sursum enitebatur, donec tandẽ muri summitatẽ apprehendit. Tum vero cũ iactatis circũquaq; oculis neminem videret, inter spem & metũ positus, toto corporis motu socijs innuebat, vixq; se à clamore cum tardius innuẽtem attenderent, abstinebat. Qui raptis armis, & scalis properantes, citius (vt aiunt) dicto murum superantes, captam vrbem sero defendentes interficiunt, capiũt, fugãt. Dedignabatur iam rex reclusum portarum aditum, vbi & sequens à præeunte tardaretur, & præcedens à sequente premeretur, sed in vltionẽ temerariæ præclusionis, iussit, vt fracto muro, tam latum sibi ingressum panderẽt, qua totus exercitus ęquato, iunctoq; latere se simul immergeret. Igitur vbiq; mors, vbiq; luctus erat. Roma contremuit, dũ impulsa turriũ altitudo corruit. Fugit Apostolicus, & q̃ omnes in periculũ impulerat, omnes in periculo deseruit. Tandẽ Romã præsumptiõis suæ pœnituit, & q̃ prius meruisse poterat, vt à rege donis honorare-

Iterũ accusat Hẽricus apũd Pont. Romanum.

Bannus.

Causa contra Hildebrandũ

Roma cupiditatis ancilla.

Roma obsidetur.

Roma capit.

Gregorius septimus

honoraretur, nunc ingenti pecunia apud regem vix obtinuit, ne tota subuerteretur. Mox D
sedatis omnibus, rex causam cur venisset in publicum protulit, quod de Apostolico crimen
Clemens papa. accepisset, retulit: multisq; hoc ita factũ confessis, Clementem papam ad electionem omnium instituit: à quo ipse communi omnium fauore consecratus, Imperator & patricius factus, Romæ se per aliquod tempus, dum omnia in solidam reformaret concordiam continuit. Nec prætereundum, quod & relatio fidelium personarum in Teutonicas oras diffamauit, & ipsa Roma asserit: Imperator consueuerat quoddam oratorium orationis causa frequentare, & nullum diem quin veniret, prætermittere. Elegerat autem sibi in eodem auditorio locum orationi familiarem, vbi tanto intentius, quanto secretius orationi vacaret.
Dolus Hanc eius consuetudinem, dum quidam prophanæ mentis attenderet, seu propria, seu potius aliena instimulatus nequitia, grande saxum sup trabem ad feriendum desup caput Imperatoris posuit, sublataq; de laqueari tabula, quæ caput Imperatoris recte despiciebat, mittendo ponderi foramen aperuit, demisso fune sæpe explorans, ne saxum in cadendo falleret. Postquam satis exploratum est, minister doli sursum in nocte scandens, desuper obseruabat, dum Imperator staret ad oradum in loco quo consueuerat. Tamen ille alieni auidus exitij, sed nescius sui, cum pondus in caput Imperatoris libraret (Imperator autem parum se de loco mouerat) cũ pondere infelix ipe, pondus illæso Imperatore cecidit. Per totã Romã cito res innotuit, & plebs quæ non facile sedari potest, dũ mota fuerit, inuito Imperatore semianime corpus p rupes, p saxa tractũ, in frusta discerpsit. Tum vero cuncti rem signo
non euentui assignãtes, fide & animis Imperatori deuinctiores facti sunt: & inimicũ consi- E
lium non solũ illi fideles firmauit, sed & multos ex inimicis fideles fecit: ficq; dum nocere studuit, profuit. Deniq; Imperator omnibus Romæ compositis, impositoq; vrbi præsidio, ne ei fidem mutaret, nouæ dignitatis apicem gerẽs in Teutonicum regnum reuersus ẽ. Sed nulla fortuna longa est: nam ij quos Imperator Romæ præsidium imposuerat, ægritudine correpti, quam & locus & tempus intulerat (erat enim æstas) ne vno qdem superstite mortui sunt. Tunc Roma iugo præsidij sublato, compos arbitrij sui facta, ad ingenium redijt, &
Roma Rebellat præsumptis aduersus Imperatorem armis, pulso Apostolico alium constituit. Nam ille prior Gregorius à vita decesserat. Quod vbi Imperatori compertum esset, iterum aduersus Ro
Gregorius sextus. mam exercitum promouit: sed in Italiam veniens cum legati à Roma pactum pacis ferentes occurrerent, & cum inimici moliminis fama sequeretur, relicto in Italia filio Conrado,
Conradus filius. iam tum regni sui hærede designato, regressus est, scilicet qui se grassanti Mathildi, & pene
Mathildis comitissa totam Italiam sibi vendicanti opponeret, & regnum quod futurum erat suum, de manu fœminæ tolleret. Quid facient inimici, cum insurgant in parentes ipsi filij? Vnde securitatem sibi quis promittat, cum nec ab eo tutus sit quem genuit? cessent iam connubia: nemo sibi optet hæredem. Hæres tuus erit hostis tuus. Nam non solum te domo tua, prædijsq; spoliat, sed & vita spoliare festinat. Filius Imperatoris, quem in Italia relictum à patre, & quam ob causam relictum diximus à Mathilde persuasus, (quem enim astutia fœminea non subuertat aut decipiat? iunctis inimicis patris, coronam sibi imposuit, regnum inuasit, profanauit ius, confudit ordinem, impugnauit naturam, quærebat patris sanguinem: quia non nisi sanguine patris regnare potuisset. Quod vbi ad hostes Imperatoris currens fama pertulit, exultabant, plaudebant, cantabant, laudabant factum filij, præcipue fœminam ducem facti. Mittebant propere legatos, qui stimulum animo noui regis adiicerent, & adde- F
rent oleum camino, qui pro se, sed contra se fidem & opem perpetuam iurarent: quanquã dudum se tam filio, quàm patri nunquam obtemperaturos coniurassent. Imperator autem ad hanc famam tametsi intus doluit, in grauitate tamen sua se foris tenuit, & non suam, sed filij fortunam conquestus est. Cum autem eum ab incepto reuocare non posset, non tam suam iniuriam vlcisci, quàm exemplum iniuriæ per vltionem tollere quærens, filium exhæredare & fratrem eius Henricum adhuc puerum in regnum promouere cogitabat. Igitur
Conradus ex hæditare multis procerum conuentibus habitis, Imperator super filio suo Conrado conquestus est, quia additus hostibus regnum inuasisset, & quod patrem non solum regno, sed & vita priuare conaretur, iniuriam suam publicam esse debere, vel si nullum ea mouerent, saltem hoc Reip. causa p̃starẽt, vt p vim neminẽ, & scelus regnare paterent: transferrent potius electionem in minorem filium suũ, quam iure maior amisisset. Pleriq; contra nitebant, magis vtẽtes ingenio, q̃ iusto & vero. Multi autem publico bono fauentes, sententiæ votoq; Imperatoris concordabant. Tandem omnibus in vnam sententiam coeuntibus, & concordi fauoreapprobantibus: Imperator minorem filium, inuasore prius ex decreto curiæ dijudicato
Cõradus moritur. hæredem regni sui constituit, à quo ne & ipse abiret in viam fratris sui iusiurandum accepit, videlicet, ne vnquàm se, vel de regno, vel de prædijs patris, eo viuente (nisi forte ex consensu ipsius) intromitteret. Iam tum murmur & metus erat, inter duos fratres intestina bella fore, magnamq; regni cladem futuram, sed qui omnia dispensat, hunc metũ letho ma-

A tho maioris filij ſuſtulit,& vt regnũ in vnam concordiam redire poſſet,occaſionem dedit. Quibus ita tranſactis,hoſtes Imperatoris detruncato totiens capite,non habentes cui adhærerẽt,pactione ſubacti,quod optimũ erat,in pacem bella,in domeſticam ſecuritatem, caſtra cõuerterũt. Igitur vt vbiq; pax & trãquillitas eẽt,cõuocatis ad curiam primatibus,pacem p totũ regnum ſub iuramẽto firmari fecit,& ad inhibẽda mala,quæ fiebãt, grauẽ pœnam in tranſgreſſores decreuit. Quod qdem pacis decretũ,quãtũ miſeris & bonis profuit, tantum puerſis & potentibus nocuit. Illis copiam,iſtis egeſtatem & famẽ intulit: nam qui in milites bona ſua diſtraxerant,vt multo milite ſtipati,procederent,& alijs armorum copia longe præſtarent,ij dum ſibi licentia rapinarum erepta eſt (vt pace ipſorum dictum ſit) egeſtate laborabant, cellaria eorum penuria & fames poſſidebat. Qui nuper ſpumeo ferebatur equo,contentus eẽ cœpit,vel ruſtico iumẽto,qui nuper nõ aliam veſtem quærebat,niſi quæ rubeo murice tincta arderet,bene ſecũ actũ aiebat,ſi nũc veſtem, quam natura ſuo colore tinxiſſet,haberet:gaudebat aurum non ſe iam in luto calcari,dum ferreis calcaribus inopia cogeret vti. Deniq; quicqd vanitatis, quicqd ſuperfluitatis corrupti mores intulerãt,totũ penuria magiſtra reſecabat. Oppida in ripis poſita,qbus prẽda nauium victum præbebat,nauta ſecurus eſuriente oppiduli præſide præteribat. Mira res,nec minus ridicula:alij iniurias ſuas iniurijs vindicant,Imperator ſuas pace vindicabat. Cum aũt dñi
B cum ſatellitibus ſuis p aliquos annos hac lege ſtringerent anxij,quod nõ liceret eis vti libertate puerſitatis ſuæ:itẽq; aduerſus Imperatorem murmur mouebant, itẽq; ſup eius factis ſiniſtrum rumorem ſeminabãt. Quid illud (rogo) eſt,quod admiſit? Nempe hoc erat, quod ſcelera prohibebat,quod pacẽ & iuſtitiam reuocabat,qd iam latro viam non obſedit, quod ſylua ſuas inſidias non occultauit,quod nautis,mercatoribusq; liberẽq; erat ſuã ire viã quod vetitis rapinis raptor eſuriebat. Cur(obſecro)vobis non aliunde,niſi ex rapto viuere placet? Reddite agris quos ex agro deputaſtis armis,coæquate numerũ ſatellitum ad menſuram facultatũ,recolligite prædia veſtra,quæ ſtulte ſparſiſtis,vt multos armatos haberetis,& redundabunt omnibus bonis horrea & cellaria veſtra,nec erit amplius neceſſe aliena tollere,cum quilibet ex proprio poſſit abundare. Sic fit,vt nec Imperator crimine denotetur,nec bellum in regno moueatur:ſic fit, vt & corpori ſatisfacere habeatis, & animas veſtras(quod feliciſſimum eſt)ſaluetis. Sed nihil ago,aſinum ad lyram voco,conſuetudo mala,aut nunquam,aut vix tollitur. Igitur aſſueti rapinis,vt occaſionem repetendæ conſuetudinis inuenirent,mouendis itẽq; bellis animum intendebant,itẽq; æmulum Imperatoris reperire quærebãt. Ad quã rem filium eius maxime idoneum exiſtimabant, itaq; vt ſuggeſtioni locum inuenirent,quæ prima decipiendi lenocinia erant, frequenter eum venatum ſecum abducebant,conuiuioq; illecebris ineſcabãt,iocis in diſſolutionem animi mulcebãt, & ad pleraq; facienda,quæ adoleſcẽtia ſuadet ſecum trahebãt. Deniq; (vt fit)inter adoleſcentes quodam ſodalitatis glutino vincti ſunt, vt etiam fidem, dexteramq; mutuis ſacra-
C mentis darent. Cum ergo eum multis dolis irretitum decipi poſſe conſiderarent, quadam die inter alia tanquam ex obliquo patrem eius in mẽtionem adducebãt: ſe mirari quod tã durum patrem pati poſſet:nihil eum à ſeruo differre,cũ omnia quæ ſerui ſunt,toleraret:patrem eius ſenem eſſe,& moderandis regni habenis inualidum,ſi inueſtituram regni vſque ad obitum eius differret,haud dubium quin alter illud ſibi præriperet,illum multos fautores habituq; propter inuidiam & odium patris ſui,ſe autem omnium vota in ſe transferre, ſi non cunctaret ſuſcepti regni gubernacula poſſidere,maxime cum patrem eius excommunicatum,& eccleſia dudum abiecerit,& proceres regni reprobauerint: nec ſibi obſeruandum,quod incaute iurauerit,imo tum demum ſe ſanctificaſſe,ſi iuramentum excommunicato iuratum irritum faceret. Pater vero de filio nihil mali ſuſpicatus,familiaritatem eius cum maioribus regni probauit,ſperans eos ſibi poſtmodum tanto fidelius & validius auxilium ad obtinendum regnum laturos,quanto prius inuicem in amore magis coaluiſſent. Quid multa? ſtatim illectus,& abſtractus à concupiſcentia, malignæ ſuggeſtioni (vt ſemper ſeductilis eſt adoleſcentia)nec voto defuit, nec facto. Igitur filius Imperatoris obſeruans tempus recedendi à patre,quando id maximo patris incommodo fieret,euntem illum cum exercitu contra quoſdam Saxonum rebelles,qui per legatos obuiam Imperatori miſſos,pactioni inſiſtebant,repente abſtractis ab eo multis,deſeruit,proculdubio deſerendus ab ijs qui ſibi,vt deſertor fieret,perſuaſerunt. Miſſis imperator poſt eum legatis,tã lachrymis,quàm mandatis reuocauit, obteſtans eum ne ſenem patrem contriſtaret, imo ne patrem omnium offenderet, ne ſe ſputis hominum exponeret, ne ſe fabulam mundo faceret. Inſuper meminiſſet,qua ſe ſibi cautione obligaſſet: hoſtes eſſe, non amicos: inſidiatores,non conſiliatores, qui ſibi talia ſuggeſſiſſent. Ille prorſus abnuit, & ſe non vlterius ſecum partem habiturum (quia excommunicatus eſſet)aſſeruit. Ita ſub ſpecie cauſæ dei,ſuam cauſam egit. Illico Bauariam,Sueuiam,Saxoniam percurrit,proceres conuenit,

Pax exoſa mi litibus.

Corruptela principis

Henrici filius cõtra patrem a quibuſdam animatur

attraxit

attraxit omnes (vt sunt ingenia nouarum rerum cupida) & subintrauit in regiam potestatem tanquam sepelijsset patrem. Mox castellum Norinberch minax obsedit, vbi quanta virtute pugnatũ sit, clades vtriusque partis argumento fuit. Sed obsessis quanto minus spei, tanto plus animi inerat: & nisi imperator sceleri parcens, castellum tradere præcepisset, adhuc ibi cassa obsidione laboraret: excepto, si sola fames (quæ cuncta expugnat) illud nõ expugnaret. Ecce quanta pietas patris! Reddidit contra filij factũ paternitatis affectum: non attendit iniuriam, sed naturam. Maluit oppidum tradi, quàm filij discrimine liberari: maluit eius iniurias tolerare, quàm vindicare. Igitur oppidani oblata qualem vellent pactione oppidum tradiderunt: dimisso q̃ exercitu rex Ratisponam se contulit, vt eam dum adhuc ancipiti penderet animo, stabilem sibi, fixa q̃ fide immobilem faceret. Quod vbi comperit Imperator (sedit enim tunc in vrbe Vvyrtziburgensi) reputans filium, vel in itinere, vel in vrbe comprehendi posse: tam præcipiti, tam q̃ tacito cursu eius vestigia sequebatur, vt iter eius non ante, donec non modica turba suorum transito Danubio ad vrbem immissis equis ruerent, præsciretur. Obstupefactus filius ad tam subitam & inopinatam rem, ex vrbe profugit. Cur fugis non fugiendum? Cur fugis patrem tuum? sequitur te, non persequitur: sequitur (inquam) non vt hostis, sed vt pater: non vt perdat, sed vt seruet: sequitur vt turbatã ex te Rempublicam in quietum statum restituat, & tuis rebus in futurum prospiciat. Missis ilico rex nuntijs per Bauariam, & Sueuiam, sparsum exercitum recollegit: quæ res Imperatorem cogeret: vt & ipse exercitum, coegit. Igitur exercitus vterq; ad fluuium (cui Regino nomen) se sibi oppositum: hinc pater, inde filius: hinc pietas, inde furor, consedit. Cum q̃ potentiores vtriusque partis taquam tanti dissidij meditaores conuenirent, qui ex parte Imperatoris erãt, psuasibilibus illecti verbis, & multis magnis q̃ pollicitatiõibus attracti, erga Imperatorem in fide frigebãt: & nisi domesticam fraudem præsensisset, solus cum paucis periculo relictus esset. Igitur quod faciendum fuit, sceleri fortunæ q̃ cedendum putauit, & ad similitudinem Dauid, ne filius paricida fieret, fugit. Quàm mirabiliter gratia dei operatur, quàm euidenti signo nos docet, si doceri vellemus, si cæcum cor non haberemus. Cogitans Imperator, quod inimici sui hac, qua venerant persequerentur eũ, ad ducem Bohœmiæ diuertit: qui quamuis eum nuper in arto non bene reliquisset, cum magno tamen honore suscepit, & vsque in Saxoniam deduxit: vbi quamuis infestos & fortes inimicos haberet, per eos tamen & ab eis vsq; ad Rhenum honorifice deductus est. Vnde hoc? nisi quod manus domini erat cum eo, & inuisibilem ducem habebat, qui eum securum per tela, per hostes ducebat. Hoc miraculo monitus es ô fili Imperatoris, si moneri posses, vt discerres venerari patrem tuum, non persequi, quem venerati sunt, cum in manus eorum venisset etiam inimici. Sed durius moneberis, cum ex hac tam leni admonitione non corrigaris. Cum autem Imperatoris fuga cognita esset, euentus ille multos ab eo seduxit: multum q̃ rebus filij sui accedere, suis autem decedere fecit. Continuo rex, vt fauentem sibi fortunam vrgeret, curiam Moguntinam ad natale domini indixit, inuitauit proceres, accersiuit multos, vt cunctis innotesceret, quia dominus rerum esse vellet. Ad quã curiam etiam Imperator conuocatis necessarijs suis, venire disposuit, volens in ratione ponere recte ne secum an secus actũ esset. Quod cum agnouissent aduersarij eius, metuentes sibi & causæ suæ si veniret ille, tam armatus multitudine, quàm ratione, hanc fraudem regi suggerebant, vt obuius patri sumpto valde pœnitentis vultu culpam fateretur, & gratiam expeteret, dolere se, quod malignæ suggestioni consensisset, paratum se ad omnem satisfactionem, dum gratiam inueniret. Et si sic occasionem fraudis inuenire posset, vteretur illa: sin autem non, fraus ipsa pro fide, simulatio teneretur pro veritate. Hac instructus arte, cum venisset ad patrem, pater credulus verbis, & lachrymis filij, irruit super collum eius, flens & deosculans eum, gauisus instar illius euangelici patris reuixisse filium, qui mortuus erat, & inuentũ, qui perierat. Quid multa? condonauit filio, tam pœnam, quàm culpã: & hoc fuit illi iniuriã filij vindicasse, paterna lenitate filium corripuisse, iuxta illud Comici: Pro magno peccato filij, paululum supplicij satis est patri. Post hæc patrem, sicut ficta pœnitudine, sic & consilio fefellit, suggerens ei, quẽadmodũ sibi suggestũ fuerat vt dimissa tanta multitudine ad curiã ambo mediocri copia venirẽt: nihil esse cum ipsi coijssent in concordiam quod illi resistere, vastari oñia si pergerent ea copia. Placuit consilium patri: bonum quidem si fraudulentum non fuisset. Dimissaq; multitudine, non plus, quàm trecentis viris ad curiam filio comite pgebat. Ventum est ad nocturnã mansionẽ, ibi se filius obsequio patris totum impendebat, ibi se pater cum filio mirum in modum per totam illam noctem oblectabat, colloquebatur, colludebat, amplexabatur, osculabatur, auidus recompensare damnum oblectationis diu intermissæ: sed nescius illam oblectatiõis noctem vltimam esse. Mirum, fraudem vim q̃, tam ordinatam fortunam habuisse. Postera nanq; die, cum appropinquarent Moguntiæ, venit nuntius subornatus, qui diceret Bauarios & Sueuos cum ingenti multitudine Moguntiam

venisse

Norinbergẽses obsessi, fortiter se defendunt

Ratisbona.

Regino fluuius.

Dux Bohœmiæ.

D

E

F

A veniſſe: tunc filius ſuggeſſit Imperatori, non eſſe tutũ venire in medios hoſtes, niſi prætentatis eorũ animis: audaciam hominũ nullis regi frenis: diuerteret potius ad caſtellum quod iuxta erat, dum ipſe conueniret eos, & à ſententia incepti deduceret, & ad eum ob requirendã eius gratiam, ſecũ adduceret. Fecit Imperator vt filius ſuggeſſerat: diuertit ad caſtellum, non cernens laqueum doli, quem texerat pulchra ſpecies mendacis fidei. Cum autem Imperator cũ paucis intraſſet, occluſa porta, fidelibus eius aditus negabatur, detectaq; frau de qui receptus eſt vt dominus, tentus eſt ibi vt captiuus. Itaq; appoſitis patri cuſtodibus, cũ hoc fraudis triumpho, ad Moguntinã curiam reuerſus, tanquã rem virtutis egiſſet, cũ magna iactantia retulit, quo ingenio patrem cõprehendiſſet. Tum vero curia plauſu, lætitiaq; reſonabat: & nephas iuſtitiæ, fraudem virtuti aſcribebãt. Statim miſſo Legato, patri mandauit, vt ſi vitam ſeruare vellet, abſq; mora ſibi crucem, coronã, & lanceam, cæteraq; regalia tranſmitteret: & munitiones quas firmiſſimas tenebat, in manũ eius tranſferret. Nec ille cunctabatur omnia quæ iuſſus eſt facere, nec imperium pluris habebat quàm ſe. Sed non in hoc ſatiſſeciſſe videbatur, niſi & ipſe corã veniret, & in conſpectu omnium, imperio renuntiaret. Venit ergo non ſuæ poteſtatis, ſed in cõprehenſione adductus: ſolus corã eis, qui dudũ coram ſe ſteterant, ſtetit: nec rationis libertatẽ habens, vt captiui fortuna poſtulabat, loquebatur. Inquiſitus deſpontanea imperij renuntiatione, non quod voluntas habuit, ſed quod neceſſitas coegit reſpondit: ſe videlicet imperio renuntiare, non vi coactũ, ſed propria voluntate inductũ, ſibi iam defeciſſe vires ad moderandas regni habenas, non ſe eius iam cupiditate teneri, quod longo vſu didiciſſet, habere plus moleſtiæ, q̃ Henricus capitur a filio.

B gloriæ: tempus eſſe, vt honore cũ onere diſpoſito prouideret animæ ſuæ: tantũ filius ſuus caueret, ne quid tale faceret in ſe, quod indignũ eſſet, & illum facere, & ſe pati. Multos & oratio Imperatoris, & fortuna ad gemitus, & lachrymas cõmouit: filium autẽ ad miſerationẽ, nec ipſa natura mouere potuit. Et cũ caderet ad pedes filij, orãs, vt recogitaret in ſe ſaltẽ ius naturæ, nec vultum, nec animũ ad patrem reflexit: cũ ipſe potius ad patrios pedes aduolui debuiſſet, eo quod illi regnũ (cuius hæres ab ipſo deſignatus fuerat) impatiens moræ præripuiſſet. Præterea veniã precabat ab oĩbus, q̃s vnquã iniuſte læſiſſet: ſed & pedibus Apoſtolici Legati aduoluitur, orans & obſecrans, vt ſe à banno ſolueret, & cõmunioni eccleſiæ redderet. Laici miſericordia cõmoti, veniam dabant: Legatus autẽ domini Apoſtolici, abſolutionẽ negabat, aſſerens non hoc ſuæ poteſtatis eſſe, oportere ab ipſo Apoſtolico abſolutionis gratiam eũ expectare. Quid multa? abrenuntiata imperiali dignitate, priuatus diſceſſit, & ad quandã ciuitatem, quã filius victui illius permiſerat, receſſit. Quàm impotens potentia mundi, q̃ incerta, q̃ inſtabilis? ſed nec potẽtia dicenda eſt, quæ ad omnia q̃ vult, efficax non eſt: & quam qui aſſequitur, amittere poteſt. His ita tranſactis, finitaq; curia, rex ſuperiores Rheni regiones & vrbes pertranſit: & (vt res poſtulabat) hos beneficio, illos iniuria ſibi ſubiecit. Cum autẽ intraſſet Alſatiam, ibi fortuna eius aliquantulũ hæſit, ibi pugnã tam infelici euentu, q̃ imprudenti geſſit incepto. Nam cũ in villa Rufach, quæ mulLegatus apoſtolicus.

C titudine præualet & armis, ſatellites eius ſuperbe graſſarentur, frequentia ciuium iniuriam prohibebat: nec eĩ dum iniuria modũ excederet, patiens eſſe poterat. Audito tumultu, rex properabat: non vt iniuriam prohiberet, ſed iuuaret: non vt pugnã ſedaret, ſed amplius cõmoueret. Quæ res totius villæ turbã exciuit: ruit irreuocabile vulgus, fœmina cum viro, ſeruus cũ domino, ignauus cũ forti: & vt plerunq; fit, animũ iniuria miniſtrauit. Incepta pugna, incepta eſt fuga: nam qui regiæ partis erant, cũ viderent impetũ furentis turbæ, & rem in arto ſitam, conſiderãtes in virtute ſua cladẽ, in ſola fuga ſalutẽ, qui poterant, fuga vitam ſeruabant. O infelicem euentũ, ò dedecus regni: fugiente rege, regalia inſignia vulRufach in Alſatia.

gi præda facta ſunt. Reſipiſce tandem rex bone reſipiſce, & ſupernã iram in hac ſorte tua recognoſce. Iudicium iræ dei eſt, vt fugeres, qui patrem fugaſti & inſignia perderes, quæ patri abſtuliſti. Sed his poſtea receptis, interueniente pacto pacis & gratia veniæ, & regẽ ſententiam mutare fecit altũ vulnus iniuriæ, vt maiori robore collecto, villam incendio, prædaq; vaſtaret, & in homines loci illius indiſcreta cæde ſæuiret. Sed quod in ſe fortuna tantũ auſa eſt ex patris conſilio prodiſſe ſuſpicatus, nouas iniurias q̃ cogitationes in eum cogitare cœpit: & ne ſibi eſſet obſtaculi materia, vel ad cõprehenſionem eius, vel ad expulſionem animũ intendit. Itaq; Leodij vbi eum fidem & fortunæ ſuæ receptaculũ inueniſſe audierat, paſcha ſibi celebrandũ ſtatuit: vt & ipſum, ſi fieri poſſet, comprehenderet, & ab epiſcopo, qui ſui honoris æmulũ recepiſſet iniuriã expoſtularet. Cumq; pater vidiſſet, q̃ filius Leodij paſcha celebrandũ ſtatuiſſet, legationẽ ad eũ in hunc modũ direxit: Si interrogente fili dulciſſime, Traditio hominũ an mandatũ dei præſtantius, magis tenendũ ſit, reſpondebis, niſi à vero deductus ſis, ſimilem eſſe iumentis, qui cœleſtia terrenis, humanis diuina non præferat. Cur ergo magis audis eos, qui tibi ſuggerunt, perſequere patrẽ tuum, quàm verbũ ipſius dei, Honora patrem tuum? Iſti te decipiunt, non inſtruunt: iſti honori tuo nõ Rubeacenſes Henrico inſignia regalia abſtulerunt

Rubeacũ diripitur & incenditur.

Leodium.

prouident, sed inuident: isti sub specie fidei, perfidiæ laqueos nectunt: non aliter peruenire D
potuerunt ad destructionem honoris tui, nisi per destructionem nostri. Fuerit sane, vt pec
catis meis exigentibus (quæ sententia aduersariorum meorum est) abiecerit me deus, ne re-
gnem. Attamen tuum non erat in abiectionem meam operã dedisse: & regnum quod ti-
bi paraueram, mihi præripuisse, Barbara regna tam inhumanũ facinus damnant, & deuo-
uent: ipsi pagani abhorrent, & qui deum nesciunt, quid in diligendis hominibus naturæ
debeant, recognoscunt. Sed quid mirum, si maligna surreptio seductilem & immaturam
ætatem decepit, cũ etiam senes, & fixum animi statum, ad malum, mala consilia nonnun-
quam inflectant? Fortuna mea alieni potius, quàm tui sceleris est. Nam tu in manibus sua-
dentium eras, non illi in tuis. Si autem iniuriam addideris, non iam excusari poteris: cum
& factam, crimen esse scias, & infectam non facere queas. Audiui enim quod pascha Leo-
dij celebrandum decreueris: quo in loco fides & pietas episcopi me recepit, cum non esset
qui vel beneficiorum nostrorum recordaretur, vel fortunæ compateretur: cuius profecto
beneficijs in me te decet regia liberalitate respondere: tantoq; certior de eius fide poteris
esse, quanto fidelius erga nos probatur egisse. Hic nisi te forte domo receperit, me secum in
festiuitate paschali retinendũ decreuit. At dicis dignum & conueniens esse, vt ea festiuitas
nos iungat potius, quàm diuidat: te velle, te cupere, vt ibi tecum agam dies paschalis læti-
tiæ: quod quidem & ego admodum cuperem, si non esset quod timerem. Neq; enim non
possum non timere eos, quos mihi vitam permisisse pœnitet, dum in manibus eorũ mors
& vita mea fuisset. Omnia mihi suspecta sunt, omnia timenda sunt, maxime in turba, vbi E
tanto difficilior est periculi cautio, quanto maior sceleris occasio. Inde est, quod ex medio
eorum, qui me oderunt, longe recessi, & in extremis regni tui finibus me contraxi: vt vel se
cessu loci tutus sim, vel si fortuna mea postulauerit extraneam humanitatem expetere, ci-
tius regno tuo cedere possim. Precor ergo, vt causa patris tui, paschalem curiam alibi dis-
ponas, & in domo eius qui me humanitatis gratia recepit, cum non liceat Imperatorem,
saltem hospitem esse sinas: ne vel in meum ludibrium, vel in tuum opprobrium narretur,
quod in solennitate dominicæ resurrectionis incerta hospitia fortuna mea quærere coga-
tur. Si feceris quod postulo, maximas grates habeo: sin autem non, malo villicus esse in ex-
trernis regnis, quàm ludibrio haberi in regnis quondam meis. Hanc legationem patris au-
re surda filius audiuit, nec à sententia sua deduci potuit. Quam ob rem, cum iam instante
pascha, pater recedere vellet, episcopus & Henricus dux (qui & ipse ab episcopo fuerat in-
uitatus) eum recedere prohibebant: non se posse pati, vt in tanta festiuitate pulsus, è tectis
hominũ syluas peteret, latebrasq; ferarũ: illum quidem absq; causa destitutum imperio,
sed non amicorũ obsequio: q; pace frui permitterentur, nihil se magis quàm pacem vellet: si
sin autem res armis agenda sit, arma sibi non defore. Ille vero ne eis materia cladis esset, ce-
dere quàm manere vtilius asserens, tandẽ eis cum importunius instarent, consensit: & vt
postulabant, mansit. Iamq; multus equitatus faciem regis longe præcedens ad pontem
fluuij, qui vocatur Mosa, venerat: & alterius ripæ crepidinem filius prædicti ducis cũ pau-
Mosa. cis occupat. Nam turbam armatorũ non longe per opportuna loca in insidijs locauerat,
Qui vt pugnam prouocaret, nunc equũ in rectam cursus lineam immisit, nunc in orbes fle
xit & reflexit: & si pares numero confligere secum auderent, inquisiuit. Nec mora, transie
runt ad eos totidem ex parte regis, mixtiq; intra se vario reflexu, nunc pugnã inferebant, F
nunc fugam agitabant. Interim vnus & alter transito ponte, sociorum numerum latenter
auxit, & rupto certaminis pacto, ex æquali inæqualem fecit. Quod videns filius ducis, ter-
ga cũ suis vertit, non tam vt fugeret, quàm vt falleret: nec tam vt fugientes periculum vita
ret, quàm vt sequentes in periculum deduceret. Hi autem, qui ex aduersa ripa erant, visa fu-
ga, præcipiti cursu pontem transeuntes, fugientes persequebantur, ignari futuræ sortis &
fraudis quæ latebat. Postquam autem ventũ est ad locũ vbi dispositæ fuerant insidiæ, exut
gentes de insidijs impetu magno in persequentes ferebantur. Illi autẽ inopino territi pe-
riculo, metuq; turbante nil rationis in armis habentes, in fugã se retorserũt. Sed quid pro-
fuit auertisse pectora, & vulneribus terga dedisse? Itaq; multi capti, multi truncati, multi
occisi sunt: victorq; cruentus non alium modũ sceleris habebat, nisi quem fastidium facie
bat. Ad pontem vero vbi fugax multitudo se coartauerat, tanto plus sceleris impia ma-
nus peregit, quanto minus constipata turba se mouere potuit. Sed multo plures fluuius ab
sorbuit, quàm ensis hausit: nam cũ hostis à tergo premeret, impellente metu in fluuium se p
cipitabant, & attoniti, confusiq;, de morte in mortem ruebant. Erat ibi cernere, & aliam
miseriam vel maximã, cum pons multitudine prægrauatus repente corruit, & fluuius ho-
mines, equosq; pariter inuoluit. Nulli locus erat euadendi, nulli profuit ingeniũ natandi:
nam aut armorũ pondere, aut inhærentium connexione fatigatus, in profundũ trahebā-
tur. Quod malũ (vt scelestius esset) in ipsa die parasceue cõtigit, creuitq; magnitudo sceleris

exre-

A ex reuerentia temporis. His itaq; transactis, rex iter Coloniam conuertit: sed cũ illa quoq; aditum sibi præclusisset, in villa, quæ dicitur Bonna, dominica tantũ paschæ peracta, Moguntiam festinus rediit: & sparsis vbiq; legatis, querimoniam ad proceres in hunc modũ direxit. Si per inuasionem regnũ occupassem, tamen resistentes potestati nostræ retunderem inquantũ possem. Nunc autem cũ in sumpta regni dignitate vestris paruerim præceptis, ausus est quisquã impune in publicam contumeliam regnũ, & nos armis vexare? Cũ enim Leodium ituri, vbi nobis curia paschalis habenda fuerat, ad fluuium Mosam venissemus, Episcopus Leodiensis & dux Henricus, de quorũ fide & obsequij deuotione multũ præsumebamus, nobis latenter insidias posuerant, & nostros inscios & ad pugnã imparatos cædebant, capiebant, fugabant: quæ & quanta clades ibi acciderit, tam pudet referre, quàm inultũ dimittere. Igitur constrictus & euentus asperitate, & temporis articulo Coloniam diuerti, quæ cũ me recipere satis superbe refutaret, apud villam Bonnam sanctum Bonna. diem paschæ vtcunq; peregi. Cui vnquã regiæ personæ tanta contumelia facta est? Nec solum me petit hæc contumelia, vos despecti estis, isti præsumptores decreta vestra authoritatem habere nolunt: sua tantum statuta firma esse volunt. Deniq; in quos totum regni pondus se reclinet haberi cupiunt. Regem quẽ constituistis, destituere parant, vt nihil eorũ, quæ vos decernitis ratum fit. Igitur hæc iniuria mea regni potius est, quàm mea. Nã vnius capitis licet summi deiectio, reparabile regni damnũ est. Principum autẽ conculcatio, ruina regni est. An hæc impune feremus? & ex ignobili patientia nostra, magis tumebit eorũ superbia. Absit, vt qui dicimur inhonorati, dicamur & inulti. Pauca dixisse sat est: desides animi prolixæ cohortationis stimulo opus habent, causa magis ad incitamentum facit, quàm verba. Quia igitur contra tam superbos hostes R. P. viribus vtendũ est, expeditionem vobis & rogando præcipimus, & præcipiendo rogamus. Cuius collectioni &
B tempus, Calendas Iulias, & locum Wirtziburgensem vrbẽ præfinimus. Cum ergo audisset Henricus dux & Colonienses cũ Leodiensibus, quod super se rex exercitũ ducere vellet, arma parabant, copias colligebant, vrbes firmabant, & ad resistendum pari voto, studioq; se accingebant. Sed & Imperatorem consilijs & precibus vrgebant, vt imperialem dignitatem, quã non ratione conuictus, sed vi, ferroq; mortem intentante coactus dimisisset, resumeret: se sibi nec armis defore, nec animis: multos illum in breui fautores habiturum, quia multi multũ abominarentur tam insolitũ facinus & inhumanũ. Quorũ importunitati hac ille ratione reniti cœpit: impossibile esse amissum imperium armis repetere, qd possessum armis retinere nequiuisset: illud sibi non esse tanti, vt multorũ exitio recipiendũ existimaret: beatius sibi & tutius fore, vt priuatus licet indigne deiectus viueret. Sic vtrinq; data, redditaq; ratione, cũ instare non desinerent, ne benignitatem circa se remoueret à se, nec ad integrũ consensit, nec abnuit: prouidusq; futuri, præcipites eorũ animos spe dubia suspendit. Igitur primo Coloniam, quæ primũ impetũ latura fuerat, vallo, turribusq; muniebant: & congestis belli stipendijs, impositoq; præsidio, periculũ suum fortibus animis
C expectabant. Sic & alias vrbes quas inuadendas credebant, munitione, machinis, & robore militũ firmabant: sed & edictũ sub cõminatione crudeli vbiq; spargebant, vt aduersus exercitũ in magna superbia super se venturos parati essent, & patriam, libertatẽ, vitamq; defenderent, neu sinerent vxores suas corruptionis ludibrio substerni, vel agros in alienos dominos distrahi. Iam rex Rhenũ cum exercitu valido transierat, & primo Coloniam, quæ quasi caput inter alias vrbes eminebat, magno impetu inuasit: reputans se sibi membra facilius subijcere contrito tam valido capite. Sed res longe præter spem euenit: nam cruenta repulsa retroacti procul locatis castris, vrbẽ obsidione vallabant. Magis autẽ dixerim obsessores ab obsessis obsessos: nam præreptis sibi nauibus quæ per Rhenum descendentes exercitui commeatũ portabant, premente fame quasi quadam obsidione constricti laborabant. Interim vt vrbẽ ab obsidione liberarent, totius patriæ robur vndiq; coibat. Sed imperator tam cruentũ facinus detestatus, pugnã obnixe dissuadebat: cur eis tantus ardor pelendæ obsidionis inesset, quæ non nisi magna sui clade pelli posset: tollerent omnẽ solicitudinem capiendæ vrbis, quæ & ex firmitate murorũ, & ex forti milite tutissima, & omni victus genere esset opulentissima, accedente & Rheni beneficio, qui per naues delitias quas appeterent, inuito obsessore subministraret: finerent potius eos in cladem suã furere, & inexpugnabilem vrbẽ, vnde vulnera tantũ, cæsosq; reportarent, impugnare: finerent eos late vastare, dum ruris copia consumpta esurie inciperent: finerent eos grassari, dum equos, viros labor eneruaret: fore vt victoria sibi paruo constaret, si paululum tolerantia & opportunitate temporis vti voluissent. Sic Imperatoris hortatu à pugna reuocati, hostiles tantum excursus obseruabant, & ignaros loci passim cædentes, metum hosti ne longius euagaretur, incutiebant. Omnia vero quæ prædixerat Imperator euenerunt. Quoties ẽm tentabant portas infringere, ariete murum perrumpere, tormẽtis turres deijcere, infecto

negotio vulnera tantum,& funera ad castra reportabant:homines & equi exhausti, tam D
alimentorum penuria,quàm laboris improbitate viribus deficiebant:nam agris in circuitu vastatis,nihil reperiebant:sed hæc vlterius progredi,latitante in insidijs hoste,præsume
Morbus. bant. Accessit his malis etiam morbus,quẽ fœtor castrorum(vt fieri solet)aere vitiato cõcitauerat,qui non solũ vulgus,sed etiam ipsos principes,aut ægritudine confecit,aut letho rapuit.Huiusmodi rerum aduersitate fatigati,quid acturi essent ambigebant,quia volentes mori,occasionem pugnæ non inueniebant:aut si reditum pararent,certi quod hostis à
Henricus pater moritur. tergo premeret,exercitũ suum fuga spargendum metuebant. Qua tempestate mentis dũ fluctuarent, subito fama veniens, nubila tantæ perturbationis in serenum conuertit. Retulit enim Imperatorem mortis debitum persoluisse:ad quam famã primo hæsitabant.Sed cũ nuntius extremum munus patris,annulum videlicet & gladium cum mandatis filio portans venisset,tanta lætitia oborta est,vt voces gratulantium minime sedari possent.Sed nõ minor luctus circa funus Imperatoris erat:proceres plangebant,vulgus lamentabat,vbiq; gemitus,vbiq; planctus,vbiq; vox dolentium audiebatur:ad exequias illas,viduæ, pupilli,deniq; totius patriæ pauperes conueniunt,deflent se orbatos patre,fundunt in corpus lachrymas,deosculantur largas manus,vix auellebantur ab amplexu extincti corporis,vix illud copia condendi dabatur.Sed nec tumulũ deserebant,ibi vigilijs,lachrymis,& orationibus vacabant,plangendo recitantes,& recitando plangentes,quæ nam opera misericordiæ fecisset in se.Quanquam mors eius plangenda non fuit,quam bona vita præcessit,qui E
Confessio. fidem rectam,spem firmã,compunctionem cordis amaram in extremis suis tenuit,quem nec de pudendis admissis publicam agere confessionẽ puduit:qui tota cordis auiditate dominici corporis cibum sumpsit. Felix es Imperator Henrice,qui tales excubias, tales intercessores tibi parasti, qui nunc multipliciter auctum de manu domini recipis, quod in manus pauperum abscondisti: turbulentum regnum pro tranquillo,defectiuum pro æterno,terrenũ pro cœlesti mutasti.Nunc demũ regnas,nunc diadema portas,quod tibi nec hæres tuus præripiat,nec aduersarius inuideat.Ergo continendæ sunt lachrymæ,si cõtineri possunt.Huic tuæ felicitati debetur tripudium, non luctus:exultatio,non planctus: voces gratulantium,non dolentium.Post hunc rerũ euentum,hi qui contra regiam maiestatem bellũ susceperant,mortua spe sua,animis & viribus deficiebant:& quod in illo rerũ articulo faciendum fuit,ad gratiam regis deditione, pecunia,quoq; modo quisque poterat, recurrebant.

¶Ecce habes de gestis,de expensis in pauperes,de fortuna,de obitu Imperatoris Henrici,quæ sicut non poterant absq; lachrymis à me scribi,sic non poterunt absq; lachrymis à te legi.

¶Vitæ Henrici quarti Cæsaris Augusti,finis.

EPISTOLAE ALIQVOT F

HENRICI QVARTI CAESARIS AVGVSTI,

ad Pontificem Romanum,& alios principes.

¶Henricus dei gratia rex,Annoni Colonienſi Archiepiscopo, gratiam,salutem,dilectionem.



IN MAXIMIS NEGOTIIS, MAXIMIS MAximorum opus est consilijs, qui & facultatem habeant exterius,& voluntate non careant interius,vt rei cui bene cupiunt, bene consulere & velint & possint.Quia in cuiuslibet rei profectu,nec facultas sine voluntate,nec voluntas sine facultate proderit,quod vtrunq; tu fidelissime(vt arbitramur) æqualiter possides,vel(vt verius dicamus) licet maximo tibi maxima nõ desit facultas,maior tamen adhuc maxima facultate(si te bene nouimus,si fidem tuam diligenter notauimus) in nostram & regni

A regni vtilitatem tibi exuberat voluntas: de præteritis enim fideliter exhibitis, in futuris creſcit ſpes fidelius exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimus, ne ſpes noſtra maior ſit fide tua: quia de nullius regni principum vel epiſcoporum fidelitate, quàm de tua, maiora ſperamus: ſicut hactenus non modo in præteritarum rerum exhibitione, verum etiam in ſperandarum promiſſione tua gauiſi ſumus. Adſit igitur hoc in tempore opportuno tua cum facultate voluntas, quam non modo noſtra, verum & omnium epiſcoporum, fratrumq; tuorum, imò totius oppreſſæ eccleſiæ exoptat neceſſitas. Non etiam hanc oppreſſionem ignoras, tantum vide, ne oppreſſæ te eccleſiæ ſubtrahas, ſed regno & ſacerdotio condoleas: quo vtroque ſicut hucuſque eccleſia eſt exaltata, ita nunc heu humiliatur viduata. Nam vnus dum vtrunque ſibi vendicauit, vtrunque diſſipauit: nec in vno profuit, qui in neutro prodeſſe voluit, nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, accipe quem dicimus, Hildebrandum ſcilicet, monachum habitu quidem, dictum apoſtolicum: non paſtoris cura, ſed inuaſoris violentia, apoſtolicæ ſedi præſidentem, & de ſede pacis catholicæ, pacis vnitæ vincula diſſipantem, vt tibimet in promptu eſt ſcire. Vt enim de pluribus pauca referamus: regnum ac ſacerdotium deo neſciente ſibi vſurpauit: in quo piam dei ordinationem contempſit, quæ non in vno, ſed in duobus duo, id eſt regnum & ſacerdotium principaliter conſiſtere voluit: ſicut ipſe dominus ſaluator in paſſione ſua, de duorum gladiorum ſufficientia typica intelligi innuit. Cui cum diceretur: Ecce domine, duo gladij hic? Reſpondit: Satis eſt, ſignificans hac ſufficienti dualitate, ſpiritualem & carnalem gladium in eccleſia eſſe gerendum, quibus omne nociuum foret amputandum, videlicet ſacerdotali ad obedientiam regis pro deo: regali vero gladio ad expellendos Chriſti inimicos exterius, & ad obedientiam ſacerdotij interius, omnem hominem docens fore conſtringendum: & ita de alia in aliam charitate tenderetur,
B dum nec regnum ſacerdotij, nec ſacerdotium regni honore priuaretur. Hanc dei ordinationem qualiter Hildebrandica inſania confuderit, tu ipſe noſti, ſi ſcire voluiſti: nam nullum eius iudicio licet eſſe ſacerdotem, niſi qui hoc à faſtu ſuo emendicauerit. Me quoque quem deus in regnum, non autem illum vocauit ad ſacerdotium, quia me de deo, & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe me regem non conſtituit, regno priuare ſtuduit, minitans, regnum, animamq; mihi ſe tollere: quorum neutrum conceſſit. Hæc & his ſimilia, cũ ſæpius in noſtram (vt ipſe noſti) contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, qui de die in diem noua & exquiſita confuſionis genera nobis ingerit: vt in noſtris nunţijs nouiter argumentum dedit. Nam charta exponere non ſufficit, qualiter eoſdem noſtros nuntios tractauerit: quàm indignis modis affecerit, quàm crudeliter eos incarcerauerit: & carceratos, nuditate, frigore, fame, ſiti, ac plagis contriuerit, ſicq; demum exemplum per medium ciuitatis circumductos, omnibus ſpectaculum præbere iuſſerit, ita vt eundem cum Decio tyranno inſanire, & ſanctos affari credas, & dicas. Vnde ne pipeat chariſſime, communi noſtrum, ſcilicet meæ, & coepiſcoporum tuorum petitioni ſatisfacere, vt in pentecoſten Vuormatiam venias, & ibi plura, quorum pauca docet chartula, cũ cæteris audias principibus, & quid agendum ſit doceas: rogatus per dilectionem coepiſcoporum, monitus per eccleſiæ vtilitatem, ob-
C ligatus per vitæ noſtræ, & regni totius honorem.

Hildebrãdus

Duo gladij

Regnum animãq; tollere.

Hildebrandi inhumanitas in nuntios regis.

¶HENRICVS DEI GRATIA REX, VNIVERſæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ clero & populo gratiam, ſalutem & omne bonum.



HAEC FIDES FIRMA ET INCONCVSSA creditur, quæ ſemper, & eadem, & præſenti, & abſenti ſeruatur: nec diuturna eius, cui debetur abſentia, nec longi temporis tædio immutatur. Et de alia epiſtola: Exurgite in eum fideliſſimi: & primus in fide, ſit primus in eius damnatione. Non autem vt ſanguinem eius effundatis, dicimus: quippe cũ maior ſit ſibi poſt damnationẽ pœna, vita, q̃ mors. Sed vt eũ, ſi nolit deſcendere, cogatis, & alium cõmuni omniũ epiſcoporũ, & veſtro conſilio à nobis electũ, in apoſtolicam ſedẽ recipiatis, qui quod iſte in eccleſia vulnerauit, curare velit & poſſit.

¶Henricus, non vſurpatiue, ſed pia dei ordinatione rex, Hildebrando iam non Apoſtolico, ſed falſo monacho:



Anc talem pro confusione tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem prætermisisti, quem confusionis, nõ honoris, maledictionis, non benedictionis, participem non feceris. Vt enim de multis pauca & egregia loquamur: rectores sanctæ ecclesiæ, videlicet archiepiscopos, episcopos, vel presbyteros non modo nõ tangere, sicut Christos domini non timuisti, quin sicut seruos nescientes quid faciat dominus eorum sub pedibus tuis calcasti: in quorum conculcatione tibi fauorem ab ore vulgi comparasti: quos omnes nihil scire, te autem solũ omnia nosse iudicasti, qua vtiq; scientia non ad ædificationem, sed ad destructionem vti studuisti: vt iure hoc beatũ Gregorium, cuius nomẽ tibi vendicasti, de te credamus prophetasse, dicentẽ sic: Ex affluentia subiectorũ plerunq; animus prælati extollitur: existimat se plus omnibus nosse, cum se videt plus omnibus posse, & nos quidẽ omnia hæc sustinuimus, dum apostolicæ sedis honorẽ conseruare studuimus. Sed tu humilitatem nostrã timori fore intellexisti. Ideoq; & in ipsam regiam potestatẽ nobis à deo concessam, exurgere non timuisti, quam à nobis auferre ausus es minari, quasi nos à te regnũ acceperimus: quasi in tua, & non dei manu sit regnũ vel imperium: quia dñs noster Iesus Christus nos ad regnũ, te autem non vocauit ad sacerdotium. Tu emẽ his gradibus ascendisti, scilicet astutia (quod monachica professio abominatur) pecuniam, pecunia fauorem, fauore ferrũ, ferro sedem pacis adisti: & de sede pacis, pacẽ turbasti, dum subditos in prælatos armasti, dũ episcopos nostros à deo vocatos, tu non vocatus, spernẽdos docuisti: dũ laicis ministerium eorũ super sacerdotes vsurpasti, vt ipsi deponant vel cõdemnent qui ipsos de manu domini per impositionẽ manuum episcoporũ docendos acceperant. Me quoq; (licet indignus inter Christianos sum ad regnũ vocatus) te teste, quem sanctorũ patrum traditio soli deo iudicandũ docuit, nec pro aliquo crimine, nisi à fide (quod absit) exorbitauerim, deponendum asseruit. Cũ etiam Iulianum apostatam prudentia sanctorum episcoporum, non sibi, sed soli deo deponendum commiserit. Ipse vero quid verus papa beatus Petrus clamat? Deum timete, regẽ honorificate. Tu aũt quia deum non times, me constitutũ eius inhonoras. Vnde beatus Paulus vbi angelo de cœlo alia si prædicauerit, nõ pepercit, te quoq; in terris alia docentem non excepit. Ait emi: Si quis, vel ego, vel angelus è cœlo, præter id quod euangelizauimus, vobis euangelizauerit, anathema sit. Tu igitur hoc anathemate, & omniũ episcoporũ nostrorũ iudicio dãnatus, descende: vendicatã tibi sedem apostolicam relinque, alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentia religionem palliet: sed beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego Henricus rex dei gratia, cũ omnibus episcopis nostris tibi dicimus, descende, descende.

Hildebrãdus monachus pecunia & gladio sedẽ pacis adijt.

Attende.

¶Henricus Imperator, Romano pontifici Paschali.



ILLA INTER NOS PAX ESSET ET CONcordia, quæ inter nostros olim & tuos fuit antecessores: quæ inter nos etiam & Nicolaum & Alexandrum, viros catholicos & religiosos Romanos pontifices plena charitate & integra deuotione viguit, mandaremus tibi quicquid filius patri: sed distulimus expectantes, & cognoscere desiderantes, si in beneplacito dei sit, nobis in charitate & amicabiliter posse conuenire: & ecclesiam suam nostris temporibus, nostro labore ipso cooperante in statum redire vnitatis pristinæ. Hoc quanquam dudum (deo teste) desiderauimus: sed cognita nimia eorũ austeritate, qui in Romana erant ecclesia, non vtile nobis visum est vel competens, eos de hac causa conuenire: quia magis videbamur nos persequi odio & indignatione, quàm zelo iustitiæ, vel etiam quàm velle nos amplecti dulcedine charitatis ad profectum ecclesiæ. Effectus hoc probat, quia cum ipsi regnum hæreditario iure nobis collatum, tempore religiosorum virorũ Romanorum pontificum, pacifice à nobis diu possessum, contra nos commouere studerẽt & armare, multa inde orta est strages populorum, tam corporum, quàm etiam quod magis dolendum est animorum. Nunc quoq; filius noster, quem tam vehementer dilexi mus, vt vsque ad solium regni nostri exaltaremus, eodem veneno infectus, consilio quorundam perfidissimorum, & periuratorum sibi adhærentium insurgit in nos, post positis omnibus sacramentis, quibus se nobis obligauerat: post habita omni fide & iustitia, tantũ vt ecclesiarum bona & regni libere valeant perdere, rapere, & inter se diuidere. Et cũ multi nobis persuadeant absq; dilatione in eos vi & armis esse vlciscendum, maluimus tamen

adhuc

A adhuc differre, vt tam in Italico, quàm in Teutonico regno sciat manifeste, quod nec nostræ sit voluntatis, nec culpæ, si tandem inuiti & coacti in eos insurrexerimus, quæcunque mala vel infortunia, seu populorum strages inde euenerint. Præterea, quia audiuimus te hominem discretum, deum timentem, charitati insudantem, sanguinem humanum non sitire, rapinis, & incendijs non gaudere, vnitatem ecclesiæ super omnia diligere, consilio & suggestione principum nostrorum mittimus tibi nuntium istum cum legatione nostra. Per hanc quippe volumus cognoscere, si est tibi voluntati te nobis in charitate & amicabiliter, & nos vniri tibi, saluo nobis honore regni & imperij, & totius nostræ dignitatis (sicut & auus & pater noster, aliíq; antecessores nostri habuerunt) seruato etiam tibi à nobis honore Apostolicæ dignitatis, sicut antecessores nostri tuis antecessoribus seruauerunt, & nos præfatis pontificibus. Quod si placuerit tibi, paterne nobiscum agere, & eam quam mundus dare non potest, pacem (deo præstante) integre nobiscum componere, mitte nobis familiarem nuntium tuum cum priuatis literis tuis, & secreta legatione cum hoc nuntio nostro, vt hoc modo possimus indubitanter cognoscere, omnem de hac re certitudinem voluntatis tuæ. Qua cognita, mittemus tibi de maioribus principibus nostris, quales & nos tibi mittere, & te deceat à nobis recipere ad tantam rem componendam, per quos exclusa omni ambiguitate manifeste possis cognoscere, nos veraciter velle complere, quę tibi mãdamus secrete. Præterea quę hic inscripta non sunt commisimus huic fidelissimo nuntio nostro quædam tibi dicenda, quibus tam veraciter quàm scriptis credas.

Legatio ad Paschalem põtificem.

¶ Epistola Henrici regis ad Hildebrandum.

B VM hactenus ex te ea quę sunt patris expectarem, tibiq; in omnibus magna fidelium nostrorum indignatiõe obedirem, recepi à te vicissitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regniq; nostri pernitiosissimus hostis esset. Nam cum primum omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa sede Apostolica debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens, regnum Italiæ pessimis artibus alienare tentasti: neque hoc contentus, in reuerendissimos episcopos, qui nobis velut dulcissima membra vniti sunt, manum mittere non timuisti, eosq; superbissimis iniurijs, acerbissimisq; contumelijs contra diuina & humana iura (vt ipsi aiunt) exagitasti. Quæ omnia cum ego quadam patientia dissimularem, tu hoc non patientiam, sed ignauiam existimans, in ipsum caput insurgere ausus es, mandãs quæ nosti, scilicet vt tuis verbis vtar. Quod aut tu morereris, aut mihi animam regnumq; tolleres.

Minax dictũ Hildebrandi.

¶ Henricus rex, Regi Celtarum.

C Rinceps clarissime, & omnium in quibus post deum speramus amicorum fidelissime: primum & præcipuum inter omnes, vos excepi, cui conqueri & deplorare omnes calamitates meas, & miserias necessarium duxi, & etiam genibus vestris aduolui, si liceret salua maiestate imperij. Primum quidem est, quod non solum vobis, sed totius Christianę professionis hominibus grauissimum ac intolerabile arbitramur: quod de Apostolica sede (vnde vsq; ad memoriam nostri temporis salutifer fructus consolationis, dulcedinis, & saluationis animarum oriebatur) modo persequutionis, excommunicationis, & omne perditionis flagellum emittitur: nec ponunt vllum modum sententiæ, tantum vt satisfiat voluntati indiscretæ. Huius voluntatis suæ intemperantia adeo vsq; nunc abusi sunt, vt nec deum, nec quid, aut quantũ mali inde proueniet, pensantes, per se & per suos omnibus modis in nos inuehantur, cum obedientiam & omnem subiectionem debitam sæpe obtulerim Apostolicæ sedi: si tamen honor debitus & reuerentia (sicut antecessoribus meis) exhiberetur & mihi. Quid autẽ intendant oportunius significabo vobis, si quãdo optati colloquij deus copiã dederit nobis. In hac igitur persequutionis & odij sui inflammatione, cum parum viderent se proficere, contra ipsum ius naturæ laborantes, quod sine maximo cordis dolore sine multis lachrymis dice

Sedes Romana.

Hildebrãdus filium in patrem armauit

mis dicere, non valeo: & quia dicitur, vehementer contremisco: filium meum inquam Absolon dilectissimum, non solum contra me armauerunt, sed etiam tanto furore animauerunt, vt in primis contra fidem & sacramentum, quod vt miles domino iurauerat, regnum meum inuaderet, episcopos & abbates meos deponeret, inimicos, & persequutores meos sustineret. Ad vltimum, quod maxime vellem taceri, aut si taceri non potest, vellem non credi: omnem affectum naturæ abijciens, in salutem & animam meam intenderet, nec quicquàm pensi haberet, quomodò vi & fraude ad hanc periculi, & ignominiæ suæ summam aspiraret. In hac tanta mali sui machinatione, cum essem in pace, & in aliqua salutis meæ securitate, in locum qui Confluentia dicitur in ipsis dominici aduentus sanctissimis diebus ad colloquium euocauit me, quasi de communi salute, & honore filius tractaturus cum patre. Quẽ cum vidi, ilico ex paterno affectu tactus intrinsecus dolore cordis mei, ad pedes suos procidi admonens & obtestans per fidem, per salutem animæ: si pro peccatis meis flagellandus eram à deo, de me ipse nullam conquireret maculam honori & nomini suo: quia culpæ patris vindicem filium esse nulla diuinæ legis constituit sanctio. At ille tam pulchre, immo miserrime institutus ad malitiam, quasi abhominabile & execrabile scelus cœpit detestari. Et procidens ipse ad pedes meos, de præteritis cœpit veniam deprecari. In reliquum, vt miles domino, vt patri filius, cum fide & veritate per omnia se mihi obauditurum promisit cum lachrymis, si modo sedi Apostolicæ vellem reconciliari. Quod cum promptissime annuissem, & deliberationi suæ, & consilio principum hoc tantum me mancipandum promisissem, in præsenti Natiuitate se producturum me Moguntiam, & ibi de honore & reconciliatione mea, quàm fidelius posset se acturum, & inde in pacem & securitatem me reducendum promisit in ea veritate & fide, qua patrem à filio honorari, & filium à patre præcepit deus diligi. Hac promissione, quæ & Gentili obseruanda est, securus ibam, & filius meus aliquantulum me præcesserat. Et ecce quidam fideles, me verissime affirmabant deceptum & proditum sub falsa pacis, & fidei sponsione. Reuocatus autem filius meus, & iterum à me instantissime admonitus, sub eiusdem fidei & sacramenti obtestatione animam suam pro anima mea fore promisit secunda vice. Cum ego ad locum qui Binga vocatur peruenissem, iam existente die Veneris ante Natiuitatem, numerus armorum suorum iam satis augebatur, iam fraus ipsa de se detegebatur: & filius ad me: Pater (inquit) vobis secedendum est in vicinum castellum: quia Moguntinus episcopus in suam ciuitatem non admittet vos, quam diu in banno eritis. Nec vos impacatum & inreconciliatum audeo ingerere inimicis vestris. Illic Natiuitatem cum honore & pace agatis, quoscunque placuerit vobis, vobiscum habeatis: ego interim quanto instantius, quanto fidelius potero, pro nobis vtrisque laborabo: quia causam vestram, meam existimo esse. At ego mi (inquam) fili, iudex, & testis sermonum & fidei sit inter nos hodie deus: quomodo te in virum & hæredem meum produxerim, quantis tribulatiõibus meis honori tuo inseruierim, quot & quantas inimicitias pro te habuerim, & habeam, solus conscius est. Ille autem tertio sub eiusdem fidei & sacramenti attestatione si ingrueret occasio periculi, caput suum pro meo capite fore, mihi promisit. Sic postquam clausit me in eodem castello, quo omnia animo & corde erat loquutus, manifeste rei ostendit euentus. Ex oĩbus meis quartus ego sum inclusus, nec quilibet alius admitti potuit. Custodes deputati, qui vitæ meæ erant atrociores inimici. Benedictus per omnia deus, exaltandi & humiliandi quæ voluerit, rex potentissimus. Cũ ergo ipo sacratissimo die Natiuitatis suæ oĩbus redẽptis suis ille sanctus sanctorum puer fuisset natus, mihi soli filius ille non est datus. Nam vt taceam opprobria, iniurias, minas, gladios in ceruicem meam exertos, nisi omnia imperata facerem, famem & sitim quam perferebam, etiam ab illis quos iniuria erat videre & audire: vt etiam taceam quod est grauius me olim satis felicem fuisse, illud nunquàm obliuiscar, illud nunq̃ desinã omnibus Christianis conqueri, quod illis sanctissimis diebus, sine omni Christiana communione in carcere illo fui. In illis pœnitentiæ & tribulationis meæ diebus, à filio meo missus venit ad me quidam princeps, Vvichbertus, dicens: Nullum vitæ meæ esse consilium, nisi vlla sine contradictione omnia regni insignia redderem ex voluntate & imperio principum. At ego & si omnis terra quantum inhabitatur, mei regni terminus esset, nollem regno vitã committere: qa vellem nollem, sic agendũ, & sic definitũ intelligebã, coronã, sceptrum, crucem, lanceam, gladium misi Moguntiam. Tunc communicato consilio cum inimicis meis, meus filius egrediens, relictis ibidem fidelibus & amicis meis, quasi me eo abducturus, sub multa frequentia armorum suorum me adductum, ad villam quæ dicitur Engeltzhaim, fecit me ad se adduci, vbi maximam inimicorꝫ multitudinẽ collectam inueni, nec ipsum filium cæteris mihi meliorem repperi. Et quia firmius & stabilius videbatur eis esse, si propria manu cogerent me, regnum, & omnia regalia exfestucare, simili modo & ipsi omnes minabantur mihi, nisi omnia imperata facerem, nullum vitæ meæ consilium fieri posse.

Confluentia

Henricus pater procidit ad pedes filij.

Binga.

Promittit inscolumitatem patri filius.

Tunc ego

A Tunc ego inquam, quia de sola vita mea agitur, qua nihil pretiosius habeo, vt saltem viuens pœnitentiam exhibeam deo, quicquid imperatis, faciam. Cumq; inquirerem, si saltem sic de vita mea certus essem, Apostolicæ sedis legatus, qui ibidem aderat (non dico qui omnia hæc audiuerat) respondit, me nullo modo eripi posse, nisi publice confiterer iniuste Hildebrandum persequutum esse, Vvichbertum iniuste ei suppositisse, & iniustam persequutionem in Apostolicam sedem, & omnem ecclesiam hactenus exercuisse. Tunc cum magna contritione animi prostratus, cœpi per deum, per ipsam conscientiam orare, vt locus & tempus mihi daretur, vbi in præsentia omnium principum, cum innocens essem, vellem ex iudicio omnium me expurgare: & in quo culpabilem me recognoscerem, ex consilio omnium sanioris sententiæ pœnitentiam & satisfactionem quo ordine iuberent quærere, & in principibus regni de fidelibus nostris quoscunque obsides vellent dare. At idem Legatus locum & diem mihi abnegauit, dicens: Aut ibi totum debere determinari, aut nulla spes mihi esset euadendi. In tanto tribulationis articulo cum interrogarem, si confiterer omnia quę imperabantur: An confessio mea (vt iustum est) veniam & absolutionem consequeretur. Idem Legatus dixit, non esse iuris sui me absoluere. Et cum ego ad hoc dicerem: Quicunque confitentem audet recipere, confessum debet absoluere. Si vellem (inquit) absolui, Romam irem, satisfacere Apostolicæ sedi. Sic desolatum & spoliatum (nam & castella, & patrimonia, & quicquid in regno conquisieram, eadem vi & arte sua extorserant à me) in eadem villa reliquerunt me. In qua cum aliquo tempore commoratus essem, & filius meus ex eodem fraudis suæ consilio, demandasset, vt ibidem eum expectarem, superueni-
B ens quorundam fidelium meorum legatio, præmonuit, vt siquidem ad monitum ibidem remanerem, aut in perpetuam raperer captiuitatem, aut in eodem decollarer. Quo nuntio satis tunc vitæ meæ diffisus, illico aufugiens, fugiendo Coloniam veni, & ibi aliquot diebus commoratus, postea Leodium veni. In quibus locis fideles viros, & in fide regni constantes semper inueni. Horum, cæterorumq; regni fidelium consilio vsus, vobis fidutialius & honestius habeo deplorare has omnes meas miserias. Fidutialius quidem, propter mutuæ consanguinitatis & antiquæ amicitiæ debitum. Honestius autem, propter tanti regni nomen glorioſum. Vos igitur per fidem, per amicitiam rogo, in tantis tribulationibus meis, ac iniurijs, propinquo & amico consulatis. Quæ fidei & amicitiæ vincula, & si inter nos non essent, vestra tamen & omnium regum terræ interesset, iniuriam & contemptum meum vindicare, & tam nephariæ proditionis & malitiæ exemplum de superficiæ terræ extirpare.

Legatus Romanus

Superba responsio Legati Romani.

HENRICVS, DEI GRATIA, ROMANORVM IMPERATOR Augustus, Henrico filio suo.

C 

Ea nos debita affectione tractasses, qua deberes, lubentissime tecum loqueremur, & paterna tibi mandaremus. Verum quia longe alius quàm paternæ affectionis & humanitatis, circa nos animus tibi fuit, nequiuimus aliter tecum loqui, vel aliud mandare, quàm quod ipsa rei manifestissimæ, veritas habet. Tu enim ipse scis, sicut ipse publico experimento facti tibi conscius es, qualiter data fide & securitate personæ, & honoris nostri, omni affectione deuotionis promisisti nos ducere Moguntiam, coram principibus: & inde nos securissime reducere quocunque vellemus. Hac fiducia cum tecum amanter & indubitanter ascendere mus, contra datam fidem apud Bingam nos cępisti: vbi nec paternæ lachrymæ, nec patris mœror, nec tristitia qua ad pedes tuos alioq; prouoluebamur te mouit ad misericordiã, qn nos caperes & captũ mortalibus inimicis illudẽ dũ & custodiẽdũ traderes. Vbi multimodo genere contumeliæ & terroris afflicti, compulsi sumus fermè venire vsq; ad ipsum mortis articulum. Ante captiuitatem abstulisti nobis episcopatus, & quicquid de honore regni potuisti, & prædia nostra & ipsam familiam: in captiuitate vero quicquid residuum erat, & lanceam, & crucem, & omnia regalia insignia vi & timore mortis (vt ipse bene scis, & oñi fermè notum est Christianitati) à nobis extorsisti, relicta vix ipsa vita. Cum hoc tibi non de nobis sufficeret, postea semper vbicunq; fuimus, modis oñibus quibus potuisti, nos psequi non cessasti, vt vel pderes, vel de regno expelleres. Verum nos satis mirari non possumus, qua ratione vel occasione hoc tam obstinate facias, cum de domino Papa & Romana Ecclesia nulla tibi residua sit occasio. Nos enim nuntio domini Papæ, & Romanæ Ecclesiæ te præsente, obedire, parati fuimus, & sumus, omnem debitam obedientiam, & reuerẽtiam ei coram & semper exhibere, & consilio principũ, & spũalis patris nostri Henrici

Cluniа-

Cluniacenſis abbatis, aliorumq; religioſorum virorum, & de ſtatu eccleſiæ, & honore regni libentiſſime agere. Te ergo rogamus, pro honore regni, & tuo, & paterna deuotione, & per authoritatem Romani Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ, vt de iniuria nobis illata, & de his, quę nobis vi & iniuſte abſtuliſti, iuſtitiam facias. Rogamus etiam, vt cum nil rationis tibi ſit, quare nos perſequaris, nos & fideles noſtros ceſſes infeſtare. Immo permittas nos pacifice, & quiete viuere, vt integre & cum tranquillitate poſſimus omnia ſupradicta agere. Recognoſce ettiam, & tecum cogita, quia deus iuſtus iudex eſt, cui commiſimus cauſam noſtram & vindictam, cuius etiam iudicia ſunt occulta, velut abyſſus multa. Qm̃ quãtumcunque ſuper afflictionem, & infortunia gloriaris, & ſuper humilitatem te extollas, forſitan de ſede ſancta ſua inter me & te gratuita miſericordia aliud iam definiuit, intercedente iuſtitia, quàm tuipſe cogites vel diſponas. Quod ſi nulla alia, vel reuerentia, vel interceſſio nobis valet, opto, vt iuſtitiam conſequi poſſimus, vel vt tuæ peſequutionis impetus ceſſet. Ad hoc idem Romanum Pontificem, ſanctam & vniuerſalem ſedem Romanam eccleſiam appellamus.

HENRICVS, DEI GRATIA, ROMAOORVM IMperator Auguſtus, Archiepiſcopis, & cæteris Saxoniæ principibus, ac etiam reliquo populo gratiam & dilectionem dignantibus eam recipere.



QVERIMVR DEO OMNIPOTENti, & dominæ meæ ſanctæ Mariæ, & beato Petro principi Apoſtolorum, patrono noſtro, & vobis principibus omnibus, quia iniuſte, & inhumane, & crudeliter, in illa confiſi fide, qua dubitare non debuimus, tractati ſumus: & tam honore regni, quàm prædijs omnibus, quæ habebamus cõtra diuinum & humanum ius, ad infamiam & vituperium regni, ita expoliati ſumus, vt nihil penitus præter vitam nobis relictum ſit. Vbi cum ferme omnes eſſetis, magna pars veſtrum viſa eſt dolore contriſtari: ſed proh dolor nihil nobis veſtra contulit triſtitia, quin in nobis ſibi ſatiffaceret voluntas inimicorum odioſa. Et quia cum conſilio & rogatu filij noſtri, fide & ſecuritate vitæ & honoris, primum ab eo accepta, fidutialiter & deſideranter Moguntiam in præſentia Legati Romani, & principum tenderamus, vt eorum diſpoſitione ageremus, tam de ſtatu Eccleſiæ, & honore Regni, quàm de ſalute animæ noſtræ, ipſe non eſt veritus in hac voluntate & obedientia, nos contra datam fidem capere, & vſque ad articulum mortis ferme ducere, non auſi ſumus ita nos illi credere, vt iniuria & contumelijs nos pro voluntate ſua, ſicut prius, valeat tractare. Quapropter multũ vos rogamus, & obnixe precamur, vt pro timore dei, & honore regni, & honeſtate veſtra dignemini ſtudere quomodo de iniuria in manibus veſtris nobis illata, per vos poſſimus recuperare iuſtitiã. Nos autem pro conſilio veſtro, & aliorum (qui nos odio non habent) religioſorum virorum parati ſumus, tam de filio noſtro (ſi in aliquo eum offendimus) quàm alicui in regno libenter rationem dare. Præterea, ſicut domino Papæ in præſentia Legati ſui, & veſtra, obedire parati fuimus: ita & nunc parati ſumus, ei omnem debitam reueuerentiam, & obedientiã ſyncero corde & deuotione præſentialiter exhibere: & tam conſilio veſtro, quàm ſpiritualis patris noſtri Henrici Cluniacenſis Abbatis, aliorumque religioſorum de ſtatu Eccleſiæ & honore regni, quantum in nobis eſt diſponere. Cum ergo ad hæc omnia parati ſimus, rogamus vos, & obnixe precamur, quatenus pro Deo, & honore regni, & veſtro inſtanter moneatis filium noſtrum, cum nulla ei ſecundum præfatam ſententiam aduerſum nos refidua ſit occaſio, amodo deſiſtat, nos & fideles noſtros perſequi, & pacifice, & quiete viuere pmittat, vt ſupradicta integre & cũ tranqllitate perficiant. Quod ſi noluerit, rogamus vos per authoritatem Romanæ Eccleſiæ, cui nos committimus, & honorem regni, ne ſuper nos & fideles noſtros veniatis: quia manifeſtum eſt non eum diuinæ legis zelo, vel Romanæ Eccleſiæ dilectione, ſed concupiſcentia regni, patre iniuſte eo priuato, hoc incepiſſe. Apud quem ſi interpellatio veſtra, nullaq; alia interuentio ad præſens prodeſſe poterit appellamus Romanum Pontificem, & ſanctam vniuerſalem Romanam ſedem & Eccleſiaſiam.

Legatus Romanus

Henricus,

A HENRICVS, DEI GRATIA, IMPERATOR ROMA-
norum Augustus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, cę
terisq; regni principibus, gratiam & dilectionem di-
gnantibus ea recipere.



Rogamus filium nostrum, & vos multum precati sumus vt dimisso exercitu, ordinaretur, quomodo possemus conuenire, vt de iniuria nostra, & pace componendâ ad honorem regni posset digne & decenter definiri. Placuit vobis remandare. Vnde nobis longe grauior priori oritur querimonia, quod dimissa obsidione Coloniæ, vultis super nos, & fideles nostros sub specie colloquij cum exercitu venire, datis inducijs octo dierum, quæ nunquam datæ sunt homini alicuius conditionis (vt bene scitis) vsque ad hanc diem pro legitima definitione alicuius minoris negotij, nedum pro tanta re, secundum legem diuinam vel humanam, vel etiam secundum vsum hoim. Oportet enim nos habere (si vobis placeret) saltem tales indutias, intra quas possemus conuocare, & precibus inuitare ad hanc eandem causam, vt sint
B vobiscum, Moguntinum, & Treuerensem, & Bremensem archiepiscopos: Frisingensem, & Augustensem, Curiensem, Basiliensem episcopos: ducem magnum, cum duce Theodorico, & ducem Bohœmicum, & comitem Flandrensem, cum comite Burgundiæ, & alios, qui ad præfatum negotium (vt bene scitis) sunt valde necessarij. Quapropter sicut prius, rogamus, & obnixe precamur, quatenus pro deo & anima vestra, & pro appellatione domini Romani Pontificis Paschalis, & Romanę ecclesiæ, & pro honore regni dignemini apud filium nostrum efficere, vt dimisso exercitu, cesset nos persequi, & ordinetur quomodo secure & absq; oñi ambiguitate possimus vos cum cæteris supradictis ad agendum de nostra iniuria, & pace in regno componenda, quiete, & pacifice conuenire. Quod si nullatenus cessare voluerit, proclamationem inde fecimus, & semper facimus & deo, sanctæ Mariæ, & beato Petro patrono nostro, & omnibus sanctis, & omnibus Christianis, & vobis maxime, omni deuotione precantes, vt dignemini cessare eum persequi ad persequutionem tantæ iniuriæ, & vos eum imitari. Appellauimus, & tertio appellamus dominum Ro-
C manum Pontificem Paschalem, & sanctam & vniuersalem sedem & Romanam ecclesiam Quod si hoc tantum nobis & ad hoc, vt ipse cesset nos persequi, prodesse non poterit, committimus nos omnipotenti patri, & filio, sancto q; spiritui paracleto, & beatæ Mariæ perpetuæ virgini, & beato Petro & Paulo, & sancto Lamberto, omnibusq;
sanctis, vt diuina miseratio, omniumq; sanctorum inter-
cessio humilitatem nostram respicere,
nosq; contra tantum
tamq;
iniuriosum imperium defendere di-
gnetur, Amen.

EPISTOLARVM HENRICI QVARTI CAE-
saris Augusti, Finis.

AD LECTOREM.

HEnrici quarti historiam nunc legisti, qui, licet non ex omni parte (quandoquę enim bonus dormitat Homerus, id quod etiam & de Gregorio septimo, non indecenter dictum velim) beatus fueritac felix, omnia tamen boni consulenda sunt. Si mala ergo offenderis, ea velut pestem quandam fugies, sin autem bona, totis illa viribus, omniq; conatu amplexaberis. Nam in describendis historijs, neque sacrosanctæ sedi Apostolicæ, neque Cæsariæ maiestati, cæterisve principibus viris, in aliquo detrahitur. Verum vt hæc missa faciamus. Si de Henrico quarto multa legimus, non indecorum erit, si etiam & quid Carolus quartus pro eligendo Rege, siue Romanorum Imperatore constituerit, perpẽdere nõ dedignemur. Nam bullam hanc, siue diplonia ipsum quod subsequitur, multi sæpe legere desiderarunt. Vale Lector.

Incipiunt

CAROLI IIII. ROMANORVM IMPERATORIS

INCIPIVNT LEGES

ET CONSTITVTIONES IMPERIALES, SVB AVrea Bulla Caroli, quarti Romanorum Imperatoris.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE Trinitatis feliciter Amen.



AROLVS quartus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohęmiæ rex, ad perpetuam rei memoriam. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, nam principes eius facti sunt socij furum, ob quod, dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, vt palpent in meridie, sicut in tenebris, & candelabra eorum mouit de loco suo, vt cæci sint & duces cæcorum, & qui ambulant in tenebris, offendunt, & cæci mente, scelera perpetrant, quæ in diuisione contingunt. Dic superbia, quo in Lucifero regnasses? si diuisionem auxiliantem nō habuisses? Dic Satan inuide, quomodo Adam de Paradiso eiecisses, nisi eum ob obedientiam dimisisses? Dic luxuria, quomodo Troianos destruxisses? nisi Helenam à viro diuisisses. Dic ira, quomodo Romanam Rempublicam destruxisses? nisi in diuisione Pompeium & Iulium sequentibus gladijs ad intestina prælia concitasses? Tu quidem Inuidia, Christianum Imperium à deo ad instar sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, fide, spe, & charitate, virtutibus theologicis roboratum, cuius fundamentum super Christianissimo Regno feliciter stabilitur, antiquo veneno quod velut serpens in palmites Imperiales, & mēbra eius propinquiora, impio scelere vomuisti, vt concussis columnis totum ædificiū ruinæ subijceres: Diuisionem inter septem electores sacri Imperij, per quos (velut septem candelabra lucentia in vnitate spiritus septiformis) sacrum illuminari debet imperium, multotiens posuisti. Sane cum ex officio, quo Cæsarea dignitate potimur, futuris diuisionum & dissensionum periculis inter electores ipsos, de quorum numero (vt rex Bohœmiæ) esse dinoscimur, ratione duplici, tam ex imperio, quàm electionis iure quo fungimur occurere teneamur: infra scriptas leges ad vnitatem inter electores fouendam, & electionem vnanimē inducendam, & detestandæ diuisioni prędictæ, varijsq; periculis, ex ea sequentibus aditum præcludendum, in solenni curia nostra Nurenberch, assidentibus nobis omnibus principibus, electoribus ecclesiasticis, & secularibus, ac aliorum principum, comitum, baronum, procerum, nobilium, & ciuitatum, multitudine numerosa, in solio maiestatis Cæsaræ, imperialibus insulis, insignijs, & diademate decorati, matura deliberatione præuia de imperialis potestatis plenitudine, ædidimus, statuimus, & duximus sanciendas &c. Sub anno domini, millesimo, trecentesimo, quinquagesimo sexto, indictione nona, quarto Idus Ianuarij, regnorum nostrorum, Anno decimo, imperij vero primo. E

¶ Qualis debeat esse conductus electorum, & à quibus.

DEcernimus, & præsenti ædicto imperiali perpetuo valituro sancimus, ex certa scientia, & de imperialis plenitudine potestatis, vt quotiēscunq;, & quandocūq; futuris temporibus necessitas, siue casus electionis, regis Romanorum in Imperatorem promouendi, emerserit, & principes electores ad electionem huiusmodi, iuxta antiquam laudabilem consuetudinem habuerint proficisci, vnusquisq; princeps elector, si & quando, super hoc fuerit requisitus, quoslibet principes coelectores suos, vel ipsorum nuntios, quos ad electionem ipsam transmiserint per terras, territoria & loca sua, & etiam vltra, sicut longius poterit conducere, teneatur, & eis absq; dolo præstare conductum, versus ciuitatem, in qua talis electio fuit celebranda, & ab illa etiam redeundo, sub pœna periurij ac perditionis (pro illa dumtaxat vice) suæ vocis, quam in electione huiusmodi fuerit habiturus. F

¶ Quas quidem pœnas, eos, vel eum, qui in præstando memoratū conductum rebelles, seu rebellem, negligētes seu negligentem, se præbuerint, eo ipso decernimus incidisse.

¶ Statuimus insuper, & mandamus vniuersis alijs principibus, feuda à sacro Imperio Romanorum tenentibus, quocunq; nomine censeantur, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, clientibus, nobilibus, & ignobilibus, & ciuibus, & *immunitatibus castrorū & ciuitatū & locorū sacri imperij vniuersis, vt eodem tempore dum videlicet regis Romanorū in Imperatorem promouendi electio celebranda occurrerit, vnumquēq; principem electorem ab ipsis, vel eorum aliquo conductum huiusmodi postulantem, vel eiusdem nuntios, quos ad electionem ipam duxerit, vt præfertur, per territoria sua, & aliâs, quanto possint remotius absq;

alias, communitatibus.

A tius absq; dolo modo prædicto conducant. Si qui vero huic nostræ constitutioni contrarire præsumpserint, subscriptas ipso facto pœnas incurrant. Omnes quidem principes, & comites, barones, milites, nobiles, & clientes, & vniuersi nobiles contrariũ facientes, & reatum periurij, & priuationis omniũ feudorũ quæ à sacro Romano imperio, & à quibuscũq; alijs obtinent, & etiam omnium professionũ suarũ à quocunq; habitarũ incurrant. Omnes quoq; ciues & cõmunitates, contra præmissa facere præsumentes, similiter sunt periuri. Et nihilominus, vniuersis suis iuribus, libertatibus, priuilegijs, & gratijs à sacro obtentis imperio sint omnino priuati. Et cũ personis & bonis suis omnibus, bannũ & præscriptionem incurrant imperialẽ. Et eosdem quos ipso facto exnunc, prout extunc, omni iure priuamus. Deinceps cuilibet hominũ authoritate propria, & sine iudicio, seu inuocatione magistratus cuiuslibet, impune licebit eos inuadere, nullãq; pœnã ꝓpter hoc inuadẽs ipsos debebit ab imperio, aut quouis alio formidare, præsertim cũ contra rẽpub. ac sacri statum ac dignitatẽ imperij, ac etiam contra honorẽ proprium, & salutẽ tantæ rei, temerarij neglectores, tanquã rebelles, inobedientes, & perfidi, infideliter & peruerse agere, conuincantur. Decernimus insuper & mandamus, vt omniũ ciuitatũ ciues & cõmunitates, iam dictis principibus, electoribus, & eorũ cuilibet hoc poscenti, eorũq; nuntijs victualia in communi pretio atq; cursu, pro suis, seu nuntiorum prædictorũ, hominumq; suorũ necessitatibus, dum ad ptædictã ciuitatẽ causa celebrandæ electionis prædictæ accesserint, & etiamdum discesserint ab eadẽ, vendere seu vendi facere teneantur. Nullã in præmissis fraudẽ quomo
B dolibet adhibendo, alioquin contrariũ facientes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere quas in ꝑcedentibus, contra ciues & cõmunitates duximus promulgandas.

¶ Quisquis insup ex principibus, comitibus, baronibus, militibus, clientibus, nobilibus, seu ignobilibus, ciuibus, cõitatibus ciuitatũ, principi electori ad electionem de rege Romanorũ celebrandã eunti, vel ab ipsa denuo redeunti hostiles custodias tendere, seu insidias parare ꝑsumpserit, aut ipsos, vel eorũ aliquẽ, in sua, vel suorũ personis, aut rebus, inuadere, vel turbare, seu ipsorũ, vel alicuius eorũ nuntios antedictos, siue conductũ petierint, siue etiã non duxerint exigendũ, hunc vnà cũ vniuersis malitiæ cõplicibus, ipso facto supradictas pœnas decernimus incurrisse, ita videlicet, ꝙ quæuis persona pœnã incidat siue pœnas, quas iuxta ꝑmissa pro qualitate personarũ duximus infligendas.

¶ Si vero aliquis princeps elector cũ aliquo suo coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcũq; cõtentio, cõtrouersia, seu dissensio verteret, his nequaq̃ obstãtibus, alter alterius vel alterius nuntios ad electionẽ huiusmodi destinãdos ꝑmisso modo conducere sit astrictus, sub pœna periurij, ac perditionis (ea vice dũtaxat) suæ vocis in electione, vt superius est expressum.

¶ Si qui vero alij, principes, comites, borones, milites, clientes, nobiles ac ignobiles, ciues, vel cõmunitates ciuitatũ, cum aliquo principe electore, vel pluribus ex eisdẽ aduersam gereret voluntatẽ, seu quæuis discordia inter ipsos ad inuicẽ, vel guerra, vel dissensio verteretur. Nihilominus omni contradictione & dolo cessantibus, principi electori, vel principibus, seu eius, vel ipsorũ nuntijs, ad electionẽ huiusmodi destinandis, & redeuntibus ab eadẽ, talẽ debeant præstare conductũ, prout singuli pœnas iamdictas, per nos videlicet in se
C latas voluerint euitare, quas eos qui secus fecerint incurrisse decernimus eo ipso, &c

¶ Ad præmissorũ aut omniũ firmitatẽ, & certitudinẽ ampliorẽ, iubemus & volumus, vt vniuersi principes electores, & cæteri principes, necnon comites, barones, nobiles, ciuitates, seu ipsarũ cõmunitates præmissa omnia literis, & iuramentis suis firmare, & ad ea bona fide, ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare. Quicunq; vero literas huiusmodi dare rennuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum cõditione per præmissa duximus infligendas.

¶ Si quis autẽ princeps elector alius, vel princeps cuiuscunq; conditionis, aut status, seu dũ vel feuda, à sacro tenens imperio, aut comes, baro, vel nobilis, vel successores talium, vel hæredes supra & infra scriptas imperiales nostras cõstitutiões, & leges adimplere noluerit, aut eis cõtraire ꝑsumpserit. Si quidẽ talis princeps elector extiterit, extũc cæteri sui coelectores à suo ipm deinceps excludãt cõsortio, ipseq; voce electionis, & alijs principũ electorũ loco, & dignitate careat, atq; iure, nec inuestiat de feudis, q̃ à sacro imperio visus fuerit obtinere. Alius vero princeps aut vir nobilis (vt ꝑfertur) in has nostras leges cõmittens, similiter nõ inuestiatur de feudis, quæ à sacro imperio, vel alias obtinet à quocunq;. Et nihilominus, omnes ꝑmissas pœnas suã concernentes personã, incidat eo ipso. Quãuis autẽ vniuersos principes, comites, barones, nobiles, milites, clientes, ciuitates quoq; & cõmunitates illarũ, ad præstandũ cuilibet principi electori, vel eius nuntijs præfatum conductũ, vt prædicitur, indistincte volumus, & decernimus obligari. Nihilominus eorũ cuilibet singulares conductus, & conductores, pro regionum & locorũ adiacentia, cuilibet magis aptos

duximus designandos, vt statim per sequentia plenius apparebit. D

¶Primo nāq; regem Bohœmiæ, sacri imperij archipincernā, conducēt archiepiscopus Moguntiñ. Bamburgeñ. & Herbipoleñ. episcopi, Burchgrauius Nurenbergeñ. Item illi de Hohenloch, de Werthen, de Brunecke, & de Hanaue. Item ciuitates Nurenburgensis Rotenburgensis, & Vvindesheim.

¶Deinde archiepiscopū Colonieñ. sacri imperij per Italiam archicancellarium, conducent, & conducere tenebuntur, Moguntineñ & Treuereñ. archiepiscopi, comes palatinus Rheni, Lantgrauius Hassiæ. Itē de Katzenellenboghen, de Nassoue, de Dietz comites. Itē de Isenburch, de Vesterburch, de Rumkel, de Lymburch, & Valkensteyn. Item ciuitates, Vvetflaria, Geylenhusen, & Fredeberch.

¶Item archiepiscopum Treuereñ. sacri imperij per Galliam & regnum Arelateñ archicancellarium, cōducēt archiepiscopus Moguntineñ. comes palatinus Rheni. Itē de Spamheym, de Veltentz, comites. Item ryngrauen, Vvildegrauen, de Nassoue, de Isenburch, & & de Vesterburch, & de Runkel, de Lymburch, de Dietz, de Katzenellenboghen, de Eppensteyn, de Valkensteyn. Item ciuitas Moguntineñ.

¶Deinde comitem Palatinū Rheni, sacri imperij archidapiferum, cōducere debebit archiepiscopus Moguntineñ.

¶Ducem vero Saxoniæ, sacri imperij archimarstallum, tenebuntur conducere, rex Bohœmiæ, Moguntinus, & Madeburgeñ. archiepiscopus, &c. Item Bamburgeñ. & Herbipoleñ. episcopi. Marchio Misneñ. Lantgrauius Hassiæ. Item Fuldeñ. & Herffeldeñ. abbates Burchgrauius, Nurenburch. Itē illi de Hohenloch, de Vvirthem, de Brunecke, de Hanoue, de Valckensteyn. Item ciuitates Erffordia, Mulenhusen, Nurenburch, Rotenburch & Vvyndescheym. E

¶Et hi omnes, proxime nominati, Marchionem Brandenburgeñ. sacri imperij archicamerarium, similiter conducere tenebuntur.

¶Volumus autem, & expresse statuimus, vt vnusquisq; princeps elector, qui talē voluerit habere conductū, his à quibus ipsum postulare decreuerit, hoc ipsum adeo tempestiue, viāq; qua fuerit trāsiturus, insinuet, & talē cōductū exposcat, vt illi, q ad cōductū hmōi impēdēdū deputati, & taliter fuerint reqsiti, ad hoc opportune se valeāt & cōmode ꝓparare.

¶Præmissas vero constitutiōes, circa materiā cōductus ꝯditas, ita sane debere declaramus intelligi, vt vnusqsq; superius nominatus, vel forsitan nō expressus à quo in casu præmisso, conductū requiri cōtigerit, ad præstādū ipsum p suas dūtaxat terras, & territoria, & etiā vltra quāto potest remotius, absq; dolo, sub pœnis contētis superius sit astrictus.

¶Præterea statuimus, & etiā ordinamus, vt archiepiscopus Moguntinensis, qui fuerit pro tempore, singulis principibus coelectoribus suis ecclesiasticis & secularibus, electionem eandem, per suos nuntios patentibus debeat literis intimare, in quibus quidem literis talis dies, & terminus exprimat, infra quē eædem literæ, ad singulos eosdē principes, verisimiliter possint puenire, huiusmodi vero literæ continebūt, vt à die in literis ipsis expressa infra tres menses continuos, omnes & singuli principes electores, Franckfort super Moganum esse debeant, constituit, vel suos legales ad eundem terminū atq; locū nuntios destinare, cum plena & omnimoda potestate, suisq; patētibus literis, maiori cuiuslibet eoꝝ sigillo signatis, ad eligēdum Romanum regē, in Cæsarē promouēdum. Qualiter aūt, & sub qua F forma tales literæ confici debeant, & quæ in eis solennitas debeat immutabiliter obseruari, & in qua forma, & modo, principes electores nuntios suos, ad electionē huiusmodi destinandos, ad potestatem mandatū, seu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præsentis libri, conscriptum inuenietur clarius & expressum. Et eandē formam illic traditam mandamus, & de imperialis potestatis plenitudine, vsquequaque decernimus obseruari.

¶Cum autem ad hoc peruētum fuerit, quod de Imperatoris, vel regis Romanoꝝ obitu, in diocœsi Moguntina constiterit, extunc infra vnum mēsem, à die notitiæ obitus huiusmodi, continue numerandū, singulis principibus electoribus, obitum ipsum, & intimationem, de quibus præmittitur p archiepiscopū Moguntineñ. iubemus & decernimus, suis patentibus literis declarari, ꝙ si idem archiepiscopus in executione, & intimatione huiusmodi, negligens, aut remissus fortasse existeret, extūc ijdem principes motu proprio, etiā non vocati, pro fidei suæ virtute (qua sacrum prosequi tenentur imperium) post hoc infra tres menses, sicut in constitutione supra proxime posita continet, in ciuitatem Franckfort sæpe dictā, veniant electuri regem Romanoꝝ in Cæsarem promouendum.

¶Debet autem vnusquisq; princeps elector, vel sui nuntij, dictam ciuitatem Franckfort, cum ducentis equitibus tantummodo præfatæ electionis tempore introire, in quoꝝ numero quinquaginta tantū armatos, vel pauciores, secum introducere poterit, sed nō plures.

¶Princeps vero elector, ad electionē huiusmodi vocat⁹ & reqsitus, ad ipsam nō veniēs

vel lega

A vel legales nuntios cũ literis patentibus, ſigillo ſuo maiori ſigillatis, plenaḿq; & liberam ac omnimodã poteſtatem continentibus, ad eligendum Romanor̃ regem, futur̃ Imperatorem, non dirigens, aut veniens, aut huiuſmodi nuntios forte tranſmittens, ſi poſtea princeps ipſe, aut prædicti nuntij, à prædicto electionis loco recederent, rege Romanor̃ futuro Cæſare non electo, nec ad p̃miſſa procuratore legitimo ſubſtituto, ſolenniter & relicta electionis voce, ſeu iure, q̃d in eadẽ electione habuit, & tali modo deſeruit, careat ea vice.

¶Iniungimus autẽ ciuibus de Franckfort, & mandamus, vt ipſi vniuerſos principes electores in genere, & quemlibet eor̃ in ſpecie, ab inuaſione alterius, ſi quid inter eos aduerſitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cũ omnibus eor̃ hominibus, quos ipſi, & eor̃ quilibet, & in præfato ducentor̃ equor̃ ſuor̃ numero, ad præfatam duxerint ciuitatem, in virtute iuramenti, quod ſuper hoc ipſos ad ſancta præſtare ſtatuimus Euangelia, fideli ſtudio, & ſolerti diligentia protegant & defendant. Alioquin periurij reatum incurrant, & nihilominus, omnia iura ſua, libertates, priuilegia, gratias & indulta, quæ à ſacro obtinere noſcuntur imperio, omnino amittãt, bannũq; imperiale cũ perſonis & bonis ſuis omnibus incidant eo ipſo. Et liceat extunc omni homini authoritate propria, & ſine iudicio, ciues eoſdem, quos eo caſu exnunc prout extunc omni iure priuamus, tanquã proditores infi-
B deles & rebelles imperij, impune inuadere, ita q; inuadentes huiuſmodi, pœnã quãcunque à ſacro imperio, vel quouis alio, nequaq̃ debeant formidare.

¶Ciues inſuper antedicti de Franckfort per omne tempus illud, quo ſuper electione p̃dicta tractari & agi contigerit, neminem in præfatam ciuitatem, cuiuſcunq; dignitatis, cõditionis vel ſtatus extiterit, intromittant, vel intrare quouis modo permittant, principibus electoribus, & eor̃ nuntijs, procuratoribus antedictis dumtaxat exceptis, quor̃ quilibet cũ ducentis equis debebit (vt prædicitur) intromitti. Si vero poſt ipſor̃ principũ electorum introitum, ſeu in ipſor̃ præſentia, in præfata ciuitate aliquẽ reperiri contigerit, illius exitum ciues ipſi debebunt abſq; mora & cũ effectu protinus ordinare, ſub omnibus pœnis contra ipſos ſuperius promulgatis, ac etiam in virtute iuramenti, quod ciues ipſi de Franckfort ſuper eo virtute præſentis conſtitutionis præſtare debebunt ad ſancta dei Euãgelia, vt in præcedentibus eſt expreſſum.

¶De electione Romanorum Regis.

C POſtquã autẽ ſæpedicti electores ſeu nuntij ciuitatẽ Franckfordeñ. ingreſſi fuerint, ſtatim ſubſequenti diluculo in eccleſia ſancti Bartholomæi apoſtoli, ibidẽ in omnium ipſorum præſentia, miſſam de ſancto ſpiritu faciant decantari ad finem, vt ipſe ſanctus ſpiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo fulti præſidio, hominem iuſtum, bonum, & vtilem eligere valeant in regem Romanorum futurum Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani expedientem. Peracta quoq; miſſa huiuſmodi, omnes illi electores ſeu nuntij accedant ad altare in quo miſſa eadem extitit celebrata, vbi principes electores eccleſiaſtici, corã Euangelio beati Iohannis, In principio erat verbũ, quia illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reuerentia ſupponant. Seculares vero principes electores, dictũ Euangeliũ corporaliter manibus ſuis tangant, qui omnes coram tota ipſor̃ familia, tunc ibi debebũt in armis aſſiſtere. Et Archiepiſcopus Moguntinẽſis formã iuramenti eis dabit, & vnà cum ipſis, & ipſi vel abſentium nuntij vnà cũ eo iuramentũ præſtabunt vulgariter in hunc modum: Ego Archiepiſcopus Moguntineñ. ſacri imperij per Germaniam archicancellarius ac princeps elector, iuro ad hæc ſancta dei Euangelia hic præſentialiter corã me poſita, q̃ ego per fidẽ (qua ego deo & ſacro Romano imperio ſum aſtrictus) ſecundũ omnẽ diſcretionem & intellectũ meum, cũ dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano, id eſt, regẽ Romanor̃ in Cæſarẽ promouendũ, qui ad hoc exiſtat idoneus, inquãtum diſcretio & ſenſus mei me dirigunt, & ſecundũ fidẽ prædictã, voceḿq; meã, & vocũ electionẽ præfatã, dabo abſq; omni pacto, ſtipẽdio, pretio, vel promiſſo, ſeu quocũq; modo talia valeant appellari, ſic me deus adiuuet & omnes ſancti.

¶Præſtito deniq; per electores ſeu nuntios in forma & modo p̃dictis huiuſmodi iuramẽto ad electionẽ procedãt, nec omnimode de iã dicta ciuitate Franckfort ſeparent, niſi prius maior pars ipſor̃ tẽporale caput mũdo elegerit, ſeu populo Chriſtiano, regẽ videlicet Romanor̃ in Cæſarẽ promouendũ. Quod ſi facere diſtulerint, infra triginta dies à die p̃ſenti iuramẽti p̃fati continue numerãdos, extunc tranſactis eiſdẽ triginta diebus, amodo panẽ manducẽt & aquã, & nullatenus ciuitatẽ exeant antedictã, niſi prius per ipſos vel maiorem partẽ ipſor̃, rector ſeu temporale caput fidelium electũ fuerit, vt præfertur.

¶Poſtq̃ autem in eodẽ loco, ipſi vel pars eor̃ maior numero elegerit, talis electio inde per haberi & reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis oĩbus, nemine diſcrepante, cõcorditer celebrata. Si vero per tẽpus aliquod abeſſe & tardare contingeret aliquem de electoribus ſeu

nuntijs antedictis,dũ tamen veniret antequã prædicta est electio celebrata,hũc ad electionem istã,in eo statu admitti debere decernimus,in q̃ ipsa aduẽtus sui tempore consistebat. Et quia de antiqua,approbata,& laudabili cõsuetudine,tã inconcusse q̃ immutabiliter semper extitit hactenus obseruatũ. Ideoq; & nos cõstituimus,& de imperialis decernimus plenitudine potestatis,ꝙ is,qui modo præmisso in regẽ Romanor̃ fuerit electus,peracta statim electione huiusmodi,priusquam in aliquibus causis alijs,siue negotijs,virtute sacri imperij̃ administret vniuersis,& singulis principibus electoribus ecclesiasticis,& secularibus, qui propinquiora sacri imperij̃ mẽbra eẽ noscũtur,omnia ipsor̃ priuilegia,literas iura,libertates,concessiones,antiquas cõsuetudines,& etiã dignitates,& quicq̃d ipsi ab imperio vsq; ad diẽ electionis suæ obtinuerũt,possederũt absq; dilatione,& cõtradictione cõfirmare,& approbare debeat per suas literas,& sigilla,ipsisq; oñia præmissa innouare,postquã fuerit imperialibus insulis coronatus. Confirmationem autem huiusmodi,electus ipse cuilibet principi electori,in specie,primo suo nomine regali faciet. Et deinde, sub imperiali titulo innouabit,& in his ipsos principes oñes in genere,& quẽlibet eorum in specie,nullatenus impedire,sed potius absq; dolo, gratiose tenebitur promouere. D

¶In casu deniq; quo tres principes electores præsentes,seu absentium nuntij̃, quantum ex se,seu eorum consortio,videlicet principem electorem præsentem,vel absentem,in regem Romanorum eligerent,vocem illius electi,si præsens affuerit, aut nuntiorum ipsius, si eum abesse contigerit, plenum vigorem habere,& eligentium augere numerum, partemq; maiorem,decernimus constituere ad instar cæterorum principum electorum. E

¶De sessione Treuereñ. Colonieñ. & Moguntineñ. episcoporum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis feliciter Amen. Carolus quartus,diuina fauente clementia Romanor̃ Imperator,semper augustus,& Bohœmiæ rex, ad perpetuam rei memoriam. Decor,& gloria sacro sancti Romani imperij̃,& honor Cæsareus,& reipublice grata cõpendia,venerabiliũ & illustriũ principũ elector̃, cõcordi volũtate fouẽtur,q̃ velut colũnæ proceres sacrũ ædificiũ circũspectę prudẽtię solerti pietate sustẽtant,quor̃ præsidẽtiæ,dextera imperialis potẽtiæ roborat. Et quãto mutui fauoris ampliori benignitate stringũtur,tãta vberioris pacis & tranquillitatis, cõmoda feliciter perfluunt populo Christiano. Vt igitur inter venerabiles Moguntineñ. Colonieñ. nec nõ Treuereñ. archiepiscopos, sacri imperij̃ principes electores,omniũ litium,& suspitionum, mala,q̃ & de prioritate,seu dignitate sessionũ, in curijs imperialibus & regalibus, suboriri valeant in posterꝝ, ppetuis in antea,tpibus amputentur,& ipsi in cordis, & animar̃ quieta cõditione manẽtes,de opportunitatibus sacri imperij̃,cõcordi fauore,& virtuose dilectionis studio cõueniẽtius meditari valeãt,pro cõsolatione populi Christiani,habita deliberatione cũ oñibus principibus electoribus,tã ecclesiasticis q̃ secularibus, & de ipsor̃ concilio,decernimus, & de imperialis potestatis plenitudine, hac ẽdictali lege ppetuo valitura sancimus ꝙ supradicti venerabiles archiepiscopi, Treuereñ. videlicet, ex oppositio & lineari directione,versus Imperatoris faciẽ. Moguntineñ. vero,in suis diocœsi,& prouintia & extra prouintiã suã,in toto cãcellariatu suo Germanico, prouintia Colonieñ. dũtaxat excepta. Et demũ Colonieñ. in suis diocẽsi,& prouintia,& extra prouintiã suã,in tota Italia & Gallia,in dextero latere Romanor̃ Cæsaris sedere possint, valeãt & debeãt,in oñibus publicis,actibus,imperialibus puta iudicijs collationibus feudor̃, & refectionibus mẽsarum,& etiam in Conciliȝ,& in oñibus alijs agendis,propter quæ contingit,seu continget,eosdem pro honore seu vtilitate imperiali tractandis,mutuo conuenire,& hunc modũ sessionis,sub omni eo ordine,sicut expressatur superius,ad prædictorum Colonieñ. Treuereñ. & Moguntineñ. archiepiscoporum successores,perpetuo extẽdi volumus,vt nullo vnquam tempore super his quæuis dubietas generetur. F

¶De principibus electoribus in communi.

alias, ex nũc. STatuimus insuper, vt quotienscũq; imperialẽ curiã, extunc inantea,celebrari cõtigerit,in qualibet sessione, videlicet tam in consilio q̃ in curia,q̃ in mẽsa & locis alijs quibuscũq; vbi Imperatorẽ,vel regẽ Romanor̃,cũ principibus electoribus,sedere cõtigerit,à dextero latere Imperatoris vel regis Romanor̃, immediate post archiepiscopũ Moguntineñ. vel Colonieñ. illũ videlicet quẽ tunc tẽporis, pro qualitate locor̃ & varietate prouintiar̃, iuxta priuilegij̃ sui tenorẽ dicto lateri dextro Imperatoris, assidere cõtigerit,rex Bohœmiæ cũ sit princeps coronatus & vnctus, primũ post eũ continuo,comes palatinus Rheni,secundũ sedẽdi locũ debet obtinere, ad sinistrã vero partẽ, immediate post illũ,quẽ ex p̃dictis archiepiscopis in latere sinistro sedere cõtigerit, primũ locũ dux Saxoniæ,& post eũ marchio Brandeburgeñ. alter̃ obtinebit. Cæter̃, quotiens & quãdo deinceps sacrũ vacare cõtinget imperiũ,extunc Moguntineñ. archiepũs, potestatem

A statem habebit, sicut potestatem habuisse dinoscitur ab antiquo, cæteros principes antedictos suos, in dicta electione consortes literatotiæ conuocandi. Quibus omnibus, seu his, qui potuerint & voluerint interesse, in electionis terminis inuicẽ congregatis, dictus archiepiscopus Moguntineñ. & non alter eorundẽ coelectorũ suorũ vota singulorũ habebit inquirere ordine subsequenti. Primo quidem interrogabit à Treuereñ. archiepiscopo, cui primã vocẽ competere declaramus, sicut inuenimus hactenus cõpetijsse. Secundo à Colonienſi archiepiscopo, cui cõpetit dignitas necnon officiũ, Romanorũ regi primũ diadema regiũ imponendi. Tertio à rege Bohemiæ, qui inter electores laicos ex regiæ dignitatis fastigio, iure & merito obtinet primatũ. Quarto à comite Palatino Rheni. Quinto à duce Saxoniæ. Sexto à Marchione Brandeburgeñ. Horũ omniũ vota, præmisso iam ordine, dictus archiepiscopus Moguntineñ. perquiret, quo facto, dicti principes sui consortes, ipsum veceuersa, vt & ipse intentionẽ suã exprimat, & ipsis aperiat votũ suum.

¶Præterea in celebratione imperialis curiæ, Marchio Brandeburgeñ. aquã lauandis Imperatoris vel regis Romanorũ manibus ministrabit. Primũ vero potum rex Bohemiæ, quem tamen sub corona regali, iuxta priuilegiorũ regni sui continentiam, nisi libera voluntate voluerit, nõ tenebitur ministrare, Comes etiã Palatinus Rheni cibũ afferre tenebitur, Dux Saxoniæ marschalcatus officiũ exercebit, vt solitũ est fieri ab antiquo.

¶De iure Comitis Palatini, & etiam ducis Saxoniæ.

B QVoties insuper (vt præmittitur) sacrũ vacare contingetimperiũ, illustris comes Palatinus Rheni, sacri imperij archidapifer, ad manus futuri regis Romanorũ in partibus Rheni & Sweuiæ, & in iure Franconico, ratione principatus seu comitatus Palatini, priuilegio debet esse prouisor ipsius imperij, cũ potestate iudicia exercendi, & ad beneficia ecclesiastica præsentandi, recolligendi redditus & prouentus, & inuestiendi de feudis iuramenta fidelitatis vice & nomine sacri imperij recipiendi, quæ tamen regem Romanorũ postea electum suo tempore, omnia innouari & de nouo sibi ipsa iuramenta præstari debebunt, feudis principũ dumtaxat exceptis, & illis, quæ van lehen vulgariter appellantur, quorũ inuestituram & collationem soli Imperatori vel regi Romanorũ specialiter reseruamus. Ipse tamen Comes Palatinus, omne genus alienationis seu obligationis rerum imperialium huiusmodi prouisionis tempore expresse nouerit sibi interdictum. Et eodem iure prouisionis illustrem Ducem Saxoniæ sacri imperij archimarschalcũ frui volumus, in illis locis vbi Saxonica iura seruantur, sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius est expressum.

¶Et q̃uis Imperator siue rex Romanorũ, sup causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat (sicut ex cõsuetudine introductũ dicit) corã comite Palatino Rheni, sacri imperij archidapifero electore principe respõdere, illud tamẽ iudiciũ comes ipse Palatinus, nõ alibi p̃terq̃ in imperiali curia, vbi Imperator seu Romanorũ rex p̃sens extiterit, poterit exercere.

¶De comparatione principũ electorũ ad alios principes cõmunes.

C DEcernimus vt in celebratione imperialis curiæ, quotiescunq; illam deinceps petuo celebrari contigerit, antedicti principes electores ecclesiastici & seculares, iuxta præscriptum ordinem atq; modum à dextris & sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisq; vel eorum alicui in quibuscunq; actibus ad curiam ipsam spectantibus, eundo, sedendo, vel stando, nullus princeps alius, cuiuscunq; status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis existat, vllatenus præferatur, eo signanter expresse, q̃ nominatim rex Bohemiæ in celebratiõe curiarũ hõmi, in oĩbus & singulis actibus antedictis quẽcunq; regẽ alium, quacunq; etiã singulari dignitatis p̃rogatiua fulgentem, quẽ quouis casu seu causa venire vel adesse forte contingeret, immutabiliter antecedat.

¶De successione principum.

INter solicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu sacri imperij, cum authore domino feliciter præsidemus, cor nostrũ quotidie fatigatur, ad hoc præcipue meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata & salubris semp vnio inter sacri imperij principes electores, iugiter vigeat & eorum corda in synceræ charitatis concordia conseruentur. Quorum prouidentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tanto facilius subuenitur, quanto inter eos nullus error surrepserit, & purior fuerit, charitas custodita, obscuritate succisa, & iure cuiuslibet dilucide declarata. Sane generaliter lõge, late q̃ est publicũ & quasi per totũ orbem notoriũ & manifestũ illustres regẽ Bohemiæ, necnon comitẽ Palatinũ Rheni, ducẽ Saxoniæ, & marchionẽ Brandeburgeñ. virtute regni & principatuum suorũ in electione regis Romanorũ, in Cæsarẽ promouendi, cũ cæteris principibus ecclesiasticis suis coelectoribus ius, vocẽ, & locum habere, & vnà cũ ipsis censeri & esse veros & legitimos sacri imperij principes electores, ne inter eorundẽ principum secularium electorum filios super iure, voce, & potestate præfata, futuris tẽporibus scandalorũ

& dissensionũ possit materia susciteri,& sic bonũ commune periculosis dilationibus impe- D
diri futuris,authore deo, cupiẽtes periculis salubriter obuiare. Statuimus, & imperiali au-
thoritate,præsenti lege,ppetuis tẽporibus valitura decernimus, vt postq̃ ĩdem principes
electores seculares,& eorũ quilibet eẽ desierit,ius,vox,& potestas electionis hmõi,ad filiũ
suum primogenitũ,legitimũ laicũ,illo vero nõ extante,ad eiusdẽ primogeniti, primogeni
tum,similiter laicũ libere,& sine cõtradictione cuiuspiam deuoluat. Si vero primogenitus
huiusmodi,absq; hæredibus masculis legitimis laicis,ab hac luce migraret, virtute p̃sentis
imperialis ædicti,ius,vox,& potestas electionis prædictæ,ad seniorẽ fratrẽ laicũ, per verã
paternalẽ lineã descẽdentẽ. Et deinceps ad illius primogenitũ laicũ deuoluat, & talis suc-
cessio in primogenitis & hæredibus principũ eorundem iure,voce,& potestate præmissis,
perpetuis tẽporibus obseruet,ea tamẽ conditione,& modo,vt si principẽ electorẽ seu eius
primogenitũ,aut filiũ seniorẽ laicũ mori,& hæredes masculos,& legitimos laicos,defectũ
ætatis patiẽtes,relinquere cõtigerit,tũc frater senior eiusdẽ primogeniti, tutor eorũ & ad-
ministrator existat,donec senior ex eius legitimam ætatẽ attigerit, quã in principe electo-
re.18.annos cõpletos,cẽseri volumus & statuimus ppetuo haberi,quam dum attigerit, ius,
vocẽ & potestatẽ,& oñia ab ipsis dependẽtia. Tutor ipse sibi totaliter cũ officio teneatur
protinus assignare. Si vero aliquẽ ex huiusmodi principatibus eorũ, imperio sacro vacare
cõtigerit,tũc Imperator seu rex Romanorũ,q̃ pro tẽpore fuerit,de ipso prouidere debebit
& poterit,tanq̃ de re ad se,& imperiũ legitime deuoluta, saluis semp priuilegiis, iuribus,
& cõsuetudinibus regni nostri Bohœmiæ sup electione regis in casu vacatiõis, per regni- E
colas, qui ius habẽt eligẽdi regem Bohœmiæ, faciendi iuxta continẽtiam eorundem pri-
uilegiorum,& obseruatam consuetudinem diuturnam,à diuis Romanorũ imperatoribus,
siue regibus obtentorũ,quibus ex huiusmodi sanctione imperiali in nullo præiudicare vo
lumus,imo ipsa decernimus,nunc & ppetuis futuris temporibus,in omni suo tenore,& for
ma,indubiam tenere roboris firmitatem.

¶De regis Bohœmiæ & regnicularũ eius immunitate.

CVm per duos Romanorũ Imperatores,& reges prædecessores nostros illustri-
bus Bohœmiæ regibus, progenitoribus & p̃decessoribus nostris, necnon Bo-
hœmiæ regno,eiusdẽ regni coronæ olim cõcessum fuerit gratiosius & indultũ,
sitq; in regno eodem à tẽpore,cuius cõtrarij hodie nõ existit memoria, consue-
tudine laudabili inconuulse seruata diuturnitate tẽporũ,& p̃scripta moribus vtentium sine
contradictionis aut interruptionis obstaculo introductũ,q̃ nullus princeps, baro,nobilis,
miles,cliens,burgensis,ciuis,nulla deniq; p̃sona eiusdẽ regni,& ptinentiarũ eiusdem vbi-
cũq; existentium,cuiuscũq; status,dignitatis,præeminẽtiæ,vel dignitatis, conditionis exi-
stat,ad cuiuscũq; actoris instantiam,extra regnum ipsum ad quodcũq; tribunal,seu alterius
præterq̃ regis Bohœmię,& iudiciũ regalis curiæ,siue iudicum citare poterit,siue trahi nec
vocari debeat,ppetuis in antea temporibus,siue possit. Ideo priuilegium,cõsuetudinem,&
indultum huiusmodi authoritate imperiali,& de imperialis potestatis plenitudine, ex cer-
ta scientia innouantes,& etiam confirmãtes,ac præsenti nostra constitutione imperiali p-
petuis temporibus valitura statuimus,vt si contra priuilegium ,consuetudinem, vel indul F
tum præfatum,quispiã prædictorũ,puta princeps,baro,nobilis,miles,cliens,ciuis,burgẽ-
sis,seu rusticus,aut alia quæcũq; p̃sona p̃missa,ad quodcunq; tribunal, extra regnum p̃di-
ctum Bohœmiæ in quacũq; causa criminali,ciuili vel mixta,seu sup q̃cũq; negotio citatus
fuerit,q̃cũq; tpe vel citat' cõparere,vel in iudicio respõdere,minime teneat,& q̃ si aduersus
hmõi nõ cõparẽtes,vel non cõparẽtẽ à quocũq; iudice cuiuscũq; authoritatis existat, extra
regnũ ipsum Bohœmiæ constituto,iudicialiter procedi,processus fieri seu sentẽtias inter-
locutorias vel diffinitiuas,vnã vel plures in quibuscũq; p̃nominatis causis,seu negotiis q̃-
uis modo promulgari,& ferri contingeret,authoritate p̃missa,de plenitudine insuper ante
dictæ imperatorię potestatis citationes p̃cepta processus,& sententias huiusmodi nec non
executiones,& oñia quæ ex eis vel aliquo eorũ quomodolibet sequi attentari possent, vel
fieri irritamus penitus & cassamus. Adijcientes expresso & ædicto imperiali ppetuo vali-
turo,eadem authoritate,& de præmissæ potestatis plenitudine decernẽtes,vt quemadmo-
dum in prædicto regno Bohœmiæ à tempore (cuius contrarij non habetur memoria)iu-
giter obseruatũ existit,ita nulli prorsus principi, Baroni,nobili,militi, clienti, ciui, burgeñ,
seu rustico nulli demum p̃sonæ,seu incole regni Bohœmiæ sæpedicti cuiuscunq; status,p̃-
eminentiæ,dignitatis vel conditionis existat,vel extiterit,à quibuscunq; processibus,sentẽ-
tijs,interlocutorijs,vel diffinitiuis,siue p̃ceptis regis Bohœmiæ,aut quorumlibet suorum
iudicum,nec non executionibus eorũdem,contra se in regali iudicio, seu coram regis,re-
gni seu prædictorũ iudicum tribunalibus,aut locis habitis, vel ferendis inantea, seu tiendis
ad quodcunq; aliud iudicium appellare, prouocationes huiusmodi, si quas contra hoc in-
terponi

A terponi contigerit, eo ipso, viribus non subsistant & appellantes ipsi, pœnam perditionis causarum ipso facto se nouerint incurrisse.

¶De auri, argenti, & aliarum specierum mineris.

PRæsenti constitutione in ppetuum valitura statuimus. Et de certa scientia declaramus, ꝙ successores nostri Bohœmiæ reges, nec non vniuersi, & singuli principes electores ecclesiastici & seculares, qui ppetuo fuerint, vniuersas auri & argẽti fodinas, atq; mineras, stanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cuiuscũq; generis metalli, ac etiam salis, tam inuẽtas quàm inueniẽdas, in posterũ, quibuscunq; tẽporibus in regno prædicto, ac terris, & pertinentijs eidem regno subiectis, nec non supradicti principes, in principatibus, terris, dominijs, & ptinentijs suis, tenere iuste possint, & legitime possidere cum oĩbus iuribus, nullo prorsus excepto, prout possunt, seu consueuerũt talia possideri, nec non Iudæos habere, theolonia, in præterito statuta & indulta pcipere. Quodq; progenitores nostri, reges Bohœmiæ ferme ipsiq; principes electores ac progenitores, & prædecessores eorũ legitime poterũt, vsq; in præsens, sicut hoc antiqua, laudabili, & approbata cõsuetudine, diutur niq; ac longissimi tẽporis cursu præscripto noscitur obseruatum.

¶De monetis.

B STatuimus præterea, vt regi Bohœmiæ successori nostro qui fuerit pro tẽpore, sicut constat ab antiquo, illustribus Bohœmiæ regibus, nostris ꝑdecessoribus licuisse & in possessione pacifica, continua ipsos fuisse iuris subsequẽtis, videlicet monetas, auri & argẽti, in omni loco, & parte regni sui & subiectarũ sibi terrarũ, & ptinẽtiarũ omnium, vbi rex ipse decreuerit sibi quæ placuerit cudi, facere & mandare sub omni modo & forma in regno ipso Bohœmiæ, in his ad hæc vsq; tempora obseruatis, quodq; futuris ppetuo Bohœmiæ regibus, hac nostra imperiali constitutione & gratia ppetuo valituris à quibuscunq; principibus, magnatibus, comitibus, ac psonis alijs quascũq; terras, castra, possessiones, prædia, siue bona liceat emere, comparare, seu in donũ seu donationem, ex quacũq; causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarũ, castrorũ, possessionum, prædiorũ, seu bonorũ conditione consueta, vt videlicet propria recipiant vel comparentur, vt propria, libera, velut libera, & ea quæ dependẽt in feudũ, similiter emantur in feudũ, seu comparata taliter teneãtur, ita tamen ꝙ ipsi reges Bohœmiæ, de his qui hoc modo cõparauerint vel receperint, & regno Bohœmiæ duxerint applicanda, ad pristina & consueta iura, de talibus sacro explenda & reddenda imperio sint astricti. Præsentẽ nihilominus constitutionẽ & gratiam virtute præsentis legis nostræ imperialis ad vniuersos principes electores, tam ecclesiasticos quàm seculares successores, & legitimos hæredes ipsorũ plene extendi volumus, sub omnibus modis & conditionibus, vt præfertur.

¶De immunitate principum electorum.

C STatuimus etiam, vt nulli comites, barones, nobiles, feudales, vasalli, castreñ. milites, clientes, ciues, burgenses, nullæq; psonę Moguntineñ. Treuereñ. & Colonieñ. ecclesiis subiecti vel subiectæ cuiuscũq; status, conditionis vel dignitatis existãt, ad cuiuscũq; actoris instantiam, extra territorium, & terminos, ac limites earundẽ ecclesiarum, & pertinentiarum suarum ad quodcunque aliud tribunal, seu cuiuscunq; alterius, præterquàm archiepiscoporum, Moguntinensis, Treuerensis & Colonienſis & iudicium suorum iudicum, citari poterunt, temporibus retroactis vel trahi, seu vocari debeant, perpetuis, inantea temporibus, siue possint, siue præteritis, inuenimus temporibus obseruatum. Quod si contra præsens ædictum nostrum prædictos ecclesiarum Treuereñ. Moguntineñ. seu Colonieñ. subditos, vel eorum aliquem, seu aliquos, ad cuiuscunque instantiam, seu ad cuiuscunq; tribunal, pro quacũq; causa criminali, ciuili vel mixta, seu q̃cunq; negotio, extra territorium, limites seu terminos dictarum ecclesiarũ, vel alicuius earũ citari contingeret comparere, vel respondere minime teneantur, & citatio, & processus, & sententiæ interlocutoriæ, & diffinitiuę, contra non venientes à talibus iudicijs extraneis latę, vel factę, fiendę vel ferendę, necnon præcepta, & præmissorum executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorũ quomodolibet sequi attentari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso. Adijciẽtes expresse ꝙ nulli comiti, baroni, nobili, feudali, vasallo, castreñ. militi, clienti, ciui, rustico, nulli demũ personæ ecclesiis huiusmodi subiectæ, seu eius incole cuiuscunq; status, dignitatis vel conditionis existant, à processibus, sententijs interlocutorijs, & diffinitiuis siue præceptis Archiepiscoporum, & ecclesiarum huiusmodi, vel suorũ officiatorum temporalium, aut executionibus eorundem contra se. In archiepiscopali seu officiatorum prædictorum iudicio factis, aut latis, habitis, vel ferendis, inantea, seu fiendis ad quodcunq; tribunal liceat appellare, quàmdiu in archiepiscoporum prædictorum, & suorum iudicio querelantibus, non iustitia denegata, appellationes contra hoc factas, non recipi statuimus, cassas q̃ & irritas nuntiamus. In defectum vero iustitiæ, prædictis omni-

bus ad imperialem duntaxat curiã,& tribunal,seu iudicis immediate in imperiali curia pro D
tempore præsidentis audientiam,& etiam eo casu non ad quemuis alium iudicem, siue ordinarium,siue etiam delegatum,his quibus denegata fuerit iustitia,liceat appellare. Quicquid vero contra præmissa factum fuerit, sit irritum, eo ipso, eandem constitutionem virtute præsentis legis nostræ imperialis, ad illustres comitem Palatinum Rheni, ducem. Saxoniæ,& marchionem Brandeburgen. principes electores seculares,siue laicos hæredes successores,& subditos eorum,plene extendi volumus,sub omnibus modis,& conditionibus, vt præfertur.

¶De Congregatione Principum.

INter illas multiplices Reipublicę curas, qbus assidue mens nostra distrahit,multa confideratione necessarium fore prospexit nostra sublimitas,vt sacri imperij principes electores,ad tractandum de ipsius imperij,orbisq; salute, frequentius solito congregentur,qui solide bases imperij,& columnæ immobiles quemadmodum per longinquas ad inuicem terrarum consistunt distantias, ita de incumbentibus regionum sibi cognitarũ defectibus,referre simul & conferre nouerunt sanisq; prouidentiæ suæ consilijs non ignorant,accommodis talium reformationibus salubriter opem dare,hinc est quod in solenni curia nostra,in Nurenberg cum venerabilibus,ecclesiasticis,& illustribus secularibus, principibus electoribus,& multis alijs principibus, & proceribus per nostram celsitudinem celebrata, habita cum eisdem principibus electoribus deliberatione,& de ipsorum consilio pro bono,& salute communi,cum dictis principibus electoribus, tam ecclesiasticis, quàm secularibus,duximus ordinãdum. Quod ijdem principes electores de cætero per singulos E
annos semel transactis à festo resurrectionis dominicæ, quatuor septimanis continue numerandis,in aliqua ciuitatum sacri imperij personaliter congregentur & idem tempus proxime affuturum seu anno præsenti,colloquiũ seu curia & cõgregatio huiusmodi in ciuitate nostra imperiali Meten. per nos & eosdem principes celebriter, ac tunc,& deinceps die quolibet congregationis huiusmodi locus per nos quo sequenti anno conueniant,ipsorum consilio statuatur,hac nostra ordinatione,ad nostrum & ipsorum duntaxat beneplacitum duratura. Qua durante ipsos sub nostro imperiali conductu recipimus, ad dictam curiam accedendo,stando ac etiam recedendo. Præterea,ne tractatus communis salutis, & pacis,per tractum,& moram solatij,seu excessiuam frequentationem conuiuij, retardetur vt aliquando fieri est consuetum,concordi voluntate duximus ordinandũ, vt deinceps curia, seu congregatione præfata durante, generales omnium principum celebrare alicui non liceat inuitatas. Particulares vero quę agendorum expeditionem non impediant,cum moderamine sint permissæ.

¶Reuocatoria Priuilegiorum.

PRæterea statuimus,& hoc imperiali perpetuo sancimus ædicto,quòd vniuersa priuilegia, & literæ quibuscunque personis, cuiuscunque status, præeminentiæ,vel dignitatis existant,seu ciuitatum,oppidorum, & quorumlibet locorum, vniuersitatibus,super quibuscunque iuribus, gratijs, emunitatibus, consuetudinibus,seu rebus alijs,etiam proprio motu,seu alias à nobis,vel recolendæ memoriæ diuis Rhomanorum Imperatoribus,& regibus,prædecessoribus nostris, sub quibuscunque verborum te- F
noribus concessa,& concessæ,seu à nobis,vel successoribus nostris, Rhomanorum Imperatoribus, & Regibus,futuris tpibus concedenda, seu etiã concedendæ,non debeant, aut possint libertatibus,iurisdictionibus,iuribus,& honoribus, seu dominijs principum electorum sacri Imperij ecclesiasticorum & secularium,aut alicuius ipsorum in aliquo penitus derogare. Etiam si in talibus priuilegijs, & literis quarumlibet personarum cuiuscunque præeminentiæ,dignitatis,aut status extiterint, vt præfertur, seu vniuersitatum huiusmodi expressarum sit,vel fuerit in futurum,quòd reuocabilia, seu reuocabiles esse non debeant, nisi de ipsis,& toto in eis comprehenso tenore,in tali reuocatione fieret de verbo ad verbum, seriatim mentio specialis,huiusmodi nanque priuilegia,& literas,si & in quantum libertatibus, iurisdictionibus, iuribus, & honoribus, seu dominijs, quæ superius exprimuntur dictorum principum electorum,aut alicuius ipsorum derogare,vel obuiare censentur,in aliquo,quo ad hoc reuocamus ex certa scientia,& cassamus,reuocataque, & reuocatas intelligi,reputari,& haberi decernimus,de plenitudine imperatoriæ potestatis.

¶De his,quibus vt indignis, auferuntur bona feudalia.

IN plerisque partibus,vasalli,& feudatarij dominorum feuda, seu beneficia,quæ à doctrinis ipsis obtinent intempestiue,verbaliter,& in fraude renuntiant,seu resignant eadem,& facta resignatione huiusmodi, dominos ipsos malitiose diffidant, suasq; inimicitias eis denuntiant, damna ipsis subsequenter grauia inferendo,& beneficia,seu

feuda

A feuda ſic relicta prætextu guerræ, ſeu inimicitiæ iterꝫ inuadũt & occupãt & detinẽt occupata, ea propter p̃ſenti cõſtitutione in ꝑpetuũ valitura ſancimus, ꝙ talis reſignatio ſeu renuntiatio haberi debeat, pro nõ facta, niſi libere & realiter facta fuerit p eoſdem, ita ꝙ poſſeſſio beneficiorꝫ & feudorꝫ hmõi, dominis ipſis corpaliter & realiter aſſignet, in tãtum, ꝙ nullo vnquã tpe diffidãtes ipſi in bonis feudis, ſeu beneficijs reſignatis, dños ipſos ꝑturbent, per ſe vel alios, aut moleſtẽt, nec ad hoc conſiliũ præſtẽt auxiliũ vel fauorẽ. Cõtrariũ faciẽs ſeu dominos ipſos in beneficijs, & feudis reſignatis, vel nõ reſignatis inuadẽs, q̃modolibet vel ꝑturbans, vel dãna ipſis inferẽs, ſeu cõſiliũ, auxiliũ præſtãs, talia faciẽtibus vel fauorẽ, feuda & beneficia hmõi eo ipſo amittat, infamis exiſtat, & banno imperiali ſubiaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hmõi pateat ei, de cætero quocũqꝫ tempore aditus vel regreſſus, nec de nouo cõcedi ſibi valeãt, vllo modo & facta eis cõtra hoc illorꝫ conceſſio, ſeu inueſtitura ſequuta viribus non ſubſiſtant. Poſtremo, omnes pœnas prædictas illos vel illum, qui prædicta reſignatione non facta contra dominos ſuos fraudulenter agentes, vel agens ſciẽter eos inuaſerint vel inuaſerit, diffidatione quacũqꝫ præuia, vel obmiſſa vigore præſentis ſanctionis incurrere decernimus ipſo facto.

¶De conſpirationibus.

B Deteſtandas præterea & ſacris legibus reprobatas cõſpirationes & conuẽticulas ſeu colligationes illicitas, in ciuitatibus & extra, vel inter ciuitatẽ, & ciuitatẽ inter perſonã, & perſonã, ſeu inter perſonã, & ciuitatẽ, prætextu parentele, ſeu receptionis in ciues vel alterius cuiuſcũqꝫ coloris cõiurationes, inſup confœderationes & pacta, nec non & cõſuetudinẽ citra huiuſmodi introductam, quã cẽſemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus & ex certa ſciẽtia irritamus, quas ciuitates ſeu perſonæ cuiuſcũqꝫ dignitatis, ſeu conditionis, aut ſtatus, ſiue inter ſe, ſiue cũ alijs abſqꝫ authoritate dominorꝫ, quorꝫ ſubditi, vel miniſteriales, ſeu in quorꝫ diſtrictu conſiſtunt, eiſdẽ dominis nominatim non exceptis fecerint hactenus, & facere præſumpſerint in futuro, ſicut eas per ſacras diuorꝫ auguſtorꝫ prædeceſſorꝫ noſtrorꝫ, leges prohibitas non ambigitur, & caſſatas illis confœderationibus, & legibus duntaxat exceptis, quas principes & ciuitates, ac alij ſuper generali pace prouintiarꝫ, atqꝫ terrarꝫ inter ſe firmaſſe noſcuntur. Illas enim noſtræ declaratiõi ſpecialiter reſeruata, in ſuo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum, perſonam ſingularem, quæ de cætero contra tenorem præſentis conſtitutionis noſtræ, & legis antiquæ, ſup hoc æditæ confœderationes, colligationes, cõſpirationes & pacta huiuſmodi inire præſumpſerit, vltra pœnam legis eiuſdem, notam infamiæ, & pœnam decem librarꝫ auri ciuitatem, vel vniuerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem, centum librarum auri, nec non amiſſionis & priuationis libertatum, & priuilegiorum imperialium, pœnas incurrere decernimus, eo ipſo medietatẽ pœnæ huiuſmodi pecuniariæ fiſco imperiali. Reliqua vero domino diſtrictus, in cuius præiudicium factæ fuerint applicanda.

C

¶De Pfalburgerijs.

CAeterum, quia nonnulli ciues, & ſubditi principum, baronũ, & aliorꝫ hominum, ſicut freqꝫs ad nos qꝫrela perduxit, iugum originariæ ſubiectionis quærentes abijcere, imo auſu temerario contemnentes in aliarꝫ ciuitatũ ciues ſæpe recipi ſe procurant, & frequẽtius in præterito procurarunt. Et nihilominus in priorꝫ dominorꝫ, quos tali fraude præſumpſerunt vel præſumunt, deſerere, terris, ciuitatibus, oppidis, & villis, corpaliter reſiderent, ciuitatũ ad quas hoc modo ſe transferũt libertatibus gaudere, & ab eis defenſari contẽdunt, q̃ in partibus Almañ. Pfalburgerij cõſueuerũt, vulgariter appellari. Quoniã igitur patrocinari nõ debẽt alicui, fraus & dolus, de imperatoriæ poteſtatis plenitudine omniũ principũ electorꝫ eccleſiaſticorꝫ & ſeculariũ, ſane accedẽte cõſilio, ex certa ſciẽtia ſtatuimus, & præſenti lege ꝑpetuo valitura ſancimus, ꝙ prædicti ciues & ſubditi eis, quibus ſubſunt, taliter illudẽtes in omnibus terris, locis, & prouintijs ſacri imperij à præſenti die ĩ poſterꝫ, ciuitatũ in quarꝫ ciues tali fraude recipi & procurãt, vel hactenus procurarunt, iuribus & libertatibus in nullo potiantur, niſi ad huiuſmodi ciuitates corporaliter tranſeuntes, ibiqꝫ larem fouẽtes cõtinue, ac vere & non ficte, reſidẽtiã faciẽtes debita onera, & municipalia ſubeant in eiſdẽ. Si qui vero contra præſentis noſtræ legis tenorem recepti ſint vel fuerint, in futurꝫ illorꝫ receptio omni careat firmitate, & recepti cuiuſcũqꝫ dignitatis, conditionis aut ſtatus exiſtant, in nullo caſu, penitus ſine cauſa ciuitatũ, ad quas ſe recipi procurant, iuribus aut libertatibus gaudeant quomodolibet, vel fruantur. Non obſtantibus q̃buſcũqꝫ iuribus, priuilegijs, vel conſuetudinibus obſeruatis quantocũqꝫ tempore & obtentis. Quas, & quæ, in quantum præſenti noſtræ legi obuiant, præſentibus ex certa ſcientia reuocamus, de prædictæ imperialis plenitudine poteſtatis, omnẽqꝫ carere decernimus robore firmitatis.

¶Circa

¶Circa præmissa omnia principum, dominorꝝ, & aliorum hominum, quos taliter deseri contingit, vel cõtinget in posterum, iuribus circa personas, & bona subditorꝝ quorumcunq; ipsos supradicto modo deserentium semper saluis, hos nihilominus, qui sæpe dictos ciues, & subditos alienos recipere contra præsentis nostræ legis dispositionẽ prẽsumpserint recipere in prẽterito prẽsumpserũt, si eos oñino non dimiserunt infra mensem, post intimationẽ prẽsentiũ eis factã, centũ marcas auri pro transgressione hmõi, totiẽs, quotiens, deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarꝝ medietas imperiali fisco nostro, reliqua vero dominis illorum qui recepti fuerint irremissibiliter applicetur. D

¶De Diffidationibus.

EOs qui de cętero aduersus aliquos iustam diffidationis causam se habere fingentes ipsos in locis, vbi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempestiue diffidant, declaramus damna quæcunq; per incendia, spolia, vel rapinas diffidatis ipsis cum honore suo inferre non posse. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, prẽsenti constitutione in ppetuũ valitura sancimus, diffidantes huiusmodi quibuscũq; dñis, aut personis cum qbus aliqui fuerint in societate, familiaritate, vel honesta quauis amicitia conuersari, sic factas, vel fiendas in posterum, non valere, nec licere prætextu diffidationis cuiuslibet, quempiam inuadi per incendia, spolia, vel rapinas, nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffidando psonaliter, vel in loco quo habitare consueuit, publice fuerit intimata, possitq; de intimatiõe huiusmodi, per testes idoneos fieri plena fides, qsqs secus quẽpiã diffidare, & inuadere mõ pmisso psumpserit, infamiã eo ipo incurrat, ac si nulla diffidatio facta esset, quem etiam tanq̃ proditorẽ, per quoscunq; iudices pœnis legalibus statuimus castigari. Prohibemus etiam & damnamus vniuersos, & singulas guerras, & lites iniustas, cuncta quoq; iniusta incendia, spolia, & rapinas, indebita, & inconsueta telonea, & conductus, & exactiones pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub pœnis, quibus sacræ leges præmissa & eorum quodlibet sanciunt punienda. E

¶Litera intimationis pro electione Romanorum fienda.

VObis illustri, & magnifico principi. N. marchioni Brandeburgeñ. sacri imperij archicamerario electori, & amico nostro charissimo electione Romanorum regis, quæ ex rõnabilibus causis imminet, facienda, præsentibus intimamus, vosq; ex officij vestri debito, ad electionem præfatam rite vocamus, quatenus ac die tali &c. infra tres menses continue numerandos, per vos, seu nuntios, aut procuratores vestros, vnum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum iuxta formam sacrarꝝ legum, super hoc æditarꝝ venire curetis, deliberaturi, tractaturi, & concordaturi, cum alijs cõprincipibus, coelectoribus vestris, & nostris, de electione futuri regis Romanorum, in Imperatorem postmodum fauente domino promouendum, in eodem manfuri vsq; ad plenam consummationem electionis huiusmodi, & aliâs facturi, & processuri, prout in sacris legibus, super hoc deliberate ꝺitis inuenitur expressum, aliâs non obstante vestra, seu vestrorꝝ absentia in prẽmissis vnà cum alijs cõprincipibus & electoribus vestris & nostris, prout legum ipsarum sanxerit authoritas finaliter procedamus.

¶Forma procuratorij mittendi per eum principem electorem, qui nuntios suos ad electionem faciendam duxerit destinandum.

NOs talis dei gratia &c. sacri imperij &c. notum facimus tenore prẽsentium vniuersis, quod cum electio Romanorum regis ex rõnabilibus causis imminet faciẽda. Nos de honore & sacri imperij solicitudine, debita intendere cupientes, ne tam grauibus & dispendijs periculose subiaceat, de fide, & circumspectionis industria delectorum nobis talis &c. fidelium nostrorꝝ obtinẽtes, vti prẽsumptionis indubię, singularẽ fiduciam, ipsos, & quemlibet ipsorꝝ, insolidum ita ꝙ non sit melior conditio occupantis, sed quod vnum per eorꝝ inceptum fuerit, per alium finiri valeat, & licite terminari, omni iure, modo, & forma, quibus melius & efficacius possumus, seu volumus, modos veros, legitimos, procuratores, & nuntios speciales, facimus, constituimus, & ordinamus, ad tractandum vbilibet, vnà cum alijs principibus, & electoribus nostris, tam ecclesiasticis q̃ secularibus & cum ipsis concordandum, & conueniẽdum, & concludendum de psona quacunq; habili, ac idonea in regem Romanorum eligenda, ac ipsis tractatibus super electione talis personæ habendis, pro nobis loca, & nomen, nostris interessendum personam nominandum, & in ipsum consentiendum, ac etiam in regem Romanorum promouendum ad sacrum imperium eligendum, ac in animã nostram præstandum, quodcunq; iuramentum necessarium, debitum, seu consuetum fuerit circa præmissa, & quodlibet præmissorum, alium vel alios procuratores, in solidum substituendum, & reuocandum omnia alia, & singula faciendum quæ in præmissis, & circa præmissa etiam vsque ad consummationem tractatuum nominationis, deliberationis, & electionis huiusmodi, de præsenti faciendę necessaria, F

A ceſſaria, aut vtilia fuerint, ſeu etiã quomodolibet oportuna etiãſi præmiſſa, vel eorũ quodlibet mandatum exigant ſpeciale, etiam ſi maiora vel magis ſingularia fuerint ſupra dictis, & quæ noſmetipſi facere poſſemus, ſi huiuſmodi tractatuum, deliberationis, nominationis, & electionis futuræ negotijs præſentes, & perſonaliter adeſſemus, gratũ & ratum habẽtes, & habere volẽtes, & nos perpetuo habituros firmiter promittẽtes, quicqd per antedictos procuratores, & nuntios noſtros, nec non ſubſtitutos, aut ſubſtituendos ab ipſis, ſeu eorum altero in præmiſſis ſeu eorum quolibet actum, geſtum, ſeu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

¶De vnione principatuum electorũ, & iurium eis connexorum.

CVm vniuerſi & ſinguli principatus, quorũ virtute ſeculares principes electores, ius & vocẽ in electione regis Romanorũ in Cæſarem promouẽdi obtinere noſcuntur, cum iure huiuſmodi, necnon officijs, dignitatibus & iuribus alijs, eis & cuilibet eorũ annexis, & dependentibus ab eiſdẽ, adeo coniuncti & inſeparabiliter ſint vniti, quia ius, vox, officium ad dignitas, aliqua iura & quẽlibet principatuũ eorundem ſpectantia, cadere non poſſint in alium, præter illũ, qui principatũ ipſum cũ terra, vaſallagijs, feudis & dominijs, ac eius ptinẽtijs vniuerſis dinoſcitur poſſidere, p̃ſenti edicto imperiali ꝑpetuo valituro ſancimus, vnũquẽq; principatuũ prædictorũ, cũ iure & voce electionis, ac officijs, cæteriſq; oñibus dignitatibus, iuribus & ptinẽtijs ad ipſum ſpectantibus ita pſeuerare, & eẽ debere, vna cũ ꝑpetuis temporibus, indiuiſibiliter, & cõiunctim,
B q̃ poſſeſſor principatus cuiuslibet, etiam iure vocis, officij, dignitatis, & pertinentiarũ omnium ad illũ ſpectãtium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, & princeps electus ab oñibus reputari, ipſeq; & nemo alius p̃ cæteros principes electores ad electionẽ & omnes actus alios, pro ſacri imperij honore, vel opportunitate gerẽdos, omni tẽpore aſſumi ſine contradictione qualibet, & admitti, nec aliquod præmiſſorũ ab altero, cũ ſint, & eẽ debeãt inſeparabilia, diuidi, vel vllo tempore debeat ſeparari, aut in iudicio, vel extra diuiſim repeti valeat, vel euinci, vel etiam p̃ ſentẽtiam ſeparari, nec aliquis vnũ ſine alio impetẽs audiat, q̃ſi p̃ errorem vel alias auditus quis fuerit, aut proceſſum iudiciũ, ſentẽtia, vel aliquod huiuſmodi contra p̃ſentem diſpoſitionem noſtrã emanauerit, ſeu q̃modolibet attẽtare cõtigerit, hoc totũ & oñia ex his, & quolibet eorũ ſequẽtia, eo ipſo, viribus non ſubſiſtant.

¶De ordine proceſſionis inter archiepiſcopos.

QVoniam aũt ſuperius in principio conſtitutionum noſtrarũ præſentium, circa ordinẽ ſeſſionis eccleſiaſticorũ principum electorũ, in Concilio & in menſa, & alias, quotiẽs imperialẽ curiã celebrari, ſeu principes electores deinceps cũ Imperatore, vel rege Romanorũ cõgregari cõtigerit, ſufficiẽter duximus prouidẽdum, ſup̃ qua priſtinis audiuimus tẽporibus pluries diſceptatũ, expedire credimus, etiam proceſſionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc ꝑpetuo imperiali edicto decernimus, vt quotienſcũq; in congregatione Imperatoris vel regis Romanorũ, & principũ prædictorũ, Imperatore, vel rege ipſo deambulante, inſignia ante fa-
C ciem eius portari cõtigerit, archiepiſcopus Treuereñ. in directa diametrali linea ante Imperatorẽ, vel regẽ trãſeat, illiq; ſoli medij inter eos ambulent, quos imperialia, vel regalia cõtinget inſignia deportare. Dũ aũt Imperator, vel rex, abſq; inſignijs eiſdẽ inceſſerit, extũcidẽ archiepũs Imperatorẽ, vel regẽ præfato modo præcedat, ita q̃ nemo penitus inter eos medius habeat, alijs duobus archiepiſcopis electoribus, loca ſua iuxta diſtinctionẽ prouintiarũ ſuarũ, circa ſeſſionẽ ſuperius declaratã, etiã circa proceſſionẽ ꝑpetuo ſeruatorũ.

¶De ordine proceſſionis principũ electorũ, & p̃ quos inſignia deportẽtur.

AD declarãdum aũt in Imperatoris, vel regis Romanorũ deambulantis præſentia, proceſſionis ordinẽ principũ electorũ (de quo ſupra fecimus mentionem) ſtatuimus, vt quotienſcumq; in celebratione imperialis curiæ principes electores cum Imperatore, ſeu rege Romanorũ, in quibuſcũq; actibus, vel ſolẽnitatibus proceſſionaliter ambulare contigerit, & imperialia, vel regalia debuerint inſignia deportari, dux Saxoniæ imperialẽ, ſeu regalem enſem deferẽs, Imperatorẽ, ſeu regẽ immediate præcedat, & inter illum & archiepiſcopũ Treuereñ. medius habeatur. Comes vero palatinus pomũ imperiale portãs, à latere dextero, & marchio Brãdenburgeñ. ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius ducis Saxoniæ linealiter gradiantur. Rex autem Bohœmiæ, Imperatorem, ſeu regem ipſum immediate nullo interueniente ſequatur.

¶De benedictionibus archiepiſcoporũ in præſentia Imperatoris.

QVotiens inſuper, in Imperatoris, vel regis Romani præſentia, miſſarũ ſolẽnia celebrari, ac Moguntineñ. Treuereñ. & Colonieñ. archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe cõtigerit in cõfeſſione, q̃ ante miſſam dici cõſueuit, ac in porrectiõe euãgelij oſculãdi, & pace poſt Agnus dei portãda, necnõ in bñdictiõibus, poſt finita miſſa-

ta missarum solennia, ac etiã ante missam faciendis, & in gratijs post cibum acceptum agen D
dis, is inter eos ordo seruetur, prout de ipsorum Concilio duximus ordinandum, quod pri
ma die hæc omnia & singula à primo, secunda die à secundo. Tertio vero die, à tertio pera
gantur, primum autem, seu secundum, vel tertium, hoc casu secundum quòd prius, vel po-
sterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus, & vt se inuicem ho-
nore condigno præueniant, & exemplum alijs præbeat inuicem honorandi is, quem cir-
ca præmissa ordo tetigerit, ad hæc alterum conueniẽti, & charitatiua inclinatione inuitet,
& tunc demum ad præmissa procedat seu quodlibet præmissorum.

¶ Si quis cum principibus, militibus, vel priuatis, seu quibuscunq; personis plebeis, scele-
stam factionem, aut factionis ipsius inierit sacrm, vel dederit consilium in necem vene-
rabilium, & illustrium principum nostrorum & sacri Romani Imperij, tam ecclesiasticorum
quàm secularium pricipum electorum, seu alterius eorundem, nam & ipsi pars corporis no
stri sunt (eadẽ em̃ sęuer itate voluntatẽ sceleris qua effectum puniri iura voluerunt) ipse qui-
dem (vtpote maiestati s criminis læsæ reus) gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro
adiectis. Filij vero eius quibus vitã imperiali specialiter benignitate concedimus. Paterno
enim perire deberent supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis metuuntur
exempla, à materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate & successione habe-
antur alieni. Ex testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetue egentes, & pauperes,
infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum vnquam honorẽ, ad nulla prorsus sacra-
menta perueniant. Sint postremo tales vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors so-
lacium, & vita supplicium. Deniq; iubemus eos esse notatos, sine venia, qui pro talibus vn- E
quàm apud nos interuenire tentauerint. Ad filias sane eorum, quolibet numero fuerint, fal-
cidiam tantum ex bonis matris, siue testata siue intestata defecerit, volumus peruenire, vt ha
beant mediocrem potius filiæ alimoniam, quàm integrum emolumentum, ac nomine hæ
redis consequãtur. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus mi-
nus ausuras esse confidimus. Emancipationes quoq; quæ à prædictis, siue in filios post le-
gem dumtaxat latam, siue in filias fuerit collatę, non valeant, dotes, donationes quarumli-
bet postremo.

¶ Item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel iure factas esse constiterit,
quo primo memorati de ineunda factione, ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse
momenti. Vxores sane prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, vt quæ à
viris titulo donationis acceperint, seu accipiunt, filijs debeant reseruare, tempore quo vsus
fructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ iuxta legem filijs
debebantur, falcidia etiam ex his rebus, filiabus tantum, nõ etiam filijs deputetur, id quod
de prædictis eoruḿq; filijs cauimus, etiam de satellitibus, conscijs, ac ministris, filijśq; eor̃
simili sęueritate censemus. Sane, si quis ex his, in exordio initæ factionis, studio reuel andi
accensus, ipsam prodiderit factionem, & primo à nobis, & honore donabitur. Is vero qui
vsus fuerit factione, si vel sero, vel cum incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit,
absolutione tamen ac venia dignus habebitur. Statuimus insuper, vt si quid contra prædi-
ctos principes electores, ecclesiasticos, vel seculares commissum dicatur, etiam post mor-
Alias, instau- tem rei, id crimen † insinuari posse. In hoc itẽ crimine, quod ad læsam in principibus electo
rari. ribus suis maiestatem pertinet, etiam in caput domini serui torquentur. Volumus insuper, F
& præsenti imperiali sancimus ædicto, vt etiam post mortem nocentium, hoc crimen in-
choari possit, vt conuicto mortuo memoria eius damnetur, & bona eius successoribus eius
eripiamur. Nam ex quo sceleratissimũ quis cœperit consilium, exinde quodamm odo sua
mente priuatus est. Porro, ex quo quis tale crimen contraxit, neq; alienare, neq; manumit
tere eum posse, nec ei soluere iure debitorem in hac causa. In caput domini seruos torqueri
statuimus, id est, propter causam factionis damnandæ: contra principes electores eccle sia-
sticos, & seculares vt præmittitur, & si decesserit quis, propter incertam personam succes so-
ris bona obseruentur, si in causa huiusmodi fuisse mortuus arguatur.

¶ De integritate principatuum electorum seruanda.

SI cæteros principatus congruit in sua integritate seruari, vt corroborentur iustitia,
& subiecti, & fideles pace gaudeant, & quiete, multo magis magnifici principatus,
diuina, honores, & iura elector̃ principũ debẽt illęsa seruari. Nã vbi maius incũbit
periculũ maius debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus basis totius ædifi-
cij collidatur. Decernimus igitur, & hoc ppetuis temporibus valituro imperiali sancimus
ædicto, quòd extunc in antea perpetuis futuris temporibus, insignes & magnifici principa
tus, videlicet regnum Bohęmiæ, comitatus Palatini Rheni, ducatus Saxoniæ, & marchio-
natus Brandeburgeñ. terræ districtus, homagia, vasallagia, & alia quæ uis, ad ipsa spectantes
scindi, diuidi, seu quauis conditione demembrari non debeant, sed vt potius in sua perfecta
integrita-

A integritate perpetua permaneant, primogenitus filius succedat in eis, sibiq; soli ius & dominium cõpetat, nisi forte mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existeret, propter quem non deberet, seu posset hominibus principari, in quo casu inhibita sibi successione, secundo genitũ, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, seu cõsanguineum laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus succedere. Qui tamen apud alios fratres & sorores se clementem & pium exhibebit, continuo iuxta datam sibi à deo gratiam, & iuxta suum beneplacitum & ipsius patrimonij facultates diuisione, scissione, seu dimembratione principatus, & pertinentijs eius sibi omnibus modis interdicta.

¶De curia imperiali & sessione.

DIe vero qua solennis curia imperialis, vel regia fuerit celebranda, veniant circa horam principes electores, ecclesiastici & seculares ad domũ habitationis imperialis siue regalis, & ibi Imperator, vel rex ipse omnibus insignijs imperialibus induetur, & ascensis equis omnes vadant cũ Imperatore, vel rege ad locum sessionis aptatæ, & ibi quilibet eorũ in ordine, & modo supra in lege de ordine processionis principũ electorũ plenius definito. Portabit etiam archicancellarius, in cuius archicancellariatu hæc fuerint, super baculo argenteo omnia sigilla & typaria imperialia & regalia, Seculares vero principes electores, sceptrum, pomũ, & ensem, secundũ quod superius exprimitur, deportabunt. Portabuntur etiam immediate ante archiepiscopũ Treuereñ. suo loco transeuntem, primo Aquisgrani, secundo Mediolaneñ. corona, & hoc ante Imperatorem dumtaxat, qui iam imperialibus est insulis decoratus, quas gestabunt aliqui principes inferiores, ad hoc per Imperatorem iuxta placitũ deputandi. Imperatrix etiam, vel regina Romanorũ, suis augustalibus amicta insignijs, post regem vel Imperatorẽ Romano
B rum, & etiam post regem Bohemiæ (qui Imperatorẽ immediate subsequitur) competentis spatij interuallo suis associata proceribus, suisq; comitata virginibus, ad locum sessionis procedat.

¶De officijs principum electorũ in solennibus curijs Imperatorum, vel regum Romanorum.

STatuimus, vt quandocunq; Imperator vel rex Romanorũ solennes curias suas celebrauerit, in quibus principes electores sua deseruire seu exercere debent officia, subscriptus in his ordo seruetur. Primo eñ, Imperatore vel rege ipso in sede regia seu solio imperiali sedẽte, dux Saxoniæ officium suũ agat hoc modo, Ponetur eñ ante ædificium sessionis imperialis vel regis aceruus auenæ tantæ altitudinis, q; pertingat vsq; ad pectus vel sellam equi, super quo sedebit ipse dux & habebit in manu baculũ argenteum, & mensurã argenteam, quæ simul faciant in pondere duodecim marcas argenti, & sedens super equo, primo mensurã eandẽ de auena plenã accipiet, & famulo primitus venienti ministrabit eandẽ, quo facto, figendo baculũ in auenam recedet, & vicemarschalcus eius, puta de Pappẽheim, accedens, vel eo absente, marschalcus curiæ vlterius auenam ipsam distribuat. Ingresso vero Imperatore vel rege ad mensam, principes electores ecclesiastici, videlicet archiepiscopi, stantes ante mensam cũ cæteris prælatis, benedicant eandẽ
C secundũ ordinem qui circa hæc eis in superioribus est præscriptus, & benedictione cõpleta, iidem archiepiscopi omnes (si adsint) aliquando duo vel vnus sigilla & typaria imperialia siue regalia à cancellarijs curiæ recipient, eo q;, in cuius archicancellariatu curiã ipsam celebrari continget, in medio procedente, & alijs duobus ex alterutro latere sibi iunctis sigilla & typaria ipsa, omnes quidẽ baculum in quo suspensa fuerint manibus contingentes ea portabunt, & ante Imperatorẽ vel regem reuerenter ponent in mensa. Imperator vero siue rex, eadẽ ipsis statim restituat, & in cuius archicancellariatu hæc fuerit (vt præfertur) is maius sigillum collo appensum, vsq; in finem mensæ gestabit, & deinceps donec ad hospitium suum perueniat, ab imperiali siue regali curia equitando. Baculus vero (de quo præmittitur) esse debebit argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere, cuius tã argenti q̃ pretij partẽ tertiam vnusquisq; archiepiscoporũ ipsorũ persoluet, & baculus ipse protinus vnà cũ sigillis & typarijs debet cancellarijs imperialis curiæ assignari, in vsus suos placitos conuertendo. Post q̃ autem is, quem ordo tetigerit portando sigillũ maius, ab imperiali curia ad hospitiũ suũ redierit (vt præfertur) statim sigillũ ipsum per aliquem de suis familiaribus prædicto imperialis curiæ cancellario remittet super equo, quẽ iuxta propriq; dignitatis decentiam & amorẽ quem ad cancellariũ curiæ gesserit, ipsi cancellario tenebitur elargiri, deinde Marchio Brandeburgeñ. archicamerarius accedat super equo, habẽs argenteas pelues cũ aqua in manibus, ponderis duodecim marcarũ argenti, & pulchrũ manutergium, & descendens ab equo, dabit aquam Imperatori vel regi Romanorũ manibus abluendis. Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus qua-

tuor scutellas argenteas cibis impletas, quarũ quælibet tres marcas habeat in statera, & descendens ab equo, portabit & ponet ante Imperatorem vel regem in mensa. Post hoc rex Bohemiæ archipincerna veniat similiter super equo, portans in manibus mappam seu scyphum argenteum ponderẽ duodecim marcarũ coopertum, aqua & vino permixtum, impletum, & descendens de equo, scyphum ipsum Imperatori vel regi Romanorũ porriget ad bibendũ. Sicut aũt hactenus obseruatũ fuisse cõperimus, ita statuimus, vt peractis per principes electores seculares prædictis ipsorũ officijs, Ille de Falkenstein subcamerarius, equum & pelues Marchionis Brandenburgẽn. pro se recipiat, magister coquinæ de Nurenburgẽn. equum & scutellas Comitis Palatini, vicepincerna de Lymburch equum & scyphum regis Bohemiæ, vicemarschalcus de Pappẽheim, equũ, baculum, & mensuram prædictam ducis Saxoniæ. Si tamen ipsi in tali imperiali seu regali curia præsentes existãt, & eorum quilibet in officio suo ministret. Si vero ipsi, vel aliqui eorum à præfata curia se duxerunt absentandos, extunc imperialis vel regalis curiæ quotidiani ministri vice absentiũ, puta quilibet in loco eius absentes, cui in vocabulo seu in officio cõmunicat, sicut gerit officium sic tollat in præmissis, & fructum, imperialis insuper mensa vel regia sic debeat aptari, vt vltra alias aulæ tabulas siue mensas in altitudine sex pedũ sit altius eleuata, in qua præter Imperatorẽ dumtaxat vel regem Romanorũ, die solennis curiæ nemo penitus collicetur. Sedes vero & mensa imperatricis siue reginæ præparabitur à latere in aula, ita ꝙ ipsa mensa tribus pedibus imperiali siue regali mensa fit bassior, & totidẽ pedibus eminentior supra pedes principum electorũ, qui principes suas inter se in vna eademq; altitudine sedes habebunt, & mensas infra sessionem imperialem, mensæ pro septem principibus electoribus ecclesiasticis & secularibus præparentur in tres, videlicet à dexteris, & tres aliæ à sinistris, & septima directe versus faciem Imperatoris vel regis, sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine principum electorũ per nos est clarius definitum, ita etiam ꝙ nullus alius, cuiuscunq; dignitatis vel status existat, sedeat inter ipsas vel ad mensas eorũ. Non liceat autem alicui prædictorũ secularium principum electorũ, peracto officij sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorũ comprincipum electorũ eius officium restat agendum, sed cum aliquis eorũ, vel aliqui, ministerium suum expleuerunt, ad præparatas sibi mensas transeant, & iuxta illas stando expectent, donec cæteri ministeria sua expleuerunt supradicta, & tunc demũ omnes & singuli pariter ad mensas sibi paratas se locabunt. Inuenimus etiam ex clarissimis relatibus & traditionibus antiquorũ illud à tempore, cuius contrarij iam non habetur memoria, per eos, qui nos præcesserunt, feliciter esse iugiter obseruatum, vt regis Romani, Imperatoris futuri, in ciuitate Franckfordiæ celebretur electio, & prima coronatio Aquisgrani, & in oppido Nurenbergẽsi prima seu regalis curia haberetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris, præmissa seruari debere tempobus declarauimus, nisi p̃missis omnibus, seu eorũ alicui impedimẽtum legitimũ obuiaret. Quantumcunq; insuper aliquis princeps elector ecclesiasticus vel etiam secularis iusto impedimento detentus, ad imperialem curiam vocatus, venire non valens, nuntiũ vel procuratorem cuiuscunq; status vel dignitatis transmiserit, missus ipse licet loco mittentis, iuxta datum sibi ab eo mandatũ admitti debeat, in mensa tamẽ vel sede, quæ illi, qui ipsum tansmittit, deputata fuerit, non sedebit. Præterea, consummatis his quæ in imperiali qualibet curia vel regali fuerint pro tempore disponenda, recipiet magister curiæ pro se totũ ædificium siue ligneum apparatum imperialis siue regiæ sessionis, vbi sederit Imperator vel rex Romanorũ, cum præsentibus electoribus ad celebrandas solennes curias vel feuda (sicut præmittitur) principibus conferenda.

¶De iuribus officialium dum principes feuda ab imperatore vel rege Romanorum recipiunt.

DEcernimus hoc imperiali edicto, vt principes electores ecclesiastici vel etiã seculares, dũ feuda sua seu regalia ab Imperatore vel rege recipiunt, ad dandũ vel soluendum aliquid, nulli penitus sint astricti, nam pecunia tali prætextu officiatis debetur. Cum ergo ipsi principes electores cunctis imperialis curiæ pr̃sint officijs, suos etiam habentes in officijs huiusmodi substitutos, datos ad hoc à Romanorũ principibus, & dotatos, videtur absurdũ ꝙ substituti officiales à suis superioribus quocunq; quæsito colore xenia postularent, nisi forte ipsi principes electores sponte & liberaliter his aliquid largirentur. Porro cæteri principes imperij, ecclesiastici vel seculares, dũ prædicto modo eorũ aliquis feuda sua ab Imperatore Romanorũ suscipit vel à rege, dabit officialibus imperialis siue regalis curiæ sexagintasex marcas cũ vno fertone argenti, nisi eorum aliquis priuilegio seu indulto imperiali vel regali se tueri posset, & probare se solutum, vel exemptum à talibus emptum, aut etiam alijs quibuscunq;, quæ solui in susceptione feudorum huiusmodi consueuissent, prædictarum insuper septuagintatrium marcarum

A & fertonis, diuisionem faciet magister curiæ imperialis siue regalis, hoc modo.

¶Primo em̃ decem marcas pro semetipso reseruans, dabit cancellario imperialis siue regalis curiæ, decẽ marcas magistris, notarijs, & dictatoribus tres marcas, & sigillatori pro cæra & pergameno vnũ fertonem, ita videlicet, ꝙ cancellarius & notarij principis recipienti feudũ, non ad aliud q̃ ad dandum sibi testimonialẽ recepti feudi, seu simplicis inuestituræ literã sint astricti. Item dabit magister curiæ pincernæ de Lymburch de p̃fata pecunia decem marcas, magistro coquinæ de Nurenberch decem marcas, vicemarschalco de Pappenheim decẽ marcas, & camerario de Falkenstein decẽ marcas. Tali tamen cũ conditione, si ipsi & eor̃ quilibet in huiusmodi curiæ solennitatibus p̃sentialiter adsint in suis officijs ministrando. Si vero ipsi vel eor̃ aliqui absentes fuerint, extunc officiales imperialis siue regalis curiæ, qui talibus præsunt officijs, eor̃ quor̃ supplent absentiam, singuli singulor̃, sicut vocem nomen ꝙ & laborẽ sufferunt, sic lucra & cõmoda reportabunt. Dũ autẽ princeps aliquis, equo vel alteri bestiæ insidẽs, feuda sua ab Imperatore recipit vel rege, equus ille seu bestia, cuiuscunq; speciei sit, debetur superiori marschalco. i. duci Saxoniæ si p̃sens adfuerit, alioquin illi de Pappenheim eius vicemarschalco, aut illo absente, imperialis siue regalis curiæ marschalco.

¶Cũ sacri Romani celsitudo imperij diuersar̃ nationũ moribus, vita & ideomate distinctar̃ linguis habeat gubernacula moderari, dignũ est & cunctor̃ sapientũ iudicio censetur expediens, ꝙ electores principes, ipsius imperij columnæ & latera, diuersor̃ ideomatum & linguar̃ differentijs instruantur, vt plures intelligant, & intelligantur à pluribus, q
B plurimor̃ necessitatibus releuandis, Cæsareæ maiestati assistant, in partẽ solicitudinis constituti. Quapropter statuimus, vt illustrium principũ, puta regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandeburgẽ. electorum filij, vel hæredes, & successores, cũ verisimiliter Theutonicũ ideoma sibi naturaliter inditum scire p̃sumatur, & ab infantia didicisse, incipiendo à septimo suæ ætatis anno, in grãmatica, Italica ac Slauica linguis instruantur, ita ꝙ infra quartum decimũ ætatis annũ existant in talibus iuxta datam sibi à deo gratiã eruditi, cũ illud non solũ vtile, imò ex causis præmissis summe necessariũ habeatur, eo ꝙ illæ linguæ, vt plurimũ ad vsum & necessitatẽ sacri imperij frequẽtari sint solitæ, & his plus ardua ipsius imperij negotia ventilentur. Hunc aũt proficiendi modũ in p̃missis ponimus obseruandũ, vt relinquatur optioni parentũ in filios, si quos habuerũt, seu proximos quos in principalibus sibi credunt verisimiliter successuros, ad loca dirigant, in quibus de huiusmodi possint linguagijs edoceri, vel in proprijs domibus pædagogos instructores, & pueros consocios in his peritos eis adiungant, quor̃ conuersatione, pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.

¶Finis aureæ bullæ Caroli quarti Romani Imperatoris.

AD LECTOREM.

C QVoniã de electione regis Rom̃. in Imperatorẽ subinde promouẽdi, de ꝙ eius maiestate & gloria, aliorum ꝙ principũ elector̃ celsitudine, quædã in p̃cedentibus, omniũ literis at ꝙ linguis celebranda, cõmemorata sunt, tu ꝙ eadẽ procul dubio, diligenter perlegeris, nõ indecor̃ erit, si summi etiã & hoc loco pontificis Siluestri, alior̃ ꝙ successor̃ in terris dñationẽ, diuitias ꝙ ac Midæ opes, à Constantino magno, p totũ illi occidẽtale imperiũ cõcessas & p̃clara regnor̃ diademata, in ppetuã põtificiæ dignitatis ac potẽtiæ memoriã (modo res ipsa sic acta sit) p eundẽ vltro cõcessa, dili gẽter discutere, & adamussim ppẽdere, tuũ ꝙ tandẽ sup his oĩbus iudiciũ ferre nõ dedigneris. Obstupẽda em̃ & digna relatu, cũctis ꝙ veritatis amatoribus, cognitu summope necessaria, & in hæc ferme tpa, multis (vel doctissimis etiã qbusdã) incognita, reperies. De Constãtini igit donatione, q̃ vulgo, tũ p subsequẽs ip̃m, tũ p aliud, si'e huic ꝙd diu apud latinos fuit) diploma, in sedis apostolicæ grãm circumfert, melius est tacere (vt de Cartha. Salust. scriptũ reliquit) q̃ pauca dicere. Itẽ ꝙ, q̃uis multi circa eã variẽt, doctissimi tñ ac veteres (q bus indubitata semp fides adhibẽda est) illã à Cõstãtino factã, constãter pnegãt, id ꝙ vero verius ac luce lucidius probãt. Viderit hic ergo sibi Bartholomæus iste Pincernus de monte arduo, ne rem arduã aggressus, probare eã non possit. Insignis hic Pincernus, Vallam insigniter taxat. Egregius adulator & rudis disputator: Valla fuit ausus tam ipsum Aristotelem (quem diuus Augustinus, raro aut nunq̃ dignatus est suis operibus inserere) q̃ illatine loquentes redarguere, ergo huiusce prædictæ donationis veritatem describere non potuit. Constantinus minime leprosus, non à Siluestro, sed ab episcopo Nicomediensi, in fatali-

bus suæ vitæ diebus, baptizatus fuit. Cæteræ, concedamus Constantinū leprosum fuisse & D
à Siluestro baptizatū, ex hoc tamen non sequitur, innocentū sanguinē tam misere requisitum, aut orbis imperiū fuisse diuisum, Romanoq; (qui tunc fortasse nondū summus erat) pontifici concessum. Nā constat Constantini successores, potentissimos in Italia principes fuisse. Et sicut Franciscus Petrarcha testatur, Phocas, longo post tempore Imperator, primus obtinuit, vt episcopus Romanus caput ecclesiæ diceretur. De donatiōe ergo Cōstantini, quid sentire debeas, ex subsequentibus fideliter accipe, ne cōtra Ciceronis prohibitionem, incerta habeas pro certis, & falsa pro veris. Vale feliciter, & quæ suo sese nunc ordine subsequuntur, diligenter reuolue.

DONATIONIS QVAE CONSTANTINI DICITVR (PRIMI INTER Imperatores Christiani) priuilegiū, Bartholomæo Picerno de monte Arduo, ad Iulium. II. Pont. Max. interprete.

E

BARTHOLOMAEI PICERNI DE MONTE ARDVO, ad Iulium. II. pontificem maximum præfatio edicti siue donationis diui Constantini, quam è Græco in Latinum se asseuerat conuertisse.

Multi asserūt falsam esse donationē Constantini.

QVVM inter legendum in hac tua celeberrima bibliotheca, beatissime pater, occurrisset mihi libellus quidam Græcus, qui donationem Constantini continebat: æquum mihi visum est, illum è Græco in Latinum conuertere, & eum tibi sanctissime pater inscribere debere, qui vicarius Christi, & Petri ac Siluestri successor existis. Quippe, quum multi sint, qui falsam Constantini donationem esse asseruerint: inter quos est Laurentius Vallensis, vir haud sane ineruditus, qui librum de falsa donatione Cōstantini scribere ausus sit. Cuius opinionibus optime refragatur reuerend. Cardinalis Alexandrinus, iuris vtriusq; consultissimus & illius obiecta diligentissime confutat. Existimabat vir ille fortasse, vt quod ipse non legerat, non posset apud alios reperiri. Nec mirum, quum tantæ mordacitatis extiterit, vt Aristotelem philosophoq; principem carpere non dubitarit: & omnes linguæ latinæ authores ita taxare, vt nemini pepercerit. Sed ne longior sim, Cōstantinū ipsum audiamus. F

EDICTVM (VT FERTVR) CONSTAN.

IN nomine sanctæ & individuæ trinitatis, patris videlicet & filij & spiritus sancti. Imperator Cæsar Flauius Constantinus in Christo Iesu vnico eiusdem trinitatis saluatore domino & deo nostro, fidelis, mitis, beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor ac triumphator semper Augustus: Sanctissimo & beatissimo patri patrum Siluestro episcopo & papæ, magnæ vrbis Romæ, & omnibus pontificibus successoribus eius in cathedra beati Petri vsq; ad consummationem seculi sedentibus. Item omnibus reuerendissimis & religiosis catholicis episcopis, huic sacræ & sanctæ Romanæ ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subiectis. Gratia, pax, amor, lætitia, magnanimitas, misericordia ab omnipotente deo & patre, & Iesu Christo filio eius, & spiritu sancto cū omnibus vobis. Quæ à redemptore & saluatore nostro domino Iesu Christo, qui est filius altissimi patris, per sanctos apostolos eius Petrum & Paulum, mediante patre nostro Siluestro summo pontifice & catholico papa admirabiliter circa nos miserationibus illius facta sunt, manifesta narratione per hanc imperialē nostram scripturam, deinceps omnibus studuimus tradere ad cognitionem omnium qui sunt in

A sunt in orbe terrarum populorum. Manſuetiſſime enim noſtræ apparitionis ab intus, & ab ipſo corde procedit confeſſio. Primum quidem noſtram fidem præ ſe fert, quam à præ dicto beatiſſimo patre & interceſſore noſtro Silueſtro catholico hierarcha didicimus, ad documentũ intelligentiæ omnium noſtrum. Deinde & effuſam ſuper nos dei miſericordiam omnibus nuntiat. Scire enim vos omnes volumus, ſicut per prædictam noſtram pragmaticam conſtitutionem vobis declarauimus, nos ab idolorum cultu, quæ muta & ſurda & manufacta ſunt, diabolicisq; fictionibus, & ab omni ſatanæ pompa deſilĩſſe, & ad integram Chriſtianoꝝ fidem, quæ lux vera eſt & vita æterna, deſcendiſſe: ſicut nos ipſe excelſus & ſummus pater noſter & magiſter Silueſter admonuit: in deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibiliũ omnium & inuiſibilium, Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum dominum noſtrum, per quem omnia facta ſunt, Et in ſpiritum ſanctum dominum, & viuificantem omnem creationem præcipiens credere. Nos patrem, filium & ſpiritum ſanctum ſic confitemur, tanquam in perfecta trinitate, & perfectionem diuinitatis eſſe, & vnitatem potentiæ, deus pater, deus filius, deus ſpiritus ſanctus, & tres vnum ſunt: tres igitur formæ, ſed vna potentia. Perfectis igitur cœleſtibus virtutibus & omnibus terrenis materijs miſericordi nutu ipſius ſapientiæ, primo ex limo terræ hominem formans ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuĩ ipſius, in paradiſo hunc poſuit delitiarum: cui inuidens ſerpens, antiquus inimicus & diabolus, amariſſimo guſtu inexperti ligni exulem fecit lætitiæ illius. Illumq; cum expuliſſet, non ceſſat ſuĩ ipſius mortiferis ſagittis multis modis alios ſagittare, vt abſtrahens humanum genus à via veritatis, idolorum cultui, videlicet creaturæ & non creatori, ſeruire omnes perſuadeat: vt quos poſſibilis fuit ſuĩ ipſius machinationibus colligare, hos æterno ſupplicio tradat puniẽ dos. Sed deus propriæ formationis miſerationem capiens, miſit ſanctos eius prophetas, &
B per hos vitæ lucem, aduentum videlicet filij eius, domini autem noſtri, & ſaluatoris dei Ieſu Chriſti annuntians. Nouiſſime autem miſit & vnigenitum eius filium, & verbum ſapientiæ: qui à cœlis deſcendit propter noſtram ſalutem, & genitus eſt ex ſpiritu ſancto & Maria virgine. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: non deponens quod fuit, ſed incipiens eſſe quod non fuit: deus perfectus, & homo perfectus: tanquam deus miracula perficiens, & tanquam homo humanas paſſiones ferens: ſic verbum hominem, & deus verbum intelligimus. Doctrinis noſtri patris Silueſtri ſummi pontificis tanquam deum verum, & hominem verum eundem eſſe nequaquam eſt ambigendum. Eligens igitur duodecim apoſtolos, hoſq; innumerabiles populos antea ſupernaturalibus miraculis illuſtrauit. Confitemur ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adimpleuiſſe leges & prophetas, paſſum & crucifixum eſſe ſecundum ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum eſſe in cœlos, ſedere à dextris patris, illinc venturum iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Hæc eſt noſtra orthodoxa fides à beatiſſimo patre noſtro Silueſtro nobis antea lata.

Conſtan. fidẽ catholicam a Silueſtro didicit.

Admonemus igitur omnem populum, & diuerſa gentium genera, hanc fidem detinere, colere, prædicare, & in ſanctæ trinitatis nomine baptiſmatis gratiam aſſequi: & dominum noſtrum & ſaluatorem Ieſum Chriſtum, qui cum patre & ſpiritu ſancto in infinita
C ſecula regnat, reuerenti corde adorare: quem beatiſſimus pater noſter Silueſter catholicus hierarcha prædicat. Ipſe enim dominus noſter mei peccatoris miſertus, miſit ſanctos apoſtolos ſuos nos viſitaturos, & luce ſplendoris eius nos illuſtrauit, & tenebras attrahens ad veritatis cognitionem me peruenire dignatus eſt. Quoniam grauis turpitudo lepræ omni mei corporis carni inſilĩt: multisq; conuenientibus medicis cura mihi adhibita eſt, & horum nullius ſtudio ſanitatem aſſequi potui. Ad hæc acceſſerunt & ſacerdotes Capitolij, oportere mihi dicentes ciſternam in Capitolio fieri, & hanc innocenti ſanguine & calido impleri, illicq; lauari, ſic mundationem aſſequi poſſe. Secundum documenta igitur ipſorum, cum multi innocentes infantes congregati eſſent, & vellent impij & ſacrilegi ſacerdotes ipſos iugulare, & illorum ſanguine ciſternam implere: lachrymis matrum illorum noſtra ſerenitas intendens, ſtatim rem nephandam exhorruit. Illasq; tunc ego miſeratus, matribus tradi filios iuſſi, vehiculaq; exhibens, & dona cõcedens, gaudẽtes ad propria remiſi.

Mandatũ Cõſtanti. de fide catholica.

Impia ſacerdotum perſuaſio de ſanguine innocentũ.

Hic dies cum præterijſſet, & nocturna quies ſuccederet, & ad ſomnum opportunitas inuitaret, adſunt ſancti apoſtoli Petrus & Paulus, mihi dicentes: Quoniam ad peccara procedere non permiſiſti, & innocentis ſanguinis effuſionem es abominatus: à Chriſto domino & deo noſtro miſſi ſumus, dantes tibi conſilium, per quod ſanitatem reſumes. Audi igitur noſtrum mandatum, & fac quod te admonemus: Huius vrbis epiſcopus Silueſter tuas perſequutiones fugiens, in cauernis lapidum cum proprijs clericis occultatur in monte Sorate, Hunc ad te ipſum accerſens, demonſtrante illo, veram religionis ciſternam addiſces: in qua cum tertio immerſus fueris, omnis vis lepræ te derelinquet. Quo facto, hanc

Petrus & Paulus Conſtan. apparuerũt.

retributionem econtra metire ſaluatori tuo, vt tuis mandatis omnes in orbe terrarū eccle- D
ſias renoues: & tu in hac parte teipſum purga, vt omnem idolorū infelicitatē relinquens, ſo
lum viuentem & verū deum, qui ſolus eſt verus deus, colas & adores, & illius voluntatem
adimpleas. Expergefactus igitur, ſecundum quæ ordinata fuerant ab apoſtolis, operatus
ſum: accerſensq; præcipuū & præclarū patrem Silueſtrum catholicū papam, qui nos illu-
minauit, omnia ipſi à ſanctis apoſtolis mandata mihi verba declaraui, quæ ſiuiſq; ab ipſo
qui dij eſſent, Petrus & Paulus qui appellantur. Dixitq; ille: Non vere deos hos appellari,
apſtos autē ſaluatoris noſtri & dñi Ieſu Chriſti eſſe aſſeuerauit. Rurſus inc œpi interroga-
re beatiſſimū papam, ſi quæ manifeſtæ horū apoſtolorū eſſent imagines, vt ex pictura igi-
tur poſſumus cognoſcere, ſi poſſibile eſt, illos eſſe quos à reuelatione didicimus. Tunc ille
Imagines ſan omni reuerentia dignus pater, diuinorū horum apoſtolorum imagines per proprium dia
ctorum Petri conum afferri iuſſit: quas aſpiciens, & aſpectus illorum quos in ſomnis videram, in ima-
& Pauli. ginibus perdiſcens, magna voce coram meis ſatrapis confeſſus ſum, hos illos eſſe in ſom-
nis mihi viſos. Ad hæc beatiſſimus hic pater noſter Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, tē
pus nobis pœnitentiæ terminauit in vno cilicio, intra noſtrū Lateranenſe palatiū: vt om
nia quæ à nobis impie operata ſunt, & iniuſte perpetrata, ieiunijs, vigilijs, lachrymis, &
orationibus apud dominū deum & ſaluatorem noſtrū placaremus. Deinde clericis im-
ponentibus mihi manus, vſq; ad ipſum pontificem perueni. Illic autem renuntians ſatanę
pompas, & opera eius & omnia idola manufacta, credere in vnum deum patrem omni-
potentē, factorē cœli & terræ, viſibiliū omniū & inuiſibiliū, & in vnum dñm Ieſum Chri-
ſtum, filium dei vnigenitum, dominum noſtrum, qui genitus eſt ex ſpiritu ſancto & Ma
ria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo confeſſus ſum. Benedicto autem la
Conſtan. ba- uacro, illic menſurabili demerſione ſalutarem aquam mundauit. In ſinu autem lauacri po
ptiſmi laua- ſitus, manum tangentem me à cœlo proprijs oculis aſpexi: ſub qua mundus reſurgens ab
cro mūdatus omni lepræ turpitudine, me ipſum mundatū eſſe cognoui: ablatum autem me à veneran- E
a lepra. do lauacro, albis pallijs induerunt, ſeptiformeq; ſpiritus ſancti ſignaculum præbuit beati
chriſmatis vnctione, & ſignum ſanctæ crucis meæ fronti ſignauit, dicens: Sigillat te deus
fidei eius ſignaculo, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, omnisq; clerus reſpondit,
Amen. Et addidit pontifex, Pax tibi. Primo igitur die poſtquā cœpi myſterijū diuini ba-
ptiſmatis, & poſt medelā mei corporis à lepra, cognoui non eſſe alium deū, præter patrē,
& filiū, & ſpiritum ſanctū: quem beatiſſimus pater Silueſter prædicat, trinitatem in vnita-
te, vnitatem in trinitate. Omnes em̄ dij gentium, quos ſuperius colui, dæmonia opera ma
nuum hominū manifeſte demonſtrantur. Ad hæc, quantā poteſtatē ipſe ſaluator noſter
proprio apoſtolo beato Petro præbuit in cœlo & in terra, manifeſte nobis ipſe veneran-
dus pater expoſuit, quando illū fidelem inueniens in interrogatione dixit: Tu es Petrus &
ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduer-
ſus eā. Conſiderate potentes, & auribus cordis attendite, quid bonus magiſter & domi-
nus proprio diſcipulo adiunxit, dicens: Et tibi dabo claues regni cœlorū: & quodcunque
ligaueris ſuper terrā, erit ligatū & in cœlis. Admirabile verbū & glorioſum, & ſuper ter-
ram ligare & ſoluere, & in cœlis ligatū eſſe & ſolutū. Hæc igitur beato Silueſtro docente,
cognoſcens, & beneficentijs ipſius beati Petri integerrime ſanitatem ſentiens corpori re-
deuntem, dignum iudicauimus, cū omnibus noſtris ſatrapis, & vniuerſo ſenatu & opti- F
matibus, & cuncto Romani imperij ſubiacenti populo: vt ſicut beatus Petrus vicarius ap-
paret conſtitutus in terra à filio dei, ſic à nobis & à noſtro regno locum tenētes principis
apoſtolorū ſuſcipiant, datū ipſis poteſtatis principatum maiorē, quàm noſtra in terra ſere
nitas & regnum ab omnibus habere cognoſcitur. Elegimus enim ipſum apoſtolorū prin
cipem, & eius ſucceſſores proprios nobis ipſis ad deum eſſe patronos: & ſicut noſtram in
terra imperialem poteſtatem, ſic & illius ſacrā & ſanctā eccleſiam Rom̄. decreuimus co-
lere cū reuerentia: & ſacratiſſimā cathedrā beati Petri magis q̄ noſtrū regnū & terrenā ſe-
dem exaltare: tradentes ipſi poteſtatē & gloriæ dignitatem, vigorem & efficaciam, & ho
norificentiam imperialem. Atq; decernentes ſancimus principatū habere ſuper quatuor
præcipuas ſedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Conſtantinopoleos, & Hieroſolymorū. Item
ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarū dei eccleſias: & pontificem pro temporibus exiſten
Conſtan. con tem, ipſius ſacræ & ſanctæ Rom̄. eccleſiæ excelſiorem eſſe, & principē omnium ſacerdo-
ſtituit pontifi tum, qui ſunt in vniuerſo orbe terrarum. Et omnia quorum curam habere oportet ad di-
cem ſup̄ om̄ uinum cultum vel robur Chriſtianorū fidei, huius iudicio gubernari. Iuſtum em̄ eſt, caput
nes ſacerdo̅ principatus ſanctā habere legem, vbi ſanctarū legum legiſlator ſaluator noſter beatū Pe-
tes principē. trum mandauit apoſtolatus habere cathedram, vbi crucis lignum, & ipſe ſuſtinens beatæ
mortis piaculū bibit, imitator proprij magiſtri & dñi factus. Illic vſque ad finem & con

tinue

A tinue magiſtrum quærant, vbi ſanctum magiſtri corpus quieſcit. Illic gentes pro confeſſione nominis Chriſti colla inclinent, vbi horum magiſter beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto collum extendens, corona martyrij coronatus eſt. Illic ſupini & humiliati cœleſtis regis & dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti officio ſeruiant, vbi ſuperbæ terreni regis poteſtati ſeruiebant. Quorum gratia ſcire volumus omnes in orbe terrarum Gentium populos, quod nos intra Lateranenſe noſtrum palacium templum ereximus ipſi ſaluatori noſtro, & Deo & domino Ieſu Chriſto, ab ipſis fundamẽtis cum baptiſterio. Sciatiſq; & duodecim cophinos terræ illinc nos propriis humeris extuliſſe, æquales numero duodecim Apoſtolis: ædificauimusq; eccleſias, & beatis Petro & Paulo primis Apoſtolis, quas argento & auro decentes & ornatas conſtituimus: vbi & ſacratiſſima ipſorum corpora ſepelientes magna cum reuerentia thecas ipſis ex electro, cuius nulla elementi potentia eſt fortior, conſtruximus: crucemq; auri puriſſimi, & ex margaritis pretioſis factã per vtranq; thecam impoſuimus, aureis clauis affigentes: quibus eccleſijs pro continuatione luminariorum poſſeſſiones & agros contulimus, & noſtro imperiali, & diuino mandato in oriente & occidente, ſeptentrionali & meridionali climate, in Iudæa videlicet, Aſia, Thracia, Græcia, Aphrica, Italia, & in diuerſis inſulis noſtram ipſis libertatem conceſſimus: Sic videlicet, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Pontificis Silueſtri & eius ſucceſſores omnia diſponantur. Exultet igitur nobiſcum omnis populus, omnia in orbe terram Gentium genera admonemus, vt nobiſcum & ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto infinitas gratias confiteatur: quoniam ipſe Deus in cœlo ſuperius, & in terra inferius, per ſanctos Apoſtolos cum nos viſitaſſet, ſanctum myſterium baptiſmatis & corporis ſanitatem nos dignos fecit ſuſcipere. Pro qbus etiam præbemus ipſis ſanctis Apoſtolis, & dominis meis beatiſſimis Petro & Paulo,

Conſtantinus dedit pontificj authoritatem ſuper omnem terram.

B & per hos beato Siluestro noſtro patri, & ſummo Pontifici, & Catholico vrbis Romæ Papæ, & omnibus Pontificibus ſucceſſoribus eius vſque ad conſummationem mundi, in Cathedra beati Petri ſedentibus: & in præſentiarum tradimus, primum quidem Lateranenſe noſtri regni palatium, quod omnibus in orbe terrarum palatijs præfertur & eminet. Deinceps diadema, id eſt, coronam capitis noſtri. Similiter autem & Phrygium, id eſt, mitram, necnon ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale collum circundare conſuetuit. Item purpuream chlamydem & coccineam tunicam, & imperialia omnia indumenta, & imperialium præſidentium equitum dignitatem: conferentes ei imperialia ſceptra, ſimulq; cuncta ſigna atque banna, & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem in proceſſionibus imperialis culminis gloriam & poteſtatem. Reuerendiſſimis autem viris clericis ſecundum diuerſos ordines huic ſacræ & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus, illam circũſpectionem & proprietatem potentiæ & præexcellentiæ habere ſancimus, cuius ampliſſimus Senatus noſter videtur gloria adornari, id eſt, patricios & conſules ipſos effici, necnon & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari, & ſicut imperialem exercitum, ſic & clerum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adornari decreuimus. Et quẽadmodũ imperialis potẽtia diuerſis officijs, cubicularioꝝ, oſtiarioꝝ, & excubitorum decoratur, ita & ſanctã Ro. eccleſiã decorari volumus, & vt ampliſſime Pontificale decus præfulgeat, decernimus, & vt clerici eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore decoratos equos equitent: & ſicut noſter ſenatus calciamentis vtitur cum vlonibus, id eſt, candidiſſimo linteamine illuſtrentur & ita cœleſtia ſicut terrena, ad laudem Dei

Conſtantinus dedit Siluestro poteſtatẽ ſuper omnia.

Romana Eccleſia æquiparatus imperiali potentię.

C decorentur. Præ oĩbus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Siluestro, vrbis Romæ Epiſcopo Papæ, & omnibus poſt ipſum in eius ſucceſſionem venturis per ſuperuenientia ſecula beatiſſimis Pontificibus, pro honore, & gloria domini noſtri Ieſu Chriſti, in magna hac Catholica poteſtate, ſi aliquem circumſpecti noſtri Senatus voluerit inter religioſos clericos connumerare, nullum eorum qui ad hoc vocantur, propter ſuperbiam ordinem hunc excuſare. Sancimus etiam hoc omni reuerentia dignum, patrem Siluestrum ſummum Pontificem, & omnes Pontifices, ſucceſſores eius, diademate, videlicet, corona quam ex capite noſtro ipſi præbemus, ex auro puriſſimo, & lapidibus pretioſis, & margaritis conſtructam, vti debere, & in capite geſtare, ad gloriam Dei, pro beati Petri reuerentia. Quoniam autem ipſe beatiſſimus Papa, in corona clericatus, in tonſura capitis, quam pro reuerentia beati Petri habet, non verecundatus eſt ex auro vti corona: nos Phrygium in hoc candidiſſimo colore ſplendidam domini reſurrectionem ſignantes, ſacratiſſimo eius vertici propriis manibus impoſuimus, & frena equi huius detinentes pro reuerentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio oẽs eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſiõibus ad imitationẽ imperij nri. Vñ ne põtificalis apex vileſcat, ſed magis q̃ terrenũ regnũ ipe dignus & gl'ia & potentia decoretur, ecce palatiũ noſtrum (vt ante dictum eſt) & vrbem Romã, & totius Italiæ & occidentalium re-

Conſtantinus præbuit pontifici coronã,

gionum prouincias, loca, ciuitates, ſæpenumero prædicto beatiſſimo patri noſtro Siluestro Catholico Papæ tradentes, & cedentes huius & ſucceſſoribus eius Pontificibus poteſtati, & iudicio, & per diuinum noſtrum pragmaticum ædictum decreuimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanenda. Vnde congruum iudicauimus noſtrum regnum & huius gloriam ad orientales regiones tranſferre: & in vrbe Bizantio optimo loco in noſtro nomine vrbem ædificantes, illic noſtrum imperium conſtituere: vbi ſacerdotum principatus, & Chriſtianæ religionis caput à cœleſti rege eſt conſtitutum non eſſe iuſtum illic poteſtatem habere terrenum regem. Hæc igitur per hanc noſtram ſacram ſcripturam, & alia diualia decreta determinata & roborata, vſque ad mundi conſummationem illibata, & inconcuſſa permanere decreuimus. Vnde coram viuente deo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur omnes noſtros ſucceſſores imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas, etiam ampliſſimum Senatum & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum nulli eorum, quoquo modo licere, aut confringere, vel in quoquam conuelli. Si quis autem (quod nõ credimus) in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, ſentiatq; ſibiipſi cõtrarios ſanctos dei & principes Apoſtolo; Petrum & Paulum, in infimo inferno cruciandus: deficiatque cum diabolo & omnibus impijs. Huius autem imperialis decreti pagi-nam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus principis Apoſtolorum beati Petri manibus propriis impoſuimus. Illic Dei Apoſtolo promittentes, illibata nos hæc omnia conſeruare, & noſtris ſucceſſoribus & Imperatoribus per noſtra mandata conſeruanda relinquere: & beato patri noſtro Siluestro, & Catholico Papæ, & per ipſum omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, domino & deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto placide annuente, æterne & feliciter his hæc in poſſeſſionẽ futura, imperiali ſubſcriptiõe, diuinitas vos conſeruet in multis annis ſanctiſſimi & beatiſſimi patres. Datum Romæ, tertio Calendas Aprilis, domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto & Gallicano, viris conſulibus & clariſſimis.

Mandatũ contra poſteros.

Conſtantinus cõfirmauit ſuum mãdatum

D

E

FINIS.

VLRICHI HVTTENI IN LIBELLVM LAVRENTII VALLAE CONTRA efficTam & ementitam Conſtantini donationem, ad Leonem decimum pontificem maximum.

Præfatio.



ANDEM EORVM, QVI A DIVVLGANdo Laurentij Vallæ in Conſtantini donationem libello deterrebant opinionem, tua peruicit ſplendida & conſolationis plena promiſſio, pontificatus tui initio, iubente te, expreſſa, pater beatiſſime. Poſtquàm tu ſemel enim, conticeſcente iam bellica Iulij ſecundi tuba, veluti pacis percuſſo cymbalo, orbem Chriſtianum ad ſpem libertatis erexiſti, omnia omnes quæ licere ſciunt, vſurpanda ſibi putant. Ego vero & ſi ante perſuaſus eram, ſi te contingeret ſummæ rerum præeſſe (quandoquidem ſic coluiſti optima ſemper ſtudia, vt tuus in ijs profectus, cum eruditiſſimorum hoc tempore virorum doctrina æquari facile mereatur) non paſſurum, vt ex veterum monumentis quicquàm te pontifice depereat: Tamen vbi illam legi, publice in Italia propoſitam inſcriptionem, Leoni decimo Pontifici Maximo, reſtauratori pacis, exilui repente, quodam concitatus mirifice inopinato gaudio, mihiq; redditus, ex diuturna prius animi commotione: quod viderem indigna multa ſub tyrannis Pontificibus perpeti nationem hanc. Itaque gratulor huic ætati, quæ te auſpicatiſſimo pacis ſuborto ſydere, ex diuturna tyrannidis caligine, ad nouam libertatis lucem reſpicit. Te vere pontificẽ autẽ, qui pacem adfers, quam qui non habuerunt anteceſſores tui, Pontifices non fuerunt. Neq; eñ ſequebãtur Chm, qui pacem ſuis dedit, eandemq; hęreditariam reliquit: Pacem (inquiens) meã do vobis, pacẽ meã relinquo vobis. Igit & vicarij eius non fuerunt, cuius vicẽ non tenuerunt. Dei eñ

Pontifex pacem non diligẽs, Chriſti vicarius non eſt

F

A Dei enim regnare, est pacem tenere. Immo alienissimi fuerunt à Christo, cuius aspernati studia, diuersum vitæ genus sequuti sunt. Illius pax est enim, hi bella sequebantur. Ille seruare docendo homines studuit, hi perdere armis satagebant. Ille suum cœleste regnum esse ostendit, hi primo loco mundi imperia quæ fuerunt. Ergo nec beati fuerunt, quia pacifici non fuerunt. Nec filij Dei fuerunt: quia beati (Christus inquit) pacifici, quoniam vocabuntur filij Dei. En per te restauratam pacem igitur, quæ istorum peruersitate collapsa ferebatur. Atque hanc literati imprimis homines magno acceperunt exhibente te gaudio. Deinde ij quoque, à quibus iniuste ablata per fraudem multa fuerant, cupidissime complexi sunt. Venit enim cum pace vna, restituente te, iustitia: quoniam iuxta Prophetæ verbum hoc potissimum tempore iustitia & pax osculatæ sunt. Venit & fides, & illa venit temporis filia Veritas: ac regiæ abunde virtutes, clementia & mansuetudo. Vides quot simul bonorum author fueris Leo decime? Tu pacem adferens, pacis simul, hoc est, optimarum artium inuexisti studia. Et iustitiam redidisti: quia in pace leges sunt, ex legibus vero iustitia est. Et libertatem reduxisti: quam comitata veritas magno & ipsa temporum tuorum hominibus emolumento fuit. Pax etenim esse in tyrannide nulla potest, quia fides non est. Nec iustitia esse potest, quia suum cuique non est, & quia leges opprimunt tyranni: nec verum dicere licet, quia libertas non est. At nunc vere liberi sumus: quia pacem habemus: quam habentes, pacis quoque adhibebimus studia. Quod sub Iulio igitur, bellorum authore, non licuit, vt esset hæc tranquillitas, id sub te pacis restauratore vsurpabimus, vt in literis con-
B quiescamus. Proinde in lucem prodeat, si quid diu latuit: & eo maiori cum fiducia prodeat, quanto quidque verius, quantoque syncere magis scriptum est: Qualis hic est liber: quem alij idcirco non tulerunt Pontifices, quia verum audire noluerunt: tu idcirco amabis, quia veritatis iam ante poculum nobis propinasti. Nam ad te meliore conscientia Pontificem, quid pertinet, quod contra Ecclesiastici status dignitatem scriptus ab illis ferebatur? Aut quod in Pontifices maledicum esse dicebant? Profecto enim neque fuerunt Pontifices illi, qui finxerunt Constantini donationem: quia pastores non fuerunt. Neque ecclesia fuit quæ eam accepit: quia Christi fidelium conuentus non fuit. Si fuissent pastores enim, pauissent oues Christi, non deuorando inuasissent. Et si ecclesia fuisset, vtique vocasset ad vitam & libertatem Gentes, non sub iugum traxisset imperia & nationes. Sic illa enim loquitur: Venite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Certe implet, quos accepit hæc: ille malignantium conuentus inanibat, & exhauriebat. Tum pastores esse bonos vicarios suos, iussit Christus, non voraces lupos. Sic Petro dixit enim: Petre amas me, pasce oues meas. Pasce (dixit) oues meas, non deuora plebem meam, sicut escam panis. Et in Apostolatum vocans: Faciam vos (inquit) piscatores hominum, hoc est, faciam vt prædicando, & bona exempla ædendo, alliciatis ad veritatem errantes à side. Quod quia tu sequeris, ad officium redisse hunc ordinem, te id efficiente, te pacem, te libertatem, te iustitiam, & veritatem reuocante, gaudemus & exultamus. Quæ lætior nanque audiri vox potuit? Quod suauius verbum? Itaque paruo negotio, puta vno proposito verbulo, magnam sustulisti è medio hominum vestrorum indignationem, vehementeis
C compositi animorum motus, exitia interuertisti, tumultus compescuisti. Quod futurum igitur fuit, si in malum aliquem Pontificem incidissent hæ hominum cogitationes, vt vi & violentia eriperemus ab iniustis possessoribus multa: hoc per te factum est, vt cita turbam quiescendo consequamur omnia. Vides quale tuum factum interpretor, vere Pontifex Leo? Quod armis persequendum erat, id beneficentiæ acceptum tuæ referre licet. Quapropter desinant quidam metuere, ne tu ægre feras, si ædatur hic denuo liber: quod illi ante prę posteri Pontifices, ne haberetur in manibus, vetuerunt. Nihil est tibi enim commune cum illis: quia nihil fuit ipsis cum Christo. Nam illi sub fraudis fuco secularia ad se imperia traxerunt, tu in syncero veritatis splendore cœlestem dominationem, id est, pacis regnum aperuisti. Per te illa igitur Christiana reuiuiscit veritas: quę cum oppressa diu fuerit, nunc se colligit, & captiua iampridem ab illo reducta obscuritatis carcere, lucē reuidere meretur. Qua fiducia elatus, audet ab inferis exurgens Valla, in hominum aures atque oculos recipere sese, ob id magis etiam quod fuit tuis olim maioribus charus: à quibus vt hanc veluti hæreditariam accepisti virtutem, ita in alijs minime degeneras. Nam sicut eruditione illum magistrum tuum Politianum refers, ita moribus ab atauo Cosmo alienus minime videris. Cuius quemadmodum prima laus fuit, quod in sua ciuitate vnus omnia potuit, non omnia voluit: ita tuum quoque encomion esto, quod cum regnare vt Imperator posses, custodire vt pastor mauis. Sed in Cosmo fuit hoc imprimis admirandum, quod ineruditus ipse coluit eruditos, vndique ad sese accersens, & ope atque opibus iuuans. Laurentius vero pater & coluit doctos, & fuit ipse doctrina inter primos suæ ætatis commemorandus. Felicem hanc igitur domum, quæ iuuandis instituta est literis. Cui alteri enim debētur seculi huius dotes?

Leo decimus bonorum author

Tyranni opprimūt leges

Iulius bellorum author

Cōstantini donationem fingentes, pontifices non fuerunt

Vrina id hoc tempore seruaretur.

Leo restaurator pristini ordinis

Cuius al

Cuius alterius beneficio reuocatæ ab interitu Græcæ pariter ac Latinæ sunt literæ? Vt D
soli sint in Italia Florentini, quos tanto accepto commodo, tyrannorum pœnitere non debeat. Scilicet charus fuit maioribus tuis Valla, cum viueret: tibi ob illorum reuerentiam, ne mortuus quidem negligendus est. Vbi sunt illi itaque metuendum qui putabant, vt ferres tu operis huius diuulgationem? Quasi vero vnquam ab animo tuo recepta sit fraus eorum, qui scelerate mentiti sint de Constantino: aut non is sit libellus hic, qui legi ab omnibus non possit tantum, sed necessario debeat etiam: cum permagnus sit ex eo fructus, dum veritas pernoscitur. At maledicus est: Immo vero idcirco bonus, quia in malos acerbos est. At in Pontifices impius est: immo in tyrannos eius. Nam si præmia debentur apud Græciæ ciuitates tyrannicidis, quid ijs dabimus, qui tyrannidem quoque ipsam impugnant? Aut si pietas est amare patriam, quo impie agit qui hostem illius odit? An nō fuerūt Christianorum hostes illi Pontifices, qui omnium ad se opes traxerunt, omnibus liberis seruitutem moliti sunt? Qui imperio Reges, pecunia ciues dispoliabant? Qui palliatos nobis ab vrbe tanto patrimoniorum nostrorum dispendio episcopos mittebant? Aut vicarij fuerunt Christi, qui illius vicem non gesserunt: quo de scriptum est: In pace factus est locus eius? Vel si tyranni sunt qui in liberos imperium sibi desumūt: quis hoc magis facit, quàm is, qui libertatis conseruatorem, hoc est, Romanorum principem in seruitutem adserit? Ergo non maledicit Pontificibus Valla, sed in tyrannos vera dicit: ob idq; tibi valde placere putari debet. Tibi (inquam) hoc genere, his maioribus ædito, hac eruditione, hoc etiam nomine prædito. Non debet ex medicibus vni conuenire mendacium. Et in tantam doctrinam peruersitas non admittitur. Nec fraudis humilitatem ad se accepit Leonina magnitudo, quæ hanc versat in ore Græci poetæ sententiam:

ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. E

Præterea hoc in libello, si vsquam, ostendit Laurentius, qui vir, quanto præditus animo fuerit: qui maximo etiam proposito, vt illa tempestate, periculo, veritatē deserere noluit. Quanto rectius & christiane magis, quàm ille nuper asinus, qui Iulio secundo pulchræ illius donationis priuilegium, quod è Græco transtulisse dicit se, cum nos græce scriptum esse ignoraremus, non citra doctissimi viri, & se per omnia melioris contumeliam dedicauit. Adsentebatur ille enim vt vni placeret: hic verum dixit, vt multis prodesset. Quid ad Christiani hominis & boni viri perfectionem deest? Quàm te non nouerunt igitur, qui metuunt ingratum hunc fore tibi Vallæ laborem. Si nossent enim, non ex prædonum Pontificum moribus tuam æstimarent vitam. A quibus ego multum dissentio, & cum tuam prædicari famam audio, & hanc optimæ opinionis plenam promissionem vbi considero. Restauras tu enim pacem. At pax esse inter raptores, & eos à quibus rapitur, nisi suum reddatur, nulla potest. Neque tu, nisi rem ipsam præstare velles, inania nobis proponeres verba. Itaque sic opinor valde succensuisses tu mihi, si non tam contra animi sententiam mei, quàm etiam contra communem omnium sensum (quis est enim qui ita sentiat?) probassem apud te piaculare figmentum, quod de Constantino mentiti sunt illi Pseudopontifices, qui occidentis imperium cum vrbe Roma Gentium domina, concessum ab hoc sibi contenderunt. Quorum in hoc potissimum audaciam miror, quod veriti non sunt id affirmare, quod creditu; neminem scirent. Sed Germanis persuasuros se putabāt, vtpote quos cerebrum non habere fama est, atque igitur ingenio vsi non sunt. Quippe si fuisset cum alijs sibi Gentibus negotium, vtique non sic frigida esset hæc effictio, & cautius moliti hoc commentum essent: nisi reperitur qui ostendat ex Imperatoribus vlli, antequàm ad Germanos perueniret imperij nomen, intentatam fuisse hanc fraudem. Nimium me ergo, nimium proh Christe pœnitet ibi maiorum nostrorum: qui sic obtusi fuerunt, vt eos falleret captio, pueris etiam cognitu facilis. Sed eo maiori fraus illorum odio digna est, quo deterius simplicitate abusi sunt nostra. Tuam vero beatissime Leo, quis satis admirari potest felicitatem: in quo istam verti contigit in melius Pontificum mutationem? Habebit enim meliores ab hoc tempore Pontifices ecclesia, nisi non ex animo fiat ista promissio: sed ex animo fit. Atque igitur quædam est hæc iniuria tua ab ijs, qui vel dubitant, contra impudentissime effictam Constantini donationem scribentes, an laturus sis. In illos vere detestandi sceleris commentores Pontifices, omnia acerbissima dicta, omniaque ferocissima facta conueniunt. Quid ni? In depeculatores, in fures, in tyrannos, in latrones. Quis violentior enim latro est, quàm qui ita rapit, vt rapiendi modum nullum statuat? Hi fuerunt qui in minimo arrepta occasione, ad immensum progressi sunt diripiendi licentia. Qui gratias venum exposuerunt: qui condonationes, qui dispensationes, & infiniti generis bullas, qui vendiderunt tanto iam tempore. Qui in peccatorum remissione pretium statuerunt, & in pœnis inferorum inuenerunt sibi lucrum. Qui sacerdotia hic, eleemosynam parentum nostrorum passi sunt ab se mercari.

Donatio Constantini græce non extat

Pseudopontifices approbātes Constantini donationē.

Miranda hic enarrantur

Qui Germa

A Qui Germanis persuaserunt episcopos non esse, qui ab se pallia nõ emerint, multis aureorum milibus. Qui cõtenti non sunt exigere extra ordinem quotannis semel, sed mittebant, quoties in mentem veniisset, qui colligerent alijs alij de causis: nonnulli quasi bellum apparaturi contra Turcas: alij vt templum, quod perfici non curant, Romæ diuo Petro extruant. Qui cum hæc omnia facerent, tamen salutari se vulgo beatissimos & sanctissimos volebãt: nec aliquid in suos mores dici patiebãtur, nedũ fieri. Si quis vero libertatis meminisset aut si quis rapientibus impedimentum, aut moram, si quis omnino obiecisset, in eius sæuiebant animam, perdentes actutum. His talibus iam insatiandis latronibus, tam immitibus tyrannis, nonne inimicum tibi valde putas, si quis te inferat Leo maxime: Aut non optime de statu pontificio meritus videtur, qui te magna voce, quia nihil cum illis commune habeas, prædicet illis contra omnia quæ ad successionem Petri attinent, detrahat? Vel non benedices illi pacis restaurator, qui his maledixerit bellorum & seditionum authoribus? Quinimo te noui, maledices his ipse, vt in quemlibet eorum conueniat propheticum hoc: Dilexit maledictionem, & venit ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Sic maledicendo perdebant illi enim animas hominum, quasi non esset deo chara hæc possessio. Ergo non fuerunt pastores: quia non custodiebant animas, sed perdebant: & circumeuntibus dominicum gregem lupis obijciebant Christi oues. Non pastores fuerunt illi in quam sed lupi: Non custodes, sed proditores & fures. Quambrem iure optimo maledicere illis licet: quia deo curæ non sunt, quibus pax dei curæ non fuit. Tandem igitur Pontifex in Ecclesia non fuit, quàmdiu pax non fuit. Quinetiam nec dicere bene, nec facere licebat, quàm-

B diu quidem illi grassabantur per ouile dei voraces lupi. Illæ deuastabant vineam domini singulares feræ. Illi dominabantur orbi Christiano incomparabiles tyranni: quibus de Hieremias dicit: Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. Nam si tanto quisque peior tyrannus est, quanto ex ciuium corporibus plura, vt tutus ipse grassetur, necauerit. Quid de illis dicendum est, qui vt opes haberent, animarum passim cædem instituebant? Qui ob adsertam veritatem, non corpora hominum trucidare contenti erant, sed illam perimebant etiam amicam dei animam, sponsam dei, illud nobile inferorum spolium, illam tanti laboris mercedem, illud sanguine Christi quæsitum præmium pessundabant, occidebant, deuorabant. Quibus nos vicissim non inuidebamus, quia potentes erãt: sed oderamus, quia nocentes. Tui vero amorem profundissime insitum, iam Christianorum animis, quæ satis erit alacritas beatissime Leo, vt ostendamus? Tu ille orbis amor, illud humani generis delicium, restaurator pacis, bellorum extinctor, author securitatis, turbarum sedator, pater studiorum, fomes literarum, optimarum artium, felicis ingeniorum cultus reparator: quo de scriptum est per Prophetam: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Quanto solidiorem hæc laudem complectuntur, quàm illa nuper de suis bellis, suis triumphis decãtata Iulio. Sunt etiã laudabilia Pontificis opera, illa ferocissima erant tyranni facta. Scilicet Pontifex nemo fuit, qui secularia ad se regna quomodocunque etiam pertraxit: nec vicarius Christi, aut Petri successor fuit, quisquis piacularem

C Constantini donationem, quæ nec facta vnquàm est, nec fieri potuit, adseruit. Cuius ego improbationem, tantum abest vt impiam putem, vt vehemẽter pontificiæ dignitati detrahere eos existimem, qui hanc probent: Tibi vero gratissimum facere me confidam, qui reiectum nuper & damnatum hac de re Vallæ libellum, veluti ex tenebris in lucem, ab interitu ad vitam reuocem. Quin etiam ipsum tibi illum dedico, vt testatum fit, quàm te Pontifice renata libertate, verum dicere licuerit omnibus, verumque scribere. Quod & si non dubitem, quin valde tibi placeat: tamen vbi hoc publico aliquo testimonio adprobatum abste intellexero, dabo operam vt sæpe aliquid tale inueniam. Interea Christus optimus maximus sic bonum te, sic verum Pontificem nobis diu incolumem seruet.

Contra Leonis oratiõe ad principes.

Laus Leonis.

Ex arce Steckelberg. Calen. Decemb. Anno post millesimum & quingentesimum, decimoseptimo.

FINIS.

LAVRENTII VALLENSIS, PATRITII ROMANI, DE FALSO credita & ementita Constantini donatione Declamatio.



Lures à me libri, complureśq; emissi sunt in omni fere doctrinarum genere. In quibus quod à nonnullis magniśq; & longo iam æuo probatis authoribus dissentio: cum sint qui indigne ferant, méq; vt temerarium sacrileguḿq; criminentur. Quid tandem nunc facturi quidam putandi sunt? quantopere in me debacchaturi? & si facultas datur, quàm auide me ad supplicium festinanteŕq; rapturi? qui non tantum aduersus mortuos scribo, sed aduersus etiam viuos, nec in vnum alterumve, sed in plurimos: nec contra priuatos modo, verumetiam cõtra magistratus. At quos magistratus? Nempe summum Pontificem: qui non temporali solum armatus est gladio, regum ac principũ more, sed ecclesiastico quoque: vt ab eo neq; subter ipsum, vt sic loquar, clypeum alicuius principum protegere te possis, quo minus excommunicatione, anathemate, execratione feriare. Quod si prudenter, vt dixit, sic fecisse existimatus est, qui inquit: Nolo scribere in eos, qui possunt proscribere: quanto mihi magis idem faciendum esse videtur in eum qui ne proscriptioni quidem reliquerit locum, quíq; E
inuisibilibus me potestatis suæ iaculis persequatur: vt iure possim dicere: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à tua fugiam facie? Nisi forte putemus, patientius hæc esse laturum summum sacerdotem, quàm cæteri facerent. Nihil minus: siquidem Paulo, quod bona se conscientia conuersatum esse diceret, Ananias princeps sacerdotum coram tribuno, qui iudex sedebat, iussit obuerberari: & Phassur eadẽ prædítus dignitate, Hieremiam ob loquendi libertatẽ coniecit in carcerem. Sed illum tribunus ac præses, hunc rex aduersus iniuriam Pontificis tutari, & potuit & voluit. Me vero quis tribunus, quis præses, quis rex è manibus summi sacerdotis, si me rapuerit ille, etiam vt velit, eripere poterit? Verum non est causa cur me duplex hic periculi terror conturbet, arceat́q; à proposito. Nam neque contra ius phaśq; summo Pontifici licet aut ligare quippiam, aut soluere, & in defendenda veritate atq; iustitia profundere animam, summæ virtutis, summæ laudis, summi præmij est. An vero multi ob terrestrem patriam defendendam mortis adiere discrimen: ego ob cœlestem patriam asse quendam (assequuntur autem eam, qui deo placent, nõ qui hominibus) mortis discrimine deterrebor? Faceſſat igitur trepidatio, procul abeant metus, timores excidant. Forti animo magna fiducia, bona spe, defendenda est causa veritatis, causa iustitiæ, causa dei. Neq; enim is verus habendus est orator, qui bene scit dicere, nisi & dicere audeat. Audeamus igitur accusare, quicunque digna committit accusatione. Et qui in omnes peccat, vnius pro omnium voce carpatur. At non debeo palam obiurgare fratrem, sed inter me & ipsum. Imo publice peccans, & qui priuatum consilium non admitteret, publice arguendus est, vt cæteri timorem habeant. An non Paulus, cuius verbis modo sum vsus, in os Petrum coram ecclesia reprehendit, quia reprehensibilis erat? & hoc ad nostram doctrinam scriptum reliquit. F
At non sum Paulus, qui Petrum possum reprehendere. Immo Paulus sum, qui Paulum imitor: Quẽadmodum, quod multo plus est, vnus cum deo spiritus efficior, cum studiose mandatis illius obtempero. Neq; aliquem sua dignitas ab increpationibus tutum reddidit, quæ Petrum non reddidit, multośq; alios eodem præditos gradu: vt Marcellum, quòd dijs libasset: vt Celestinum, quod cum Nestorio hæretico sentiret, vt quosdam etiam nostra memoria, quos ab inferioribus (Quis enim non est inferior papa?) reprehensos scimus, vt taceam condemnatos. Neque vero id ago, vt quempiam insectari cupiam, & in eum, quasi Philippicas scribere: hoc enim à me facinus procul abſit: sed vt errorem à mentibus hominum conuellam, vt eos à vitijs sceleribuśq; vel admonendo, vel increpando summoueam. Non ausim dicere vt alij p me edocti, luxuriantem nimijs sarmentis papalem sedẽ, quę Christi vinea est, ferro coerceant: & plenas vuas, non graciles labruscas ferre compellant. Quod cum facio, num quis erit, qui aut mihi os, aut sibi aures velit occludere, ne dicam supplicium morteḿq; proponere? Hunc ego si hoc faciat, etiam si papa sit, quid dicam esse? Bonum ne pastorem? an aspidem surdam: quæ nolit exaudire vocem incantantis, velit eiusdem membra morsu præstringere venenó́q;? Scio iamdudum expectare aures hoĩm, quod nam pontificibus Romanis crimen impingam: profecto ingens, siue supinæ ignorãtiæ, siue immanis auaritiæ, quæ est idolorum seruitus, siue imperandi vanitatis, cui crudelitas semper est comes. Nam aliquot iam seculis aut non intellexerunt donationem Constantini

Duplex periculi cuusa.

A ſtantini commentitiam fictamq; eſſe, aut ipſi finxerunt: ſiue poſteriores in maiorum ſuorum dolis veſtigia imprimentes pro vera, quàm falſa cognoſcerent, defenderunt: Dedecorantes pontificatus maieſtatem, dedecorantes veteꝛ pontificum memoriam, dedecorantes religionem Chriſtianam, & omnia cædibus, minis, flagitijsq; miſcentes. Suam eſſe aiunt vrbẽ Romã, ſuum regnã Siciliæ, Neapolitanumq; ſuam vniuerſam Italiam, Galliaſ, Hiſpanias, Germanos, Britannos, ſuum deniq; occidentẽ. Hæc eñ cuncta in ipſa donationis pagina contineri. Ergo hæc omnia tua ſunt ſumme pontifex? omnia tibi in animo eſt recuperare? omnes reges ac principes occidentis ſpoliare vrbibus, aut cogere vt annua tibi tributa penſitent, ſententia eſt? At ego contra exiſtimo, iuſtius licere principibus ſpoliare te imperio omni quod obtines. Nam vt oſtendã, donatio illa, vnde natũ eſſe ſuũ ſummi pont. volunt, Silueſtro pariter & Conſtantino fuit incognita. Verũ anteq̃ ad confutandã donationis paginã venio, quod vnum iſtoꝝ patrocinium eſt, non modo falſum, verumetiam ſtolidũ: ordo poſtulat, vt altius repetam. Et primũ dicam, non tales fuiſſe Conſtantinũ Silueſtrumq;: Illum quidẽ qui donare vellet, qui iure donare poſſet: qui, vt in manum alteri ea traderet, in ſua haberet poteſtate: Hunc autem, qui vellet accipere, quiq; iure accepturus foret. Secundo loco, ſi hæc non eſſent, quæ veriſſima atq; clariſſima

B ſunt, neq; hunc acceptaſſe, neq; illum tradidiſſe poſſeſſionem rerum, quæ dicuntur donatæ, ſed eas ſemper in arbitrio & imperio Cæſaꝝ permanſiſſe. Tertio, nihil datũ Silueſtro à Conſtantino, ſed priori pontifici, ante quem & baptiſmum acceperat: donaq; illa mediocra fuiſſe, quibus papa degere vitam poſſet. Quarto, falſo dici, donationis exemplum aut apud decreta reperiri, aut ex hiſtoria Silueſtri eſſe ſumptum: quod neq; in illa, neq; in vlla hiſtoria inuenitur: In eo quædam contraria, impoſſibilia, ſtulta, barbara, ridicula contineri. Præterea loquar de quorundam aliorum Cæſarum vel ſimulata, vel friuola donatione. Vbi ex abundanti adijciam, ſi Silueſter poſſediſſet, tamen ſiue illo, ſiue quouis alio pontifice à poſſeſſione deiecto, poſt tantum temporis intercapedinem, nec diuino nec humano iure poſſe repeti. Poſtremo, ea quæ à ſummo pontifice tenentur, nullius temporis longitudine poſſe præſcribi. Atq; quod ad primam partem attinet (loquamur autem de Conſtantino prius, deinde de Silueſtro) non eſt committendum, vt publicam quaſi & Cæſaream cauſam, non maiore quàm priuatæ ſolent, ore agamus. Itaq; quaſi in contione regum ac

C principum orans, vt certe facio: nam mea hæc oratio in manus eorum ventura eſt: libet tanquam præſentes, & in conſpectu poſitos alloqui. Vos appello reges ac principes (Difficile eſt enim priuatum hominem animi regij concipere imaginem) veſtram mentem inquiro, conſcientiam ſcrutor, teſtimonium poſtulo. Nunquid veſtrum quiſpiam ſi fuiſſet Conſtantini loco, faciendum ſibi putaſſet, vt vrbem Romam patriam ſuam, caput orbis terrarum, reginam ciuitatum potentiſſimam, nobiliſſimam, ditiſſimam populorũ, triumphatricem nationum, & ipſo aſpectu ſacram, liberalitatis gratia donaret alteri, & ſe ad humile oppidum conferret, deinde Bizantium? Donaret præterea, vnà cum Roma, Italiam, non prouinciam, ſed prouinciaꝝ victricem: donaret tres Gallias, donaret duas Hiſpanias, donaret Germanos, donaret Britannos: totum donaret occidentem, & ſe altero ex imperij oculis orbaret? Hoc ego, vt quis faciat compos mentis, adduci non poſſum, vt credam. Quid enim vobis expectatius, quid iucundius, quid gratius contingere ſolet, quàm imperijs acceſſionem veſtris vos regnisq; adiungere, & longe lateq; quàm maxime proferre ditionem? In hoc, vt videre videor, omnis veſtra cura, omnis cogitatio, omnis labor dies q; noctesq; conſumitur. Ex hoc præcipua ſpes gloriæ: propter hoc voluptates relinquitis: propter hoc mille pericula aditis: propter hoc chariſſima pignora: propter hoc partem corporis æquo animo amittitis. Siquidẽ neminem veſtrum aut audiui aut legi à conatu ampliandi imperij fuiſſe deterritũ, quod aut luminis, aut manus, aut cruris, aut alterius membri iacturã feciſſet. Quin ipſe hic ardor, atq; hæc late dominandi cupiditas, vt quiſq; maxime potens eſt, ita eũ maxime angit atq; agitat. Alexander non contentus deſerta Lybiæ pedibus peragraſſe, orientem ad extremum vſq; oceanum viciſſe, domuiſſe Septentrionem: inter tot vulnera, tot caſus, recuſantibus iam, deteſtantibus q; tam longinquas, tã aſperas expeditiones militibus, ipſe ſibi nihil effeciſſe videbatur: niſi & occidentem, & omnes nationes, aut vi, aut nominis ſui authoritate, ſibi tributarias reddidiſſet. Parũ dico. Iam oceanum tranſire, & ſi quis alius orbis eſſet expoliare, ac ſuo ſubijcere arbitrio deſtinauerat. In cœlũ tandem, vt opinor, tentaſſet aſcendere. Talis fere eſt omnium regum voluntas, & ſi non omnium talis audacia. Taceo quanta ſcelera, quot abominanda propter imperium aſſequendum ampliandumve admiſſa ſunt: vt nec fratres à fratrum, nec filij à parentum, nec parentes à filioꝝ ſanguine nepharias abſtineant manus. Adeo nuſquã magis, nuſquã atrocius graſſari ſolet humana temeritas: & quod mirari poſſis, non ſegniores ad hoc videas animos ſenum q̃ iuuenum, orborum q̃ parentum, regum quàm tyrannorum.

Donatio Siluestro & Conſtantino incognita.

Alexander magnus.

Quod si tanto conatu dominatus peti solet, quanto maiore necesse est, conseruetur. Neq; D
enim tantopere miseꝛ est non ampliari imperium, quàm imminuere. Neq; tam, deforme,
tibi alterius regnum non accedere tuo, quàm tuum accedere alieno. Nam quod ab rege a-
liquo aut populo legimus, nonnullos præpositos regno aut vrbibus, id factum est non de
prima, nec de maxima, sed de postrema q̃dammodo ac minima imperij parte. Atq; ea ra-
tione, vt donantem, qui donatus est, quasi dominum, & se ministrum illius semp agnosce-
Non minuit imperiũ Cõstantinus ret. Nunc quæso, nonne abiecto animo, & minime generoso videntur esse, qui opinantur
Constantinum meliorem à se imperij alienasse partem? Non dico Romam, Italiãq;, &c.
sed Gallias: vbi ipse prælia gesserat, vbi solum diu dominatus fuerat, vbi suæ gloriæ, suiq;
imperij rudimenta posuerat. Hominem, qui cupiditate dominandi, nationibus bella intu-
lisset: socios, affinesq; bello ciuili persequutus imperio priuasset. Cui nondum perdomitæ
ac profligatæ reliquiæ essent alterius factionis. Qui cum multis nationibus bella gerere nõ
modo soleret spe gloriæ, imperijq;, sed & necesse haberet, vtpote à Barbaris quotidie la-
cessitus. Qui filijs, qui coniunctis sanguine, qui amicis abundaret. Qui senatum, populũq;
Romañ. huic facto repugnaturuꝛ nosset. Qui expertus esset instabilitatem victaꝛ nationũ,
& ad omnem fere Ro. principis mutationem rebellantium. Qui se meminisset more alio-
rum Cæsarum, non electione patrum, cõsensuq; plebis, sed exercitu, armis, bello, domina-
tum occupasse. Quæ tam vehemens causa & vrgens aderat, vt ista negligere, & tanta libe-
ralitate vti vellet? Aiunt, qa effectus erat Christianus. Ergone imperij optima parte se ab- E
dicaret? Credo, scelus erat, flagitium, nephas, iam regnare, nec cum Christiana religione
coniungi poterat regnum. Qui in adulterio sunt, qui vsuris rem auxerunt, qui aliena pos-
sident: hi post baptismum alienam vxorem, alienam pecuniam, aliena bona reddere so-
lent. Hanc cogitationem si habes Constantine, restituere vrbibus libertatem, non muta-
re dominum debes. Sed non id in causa fuit, tantum in honorem religionis, vt faceres, ad-
ductus es. Quasi religiosum sit magis, regnum deponere quàm pro tutela religionis illud ad
ministrare. Nam quod ad accipiẽtes attinet, neq; honesta erit illis, neq; vtilis ista donatio.
Tu vero si Christianum te ostẽdere, si pietatẽ indicare tuam, si consultum non dico Roma-
næ ecclesiæ vis, sed ecclesiæ dei, nũc præcipue, nũc principẽ agas, vt pugnes pro his, q pu-
gnare non possunt nec debẽt. Vt eos tua authoritate tutos reddas, q insidijs, iniurijsq; ob-
noxij sunt. Nabuchodonosor, Cyro, Assuero, multisq; alijs principibus sacramentum ve-
Deus neminẽ vnquam imperio suo cedere iussit. ritatis deus aperire voluit, à nullo tamẽ eoꝛ exegit, vt imperio cederet, vt partẽ regni do-
naret, sed tantum libertatẽ Hebræis redderet, eosq; ab infestantibus finitimis protegeret.
Hoc satis fuit Iudæis, hoc sat erit & Christianis. Factus es Constãtine Christianus. At in-
dignissima res est, Christianum te nũc Imperatorẽ minorem esse principatu, quàm fueras
infidelis. Est enim principatus p̃cipuum quoddam dei munus, ad quẽ Gẽtiles etiam prin-
cipes à deo eligi existimant. At erat lauatus à lepra, ideo vero simile est referre gratiam vo-
luisse, & maiore mẽsura reddere quod acceperat. Ita ne? Naaman ille Syrus ab Helisæo cu-
ratus, munera tantum offerre voluit, non dimidium bonoꝛ: Gonstãtinus dimidium im-
perium obtulisset? Piget me impudẽti fabellæ, tanquàm indubitatæ historiæ respondere.
Sic enim hæc fabula, ex historia Naaman & Helisæi, vt altera draconis, ex fabuloso draco- F
ne Beli adumbrata est. Sed vt ista concedam, nũquid in hac historia de donatione fit mẽ-
tio? Minime. Verum de hoc commodius postea. Lauatus est à lepra, cœpit ob id mentem
Christianam, dei timore, dei amore imbutus est, illi honorem habere voluit. Non tamen
persuaderi possum eum tanta donare voluisse. Quippe cum videam neminẽ, aut Gẽtilem
in honorem deoꝛ, aut fidelem in honorem dei viuentis, imperium deposuisse, sacerdoti-
busq; donasse. Siquidem ex regibus Israel nemo adduci potuit, vt pristino more ad tem-
plum Hierusalem populos sacrificaturos ire permitteret, eo videlicet timore, ne forte ad re
gem Iudæ, à quo defecerant, redirent, sacro illo cultu religionis admoniti ac templi maie-
state. At quanto hoc magis est, quod fecisse dicit Constantinus? Ac ne quid tibi propter cu
rationem lepræ blandiaris, Hieroboam primus à deo in regẽ Israel electus est, & quidẽ ex
infima conditione, quod mea sentẽtia plus est, quàm esse lepra lauatum: & tamen is nõ est
ausus regnum suum deo credere, & tu vis Constãtinum regnum deo donasse, quod ab illo
non accepisset? Qui præsertim, id quod in Hieroboam nõ cadebat, offenderet filios, de-
primeret amicos, negligeret suos, læderet patriam, mœrore omnes afficeret, suiq; obliui-
ceretur. Qui si etiam talis fuisset, & quasi in alium hominẽ versus, certe non desuissent qui
eum admonerent, & inprimis filij, propinqui, amici. Quos quis est qui non putet protinus
Imperatorẽ fuisse adituros? Ponite igitur illos ante oculos, mẽte Cõstantini audita, trepi-
dos, festinãtes, cũ gemitu lachrymisq; ad genua principis procũbẽtes, & hac voce vtẽtes.

Oratio filioꝛ ac necessario ¶Ita ne pater antehac filioꝛ amantissime, filios priuas, exhæredas, abdicas? Nam q̃ te
optima, maximaq; imperij parte exuere vis, nõ tam querimur, quàm miramur. Querimur
autem

A autem, ꝙ eam ad alios defers, cum nostra & iactura & turpitudine. Quid enim causæ est, ꝙ liberos tuos expectata successione imperij fraudas, qui ipse vnà cum patre regnasti? Quid in te commisimus? qua in te, qua in patriam, qua in nomen Romanũ, ac maiestatem imperij impietate digni videmur, quos præcipua optimaq; priues principatus portione: qui à patrijs laribus, à conspectu natalis soli, ab assueta aura, à vetusta consuetudine relegemur? Penates, phana, sepulchra exules relinquemus, nescio vbi aut qua terrarum regione victuri? Quid nos propinqui, quid nos amici: qui tecum toties in acie stetimus: qui fratres, parentes, filios hostili mucrone confossos, palpitantesq; conspeximus, nec aliena morte territi sumus, & ipsi parati pro te mortem oppetere, nunc abs te vniuersi destituimur? Qui Romæ gerimus magistratus, qui vrbibus Italiæ, qui Gallijs, qui Hispanijs, qui cæteris prouincijs præsumus, aut præfuturi fuimus: omnes ne reuocamur, omnes priuati iubemur esse? An iacturã hanc aliunde pensabis? Et quomodo pro merito ac prodignitate poteris, tanta orbis terrarũ parte alteri tradita? Num qui præerat centum populis, eum tu Cæsar vni præficies? Quomodo tibi istud in mentẽ venire potuit? quomodo subita tuorũ te cœpit obliuio: vt nihil te misereat amicorũ, nihil proximorũ, nihil filiorum? Vtinam nos Cæsar, salua tua dignitate atq; victoria, in bello contigisset occumbere potius, quàm vt ista cernamus. Et tu quidẽ de imperio tuo ad tuum arbitratũ agere potes, atq; etiam de nobis vno dumtaxat excepto: in quo vel ad mortem vsq; erimus contumaces, ne à cultu deorũ immortaliũ desistamus, magno etiam alijs exemplo: vt scias tua ista largitas quid mereatur de religione Christiana. Nam si non largiris Siluestro imperium, tecum Christiani esse volumus, multis factũ nostrum imitaturis. Sin largiris, non modo Christiani fieri non
B sustinebimus, sed inuisum, detestabile, execrandũ nobis hoc nomen efficies: Talesq; reddes, vt tandem tu & vitæ & mortis nostræ miserearis: nec nos, sed teipsum duritiæ accuses. Nonne hac oratione Constantinus, nisi extirpatam ab eo volumus humanitatẽ, si suâ sponte non mouebatur, motus fuisset? Quid si hos audire noluisset? Nõne erant qui huic facto & oratione aduersarentur & manu? An S.P.Q.R. sibi tanta in re nihil agendũ putasset? Nonne oratorem, vt ait Vergilius, grauẽ pietate & meritis aduocasset, qui apud Cõstantinum hanc haberet orationem?

rum Constantini, ad illum.

¶ Cæsar, si tu tuorũ immemor es, atq; etiam tui, vt nec filijs hæreditatẽ, nec propinquis opes, nec amicis honores, nec tibi imperium esse integrum velis: non tamen S.P.Q.R. immemor potest esse sui iuris, suæq; dignitatis. Etenim quomodo tibi tantum permittis de imperio Romã. quod non tuo, sed nostro sanguine partũ est? Tu ne vnum corpus in duas secabis partes? & ex vno duo efficies regna, duo capita, duas voluntates? & quasi duobus fratribus gladios, qui de hæreditate decernant, porriges? Nos ciuitatibus, quæ de hac vrbe bene meritæ sunt, iura ciuitatis damus, vt ciues Romã. sint: tu à nobis dimidium imperij aufers, ne hanc vrbem parentem suam agnoscat? Et in alueis quidem apium, si duo reges nati sint, alterum qui deterior est, occidimus: Tu in alueo imperij Romã. vbi vnus & optimus princeps es, alterũ, & hunc deterrimum, & non apem, sed fucum collocandum putas? Prudentiam tuam vehementer desideramus Imperator: Nam quid futurum est, si vel
C te viuo, vel post tuã mortem, aut huic parti quam alienas, aut alteri quam tibi relinquis, bellũ à Barbaris nationibus inferatur? Quo robore militũ, quibus copijs occurremus? Vix nunc totius imperij viribus possumus, tunc poterimus? An perpetuo membrũ hoc cũ illo in concordia erit? Vt reor, nec esse poterit: quũ Roma dominari velit, nolit pars illa seruire. Quin & te viuo, breue intra tempus, reuocatis veteribus præfidijs, suffectis nouis, te in tuum regnũ profecto & longe agente, huc altero dominante, nonne omnia noua, id est, diuersa atq; aduersa erunt? Regno fere inter duos fratres diuiso, protinus & populorũ animi diuiduntur: & prius à seipsis, quàm ab externis hostibus bellũ auspicantur. Idem euenturum in hoc imperio quis non videt? An ignoras hanc olim in primis fuisse causam optimatibus, cur dicerent citius se in conspectu Po. Romã. esse morituros, quàm rogationem illam ferri sinerent, vt pars Senatus ac pars plebis ad incolendũ Veios mitteretur, duasq; vrbes communes Po. Romã. esse? Si enim in vna vrbe tantũ dissensionum esset, quid in duabus vrbibus futurum? Ita hoc tempore, si tantũ discordiarũ in vno imperio, testor conscientiam tuã, ac labores, quid in duobus imperijs fiet? Age vero, putas ne hinc fore, qui tibi bellis occupato, esse auxilio aut velint, aut sciant? Ita ab armis atq; ab omni re bellica abhorrentes erunt, qui præficientur militibus atq; vrbibus, vt ille qui præficit. Quid? nonne hũc tam imperitũ regnandi, & iniuriæ facilem, aut Romã. legiones, aut ipsæ prouinciæ spoliare tentabunt? vt quẽ sperabunt vel non repugnaturũ, vel pœnas non repetiturum. Credo me Hercule, ne vnũ quidem mensem illos in officio mansuros, sed statim & ad primũ profectionis tuæ initiũ rebellaturos. Quid facies? Quid consilij capies, quum duplici atq; adeo multiplici bello vrgebere? Nationes, quas subegimus, continere vix possumus: quomodo illis

Oratio populi Romã. ad Cõstantinum.

Pulchra comparatio.

do illis accedẽte ex liberis gẽtibus bello reſiſtetur? Tu Cæſar, quid ad te ſpectet, ipſe videris. Nobis autem hæc res non minus, q̃ tibi curæ eẽ debet. Tu mortalis es: Imperiũ populi Rom̃. decet eſſe immortale, & quantũ in nobis eſt, erit, neq; imperium modo, verum etiam pudor. Scilicet, quorum religionem contemnimus, eorum accipiemus imperium? & principes orbis terrarum huic contemptiſſimo homini ſeruiemus? Vrbe à Gallis capta, Romani ſenes demulceri ſibi barbam à victoribus paſſi non ſunt. Nunc ſibi tot ſenatorij ordinis, tot prætorij, tot tribunitij, tot conſulares, triumphales q; viri, eos dominari patitur, q̃s ipſi tanquàm ſeruos malos omni contumeliarum genere, ſuppliciorum q; affecerũt? Iſti ne homines magiſtratus creabunt? prouintias regẽt? bella gerẽt? de nobis ſentẽtias capitis ferent? Sub his nobilitas Romana ſtipẽdia faciet? honores ſperabit? munera aſſequetur? Et quod maius, quod q; altius penetret vulnus accipere poſſumus? Non ita putes Cæſar Ro. degeneraſſe ſanguinem, vt iſtud paſſurus ſit æquo animo, & non quauis ratione deuitandũ exiſtimet, quod mediusfidius neq; mulieres ſuſtinerẽt, ſed magis ſe vnà cum dulcibus liberis, ſacris q; penatibus concremarent. Vt non Carthaginenſes fœminæ fortiores fuerint, q̃ Romanæ. Etenim Cæſar ſi regem te delegiſſemus, haberes tu quidem magnum de imperio Ro. agendi arbitrium, ſed non ita vt vel minimũ de ipſius imminueres maieſtate. Alioqui te feciſſemus regem, eadem facultate te regno abdicare iuberemus, nedum poſſes regnũ diuidere, nedum tot prouintias alienare, nedum ipſum regni caput peregrino atq; humillimo homini addicere. Canem ouili præfecimus: quem, ſi lupi mauult officio fungi, aut eĩcimus, aut occidimus. Nunc tu cum diu canis officio in ouili Romano defendendo fis functus, ad extremum in lupum nullo exemplo conuerteris? Atq; vt intelligas, quandoquidẽ nos pro iure noſtro coges aſperius loqui, nullum tibi in populi Ro. imperio ius eſt. Cæſar vi dominatum occupauit, occupauit Auguſtus, & in vitium ſucceſſit, & aduerſarioꝝ partium profligatione ſe dominum fecit. Tiberius, Gaius, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Veſpaſianus, cæteri q; aut eadem aut ſimili via libertatem noſtram prædati ſunt. Tu quoq;, alijs expulſis, aut interemptis, dominus effectus es. Sileo, quod ex matrimonio natus non ſis. Quare vt tibi noſtram mentem teſtificemur Cæſar, ſi non libet tibi Romæ principatum tenere, habes filios quorum aliquẽ in locum tuum, nobis quoq; pmittẽtibus acrogantibus, naturæ lege ſubſtituas. Sin minus, nobis in animo eſt, publicam amplitudinẽ cũ priuata dignitate defendere. Neq; enim minor hæc iniuria quiritũ, quàm olim fuit violata Lucretia. Neq; nobis deerit Brutus, qui contra Tarquinium ſe ad libertatẽ recuperandam huic populo præbeat ducẽ. Et in iſtos primũ quos nobis præponis, deinde & in te ferrum ſtringemus. Quod in multos imperatores, & quidem leuiores ob cauſas, fecimus.

Imperiũ non poſſe diuidi.

¶ Hæc profecto Conſtantinũ, niſi lapidẽ eum aut truncum exiſtimamus, permouiſſent. Quæ ſi populus non dixiſſet, tamen dicere apud ſe, & his paſſim verbis fremere, credibile erat. Eamus nunc, & dicamus Conſtantinũ gratificari voluiſſe Silueſtro, quem tot hominum odijs, tot gladijs ſubijceret, vt vix, quantũ ſentio, vnum Silueſter diem in vita facturus fuiſſet. Nam eo, paucis q; alijs abſumptis, videt omnis ſublatum ire de pectoribus Romanorum, tam diræ iniuriæ, contumeliæ q; ſuſpitio. Age porrò, ſi fieri poteſt, cõcedamus, neq; preces, neq; minas, neq; vllam rationem aliquid profeciſſe, perſtare q; adhuc Cõſtãtinum, nec velle à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. Quis non ad Silueſtri orationem, ſi res vera fuiſſet, vnquam commotum aſſentiatur? quæ talis haud dubie fuiſſet.

Oratio Silueſtri ad Cõſtãtinum.

¶ Princeps optime, ac fili Cæſar. Pietatem quidẽ tuam tam pronam, tam q; effuſam, nõ poſſum non amare atq; amplecti: veruntamen quod in offerendis deo muneribus, immolandis q; victimis nonnihil erres, minime demiror, quippe qui adhuc es in Chriſtiana militia tyro. Vt non decebat olim à ſacerdote omnem pecudẽ, feram q; & ouem ſacrificari, ita non omne ab eodem accipiendum eſt munus. Ego ſacerdos ſum, ac pontifex, qui diſpicere debeo, quid ad altare patiar offerri. Ne forte, nõ dico immundum animal offerat, ſed vipera aut ſerpens. Itaq; ſic habeas. Si foret tui iuris, partẽ imperij cum regina orbis Roma, alteri tradere quàm filijs, quod minime ſentio, ſi populus hic, ſi Italia, ſi cæteræ nationes ſuſtinerẽt, vt quos oderunt, & quoꝝ religionem adhuc reſpuunt, capti illecebris ſeculi, eoꝝ imperio obnoxij eẽ vellent, quod impoſſibile eſt, tamẽ ſi quid mihi credẽdum putas fili amantiſſime, vt tibi aſſentiar, vlla adduci ratione non poſſum? niſi vellem mihi ipſi eſſe diſſimilis, & cõditionẽ meam obliuiſci, ac propemodum dominum Ieſum abnegare. Tua eñ munera, ſiue vt tu vis, tuæ remunerationes, & gloriã, & innocẽtiam, & ſanctimoniam meã, atq; omniũ qui mihi ſucceſſuri ſunt, polluerẽt, ac prorſus euerterẽt, viam q; ijs qui ad cognitionẽ veritatis vẽturi ſunt, intercluderẽt. An vero Heliſæus à Naaman Syro, à lepra curato, mercedẽ accipere noluit, ego te curato accipiam? Ille munera reſpuit, ego regna mihi dari finam? ille pſonam prophetæ maculare noluit, ego perſonam Chriſti, quam in me gero, maculare potero? Cur aũt ille accipiẽdis muneribus pſonam prophetæ maculari putauit?

A tauit? Nempe quod videri poterat vendere sacra, fœnerare donũ dei, indigere præsidijs hominũ, eleuare atq; imminuere beneficij dignitatẽ. Maluit ergo sibi principes ac reges beneficiarios facere, quam ipse beneficiarius illorũ esse: imò ne mutua quidem beneficentia vti. Beatius est eñ multo, vt inquit dominus, dare quàm accipere. Eadem mihi atque adeo maior est causa, cui etiam à domino præcipitur dicente: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date. Ego ne tantũ flagitium admittã Cæsar, vt dei præcepta non exequar? vt gloriam meã polluam? Melius est, vt inquit Paulus, mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Gloria nostra est, apud deũ honorificare ministeriũ nostrũ, vt idem inquit: Vobis dico gentibus, quàmdiu ego quidem sum gentiũ Apostolus, glorificabo ministerium meum. Ego Cæsar alijs quoq; sim, & exemplum, & causa delinquendi, Christianus homo, sacerdos dei, pontifex Romanus, vicarius Christi? Iam vero innocentia sacerdotũ quomodo incolumis erit inter opes, inter magistratus, inter administrationẽ secularium negotioꝝ? Ideo ne terrenis renuntiamus, vt eadẽ vberiora assequamur? Et priuata abiecimus, vt aliena possideamus, & publica? Nostræ erunt vrbes, nostra tributa, nostra vectigalia. Et cur clericos, si hæc fecerimus, nos vocari licebit? Pars nostra, siue sors, quæ græce dicitur κλῆρος, dominatus est, non tetrenus, sed cœlestis. Leuitæ, qui idẽ clerici sunt, partem cũ fratribus non fuere sortiti: & tu nos iubes etiam fratrũ sortiri portionem? Quò mihi diuitias atq; opes, qui domini voce iubeor nec de craſtino esse solicitus? & cui dictũ est ab illo: Nolite thesaurizare su-
B per terram, nolite possidere aurũ, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris. Et: Difficilius est diuitem introire in regnũ cœlorum, quàm chamelum per foramen acus transire Ideoq; pauperes sibi ministros elegit, & qui omnia reliquerunt, vt eũ sequerentur: & paupertatis ipse fuit exemplum. Vsqueadeo diuitiarum pecuniarumq; tractatio innocentiæ inimica est, non modo possessio illarum atque dominatus. Vnus Iudas, qui loculos habebat, & portabat quæ mittebantur, præuaricatus est: & amore pecuniæ, cui assueuerat, magistrum, dominum, deum, & reprehendit, & prodidit. Itaq; vereor Cæsar, ne me ex Petro facias Iudam. Audi etiam quid Paulus dicat: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua: quæ mergunt homines in interitũ & perditionem. Radix eñ omnium malorũ est cupiditas: quam quidã appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem homo dei hæc fuge: Et tu me accipere iubes Cæsar, quæ velut venenum effugere debeo? & quis præterea (pro tua prudentia Cæsar consideres) quis inter hæc diuinis rebus faciendis locus? Apostoli quibusdam indignantibus, quod viduæ ipsorũ in ministerio quotidiano despicerentur, responderunt: non esse æquum relinquere se verbum dei, & ministrare mensis: & tamen viduis ministrare, quanto aliud est quàm exigere vectigalia? curare ærarium? stipendium numerare militibus? & mille alijs curis huiusmodi implicari? Nemo militans deo, implicat se negotijs seculari-
C bus, inquit Paulus. Nunquid Aaron, cũ cæteris Leuitici generis, aliud quàm domini tabernaculum procurabat? Eius filij, quia ignem alienum in thuribula sumpserant, igni cœlesti conflagrauerunt. Et tu iubes nos ignem secularium diuitiarũ, vetitum, ac prophanũ, in sacrata thuribula, id est, in sacerdotalia opera sumere? Num Eleazar, num Phinees, num cæteri pontifices, ministriq;, aut tabernaculi, aut templi, quicquam, nisi quod ad rem diuinã pertineret, administrabant dico: imò administrare poterant, si officio suo satisfacere volebant? Quod si nolint, audiant execrationem domini dicentis: Maledicti qui opus dñi faciunt negligenter. Quæ execratio quũ in omnes, tum in pontifices maxime cadit. O quantum est pontificale munus? Quantũ est caput esse ecclesiæ? Quantum est præponi pastorem tanto ouilitẽ cuius manu vniuscuiusq; agni, ouisq; amissæ sanguis exigitur? Cui dictum est: si amas me plus quàm alij, vt fateris, pasce agnos meos. Iterum: si amas me, vt fateris, pasce oues meas. Tertio: si amas me, pasce oues meas. Et tu iubes Cæsar capras etiam pascere, & porcos: qui nequeunt ab eodem pastore custodiri. Quid, quod me regem facere vis, aut potius Cæsarem, id est, regum principem? Dñs Iesus Christus deus & homo, rex & sacerdos, quum se regem affirmaret, audi de quo regno loquutus est: Regnũ meum (inquit) non est de hoc mundo. Si enim de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent. Et quæ fuit prima vox, ac frequenter clamor prædicationis eius? Non ne hæc? Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Appropinquauit regnũ dei, cui comparabitur regnũ cœlorum. Nonne cum hæc dixit, regnũ seculare nihil ad se pertinere declarauit? Eoq; non modo regnum huiusmodi non quæsiuit, sed oblatũ quoq; accipere noluit. Nam cũ intelligeret aliquando, populos destinasse vt eũ raperent, regẽq; facerent, in montiũ solitudines fugit. Quod nobis, qui locũ ipsius tenemus, nõ solũ

Ex Petro facere Iudam.

Christus rex esse noluit.

exemplo dedit imitandũ, sed etiam præcepto, inquiens: Principes gentium dominant eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicũq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit primus inter vos esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit vt ministretur ei, sed vt ministret, & det animam suam redemptionem pro multis. Iudices olim deus, vt scias Cæsar, constituit super Israel, non reges, populumq; sibi nomen regium postulantem detestatus est. Nec aliter ob duritiam cordis illoꝝ regem dedit, quàm quod repudium permiserat, quod in noua lege reuocauit. Et ego regnũ accipiam, qui vix iudex esse permittor? An nescitis, inquit Paulus, q̃ sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Nescitis quod angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, eos constituite ad iudicandum. At qui iudices de rebus controuersis tantummodo iudicabant, non etiã tributa exigebant. Ego exigam, qui scio à domino interrogatũ Petrum, à quibusnam reges terræ acciperent tributum censumue, à filijs an ab alienis? Et quũ hic respondisset, ab alienis, ab eodẽ dictũ, ergo liberi sunt filij. Quod si oñes filij mei sunt Cæsar, vt certe sunt, oñes liberi erunt, nihil quisquàm soluet. Igitur non est opus mihi tua donatiõe, qua nihil assecuturus sum, præter laborem, quem vt minime debeo, ita minime possum ferre. Quid quod necesse haberem, potestatẽ exercere sanguinis, punire sontes, bella gerere, vrbes diripere, regiones ferro, igniq; vastare? Aliter non est quod sperem, posse me tueri quæ tradidisses. Et si hæc fecero, sacerdos, pontifex, Christi vicarius sum? Vt illum in me tonantem audiam, atq; dicentem: Domus mea domus orationis vocabitur, oñibus gentibus: & tu fecisti eam spelũcam latronum. Non veni in mundũ (inquit dominus) vt iudicem mundũ, sed liberẽ eum, & ego qui illi successi, causa mortium ero? Cui in persona Petri dictũ est: Conuerte gladiũ tuum in locũ suum. Oñes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Ne defendere quidem nobis ferro nos licet. Siquidẽ defendere dominũ Petrus volebat, cũ auriculam abscidit seruo. Et tu diuitiarum aut cõparandarum aut tuendarum causa, vti ferro nos iubes? Nostra potestas est potestas clauium, dicente domino: Tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & portæ inferi non præualebunt aduersus eas. Nihil ad hanc potestatẽ, nihil ad hanc dignationẽ, nihil ad hoc regnũ adijci potest. Quo qui contẽtus nõ est, aliud sibi quoddã à diabolo postulat, qui etiã domino dicere ausus est. Tibi dabo omnia regna mundi, si cadens in terrã adoraueris me. Quare Cæsar, cum pace tua dictum sit, noli mihi diabolus effici: qui Christũ, id est me regna mũdi à te data accipere iubeas. Malo enim illa spernere quàm possidere. Et vt aliquid de infidelibus, sed vt spero, futuris fidelibus loquar, noli me de angelo lucis reddere illis angelũ tenebrarum, quoꝝ corda ad pietatem inducere volo, non ipsoꝝ ceruici iugum imponere, & gladio, quod est verbũ dei, non gladio ferri mihi subijcere, ne deteriores efficiantur, ne recalcitrent, ne cornu me ferient, ne nomen dei meo irritati errore blasphement. Filios mihi charissimos volo reddere, non seruos: adoptare, non emere: generare, non manucapere: animas eoꝝ offerre sacrificium deo, nõ diabolo corpora. Discite à me (inquit dominus) qui mitis sum, & humili corde. Capite iugum meũ, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum eñ meum suaue, & pondus meũ leue. Cuius ad extremũ, finem faciam: illã in hac re sententiã accipe, quam quasi inter me & te tulit. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Quo fit, vt nec tu Cæsar tua relinquere, neq; ego quæ Cæsaris sunt, accipere debeam, quæ vel si millies offeras, nunquam accipiam.

¶ Ad hanc Siluestri orationẽ apostolico viro dignã, quid eẽt, quod amplius Constantinus posset opponere? Quod quũ ita sit, qui aiunt donationẽ factã esse, nõne iniurioſi sunt in Cõstantinũ, quẽ suos priuare, imperiũq; Ro. voluisse cõuellere: Iniurioſi in S.P.Q.R. Italiam, totũq; occidentẽ, quẽ contra ius phasq; imperiũ mutari permisisse. Iniurioſi in Siluestrum, quẽ indignã sancto viro donationẽ acceptã habuisse. Iniurioſi in summũ pont. cui licere terrenis potẽtibus regnis, & Roñ. moderari imperiũ, arbitrantur? Hæc tamẽ oñia eo pertinent, vt appareat Constantinum, inter tot impedimenta, nunquam fuisse factuꝝ, vtrem Romanã Siluestro ex maxima parte donaret, quod isti aiunt. Age porro, vt credamus istã donationẽ, de qua facit pagina vestra mentionẽ, debet constare etiã de acceptatione Siluestri. Nunc de illa non constat. At credibile est, dicitis, ratam hũc habuisse donationem. Ita credo, nec ratã habuisse modo, verũ etiam petisse, rogasse, precibus extorsisse credibile est. Quid vos credibile, quod præter opinionem est hominũ, dicitis? Nec quia in pagina priuilegij de donatione fit mentio, putandum est fuisse acceptatã. Sed è contrario, quia non fit mentio de acceptatione, dicendũ est non fuisse donatũ. Ita plus contra vos facit, hũc donũ respuisse, quàm illũ dare voluisse, & beneficiũ in inuitũ non cõfertur. Neq; vero tan-

A ro tantum donata respuisse Siluestrũ suspicari debemus, sed tacite etiã indicasse, nec illum dare iuste, nec se iure accipere posse. Sed ò cæcam semper inconsultaḿq; auaritiã. Demus, vt tabulas quoque de assensu Siluestri proferre possitis, veras, incorruptas, synceras: num protinus donata sunt, quæ in tabulis continentur? Vbi possessio? Vbi in manus traditio? Nam si chartam modo Constantinus dat, non gratificari Siluestro voluit, sed illudere. Verisimile est, dicitis, qui donat quippiã, eum & possessionẽ tradere. Videte quid loquamini, quũ possessionẽ non eẽ datã constet, & an datũ sit ius ambigitur. Verisimile est, qui possessionem non dedit, eũ ne ius quidẽ dare voluisse. An non constat possessionẽ nunq̃ traditam fuisse? quod negare impudentissimũ est. Nunquid Siluestrũ Constantinus in Capitolium, quasi triumphantẽ, inter frequentiũ quiritũ, sed infideliũ, plausum duxit? In sella aurea simul assistente vniuerso Senatu collocauit? Magistratus pro sua quẽq; dignitate regem salutare & adorare iussit? Hæc erga nouos principes fieri solent, non tantũ aliquod patium velut Lteranense tradi. Num postea per vniuersam Italiam circũduxit? Adijt cum illo Gallias? Adijt Hispanias? Adijt Germanos, cæteruḿq; occidentem? Aut si grauabãtur ambo tantũ obire terraꝝ, quibusnam tam ingens officiũ delegarunt, qui & Cæsaris vice traderent possessionẽ, & Siluestri acciperent? Magni hi viri, atq; eximiæ authoritatis eẽ debuerunt, & tamen qui fuerint, ignoramus. Nostra memoria, vt exempla vetusta omittam, nunquàm aliter factitatũ vidimus, quũ quis aut vrbis, aut regionis, aut prouintiæ dominus factus est, ita demũ traditam existimari possessionẽ, si magistratus pristini summoueantur, nouiq̃ subrogentur. Hoc si tunc Siluester fieri non postulasset, tamẽ magnificẽ-
B tiæ Constantini intererat, vt declararet nõ verbo se, sed re possessionem tradere, suos præsides amouere, aliosq̃ ab illo substitui iubere. Non traditur possessio, quæ penes eosdem remanet, qui possidebant, & nouus dominus illos summouere non audet. Sed fac istud q̃q; non obstare, & nihilominus putari Siluestrũ possediſſe, atq; omnia præter morẽ, præterq̃ naturã tunc eẽ dicamus administrata. Postquàm ille abijt, quos prouintijs, vrbibusq̃ rectores Siluester præposuit? quæ bella gessit? quas nationes ad arma spectantes oppressit? per quos hæc administrauit? Nihil horꝝ scimus, respondetis. Ita puto, nocturno tempore hæc omnia gesta sunt, & ideo nemo vidit. Age fuit in possessione Siluester? Quis eũ de possessione deiecit? Nam perpetuo in possessione non fuit, neq; successorꝝ aliquis saltem, vsq; ad Gregorium magnum, qui & ipse caruit possessione. Qui extra possessionem est, nec se ab ea deiectũ probare potest, is profecto nunquàm possedit: & si se possediſſe dicat, insanit. Vides vt te insanum etiam probo? Alioquin dic quis Papam deiecit? ipse ne Constãtinus, an eius filij, an Iulianus, an aliquis alius Cæsar? Profer nomen expulsoris, profer tẽpus: vnde primũ, vnde secundo, ac deinceps expulsus est. Num per seditionẽ, & cædes, an sine his? coniurarunt in eũ pariter nationes, an quæ prima? Quid? nemo omnium auxilio fuit? Ne illorꝝ quidẽ qui per Siluestrũ aliumve Papam præpositi vrbibus ac prouintijs erant? Vno die vniuersa amisit, an paulatim & per partes? Restitit ipse suiq̃ magistra-
C tus, an ad primũ tumultũ se abdicarunt? Quid? ipsi victores non in eam fecẽ hominũ, quã indignam imperio ducebant, ferro grassati sunt? In vltionem contumeliæ, in tutelam occupatæ dominationis, in contẽptum religionis nostræ, in ipsum etiã posteritatis exẽplũ. Omnino eorꝝ qui victi sunt, nemo fugã cœpit? nemo latuit, nemo timuit? O admirabilẽ casum. Imperiũ Romanũ tantis laboribus, tãto cruore partũ, tã placide, tã quiete à Christianis sacerdotibus vel partũ est, vel amissum, vt nullus cruor, nullum bellum, nulla querela interceſſerit. Et quod non minus admirari debeas, per quos hoc gestũ sit, quo tẽpore, quomodo, quam diu, prorsus ignotum. Putes in siluis inter arbores regnasse Siluestrũ, non Romæ, & inter homines, & ab hybernis imbribus frigoribusq̃, non ab hominibus eiectum. Quis non habet cognitũ, qui paulo plura lectitarit, quot reges Romæ, quot cõsules, quot dictatores, quot tribuni plebis, quot censores, q̃t ædiles creati fuerint? nemoq̃ ex tanta hominum copia, ex tanta vetustate nos fugit. Scimus item quot Athenienſiũ duces, quot Thebanorum, quot Lacedæmoniorꝝ extiterint, pugnas eorꝝ terrestres, naualeśq̃ vniuersas tenemus. Non ignoramus qui reges Persarum, Mędorum, Chaldæorum, Hebræorum fuerint, alioruḿq̃ plurimorꝝ. Et quomodo horum quisq; aut acceperit regnũ, aut tenuerit, aut perdiderit aut recuperauit. Romanum autem, siue Siluestrianum imperiũ, qua ratione inceperit, aut qua desierit, quando, per quos, in ipsa quoq; vrbe nescitur. Interrogo num quos harꝝ rerum testes, authoresq̃ perferre possitis? nullos respondetis. Et non pudet vos non tam homines quàm pecudes dicere verisimile esse Siluestrum possediſſe? Quod quia vos non potestis, ego enontrario doceo, ad vltimum vsq; diem vitæ, Constantinum, & gradatim deinceps omnes Cæsares possediſſe, vt ne quid habeatis quod hiscere possitis. At perdifficile est, & magni (vt opinor) operis hoc docere. Euoluantur omnes latinæ, græcæq̃ historiæ: citẽtur cæteri authores, qui de illis meminere tpibus, at neminẽ

reperies, in hac re ab alio discrepare. Vnum ex mille testimonijs sufficiat, Eutropius, qui D
Constantinum, qui tres Constantini filios à patre relictos, dominos orbis terrarum vidit,
qui de Iuliano filio fratris Constantini ita scribit: Hic Iulianus, qui fuit Diaconus in Roma
na ecclesia. Imperatorq; effectus, apostotauit in idolorum cultu, rerum potitus est ingentiq;
apparatu Parthis intulit bellum. Cui expeditiõi ego q̃q; interfui. Nec de donatiõe imperij
occidentis tacuisset: nec paulopost de Iouiano, qui successit Iuliano, ita dixisset: Pacem cum
Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit, mutatis finibus, ac nonnulla imperij Ro-
mani parte tradita: quod ante, ex quo Rom. imperium conditum erat, nunquàm accidit.
Quinetiam legiones nostrę apud Claudium Propontum Telestinum, & in Hispania apud
Numantiam, & in Numidia sub iugo missæ sunt, vt nihil tamen finium traderetur. Hoc lo-
co libet vos, qui nuperrime defuncti estis, conuenire Pont. Rom. & te Eugeni, qui viuis cũ
Felicis tamen venia. Cur donationem Constantini magno ore iactitatis, frequenterq; vos
vltores erepti Imperij quibusdam regibus principibusq; minamini: & confessionem quan-
dam seruitutis à Cæsare, dum coronandus est, & à nonnullis alijs principibus extorque-
tis: Veluti ab rege Neap. atque Siciliæ, id quod nunquàm aliquis veterum Romanorũ pon
tificũ fecit: non Damasus apud Theodosiũ, non Syrinus apud Archadium, non Anastasius
apud Honorium, nõ Iohannes apud Iustinianũ, non alij apud alios sanctissimi Papæ apud
optimos Cæsares: sed semper illorum Romam Italiamq; cum prouincijs, quos nominaui,
fuisse professi sunt. Eoq; numismata aurea, vt de alijs monumentis sileam, templisq; vrbis
Romæ circumferuntur, non Græcis, sed Latinis literis inscripta, Constantini iam Christia E
ni, & deinceps cunctorum ferme Imperatorum, quorum multa penes me sunt: cum hac ple
rũq; subscriptiõe, subter imaginẽ crucis, Cõcordia orbis: qualia ĩfinita reperirent̃ summorũ
Pontificum si vnq̃ Romæ imperassetis, quæ nulla reperiuntur, neque aurea, neque argentea,
neque ab aliquo visa memorantur, & tamẽ necesse erat illo tpe proprium habere numisma,
quisquis imperium Romæ teneret, saltem sub imagine saluatoris aut Petri. Proh imperiti-
am hominum, non cernitis si donatio Constantini vera est, Cæsari, de Latino loquor, ni-
hil relinqui? En qualis Imperator, qualis rex Ro. erit, cuius regnum si quis habeat, nec aliud
habeat, omnino nil habeat. Quod si itaq; palam est Siluestrum non possedisse, hoc est, Con
stantinum non tradidisse possessionem: haud dubium erit, ne ius quidem, vt dixi, dedisse
possidendi: nisi dicitis, ius quidem datũ, sed aliqua causa possessionem non traditam. Ita pla
ne dabat, quod minime futurũ intelligebat, dabat, quod tradere non poterat: dabat, quod
nõ prius venire in manus eius, cui dabatur, possibile erat, quàm esset extinctũ: dabat donum
quod ante quingentos annos, aut nũquam valiturum foret. Vereor hoc loqui aut sentire, in-
sanum est. Sed iam tps est, ne longior fiam, causæ aduersariorũ iam concisæ atque laceratæ
lethale vulnus imprimere, & vno eam iugulare ictu. Omnis fere historia, quę nomen histo-
riæ meret. Constantinum à puero cum pre Constantio Chrianũ refert, multo etiã añ pon
tificatum Siluestri: vt Eusebius ecclesiasticæ scriptor historiæ, quem Rufinus non in postre
mis doctus, in latinum interpretatus, duo volumina de æuo adiecit: quorũ vterq; pene Con
stantini temporibus fuit. Addę huc etiam testimonium Romani Pontificis qui his rebus ge
rendis non interfuit, sed pfuit: nõ testis, sed author: non alieni negotij, sed sui narrator. Is est
Melchiades papa, q proximus fuit ante Siluestrum, q ita ait: Ecclesia ad hoc vsq; peruenit,
vt nõ solũ Gentes, sed etiã Romani principes, q totius orbis monarchiam tenebãt, ad fidem F
Chri, & ad fidei sacramenta cõcurrerẽt. E qbus vir religiosissimus Constantinus, primus fi
dem veritatis patienter adeptus, licentiã dedit p vniuersum orbẽ sub suo degentibus impe
rio, non solũ fieri Chrianos, sed etiã fabricandi ecclesias, & prædia constituit tribuenda. De-
niq; pfatus princeps dona immensa cõtulit, & fabricã tẽpli primæ sedis beati Petri instituit:
adeo vt sedem imperialem relinqueret, & beato Petro suisq; successoribus profuturam con
cederet. En nihil Melchiades à Constantino donatum ait, nisi palatium Lateranense, & p̃-
dia, de quibus Gregorius in registro facit sæpissime mentionem. Vbi sunt q non in dubium
vocari non sinunt, donatio Constantini valeat, nec ne, cum illa donatio fuerit & ante
Siluestrum, & rex tantũmodo priuatarius? Quæ res quanq̃ plana & aperta sit, tamen de ipso
quod isti stolidi proferre solent, priuilegio differendum est. Et ante oia non modo ille, qui
Gratianus videri voluit, q nonnulla ad opus Gratiani adiecit, improbitatis arguendus est,
verumetiam insciticæ, qui opinatur paginam priuilegij apud Gratianum contineri, quod ne
que docti vnquàm putarunt, & in vetustissimis quibusq; codicibus Decretorum non inue-
nitur. Et si quo in loco huius rei Gratianus meminisset, non in hoc vbi isti collocant, seriem
ipsam orationis abrumpentes, sed in eo vbi agit de Ludouici pactione, meminisset.

Præterea, duo milia locorum in decretis sunt, quæ ab huius loci fide dissentiant. Quorum
vnus est vbi, quæ superius retuli, Melchiadis verba ponuntur. Nonnulli eum qui hoc capi
tulum adiecit, aiunt vocatum Paleam, vel vero nomine, vel ideo, q̃d quę de suo adiunxit,

ad Gra-

A ad Gratianum comparata, instar palearum iuxta frumenta existimentur. Vtcũq; sit, indignissimũ est credere,, quæ ab hoc adiecta sunt, ea Decretorũm collectorem, aut ignorasse, aut magnifecisse, habuisseq; pro veris. Bene habet, sufficit, vicimus. Primũ quod hoc Gratianus non ait, vt isti mentiebantur, imò adeo vt ex infinitis locis datur intelligi, negat atq; confutat. Deinde, quod vnũ & ignotum, & nullius authoritatis ac nauci hominem afferũt ita etiam stolidum, vt ea Gratiano affinxerit, quæ cum cæteris illius dictis congruere non possent. Hunc ergo vos authorem profertis? Huius vnius testimonio vtimini? Huius charta ad tantæ rei confirmationem, contra sexcenta probationum genera recitatis? At ego expectauerã, vt aurea sigilla, marmoratos titulos, mille authores ostenderetis. Sed ipse, dicitis, Palea authorem profert, fontem historiæ ostendit, & Gelasium Papam cum multis episcopis in testimonium citat. Ex gestis, inquit, Siluestri, quæ beatus Gelasius in Concilio. lxx. episcoporum, à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc dicit ecclesias imitari. In qbus legit: Constãtinus, &c. Multo superius, vbi de libris legẽdis, & nõ legẽdis agit, etiã dixerat: Actus beati Siluestri p̃sulis, licet eius qui scripsit nomen ignoramus, à multis tamẽ in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu imitantur ecclesiæ. Mira hæc authoritas, mirum testimonium, inexpugnabilis probatio.

¶Dono vobis hoc, Gelasium dum de Cõcilio. lxx. episcopor̃ loquitur, id dixisse. Num id dixit, paginam priuilegij in beatissimi Siluestri gestis legi? Is vero tantum ait, gesta Siluestri legi, & hoc Romæ, cuius ecclesiæ authoritatem multæ aliæ sequuntur. Quod ego nõ
B nego, concedo, fateor: Me quoq; vnà cum Gelasio testem exhibeo. Verum quid vobis ista res prodest, nisi vt in adducendis testibus mentiri voluisse videamini? Ignoratur nomẽ eius, qui hoc decretis adscripsit, & solus hoc dicit. Ignoratur nomen eius qui scripsit historiam, & solus is & falso testis affertur. Et vos boni viri atq; prudentes, hoc satis superq; esse ad tantæ rei testimonium existimatis? At videte, quantum inter meum interfit vestrumq; iudicium. Ego ne, si hoc quidem apud gesta Siluestri priuilegiũ contineretur, pro vero habendo putarem? cum historia illa non historia sit, sed poetica & impudentissima fabula, vt posterius ostendam, nec quisquàm alius, alicuius dũtaxat authoritatis, de hoc priuilegio habeat mentionem. Et Iacobus Voraginensis propensus in amorem clericorum, vt archiepiscopus, tamen in gestis sanctorum, de donatione Constãtini, vt fabulosa, nec digna quę inter gesta Siluestri poneretur, silentium egit: lata quodammodo sententia contra eos, si qui hæc literis mandauissent. Sed ipsum falsarium, ac vere paleam, non triticum, obtorto collo in iudicium trahere volo. Quid ais falsarie? Vnde fit, quod istud priuilegium inter Siluestri gesta non legimus? Credo ratus hic liber est, difficilisq; inuentu, nec vlgo habet, sed tanquàm fasti olim à pontificibus aut libri Sibyllini à decem viris custoditur. Lingua græca, aut Syriaca, aut Chaldaica scriptus est. Testatur Gelasius à multis catholicis legi, Voraginẽsis de eo meminit. Nos quoq; mille & antique scripta exemplaria vidimus, & in oñi fere cathedrali ecclesia, cum adest Siluestri natalis dies, lectitantur, & tamen nemo se illic
C legisse istud ait, quod tu affingis, nemo audisse, nemo somniasse. An alia quædam fortassis historia est? Et quæ nam ista erit? Ego aliam nescio, nec absq; te aliam dici interpretor. Quippe de ea tu loqueris, quam Gelasius apud multas ecclesias lectitari refert. In hac autẽ tuum priuilegium non inuenimus. Quod si istud in vita Siluestri non legitur, quid tu ita legi tradidisti? Quid in tanta re iocari es ausus? & leuium hominũ cupiditatem eludere? Sed stultus sum, qui illius potius insector audatiam, quàm istorum dementiam qui crediderunt. Si quis apud Græcos, apud Hebræos, apud Barbaros diceret, hoc esse memoriæ proditum, nonne iuberetis nominare authorem, proferri codicem? & locum ab interprete fideli exponi, antequàm crederetis? Nunc de lingua vestra, de notissimo codice fit mentio, & vos tam incredibile factum, aut non inquiritis, aut cum scriptum non reperiatis, tam prona estis credulitate, vt pro scripto habeatis, atq; pro vero. Et hoc titulo contenti, terras miscetis & maria, & quasi nullũ subsit dubũi, eos q vobis nõ credũt, terrore bellor̃, aliisq; minis prosequimini. Bone Iesu, quanta vis, quanta diuinitas est veritatis, quæ per sese, sine magno conatu, ab omnibus dolis ac fallacijs se ipsa defendit, vt non immerito, cum esset apud Darium regem exorta contentio, quod foret maxime validum, & alius aliud diceret, tributa fit palma veritati. Quia cum sacerdotibus, non cum secularibus mihi res est, ecclesiastica magis, quàm secularia sunt exempla repetenda. Iudas Machabæus, cum dimissis Romam legatis, fœdus, amicitiamq; à Senatu impetrasset, curauit verba fœderis in æs incidẽda, Hierosolymamq; portanda. Taceo de lapideis decalogi tabulis, quas deus Moysi dedit. Ista vero tam magnifica Constantini, & tam inaudita donatio, nullis neq; in auro, neq; in argento, neq; in ære, neq; in marmore, neq; postremo in libris, probari documentis potest. Sed tantum, si isti credimus, in charta siue membrana. Iobal primus Musices author, vt est apud Iosephum, cum esset à maioribus tradita per manus opinio, res humanas semel

Gelasius

Darius.

aqua, ite

aquâ, iterum igni delendas: doctrinam ſuam duabus columnis inſcripſit, lateritia contra D
ignem, lapidea contra aquas: quæ ad Ioſephi æuum, vt idem ſcribit, permanſit: vt ſuum in
omnes beneficium ſemper extaret. Et apud Romanos, ruſticanos adhuc, & agreſtes, cum
paruæ & raræ literæ eſſent, tamẽ leges duodecim tabulaꝝ in æs fuerũt inciſæ, q̃ in capta atq;
incẽſa à Gallis vrbe, incolumes poſtea ſunt repertæ. Adeo duo maxima in rebus humanis
diuturnitatem temporis, & fortunæ violentiam, vincit circumſpecta prouidentia. Con-
ſtantinus vero, orbis terrarum donationem, papyro tantum & atramento ſignauit: cum
præſertim machinator fabulæ, quiſquis ille fuit faciat Conſtantinum dicentem, ſe crede-
re, non defore, qui donationem hanc impia auiditate reſcinderent. Hoc times Conſtanti-
ne, & non caues, ne ñ qui Romam Silueſtro eriperent, chartulam quoque ſurriperent?
Quid ipſe Silueſter? Pro ſe nihil agit Ita oñia Conſtantino remittit? Ita ſecurus ac ſegnis
eſt? In tanto negotio nihil ſibi, nihil eccleſiæ ſuæ, nihil poſteritati proſpicit? En cui imperiũ
Romanum adminiſtrandum committis: qui tam magnæ rei, tanto'q; aut lucro aut periculo
indormit, Siquidem ſublata chartula, priuilegñ donatio, vtique ætate procedente, pro-
bari nõ poterit. Paginã priuilegñ appellat hõ veſanus. Priuilegium ne tu, libet velut p̃ſentẽ
inſectari, vocas donationem orbis terrarum, & hoc in pagina vis eſſe ſcriptum, & iſto ge-
nere oratiõis vſum eſſe Conſtantinum? Si titulus abſurdus eſt, qualia cętera exiſtimemus?

Verba commenticñ priuilegñ

CONSTANTINVS Imperator, quarto die ſui baptiſmatis priuilegium Roma »
næ Eccleſiæ Pontifici contulit: vt in vrbe Roma ſacerdotes, ita hunc caput habeant, ſicut iu »
dices regem. Hoc in ipſa Silueſtri hiſtoria continetur. »

Ex quo dubitari nõ poteſt, vbi nam ſcriptum ſignificetur priuilegium. Sed more eorum E
qui mendacia machinantur, à vero incepit: vt ſequentibus, quæ falſa ſunt, conciliet fidem.
Vt Sinon apud Vergilium. Cuncta equidem tibi rex fuerint quęcunque fatebor. Vera (in-
quit) nec me Argolica de gente negabo. Hoc primum, deinde falſa ſubiecit. Ita hoc loco no
ſter Sinon facit: qui quum à vero incepiſſet, adiecit:

In eo priuilegio ita inter cætera legitur: Vtile iudicauimus vnà cum omnibus ſatrapis no »
ſtris, & vniuerſo ſenatu, optimatibus etiam, & cuncto populo, Imperio Romanæ Eccleſiæ »
ſubiacenti: vt ſicut beatus Petrus in terris vicarius dei videtur eſſe conſtitutus, ita & Ponti- »
fices ipſius principis Apoſtolorum vicem, principatus poteſtatem, amplius quàm terrenæ »
imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videretur, conceſſam à nobis noſtroque »
Imperio obtineant. »

O ſcelerate atque malefice, eadem, quam affers in teſtimonium, refert hiſtoria: longotem
pore neminem ſenatorij ordinis voluiſſe accipere religionem Chriſtianam, & Conſtan-
tinum pauperes ſolicitaſſe pretio ad baptiſmum. Et tu ais, intra primos ſtatim dies, ſena-
tũ, optimates, ſatrapas, q̃ſi iã Chr̃ianos, de honeſtãda eccleſia Romana cũ cęſare decreuiſſe
Quid q̃d vis interfuiſſe ſatrapas? O cautes, o ſtipes. Sic loquunt Cæſares? Sic cõcipi ſolẽt de
creta Romana? Quis inquam ſatrapas in conſilijs Romanorum nominari audiuit? Non te-
neo memoria vnquam legiſſe me vllum, non modo Romanum, ſed ne in Romanorum qui
dem prouincijs ſatrapam nominatum. At hic Imperatoris ſatrapas vocat, eos'q; ſenatui prę
ponit: quum omnes honores, etiam qui principi deferuntur, tantum à ſenatu decernantur,
adiuncto populo'q; Romano. Hinc eſt, quod in lapidibus veteſtis, aut tabulis æreis, aut nu
miſmatis duas literas videmus, S.C. id eſt, Senatus conſulto: vel quatuor. S.P.Q.R. hoc eſt F
Senatus populus'q; Romanus. Et vt Tertullianus meminit, quum Pontius Pilatus de admi
randis Chriſti actionibus ad Tyberium Cæſarem, non ad Senatum ſcripſiſſet: Siquidem
magiſtratus ad ſenatũ de magnis rebus ſcribere cõſueuerãt. Senatus hãc rem indigne tulit,
Tyberio'q; prerogatiuã ferẽti, vt Ieſus pro deo coleret, repugnauit, obtacitam tantummo
do indignationẽ offenſæ ſenatoriæ dignitatis. Et vt ſcias quantũ ſenatus valeat authoritas,
ne pro deo coleretur, obtinuit. Quid, quod ais optimates? quos aut primarios in Repu. in-
telligimus viros, q cur nominant, quũ de cæteris magiſtratibus ſilentiũ ſit? aut eos q popu-
lares nõ ſunt, beneuolentiã populi aucupãtes, ſed optimi cuiuſq; & bonaꝝ partiũ ſtudioſi,
ac defenſores, vt Cicero quadã oratione demõſtrat. Ideo'q; Cæſarẽ ante oppreſſam Rempu.
popularẽ fuiſſe dicimus, Catonẽ ex optimatibus, quoꝝ differẽtiã Saluſtius explicauit. Ne-
q; hi optimates magis q̃ populares, aut cęteri boni viri, dicunt in cõſilio adhiberi. Sed qd mi
rum ſi adhibent optimates, vbi cũctus pp̃us, ſi homini credimus, cũ ſenatu & Cęſare iudica
uit? Et is qdẽ Ro. eccleſiæ ſubiacẽs? & qs iſte eſt pp̃s? Romanus ne? Ac cur non dicitur po
pulus Ro. potius q̃ populus ſubiacẽs? Quæ noua iſta cõtumelia eſt in quirites, de qbus opti
mi poetę elogiũ eſt: Tu regere imperio pp̃os Romane memẽto? Qui regit alios pp̃os, ipe
vocat pp̃us ſubiacẽs, q̃d inauditũ eſt. Nã in hoc, vt in multis ep̃is Gregorius teſtatur, diſ-
fert Romanus Põtifex à cęteris, q̃d ſolus eſt princeps liberi pp̃i. Cętęꝝ ita ſit, vt vis. Nõne
& alij pp̃i ſubiacẽt? An alios quoq; ſignificas? Quo fieri iſtud triduo poterat, vt omnes po-

A puli ſubiacentes Romanæ eccleſiæ, illi decreto adeſſent? Tametſi non omnis ſex populi iu
dicabat. Quid antequàm ſubieciſſet Romano pontifici populum Conſtãtinus, ſubiectum
vocaret? Quid ꝙ hi qui ſubiacẽtes vocant, faciẽdo dicũtur præfuiſſe decreto? Quid q̃d hoc
ipſum dicunt decreuiſſe, vt ſint ſubiacentes, & vt ille cui ſubiacet, hos habeat ſubiacentes?
Quid agis aliud infelix, niſi vt iudices te voluntatem fallendi habere, facultatẽ non haberet?
« Eligentes nobis ipſum principem apoſtolorum, vel eius vicarios, firmos apud deum eſſe
« patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena imperialis potentia, ita eius ſacro ſanctã Romanæ ec-
« cleſiæ decreuimus veneranter honorare, & amplius quàm noſtrum imperium, terrenũq;
« thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltare, tribuentes ei poteſtatẽ, & glo
« riam & dignitatem, atq; vigorem, & honorificentiam imperialem.

Reuiuiſce pauliſper Firmiane Lactanti, reſiſteq; huic aſino, tam vaſte, immaniterq; ru-
denti. Ita verborũ turgentiũ ſtrepitu delectat, vt eadem repetat & inculcet, quæ modo di-
xerat. Huncne in modum æuo loquebant Cæſarũ ſcribæ, ne dicam agaſones? Elegit ſibi il
los Conſtãtinus, nõ patronos, ſed (eſſe patronos) Interpoſuit illud (eſſe) vt numerũ redde-
ret concinniorem. Honeſta ratio, barbare loqui, vt venuſtius currat oratio: ſi modo quid
in tanta ſcabritia venuſtũ eẽ poteſt. (Eligens principem apoſtolorũ, vel eius vicarios) Nõ
eligis Petrũ, & eius deinceps vicarios, ſed aut hũc, excluſis illis, aut illos, hoc excluſo. Et põ-
tifices Roñ. appellat vicarios Petri, quaſi vel viuat Petrus, vel minori dignitate ſint cæte-
ri, quàm Petrus fuit. Nonne & illud barbarũ eſt (à nobis, noſtroq; imperio?) quaſi imperiũ
habeat animũ concedẽdi & poteſtatẽ. Nec fuit contẽtus dicere (obtineant) niſi etiam di-
B ceret (conceſſam) quũ ſatis alterum eẽt. Et illud (firmos patronos) perquã elegans eſt. Sci-
licet firmos vult, ne pecunia corrumpantur, aut metu labantur. Et illud (terrena imperialis
potentia) duo adiectiua ſine copula: & illud (veneratẽr honorare) & illud (noſtræ imperia-
lis ſerenitatis mãſuetudo) Lactantianam eloquẽtiam redolet, quũ de potẽtia agatur imperij, ſerenitatẽ nominare, & manſuetudinẽ, non amplitudinem & maieſtatem. Quod etiam
tumida ſuperbia inflatum eſt, vt in illo quoq; (glorioſe exaltare p̃ gloriam & poteſtatem &
dignitatẽ & vigorẽ & honorificẽtiã imperialẽ) quod ex Apoc. ſumptũ videt, vbi dicit: Di-
gnus eſt agnus q occiſus eſt, accipere virtutẽ, & dignitatẽ, & ſapientiã, & fortitudinẽ, & ho
norem, & benedictionẽ. Frequẽter, vt poſterius liquebit, titulos dei ſibi arrogare fingitur
Conſtãtinus, & imitari velle ſermonem ſacræ ſcripturæ, quem nunquàm legerat.

Deridetur hic fictitiæ donationis author

« Atq; decernẽtes ſancimus, vt principatum teneat, tam ſup quatuor ſedes, Alexandriam,
« Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtãtinopolitanã, q̃ etiã ſup oẽs, in vniuerſo orbe
« terrarũ, dei eccleſias. Etiã pontifex, q per tẽpora ipſius ſacro ſanctæ Romanæ eccleſiæ ex-
« titerit, celſior & princeps cũctis ſacerdotibus, & totius mũdi exiſtat, & eius iudicio, quæ ad
« cultũ dei, & fidẽ Chriſtianorũ, vel ſtabilitatẽ procurandam fuerint, diſponantur.

Omitto hic barbariem orationis, ꝙ (princeps ſacerdotibus) pro ſacerdotum dixit, & ꝙ
C in eodem loco poſuit (extiterit & exiſtat) & quum dixerit (in vniuerſo orbe terrarũ) iterum
addit (totius mundi) quaſi quiddam diuerſum, aut cœlum, quæ mundi pars eſt, complecti
velit: quum bona pars orbis terrarũ ſub Roma non eẽt, & quod fidem Chriſtianorũ, vel ſta
bilitatem procurandam, tanquam non poſſint ſimul eẽ, diſtinxerit: & ꝙ decernere & ſan-
cire miſcuit, & veluti prius cum cæteris Conſtantinus non iudicaſſet, decernere eũ, & tã-
quàm pœnam proponat ſancire, & quidem vnà cum populo ſancire facit. Quis hoc Chri
ſtianus pati queat, & non Papam, qui hoc patitur, ac libens audit & recitat, cenſorie ſeue-
req; caſtiget, ꝙ quum à Chriſtiano primatũ acceperit Romana ſedes, & id Gratiano teſtã
te, multisq; Græcorum, octaua ſynodus declararit, accepiſſe dicatur à Cõſtantino, vix dũ
Chriſtiano, tanquàm à Chriſto? Hoc ille modeſtiſſimus princeps, hoc pñſſimus pontifex
audire voluiſſet? Abſit tã graue ab vtroq; eorũ nephas. Quid, quod multo eſt abſurdius, ca
pit ne rerũ natura, vt quis de Conſtantinopoli loqueret, tanquàm vna patriarchaliũ ſediũ,
quæ nondum eſſet, nec patriarchalis, nec ſedes, nec vrbs Chriſtiana, nec ſic nominata, nec
condita, nec ad condendum deſtinata? Quippe priuilegium conceſſum eſt trduo, q̃ Con-
ſtantinus eẽt effectus Chriſtianus, quum Bizantium adhuc erat, non Conſtantinopolis.
« Mentiar, niſi hoc quoq; confiteatur hic ſtolidus. Scribit enim prope calcem priuilegij.
« Vnde congruum proſpeximus, noſtrum imperium, & regiam poteſtatem, orientalibus
« transferri regionibus, & in Bizantiæ prouintiæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatẽ ædi
« ficari, & illic noſtrum conſtitui imperium.

Sic ille alio trãsferre volebat imperiũ, nondũ trãſtulerat. Si ille volebat cõſtituere impe
riũ, nondũ cõſtituerat. Sic ſi volebat ædificare vrbẽ, nõdũ ædificarat. Nõ ergo feciſſet mẽ-
tionẽ de patriarchali, de vna ãtuor ſediũ, de Chriana, de ſic nominata, de cõdita: de qua cõ
dẽda, vt hiſtoriæ placet, quã Palea in teſtimoniũ affert, ne cogitarat quidẽ. A qua nõ videt
hæc belua, ſiue is Palea ſit, ſiue alius quẽ Palea ſequtur, ſe diſſentire. Vbi Cõſtãtinus, nõ ſua

ſponte,

sponte, sed inter quietem, admonitu dei, non Romæ, sed Bizantij, non intra paucos dies, D
sed post aliquot annos, dicitur decreuisse de vrbe condenda, nomenq; quod in somnis
edoctus fuerat, indidisse. Quis ergo nõ videt, qui priuilegium composuit, eum diu post
tempora Constantini fuisse? & quum vellet adornare mendacium, excidisse sibi quòd ante
dixisset, hæc gesta esse Romæ tertio die, quàm ille fuisset baptizatus: vt in eum decentissime
cadat tritum vetustate prouerbium: Mendaces memores esse oportere. Quid, quòd Bizan
tiam prouinciam vocat, quod erat oppidum, nomine Bizantium, haud quaquàm capax
tantæ vrbis condendæ? Nanque muris complexa est Constantinopolis vetus Bizantium
& hic in eius optimo loco ait vrbem esse condendam. Quid, quod Thraciam, vbi positum
erat Bizantium, vult esse in oriente, quæ vergit ad Aquilonem? Opinor ignorabat Con-
stantinus locum quem condendæ vrbi delegerat, sub quo cœlo esset, vrbsq; an prouincia,
quanta eius mensura foret.

Ecclesijs beatorum Apostolorum Petri & Pauli, pro continuatione luminariorum, »
possessionum prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram imperia- »
lem iussionem sacram, tam in oriente, quàm in occidente, quàm etiam à septentrione & »
meridionali plaga, videlicet & in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Aphrica, & Italia, vel diuer- »
sis insulis, nostra largitate. Et concessimus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi pa- »
tris nostri Syluestri, summi pontificis successorumq; eius omnia disponantur. »

Miranda hic referuntur de templis.

O furcifer. Ecclesiæ ne, id est, templa Romæ erant Petro & Paulo dicatæ? Quis eas ex-
truxerat? quis ædificare ausus fuisset, quum nusquam foret, vt historia ait, Christianis locus, E
nisi secreta & latebræ: aut si qua templa Romæ fuissent, illis dicata Apostolis, non erant di-
gna in quibus tanta luminaria accenderentur: ædiculę sacrę, non ædes: sacella, non templa:
oratoria inter priuatos parietes, non publica delubra? Non ergo ante cura gerenda erat de
luminaribus templorum, quàm de ipsis templis. Quid ais tu, qui facis Constantinum dicen
tem Petrum & Paulum beatos: Syluestrum vero, cum adhuc viuit, beatissimum: & suam,
qui paulo ante fuisset Ethnicus, iussionem sacram? Tanta ne conferenda sunt pro continuan
dis luminaribus, vt totus orbis terrarum fatigetur? At quæ ista prædia sunt, præsertim pos-
sessionum? prædiorum possessiones dicere solemus, non possessionum prædia. Das prædia,
nec quæ prædia explicas. Ditasti diuersis rebus, nec quando, nec quibus rebus ostendis. Vis
plagas orbis à Syluestro disponi, nec pandis quo genere disponendi. Concessisti hæc an-
tea, cur te hodie incepisse significas honorare ecclesiam Romanam, & ei priuilegium conce
dere? Hodie concedis? Hodie ditas? Cur dicis, concessimus, & ditauimus? Quid loqueris,
aut quid sentis bestia? Cum fabulæ machinatore mihi sermo est, non cum optimo princi-
pe Constantino. Sed quid in te vllam prudentiam, vllam doctrinam requiro: qui nullo in-
genio, nulla literatura es præditus? Qui ais luminariorum, pro luminarium: & orientalibus
transferri regionibus, pro eo quod est, ad orientales transferri regiones. Quid porro? Istæ
ne sunt quatuor plagæ? quam orientalem numeras? Thraciam ne? An (vt dixi) vergit ad Se
ptentrionem? an Iudæam? At magis ad meridiem spectat, vtpote vicina Aegypto. Quam
item occidentalem? Italiam ne? At hæc in Italia gerebantur, quam nemo illic agens, occi-
dentalem vocat: quum Hispanias dicamus esse in occidente: & Italia hinc ad meridiem, il-
linc ad arcton magis quàm ad occidentem vergit. Quam septentrionalem? An Thraciam? F
At ipse ad orientem esse vis. An Asiam? At hæc sola totum possidet orientem, septentrio-
nem vero communem cum Europa. Quam meridionalem? Certe Aphricam. At cur non
aliquam nominatim prouinciam proferebas? Nisi forte Aethiopes Romano imperio sub-
erant. Et nihilominus non habent locum Asia & Aphrica: quum orbem terrarum in quatu-
or diuidimus partes, & nominatim regiones singularum referimus. Sed cum in tres, Asiam,
Aphricam, Europam. Nisi Asiam pro Asiatica prouincia, Aphricam pro ea prouincia,
quæ prope Getulos est, appellas. Quæ non video, cur præcipue nominentur. Siccine locu-
tus esset Constantinus, quum quatuor orbis plagas exequitur, vt has regiones nominaret:
cæteras non nominaret: & à Iudæa inciperet, quæ pars Syriæ numeratur, & quæ amplius
Iudæa non erat, euersa Hierosolyma, fugatis, ac prope extinctis Iudæis: ita vt credam vix
aliquem in sua patria tunc permansisse, sed alias habitasse nationes? Vbi tandem erat Iudęa,
quæ nec Iudæa amplius vocabatur, vt hodie videmus illud terræ nomen extinctum? Et si-
cut exterminatis Chananæis, Chananæa regio desijt appellari, commutato nomine in Iu-
dæam à nouis incolis: ita exterminatis Iudæis, & cõuenis Gentibus eam incolentibus de-
fierat Iudæa nominari. Nuncupas Iudæam, Thraciam insulas: Hispanias vero Gallias, Ger
manos non putas nuncupandos: & cum de alijs linguis loquaris, Hebræa, Græcia, Barbara,
de vlla prouinciarum, latino sermone vtentium, non loqueris. Video, has igitur omisisti, vt
postea in donatione complecteris. Et quid, non tanti erant tot prouinciæ occidentis, vt
continuandis luminaribus suppeditarent sumptus, nisi reliquus orbis adiuuaret? Transeo,

quod hęc

A quod hæc concedi ais per largitatem: non ergo, vt isti aiunt, ob lepræ curationẽ. Alioquin insolens sit, quisquis remunerationem loco munerum ponit.

Beato Siluestro eiusq; vicario, de præsenti tradimus palatium imperij nostri Lateranen se, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygium, necnon superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circundare solet collum: verumetiam chlamydẽ purpuream, atq; tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, seu etiam dignitatem imperialium præsidentium equitum: conferentes ei etiam imperialia sceptra, simulq; cuncta signa, atq; banna, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris etiam diuersi ordinis reuerendissimis clericis, sanctæ Rom. eccleſijs seruientibus, illud culmen singularis potentiæ, & præcellentiæ habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patritios, consules effici. Necnon in cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgauimus decorari. Et sicut imperialis extat decorata militia, ita clerum sanctæ Rom. eccleſiæ adornari decreuimus. Et quemadmodum imperialis potentia diuersis officijs, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atq; omnium concubitorum adornatur, ita & sanctam Rom. eccleſiam decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus, & vt clerici sancti eiusdẽ sanctæ Rom. eccleſiæ mappulis & linteaminibus. i. candidissimo colore decoratos equos equitẽt: & sicut noster senatus calciamẽtis vtit cũ vdonibus. i. candido lintea mine illustrẽtur: & sicut cœlestia, ita terrestria ad laudẽ dei decorent.

B O sancte Iesu, adhunc sententias voluentem sermonibus imperitis, non respondebis de turbine? non tonabis? non in tantam blaſphemiam vltricia fulmina iaculabere? tantum ne probrum in tua familia sustines? Hoc audire, hoc videre, hoc tandiu conniuentibus oculis præterire potes? Sed patiens es, & multę misericordiæ. Vereor tamen, ne patientia hæc tua sit potius ira & condemnatio, qualis in illos fuit, de quibus dixisti: Et dimisi eos secundũ desiderium cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et alibi: Tradidi eos in reprobum sensum, vt faciant quę non conueniunt: quia non probauerunt se habere notitiã mei. Iube me quæso domine, vt exclamẽ aduersus eos, & forte conuertentur. O Romani pont. exemplum facinorum omnium cęteris pontificibus: ò improbissimi scribę & phariſęi, qui sedetis super cathedram Moysi, & opera Dathan & Abyron facitis, ita ne vestimẽta apparatus, pompa equitatus, omnis deniq; vita Cæsaris, vicarium Christi decebit? Quę communicatio sacerdotis ad Cæsarem? Ista ne Siluester vestimenta sibi induit? Eo apparatu incessit? Ea celebritate ministrantium domi vixit, atq; regnauit? Sceleratissimi homines, non intelligunt Siluestro magis vestes Aaron, qui summus dei sacerdos fuerat, q̃ gentilis principis fuisse sumendas. Sed hęc aliàs erunt exagitanda vehementius. In prę sentiarũ autem de barbarismo cum hoc sycophanta loquamur: cuius ex stultiloquio impudẽtissimum eius patescit sua sponte mẽdacium. (Tradimus, inquit, palatium imperij nostri Lateranense) quasi male hoc loco inter ornamẽta donum palatij posuisset, iterum postea vbi de donis agitur, replicauit. (Deinde diadema) & quasi illi non videant, qui adsunt, interpretatur (videlicet coronam.) Verum hic non addidit, ex auro, sed posterius eadem inculcãs inquit (ex auro purissimo & gẽmis pretiosis.) Ignorauit homo imperitus diadema è panno esse, aut forte è serico. Vnde sapiens illud regis dictum celebrari solet: quem ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret retentum, diu considerasse, ac dixisse: O nobilẽ magis quàm felicem pannum: quem si quis penitus agnosceret, quàm multis solicitudinibus periculisq; & miserijs sis refertus, ne humi quidem iacẽtem vellet tollere. Iste non putat illud nisi ex auro esse, cui circulus aureus nunc cum gemmis apponi à regibus solet. Verum non erat rex Constantinus, nec regem appellare, nec regio se ritu ornare fuisset ausus. Imperator Rom. erat, non rex. Vbi rex est, ibi resp. non est. At in rep. multi fuerunt etiam vno tempore Imperatores. Nam Cicero frequenter ita scribit: M. Cicero Imperator illi vel illi Imperatori salutem. Licet postea peculiari nomine Romanus princeps, vt summus omnium, Imperator appellaretur. (Simulq; phrygium, necnon superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circundare solet collum) Quis vnquam phrygium latine dici audiuit? Tu mihi, dum barbare loqueris, videri vis Constantini aut Lactantij esse sermonẽ? Plautus in Menechmis, Phrygionẽ pro cõcinnatore vestiũ posuit. Plinius Phrygiones appellat vestes acu pictas, quod eas Phryges fuerunt inuẽtores. Phrygiũ vero qd significet, hoc non exponis, quod obscurũ: exponis quod est clarius. Superhumerale ais esse lorũ, nec quid sit lorũ tenes. Non em̃ cingulũ ex corio factũ, quod dicitur lorum, sentis circundari pro ornamẽto Cæsaris collo. Hinc est quod habenas & verbera vocamus lora. Quod si q̃ dicãtur lora aurea, non nisi de habenis, q̃ auratæ collo equi aut alterius pecudis circundari assolent, intelligi potest: quæ te res, vt mea fert opinio, fefellit: & quum lorũ circundare collo Cæsaris atq; Siluestri vis, de hoĩe, de Imperatore, de summo pont. equũ

Exemplum facinorum

Phrygium

aut asinum, aut canē facis. (Verum & chlamydem purpureā, atq; tunicam coccineā) Quia D
Matthæus ait chlamydē coccineā, & Iohannes vestē purpureā, vtrūq; voluit hic eodē loco coniungere. Quod si idem color est, vt Euangelistæ significant, quid tu non fuisti contentus altero nominasse, vt illi contēti fuerūt? Nisi accipis purpurā, vt nūc imperiti loquūtur, genus panni serici colore albo. Est autem purpura piscis, cuius sanguine lana tingitur. Ideoq; à tinctura datum est nomē panno, cuius color pro rubro accipi potest, licet sit magis nigricans, & proximus colori sanguinis concreti, & quasi violaceus. Inde ab Homero atq; Virgilio purpureus dicitur sanguis, & marmor porphyricū, cuius color est similimus amethisto. Græci em̄ purpurā porphyram vocant. Cocciniū pro rubro accipi forte non ignoras: sed cur faciat coccineū, quū nos dicamus coccum, & chlamys, quod genus sit vestimenti, iurarem te plane nescire. Atq; vt ne se longius persequēdo singulas vestes, mēdacem proderet, vno semel verbo complexus est, dicens (oīa imperialia indumēta) Quid? Etiam ne illa, quibus in bello, q̄bus in venatione, quibus in ludis, quibus in conuiuijs amiciri solet? Quid stultius quàm dicere oīa Cæsaris indumenta conuenire pontifici? Sed q̄ lepide addit (Seu etiam dignitatē imperialiū præsidentiū equitum) Seu, inquit, distinguere duo hæc inuicem voluit, quasi multū inter se habeant similitudinis, & de imperatorio habitu ad equestrē dignitatē dilabitur, nescio quid loquens. Mira quædā effari vult, sed deprehendi in mēdacio timet, eoq; inflatis buccis & turgido gutture, dat sine mente sonū. (Cōferentes ei etiam imperialia sceptra) Quæ structura orationis? qui nitor? qui ordo? Quę- E
nam sunt sceptra ista imperialia? vnū est sceptrum, non plura. Si modo sceptrum gerebat Imperator. Num & pontifex sceptrum manu gestabit? Cur non ei dabimus & ensem, & galeam, & iaculum? (Simulq; cūcta signa atq; banna.) Quid tu signa accipis? Signa sunt aut statuæ, vnde frequēter legimus, signa ac tabulas, pro sculpturis & picturis. Prisci enim non in parietibus pingebant, sed in tabulis: aut vexilla, vnde illud: Signa pares aquilas. A priore significato, sigilla dicūtur paruæ statuæ atq; sculpturæ. Num ergo statuas, aut aquilas suas Siluestro dabat Constantinus? Quid hoc absurdius? At banna quid sibi velit non inuenio. Deus te perdat improbissime mortaliū, qui sermonē barbarum atribuis seculo erudito. (Et diuersa ornamēta imperialia) Quia dixit banna, satis putauit significatum esse, & ideo cætera sub verbum vniuersale conclusit. Et quàm frequenter inculcat imperialia, quasi propria quædam sint ornamēta Imperatoris magis, quàm consulis, quàm dictatoris, quàm Cæsaris. (Et omnem processionē imperialis culminis, & gloriā potestatis nostræ.) Proijcit ampullas, & sexquipedalia verba. Rex regum Darius, cōsanguineusq; deorum, nūquàm nisi plurali numero loqueris. Quæ est ista processio, imperialis cucumeris, per herbam torti, & trescentis in ventrem? Triumphasse existimas Cæsarem quoties domo prodibat, vt nūc solet Papa, præcedentibus albis equis, quos stratos, ornatosq; famuli dextrant? quo, vt taceam alias ineptias, nihil est vanius, nihilq; à pontifice Romano alienius. Quæ etiam ista gloria est? Gloriam ne, vt Hebrææ linguæ mos est, pompam & apparatus illum splendorem homo latinus appellasset? Vt illud quoq;, militiam pro milites, q̄d ab Hebræis sumus mutuati, quorum libros Constantinus, aut ipsius scribæ nunquam aspexerant. Verum quanta est munificentia tua Imperator, qui non satis habes ornasse summū F
pontificem, nisi ornes & omnem clerum? culmen singularis potentiæ & præcellentiæ ais effici patritios, consules. Quis audiuit Senatores, aliosve homines effici patritios? consules efficiuntur, non patritij: ex domo vel patritia, quæ eadem senatoria dicitur, siquidem Senatores patres conscripti sunt, vel ex equestri, vel ex plebeia, plusq; est Senatorem quàm patritium esse. Nam Senator est vnus è delectis consiliarijs reipublicæ: patritius vero qui è domo senatoria ortum ducit. Ita qui Senator, aut ex patribus conscriptis, non protinus & patritius est. Ridiculeq; Romani mei hoc tempore faciunt, qui prætorem suum Senatorem vocant, quum neq; Senatus ex vno homine constare possit, necesseq; sit Senatorē habere collegas: & is, qui Senator nunc dicitur, fungatur officio prætoris. Et dignitas patritiatus in multis libris inuenitur, inquies: Audio, sed in his, qui de temporibus post Constantinum loquuntur, ergo post Constantinum priuilegium confectum est. Sed nunquid clerici fieri consules possunt? Coniugio sibi interdixere latini clerici, & consules fient? Habitoq; delectu militum, cum legionibus & auxilijs in prouintias, quas fuerint sortiti, se cōferent? Ministri ne & serui consules fient, aut militaria ornamenta gestabunt, nec bini, vt solebāt, sed centeni & milleni ministri, qui Rom̄. ecclesiæ seruient, dignitate afficientur imperatoria? Et ego stolidus mirabar, q̄ Papa effici diceretur. Ministri Imperatores erunt, clerici vero milites. Milites ne clerici fient, aut militaria ornamenta gestabūt? nisi imperialia ornamenta vniuersis clericis impertis. Nā nescio quid dicas. Et quis non videt hāc fabulam ab his excogitatā eē, qui sibi omnē vestiendi licentiā esse voluerūt? Vt existimem si qua inter dæmones, qui aerem incolūt, ludoq; genera exercentur, eos exprimendo cleri-

corum

A corum cultu, fastu, luxu, exerceri: & hoc scænici lusus genere maxime delectari. Vtrũ magis insequar? sententiaꝫ an verboꝫ stoliditatem? Sententiaꝫ audistis. Verboꝫ hæc est, vt dicat Senatũ videri adornari, quasi non vtiq; adornetur: & quidẽ adornari gloria: & q̃d fit, factũ esse velit: vt promulgauimus, pro 'promugamus. Illo em̃ modo sonat iucundius oratio, & eandẽ rem per p̃sens & per prẽteritũ enũtiet: Velut decernimus, & decreuimus. Et omnia sint referta his vocibus: Decernimus, decoramus, imperialis, imperatoria, potẽtia, gloria. Et extat pro est posuerit, quũ extare sit supereminere, vel supereſſe: & nẽpe pro scilicet, & cõcubitores pro cõtubernales. Concubitores sunt qui cõcumbunt, & coeunt: ni mirũ scorta intelligenda sunt. Addit cũ quibus dormiat, ne timeat opinor nocturna phantasmata: addit cubicularios, addit ostiarios. Non otiosum est, quare hæc ab eo minuta referuntur: pupillũ instituit, aut adolescentẽ filium, non senẽ: cui omnia quibus necesse habet tenera ætas, ipse velut amantissimus pater p̃parat, vt Dauid Salomoni fecit. Atq; vt per oẽs numeros fabula impleatur, dantur clericis equi, ne asinario illo Christi more super asellos sedeant: & dantur nõ operti, siue instrati operimẽtis coloris albi, sed decorati colore albo. At quibus operimẽtis? nõ stragulis, nõ babylonicis, aut quo alio genere, sed mappulis & linteaminibus. Mappæ ad mensam pertinẽt, linteamina ad lectulos. Et quasi dubium sit, cuius sint hæc coloris, interpretant. i. candidissimo colore. Dignus Constantino sermo, digna Lactantio facundia: quũ in cæteris, tum vero in illo (equos equitent.) Et quũ de vestitu Senatoꝫ nihil dixerit, nõ de laticlauo, nõ de purpura, nõ de cæteris: de calciamẽtis si-

B bi loquendũ putauit. Nec lunulas appellauit, sed vdones, siue cũ vdonibus: quos, vt solet homo ineptus, exponit. i. candido linteamine, quasi vdones linteamen sint. Non occurrit in p̃sentiaꝫ vbi reperierim vdones, nisi apud Martialẽ Valeriũ: cuius distichon, q̃d inscribitur vdones cilicini, hoc est: Nõ hos lana dedit, sed olentis barba mariti, Cyniphio poterit plãta latere sinu. Ergo non linei vtiq;, nec candidi sunt vdones: quibus hic bipes asellus nõ calceari pedes Senatoꝫ ait, sed Senatores illustrari. Atq; per hoc (sicut cœlestia, ita terrestria ad laudẽ dei decorentur.) Quæ tu cœlestia vocas? Quæ terrena? Quomodo cœlestia decorantur? Quæ aũt deo laus ista fit, tu videris. Ego, si qua fides nihil est, mihi puto, nec deo nec cæteris hominibus magis esse inuisum, quàm tantam clericorum in rebus secularibus licentiam. Verum quid ego in singula impetum facio? dies me deficiet, si vniuersa non dico amplificare, sed attingere velim.

« Præ omnibus aũt licentiam tribuimus beato Siluestro & successoribus eius, ex nostro in
« dictu, vt quẽ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religioso numero religioso-
« rum clericoꝫ connumerare, nullus ex omnibus præsumat superbe agere.

Quis est hic Melchisedec, qui patriarcham Abraham benedicit? Constantinus ne vix Christianus, facultatem ei, à quo baptizatus est, & quem beatũ appellat, tribuit clericandi? Quasi prius nec feciſſet hoc Siluester, nec facere potuisset. Et qua cõminatione vetuit, ne quis impedimento esset? (Nullus ex omnibus p̃sumat superbe agere.) Qua etiam elegãtia? (Connumerare in numero religiosorum) clericare clericorum, & indictu & placatus. Atq; iterum ad diadema reuertitur.

« Decreuimus itaq; & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam
« ex capite nostro illi concesserimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis, vti debeant, pro
« honore beati Petri.

C Iterũ interpretatur diadema. Cũ barbaris em̃ & obliuiosis loquebatur: & adiecit (de auro purissimo) ne forte aliquid æris, aut scoriæ crederes admixtũ. Et gemmas cũ dixit, addit pretiosas: eodẽ timore, ne viles forsan suspicareris. Cur tamen non pretiosissimas, quem-admodũ aurũ purissimũ? Plus nanq; interest inter gemmã & gemmã, q̃ inter aurũ & auꝫ. Et cũ dicere debuisset distinctũ gemmis, dixit, ex gemmis. Quis non videt ex eo loco sumptũ, quem princeps gentilis non legerat: Posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso? Sic locutus est Cæsar vanitate quadã coronæ suæ iactandæ, si modo Cæsares coronabantur, in seipsum cõtumelioſus, qui vereretur, ne opinarẽtur homines, eũ non gestare coronam ex auro purissimo, cũ gemmis pretiosis, nisi indicasset? Accipe causam, cur sic loquat, (pro honore beati Petri) quasi Christus non sit summus angularis lapis, in quo templũ ecclesiæ constructũ est, sed Petrus: quod iterũ postea facit. Quem si tantopere venerari volebat, cur non templum episcopale illi potius, q̃ Iohanni Bapt. Romæ dicauit? Quid illa loquendi barbaries, nonne testatur non seculo Constantini, sed posteriori cantilenã hãc esse confictam? (Decreuimus quod vti debeant) pro eo quod est, decreuimus vt vtantur. Sic nunc barbari homines vulgo loquuntur, & scribunt: iussi quod deberes venire, pro eo q̃d est, iussi vt venires. Et decreuimus, & concessimus, quasi non tunc fiant illa, sed alio quodam tempore facta sint.

« Ipse vero beatus papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beatissimi Pe-

tri ipsa ex auro non est passus vti corona.

O tuam singularem stultitiã Constãtine, modo dicebas coronam super caput Papæ ad honorem facere beati Petri, nũc ais non facere, quia Siluester illam recusat, & quum factum recusantis probes, tamen iubes eum aurea vti corona. Et quod hic non debere se agere existimant, id tu ipsius successores dicis agere debere. Transeo, quod rasuram coronam vocas & Papam pontificem Romanum, q nondum peculialiter sic appellari erat cœptus.

Phrygium vero candidissimo nitore splendidum, domini resurrectionẽ designãtes, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenẽtes frenũ equi, pro reuerẽtia beati Petri Apostoli, dextratoris officiũ illi exhibuimus, statuẽtes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus, ad imperij nostri imitationem.

Nonne videtur hic author fabulæ, non per imprudentiam, sed consulto & dedita opera præuaricari, & vndiq; ansas ad se reprehendendum præbere? In eodem loco ait, phrygio & dominicam resurrectionem representari, & imperij cæsarij eẽ imitationẽ, quæ duo inter se maxime discrepant. Deum testor, nõ inuenio quibus verbis, qua verborum atrocitate confodiam hunc perditissimum nebulonem. Ita omnia verba plena insaniæ euomit. Constantinum non tantum officio similem Moysi, qui summum sacerdotem iussu dei ornauit, sed secreta mysteria facit exponẽtem, quod difficillimum est his, qui diu in sacris literis sunt versati. Cur non fecisti etiam Constãtinum pontificem maximum, vt multi Imperatores fuerũt, vt commodius ipsius ornamẽta in alterã summũ pont. tranferrẽtur? Sed nescisti historias. Ago itaq; deo etiam hoc nomine gratias, quod istã nephandissimã mẽtem, nõ nisi in stultissimũ hominem cadere permisit. Quod etiã posteriora declarãt. Nãq; Aaron sedenti in equo, Moysen inducit dextratoris exhibuisse officiũ, & nõ hoc p medium Israel, sed per Chananæos atq; Aegyptios, id est, per infidelem ciuitatẽ, vbi nõ tam imperiũ erat orbis terrarũ quàm dæmonũ, & dæmones colentium populorum. E

Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis quàm imperij terreni dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrũ, quam q; Romanam vrbem, & omnes Italiæ siue occidentalium regionum prouintias, loca, ciuitates, beatissimo pontifici & vniuersali Papæ Siluestro tradimus atq; relinquimus: & ab eo, & successoribus eius per pragmaticũ constitutum decreuimus disponẽdas, atq; iuri sanctæ Rom. ecclesiæ pmanẽdas.

De hoc in oratione Romanorum & Siluestri multa disseruimus. Huius loci est, vt dicamus neminem fuisse facturum, vt nationes vno cunctas verbo donationis inuolueret, & q minutissima quæq; superius est executus, lorum, calceos, linteamina, equorum ornamẽta non referret nominatim prouintias, quarum singulæ non singulos reges, nunc aut principes regibus pares habent. Sed ignorauit videlicet hic falsator, quę prouintiæ sub Constañ. erant, quæ non erant. Nam certe cũctæ sub eo non erãt. Alexandro extincto videmus singulas regiones in ducum partitione numeratas. A Xenophonte terras, principesq; nominatos, q vel vltro, vel armis sub imperio Cyri fuerũt. Ab Homero Græcorum, Barbarorumq; regum nomen, genus, patriam, mores, vires, pulchritudinem, numerum nauium, & prope numerum militum, cathalago comprehensum. Cuius exemplum quum multi Græci, tum vero nostri Latini, Ennius, Virgilius, Lucanus, Statius, alijq; nonnulli imitati sunt. A Iosue & Moyse in diuisione terræ promissionis, viculos quoq; vniuersos fuisse descriptos. Et tu grauaris etiam prouintias recensere? Occidentales tantum prouintias nominas. Qui sunt fines occidentis? vbi incipiunt? vbi desinunt? Num ita certi constitutiq; sunt termini occidẽtis, & orientis, meridieiq; & septentrionis, vt sunt Asiæ, Africæ, Europæ? Necessaria vtrba subtrahis, ingeris superuacua. Dicis prouintias, loca, ciuitates. Nonne & prouintiæ & vrbes loca sunt? & quum dixeris prouintias, subiungis ciuitates, quasi hæ sub illis non intelligantur. Sed non est mirum, qui tantam orbis terrarum partem à se alienat, eundem vrbium, prouintiarumq; nomina præterire, & quasi lethargo oppressum, quid loquatur ignorare. (Italiæ siue occidentaliũ regionum) Tanquàm aut hoc aut illud, quũ tamen vtrunq; intelligat, appellans (prouintias regionum) quum sint potius regiones prouintiarum, & (permanẽdas) dicens pro permansuras. F

Vnde congruum prospeximus, nostrum imperium, & regiam potestatem orientalibus transferri regionibus, & in Bizantiæ prouintiæ optimo loco, nomini nostro ciuitatẽ ædificari, & illic nostrum constitui imperium.

Taceo quod dixit ciuitates ædificari, cũ vrbes ædificentur, non ciuitates, & Bizantiam prouintiam. Si tu es Constantinus, redde causam, cur illum potissimũ locũ cõdendæ vrbis delegeris? Quod enim te alio transferas post Romam traditam, non tam congruũ quàm necessarium est. Nec te appelles Imperatorem, qui Romam amisisti, & de nomine Romano, quod discerpis, pessime meritus es. Nec regem, quod nemo ante te fecit, nisi ideo te regem appelles, qa Romanus esse desiisti. Sed affers causam sane honestam.

Quo-

A Quoniam vbi princeps sacerdotũ & Christianæ religionis caput constitutũ est ab Imperatore cœlesti, iustũ non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem

Ostultum Dauid, stultum Salomonem, stultum Hezechiam, Iosiamq́, & cæteros reges stultos ac parũ religiosos, qui in vrbe Hierusalem cũ summis sacerdotibus habitare sustinuerunt, nec tota illis vrbe cesserunt. Plus sapit Constantinus triduo, q̃ illi tota vita sapere potuerunt. Et Imperatorem cœlestem appellas, quia terrenum accepit imperium, nisi deum intelligis: nam ambigue loqueris: à quo terrenũ principatum sacerdotum, super vrbe Romana, cæterisq́ locis, constitutum esse mentiris.

Hæc vero oia, quæ p hanc imperialẽ sacrã scripturã, & p alia diualia decreta statuimus & firmauimus, vsq́ in finẽ mundi, illibata & incocussa permanere decreuimus.

Modo terrenũ te vocaueras Constantine, nunc diuũ, sacrumq́ vocas: ad gentilitatem recidis, & plus q̃ gentilitatẽ. Deũ te facis, & verba tua sacra, & decreta immortalia: nã mundo imperas, vt tua iussa conseruet illibata & inconcussa. Nõ cogitas quis tu es. Modo è sordidissimo impietatis cœno lotus, & vix perlotus. Cur non addebas: Iota vnum, aut apex vnus de priuilegio hoc non peribit, vt non magis pereat cœlũ & terra. Regnum Saul adeo electi ad filios non peruenit: regnum Dauid in nepote discerptum est, & postea extinctũ. Et tu ad finem vsq́ mundi regnũ, quod tu summo deo tradis, permansurum tua authoritate decernis. Quis etiam te tam cito docuit mundũ esse periturum? Nam poetis qui hoc etiam testantur, non puto te hoc tempore fidem habere. Ergo hoc tu non dixisses, sed alius tibi affinxit. Cæterum qui tam magnifice, superbeq́ loquutus est, timere incipit, fibiq́ B diffidere, eoq́ obtestationibus agit.

Vnde coram deo viuo, qui nos regnare p̃cepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur, omnes nostros successores Imperatores, & cunctos optimates, satrapas etiã, amplissimumq́ Senatũ, & vniuersum populũ in vniuerso orbe terrarũ, necnon & in posterũ, nullo eorum quoquo modo licere, hoc aut confringere, vel in quoquam conuelli.

Quàm æqua, q̃ religiosa adiuratio. Nõ secus, ac si lupus per innocentiam, & fidẽ obtestãtur, cæteros lupos, atq́ pastores: ne oues quas sustulit, interq́ filios & amicos partitus est, aut illi adimere, aut hi repetere tentent. Quid tantopere extimescis Constantine? Si opus tuũ ex deo non est, dissoluetur. Sin ex deo, dissolui non poterit. Sed video, voluisti imitari Apocalypsim, vbi dicitur: Contestor aũt audienti omnia verba prophetiæ libri huius, si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet deus partẽ eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta. At tu nunq̃ legeras Apocalypsim, ergo non sunt hæc verba tua. Apocalypsis.

Si quis aũt, q̃d nõ credimus, in hoc temerator extiterit, ęternis cõdẽnationibus subiaceat cõdẽnatus: & sanctos dei apl̃os Petrũ & Paulũ sibi in p̃senti & in futura vita sentiat cõtrarios. Atq́ in inferno inferiori scilicet cõcremandus, cũ diabolo & oĩbus deficiat impĩs.

Hic terror, atq́ hæc cõminatio non Cæsaris aut secularis principis solet esse, sed priscorum sacerdotũ, ac flaminũ, & nunc ecclesiasticorũ. Itaq́ nõ est Constantini oratio hęc, sed alicuius clericuli stolidi, nec q̃d dicat, aut qũo dicat scientis, saginati & crassi, ac inter crapulam, interq́ feruorẽ vini, has sentẽtias, & hæc verba ructantis. Quæ nõ in alium trãseunt, sed in ipsum conuertuntur authorẽ. Primũ ait (æternis cõdemnationibus subiaceat) Deinde, quasi plus addi queat, alia addere vult: & post æternitatẽ pœnarũ, adiungit pœnas vitæ p̃sentis: & cũ dei condẽnatione nos terreat, adhuc q̃si maius quiddã sit, terret nos odio Petri: Cui Paulũ cur adiungat, aut cur solũ, nescio. Iterũ solito lethargo ad pœnas æternas redit, veluti nõ hoc ante dixisset. Quod si minæ hæ execrationesq́ Constãtini forent, inuicem execrarer, vt tyrannũ & profligatorẽ reipub. meæ, & illi me Romano ingenio minarer vltorẽ. Nũc quis existimat execrationẽ auaritissimi hominis, & ritu histrionũ verba fimulantis, ac sub persona Constantini alios deterrentis, hoc est proprie hypocritã esse, si græcam vocem exquirimus, sub aliena persona abscondere tuam.

Huius vero imperialis decreti paginam proprijs manibus roborantes, super venerandũ corpus beati Petri posuimus.

Charta ne, an mẽbrana fuit pagina, in qua scripta sunt hæc? Tametsi paginã vocauimus alterã faciem (vt dicunt) folij: veluti quinternio habet folia dena, paginas vicenas. O rem inauditam & incredibilem: cum essem adolescentulus, interrogasse me quendam memini, quis librum Iob scripsisset: cumq́ ille respondisset, ipse Iob: tunc me subiunxisse, quo pacto igitur de sua ipsius morte faceret mentionem? Quod de multis alijs libris dici potest, quorũ ratio huic loco non conuenit. Nam quomodo vere narrare potes id, q̃d nondũ esset administratũ: & in tabulis cõtineri id quod post tabularũ (vt sic dicam) sepulturã factũ esse ipse fateatur? Hoc nihil aliud est, quàm paginã priuilegij ante fuisse mortuam & sepultam, quàm natam: Nec tamen vnquam à morte atq́ sepultura reuersam, præsertim antequã Liber Iob.

cõscripta esset, roboratam: nec id vna tãtum, sed vtraq; Cæsaris manu. Et quid istud est, D
roborare illam? chirographo ne Cæsaris, an annulo signatorio? Magnum nimirum robur
maiusq; multo, quàm si tabulis æreis mandauisset. Sed non est opus scriptura ærea, cum su
pra corpus beati Petri charta reponatur. Cur hic Paulum retices, qui simul iacet cũ Petro,
& magis custodire possent ambo, quàm si afforet tantummodo corpus vnius? Videtis ar-
tes malitiamq; nequissimi Sinonis. Quia donatio Constantini doceri non potest, ideo nõ
in tabulis æreis, sed charteis priuilegium eẽ: ideo latere illud cum corpore sanctissimi apo
stoli dixit. Ne aut auderemus è venerabili sepulchro inquirere: aut si inquireremus, carie
absumptũ putaremus. Sed vbi tunc erat corpus beati Petri? Certe nondum in templo, vbi
nũc est: non in loco sane munito ac tuto. Ergo non illic Cæsar paginã collocasset. An bea-
tissimo Siluestro paginam non credebat, vt parum sancto, parum cauto, parum diligenti?
O Petre, ò Siluester, ò sanctæ Romanæ ecclesiæ pontifices, quibus oues domini commissæ
sunt, cur vobis cõmissam paginã nõ custodistis? Cur à tineis illam rodi, aut cur situ tabes-
cere passi estis? Opinor, quia corpora quoq; vestra contabuerunt. Stulte igitur fecit Con-
stantinus. En redacta in puluerem pagina, ius simul priuilegij in puluerẽ abijt. Atqui, vt vi-
demus, paginæ exemplar ostenditur. Quis ergo illam de sinu sanctissimi apostoli temera-
rius accepit? Nimirũ aliquis antiquorũ scriptorũ debet afferri, nec posterior Constantini
tẽporibus. At is nullus affertur, sed forte aliquis recens. Vnde hic habuit? Quisquis em̃ de
superiori ætate historiam texit, aut spiritu sancto dictante loquitur, aut veterum scriptorũ,
& eorũ quidem, qui de sua ætate scripserunt, sequitur authoritatem. Quare quicunq; vete-
res non sequitur, is de illorum numero erit, quibus ipsa vetustas præbet audatiam mentiẽ- E
di. Quod si quo in loco ista res legitur, non aliter cum antiquitate consentit, quàm illa glos-
satoris Accursii, de legatis Rom̃. ad leges accipiendas dimissis in Græciam, plusquàm stul-
ta narratio, cum Tito Liuio, alijsq; præstantissimis scriptoribus conuenit.

Datum Romæ tertio Calend. Aprilis, Constantino Augusto quarto consule, & Galli- »
cano quarto consule. »

Diem posuit penultima Martij: vt sentiremus hoc factũ esse, sub tempus sanctorũ die-
rum, qui illo plerunq; tempore solent esse. Et Constantino quartum consule, & Gallicano
quartum consule. Mirum si vterq; ter fuerat consul, & in quarto consulatu forent collegæ.
Sed mirandum magis, Augustum leprosum elephantia, qui morbus inter cæteros, vt ele-
phas inter beluas, eminet, velle etiam accipere consulatum, cum rex Azarias simul ac lepra
tactus est, in priuato se continuerit, procuratione regni ad Ionatham filium relegata, vt fe-
re omẽs leprosi fecerunt. Quo vno argumento totũ prorsus priuilegium confutatur, pro-
fligatur, euertitur. Ac ne quis ambigat, ante leprosum eẽ debuisse, quàm consulem, sciat &
ex medicina, paulatim hunc morbum succrescere: & ex notitia antiquitatis, consulatũ ini-
ri Ianuario mense, magistratumq; esse annuum, & hæc Martio proximo gesta referuntur.
Vbi neq; silebo, in epistolis scribi solere, datum: nõ autem in cæteris, nisi apud indoctos.
Dicuntur enim epistolæ dari, vel illi, vel ad illum. Illi quidem, qui perfert, vtputa tabella-
rio, vt reddat, & in manum porrigat homini cui mittuntur. Priuilegium autem, vt aiunt,
Constantini, quod reddi alicui non debebat, nec dari debuit dici: vt appareat eum, qui sic
loquutus est, mentitum eẽ, nec scissæ fingere, quod Constantinum dixisse ac fecisse verisi- F
mile eẽt. Cuius stultitiæ atq; vesaniæ affines se ac socios faciunt, quicũq; hunc vera dixisse
existimant, atq; defendunt. Licet nihil iam habeant quo opinionem suam, nõ dico defen-
dere, sed honeste excusare possint. An honesta erroris excusatio est, cũ patefactam videas
veritatem, nolle illi acquiescere, quia nonnulli mali homines aliter senserunt? Magni in-
quam dignitate, non sapientia, nec virtute. Vnde tamen scis, an illi, quos tu sequeris, si ea-
dem audissent, quæ tu, mansuri in sententia fuerint? an à sententia recessuri? & nihilominus
indignissimum est, plus homini velle tribuere quàm veritati, id est, deo. Ita enim quidam,
omnibus defecti rationibus, solent respondere: cur tot summi pontifices donationẽ hanc
veram eẽ credidêrunt? Testificor vos, me vocatis quo nolo, & inuitũ me maledicere sum-
mis pontificibus cogitis: quos magis in delictis suis operire vellem.

Sed pergamus ingenue loqui, quãdoquidem aliter agi nequit hæc causa. Vt fatear eis ita
credidisse, & non malitia fecisse: quid mirum si ista crediderunt, vbi tantum lucri blandi-
tur: cum plurima, vbi nullum lucrum ostenditur, per insignem imperitiam credant? Non-
ne apud Aram cœli, in tam eximio templo, & in loco maxime Augusto, cernimus pictã
fabulã Sibyllæ & Octauiani, vt ferunt, ex authoritate Innocentij tertij, hæc scribentis? Qui
etiam de ruina templi pacis, sub natale saluatoris, hoc est in partu virginis, scriptum reli-
quit. Quæ ad euertendam magis fidem, quia falsa, quàm ad stabilienda, quia miranda sunt,
pertinent. Mentiri ne ob speciem veritatis, pietatis, audet vicarius veritatis: & se scientem
hoc piaculo obstringere? An non mentitur? Imo vero à sanctissimis viris se, cũ hoc facit,

dissen-

A dissentire non videt? Tacebo alios. Hiero. Varronis testimonio vtitur, decem Sibyllas fuisse, quod opus Varro ante Augustũ condidit. Idem de templo pacis ita scribit: Vespasianus & Titus, Romæ templo pacis ædificato, vasa templi, & vniuersa donaria, in delubro illius consecrarunt: quæ Græca & Rom. narrat historia. Et hic vnus indoctus plus vult libello suo, etiam barbare scripto credi, quàm fidelissimis veterum prudentissimorum hominũ historijs. Quia Hieronymum attigi, non patiar hanc contumeliam ipsius tacite præteriri. Romæ ex authoritate Papæ ostenditur codex Bibliæ, tanquàm reliquiæ sanctorum, luminaribus semper accensis: quod dicunt scriptũ chirographo Hieronymi. Quæres argumẽtum? Quia multũ (vt inquit Virgilius) est pictai vestis & auri. Resq; magis Hieronymi manu indicat scriptum non eẽ. Illum ego diligentius inspectum, comperi scriptum esse iussu regis, vt opinor, Roberti, chirographo hominis imperiti. Huic simile est, quanquàm decẽ milia huiusmodi Romæ sunt, quod inter religiosa demonstratur in tabella effigies Petri & Pauli quam Siluester Constantino, ab eisdem apostolis in somnis admonito, in cõfirmationem visionis exhibuit. Non hoc dico, quia negem effigies illas esse apostolorũ, vtinãq; tam vera esset epistola, nomine Lentuli missa de effigie Christi, quæ non minus improbe ementita est, quàm priuilegiũ, quod confutauimus. Sed quia tabella illa à Siluestro non fuerit exhibita Constantino. In quo non sustineo admirationẽ animi mei cõtinere. Disputabo enim aliquid de fabula Siluestri. Quia & omis in hoc quæstio versatur: & mihi cũ sermo sit cum põtificibus Rom. de pontifice Romano potissimum loqui decebit, vt ex vno
B exemplo, facile aliorum coniectura capiatur. Et ex multis ineptijs, quæ ibi narrantur, vnã tantum de dracone attingam, vt doceam Constantinum non fuisse leprosum. Etenim gesta Siluestri ab Eusebio quodam Græco homine, vt interpres testatur, cõposita sunt, quæ natio ad mendacia semper prõptissima est. Vt Iuuenalis Satyrica censura ait: Quicqd Græcia mendax audet in historia. Vnde draco ille venerat? Romæ dracones non gignuntur. Vnde etiam illi venenum? In Aphrica tantũ pestiferi dracones, ob ardorem regionis, eẽ dicuntur. Vnde præterea tantum venení, vt tam spaciosam ciuitatem peste corrumperet: præsertim cũ in tam alto specu demersus eẽt, ad quẽ centũ quinquaginta gradibus descenderetur? serpentes, excepto forsan basilisco, non afflatu, sed morsu virus inspirant atq; interimunt. Nec Cato Cæsarẽ fugiens, cum tanta hominũ manu, per medias Aphricæ arenas dum iter faceret ac dormiret, vllum sociorum ac comitum suorũ, serpentis afflatu vidit extinctum. Neq; illi populi ob id aerem sentiunt pestilentem. Et si quid fabulis credimus,
& Chimera, & Hydra, & Cerberus, sine noxa vulgo conspecti sunt, ac tacti. Adhuc quin eum Romani potius occidissent. Non poterant, inquis. At multo grandiorem serpentem in Aphrica, ad ripam Bragadæ Regulus occidit. Hunc vero vel obstructo ore specus facile erat interimere. An nolebant? Ita opinor pro deo colebant, vt Babylonij fecerunt. Cur ergo, vt olim Daniel dicitur occidisse, non & Siluester hunc potius occidisset? Quin canaba
C ceo filo alligasset, & domũ illam in æternum perdidisset? Ideo commentator fabulæ, noluit draconem interimi, ne plane Danielis narratio referri videretur: quod si Hieronymus vir doctissimus ac fidelissimus interpres, Apollinarisq; & Origenes, atq; Eusebius, & nõnulli alij narrationẽ Beli fictam eẽ affirmant, si eam Iudæi in veteris instrumenti archetypo non agnoscunt, id est, si doctissimi quiq; latinorũ, pleriq; Græcorum, singuli Hebræorum, illam vt fabulam damnant: ego non hanc, adumbratã ex illa, dãnabo, quæ nullius scriptoris authoritate fulcitur, & quæ magistrã multo superat stultitia? Nam quis beluæ domum subterraneã ædificauerat? Quis illic eã collocauerat, & ne prodiret atq; auolaret (volant em dracones, vt quidã aiunt, & si alij negant) imperauerat? Quis genus illud cibi excogitauerat? Quis fœminas, easq; virgines, ac sanctimoniales descẽdere præceperat, nec nisi calendis? An tenebat draco quis eẽt dies calendarũ? & tam parco, rarocq; erat cibo contentus? Nec virgines tam altũ specũ, tam immanem, & esurientẽ beluã exhorrebant? Credo blandiebatur eis draco, vt fœminis, vt virginibus, vt cibaria afferentibus. Credo etiã cum illis fabulabatur. Quid ni, honor dicto, etiam coibat? Nam & Alexander, & Scipio ex draconis, serpentisve cũ matre concubitu geniti dicuntur. Quid de negato postea victu? Nõ potius aut prodijsset, aut fuisset extinctus? O mirã hominũ demẽtiam, qui his anilibus deliramentis fidem habent. Iam vero quam diu hoc factitatum est? Quando fuit ceptũ? Ante aduentum saluatoris? An postea? nihil horũ scitur. Pudeat nos, pudeat harum neniarũ, & leuitatis plusquàm inimicæ. Erubescat Christianus homo, qui veritatis se ac lucis filium nominat, proloqui, quæ non modo vera nõ sunt, sed nec verisimilia. At em inquiunt, hanc dæmones potestatẽ in gentibus obtinebant, vt eas dijs seruientes illuderent. Silete impudentissimi homines, ne dicam sceleratissimos, qui fabulis vestris tale semper velamentũ obtẽditis. Non desiderat synceritas Christiana patrociniũ falsitatis. Satis per se superq; sua ipsius luce ac veritate defenditur, sine istis commentitijs ac præstigiosis fabellis, in deum, in

Christum, in spiritum sanctum contumeliosissimis. Siccine Deus arbitrio dæmonum tra- D
diderat genus humanum, vt tam manifestis, tam imperiosis miraculis seduceretur? vt pro-
pemodum posset iniustitiæ accusari, qui oues lupis commisisset: & homines magnum erro-
rum suorꝫ haberent excusationem. Quod si tantum olim licebat dæmonibus, & nunc apud
infideles vel magis liceret, quod minime videmus. Nec vllæ ab eis huiusmodi fabulæ profe-
runtur. Tacebo de alijs populis, dicã de Romanis: apud quos pauciſſima miracula feruntur,
eaꝯ vetusta atꝯ incerta. Valerius Maximus ait: Hiatum illum terræ in medio foro, cum se
in eum Curtius armatum adacto equo immisisset, iterum coijsse, inꝯ pristinã formã con-
tinuo reuertisse. Item Iunonem monetã cum à quodã milite Rom. captis Veijs, per iocum
interrogata esset, an Romã migrare vellet, respondisse, velle. Quorum neutrum Titus Liui
us sentit, & prior author & grauior. Nam & hiatum permansisse vult, nec tã fuisse subitum
quàm vetustum, & ante conditã vrbem, appellatumꝯ Curtium lacum, quod in eo delitu-
isset Curtius Metius Sabinus, Romanorum fugiens impressionem. Et Iunonem annuisse,
non respondisse: Adiectum fabulę postea, vocem reddidisse. Atque de nutu quoque palàm
est illos esse mentitos, vel quod metum simulacri, auellebant autem illud, interpretati sunt,
sua sponte esse factum, vel qua lasciuia hostilem, & victã, & lapideã deã interrogabãt, eadẽ
lasciuia annuisse finxerunt. Tametsi Liuius inquit non annuisse, sed milites quod annuisset
exclamasse. Quæ tamen boni scriptores non defendunt facta, sed dicta excusant. Nã pro-
ut idem Liuius ait, datur venia antiquitati, vt miscendo humana diuinis, primordia vrbiũ
augustiora faciat. Et alibi: Sed in rebus tã antiquis, si qua similia veritati sunt, pro veris acci-
piãtur. Satis habeã: hæc ad oñtationẽ scænæ gaudẽtis miraculis aptiora, q̃ ad fidẽ, neꝯ affir E
mare, neꝯ refellere est operæ pretium. Terentius Varro, his duobus & prior & doctior, &
vt sentio, grauior author, ait triplicem historiã de lacu Curtio à totidem authoribus prodi-
tam. Vnã à Proculo, quod is lacus ita sit appellatus à Curtio, q̃ se in eum deiecit: Alterã à Pi
sone, quod à Metio Sabino: Tertiã à Cornelio, cuius rei socium addit Luctatium, quod à
Curtio consule, cui collega fuit M. Genutius. Neꝯ vero dissimulauerim Valerium non pla
ne posse reprehendi, quod ita loquatur: cum paulopost grauiter & seuerè subijciat. Nec me
prẽterit, de motu & voce deorum immortalium, humanis oculis auribusꝯ percepto, quàm
in ancipiti opinione æstimatio versetur. Sed quia non noua dicuntur, sed tradita repetun-
tur, fidem authores vendicent. De voce deorum dixit, propter Iunonem monetã, & pro-
pter simulachrum Fortunę, quod bis locutum fingitur his verbis: Rite me matronæ vidistis,
rite dedicastis. At vero nostri fabulatores passim inducunt idola loquentia, quod ipsi Genti
les & idolorum cultores non dicunt: & syncerius negãt, quàm Christiani affirmant. Apud
istos pauciſſima miracula, non fide authorum, sed veluti sacra quadã ac religiosa vetustatis
commendatione nituntur. Apud istos recentiora quędã narrãtur, quæ illorum homines tẽ
porum nescierunt. Neꝯ ego admirationi sanctorꝫ derogo, nec ipsorꝫ diuina opera abnuo,
quum sciã tantum fidei, quãtum est granum sinapis, montes etiã posse transferre. Imo de-
fendo illa & tueor, sed misceri cum fabulis non fino. Nec persuaderi possum hos scriptores
alios fuisse quàm aut infideles, qui hoc agerent in derisum Christianorum, si hæc figmenta,
per dolosos homines in manus imperitorꝫ delata acciperentur pro veris, aut fideles, haben-
tes æmulationem dei, sed non secundũ scientiã, qui non modo de gestis sanctorꝫ, verumetiã
dei genitricis, atꝯ adeo Christi improba quædã & pseudeuangelia scribere non reformida F
runt. Et summus Pontifex hos libros appellat apocryphos: quasi nihil vitij sit, quod eorum
ignoratur author, quasi credibilia sint quæ narrãtur, quasi sancta & ad confirmationem reli
gionis pertinentia, vt iam non minus culpæ sit penes hunc qui mala probat, qùã penes illũ,
qui mala excogitauit. Nummos reprobos discernimus, separamus, abijcimus: doctrinã re-
probã nõ discernem⁹, sed retinebimus? sed cũ bona miscebimus? sed p bona defendemus?
Ego vero ingenuã ferã sententiã Gesta Siluestri nego esse apocrypha: qa vt dixi, Eusebius
qdẽ ferè author: sed falsa atꝯ indigna quę legãtur existimo, cũ in alijs, tũ vero in illo, qđ nar
rat de dracone, de thauro, de lepra, ꝓpter quã refutãda tãta repetij. Neꝯ em̃ si Naamã le-
prosus fuit, cõtinuo & Constãtinũ leprosum fuisse dicemus. De illo multi authores memine
rũt, de hoc principe orbis terrarꝫ nemo, ne suorꝫ qdẽ ciuiũ scripsit, nisi nescio qs alienigena,
cui nõ aliter est habẽda fides, q̃ alteri cuidã, de vespis intra nares Vespasiani nidificãtibus, &
de rana partu à Nerone emissa, vnde Lateranũ vocitatũ locũ dicũt, qđ ibi rana lateat in se-
pulchro. Qđ nec vespæ ipsæ, nec ranæ, si loq possent, dixissent: nisi ad deos capitolinos hoc
referũt, q̃si illi loqui cõsuessent, & hoc fieri iussissent. Sed qd mirer hęc nõ itelligere põtifices
cũ nomẽ ignorẽt suum? Cęphas em̃ dicũt vocari Petrũ, qa caput Aplorꝫ esset, tanq̃ hoc vo
cabulũ sit græcum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς & non hebraicũ, sed potius Syriacum, qđ Græci κηφᾶς,
scribũt, qđ apud eos interꝑtat Petrus, nõ caput. Est em̃ Petrus & petra græcum vocabulũ,
stulteꝯ per etymologiam latinã exponitur petra, quasi pede trita. Et metropolitanum ab

archiepo

A archiepiſcopo diſtinguunt, voluntq; illum à menſura ciuitatis dictũ, cum Græce dicat non metropolis, ſed μητροπόλις, id eſt, mater ciuitatis ſiue vrbis, & patriarcham quaſi patrem patrum, & papam ab interiectione pape dictum, & fidem orthodoxam quaſi recta gloria, & Simonem media correpta, cum legendum ſit media longa, vt Platonem & Catonẽ, ita legendum Simonem. Et multa ſimilia, quæ tranſeo, ne culpa aliquorum, omnes ſummos pontifices videar inſectari. Hæc dicta ſint, vt nemo miretur, ſi donationem Conſtãtini commentitiam fuiſſe Papæ multi non potuerunt deprehendere, tametſi ab aliquo eorum ortam eſſe hanc fallaciam reor. At dicitis, cur Imperatores, quorum detrimento res iſta cedebat, donationem Conſtantini non negant, ſed fatentur, affirmant, cõſeruant? Ingens argumentum, mirifica defenſio. Nam de quo tu loqueris Imperatore? ſi de Græco, q verus fuit Imperator, negabo confeſſionem, ſin de latino, libenter etiam confitebor. Etenim quis neſcit Imperatoem latinum gratis factum eẽ à ſummo pont. vt opinor Stephano qui græcum Imperatorem, quod auxilium non ferret Italiæ, priuauit, latinumq; fecit, ita vt plura Imperator à Papa, quàm Papa ab Imperatore acciperet. Sanè Troianas opes quibuſdam pactionibus ſoli Achilles & Patroclus inter ſe partiti ſunt. Quod etiam mihi videtur indicare Ludouici verba, cum ait: Ego Ludouicus Imperator Ro. Auguſtus ſtatuo, & concedo, per hoc pactũ confirmationis noſtræ, tibi beato Petro principi apoſtolorum, & per te vicario tuo, domino Paſchali ſummo pont. & ſucceſſoribus eius in perpetuũ, ſicut à prædeceſſoribus noſtris vſque nunc in veſtrà poteſtate & ditione tenuiſtis, Romanam ciuitatem, cũ ducatu ſuo, & ſuburbanis atq; viculis oñibus, & territoriis eius, mon-
B tanis, atq; maritimis littoribus, & portubus, ſeu cũctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis, in Thuſciæ partibus, &c. Tu ne Ludouice cũ Paſchale paciſceris? Si tua, id eſt, imperij Ro. ſunt iſta, cur alteri cõcedis? Si ipſius, & ab ipſo poſſidẽtur, qd attinet te illa cõfirmare? Quantulũ etiã ex imperio Ro. tuũ erit, ſi caput ipſum imperij amiſiſti? A Roma dicit Romanus Imperator. Quid cætera quæ poſſides, tua ne an Paſchalis ſunt? Credo tua dices. Nihil ergo valet donatio Conſtãtini, ſi ab eo pontifici donata tu poſſides. Si valet, quo iure tibi Paſchalis cætera remittit, retẽtis tantũ ſibi quæ poſſidet? Id ſibi vult tãta, aut tua in illum, aut illius in te de imperio Ro. largitio? Merito igitur pactũ appellas, quaſi quandã colluſionem. Sed quid faciam inquies? Repetam armis quæ Papa occupat? At ipſe iam factus eſt me potentior. Repetam iure? At ius meum tantum eſt, quantũ ille eẽ voluerit. Nõ enim hæreditario nomine ad imperium veni, ſed pacto, vt ſi Imperator eſſe volo, hæc & hæc inuicem Papæ promittam. Dicam nihil donaſſe ex imperio Conſtantinum? At iſto modo cauſam agerem Græci Imp. & me oñi fraudarem imperij dignitate. Hac enim ratione Papa ſe dicit facere Imperatorem me, quaſi quendam vicarium, & niſi promittam, non facturum: & niſi paream, me abdicaturũ. Dummodo mihi det, omnia fatebor, omnia paciſcar. Mihi tamen crede, ſi Romam ego aut Thuſciam poſſiderem, tantũ abeſt, vt facerem, quæ facio, vt etiam fruſtrã mihi Paſchalis donationis, ſicut reor falſæ, caneret cantilenam. Nunc concedo, quæ nec teneo, nec habiturũ me eẽ ſpero. De iure Papæ inquirere
C non ad me pertinet, ſed ad Conſtantinopolitanum Auguſtum. Iam apud me excuſatus es Ludouice, & quiſquis alius Ludouici ſimilis. Quid de aliorum Imperatorum cum ſummis pontificibus pactione ſuſpicandum eſt, cum ſciamus quid Sigiſmundus fecerit, princeps alioqui optimus & fortiſſimus, ſed iam affecta ætate minus fortis? Quẽ per Italiam paucis ſtipatoribus ſeptum in diem viuere vidimus, Romæ etiam fame periturũ: niſi eum, ſed non gratis (extorſit eñ donationẽ) Eugenius pauiſſet. Is cum Romã veniſſet, vt pro Imperatore Romanorũ coronaretur, non aliter à Papa coronari potuit, quàm vt Conſtãtini donationẽ ratam haberet, eadẽq; oñia de integro donaret. Quid magis contrariũ, quàm pro Imperatore coronari, qui Romæ ipſi renuntiaſſet? & coronari ab illo, quem & confiteatur, & quantũ in ſe eſt, dominũ Roñ. imperij faciat? ac ratam habere donationem, quæ vera ſi ſit, nihil Imperatori de imperio reliqui fiat? Quod (vt arbitror) nec pueri feciſſent. Quo minus miror, ſi Papa ſibi arrogat Cæſaris coronationẽ, quæ populi Roñ. eſſe deberet. Si tu Papa, & potes græcum Imperatorẽ priuare Italia, prouintiisq; occidẽtis, & latinum Imp. facis, cur pactionibus vteris? Cur bona Cæſaris partiris? Cur in te imperiũ trãſfers? Quare ſciat quiſquis eſt Imperator Roñ. me iudice, ſe non eẽ nec Auguſtũ, nec Cæſarem, nec Imperatorẽ, niſi Romæ imperiũ teneat, & niſi operã det, vt vrbẽ Romam recuperet, plane eẽ periturum. Nam cæſares illi priores, quorũ fuit primus Conſtantinus, nõ adigebantur iuſiurandũ interponere, quo nũc Cæſares obſtringuntur, ſed quantũ humana ope præſtari poteſt, nihil imminuturos eſſe de amplitudine imperij Roñ. eamq; ſedulo adaucturos. Non eare tamẽ vocati Auguſti, q; imperium augere deberẽt, vt aliqui ſentiũt, latinæ linguæ imperiti. Eſt eñ Auguſtus quaſi ſacer, ab auium guſtu dictus, quæ in auſpitijs adhiberi ſolebant, græcorumq; teſtante lingua, apud quos Auguſtos σεβαστὸς dicitur.

Vnde

Vnde Sebastia vocata. Melius summus pontifex ab Augendo Augustus diceretur, nisi qđ D
dum temporalia auget, spiritualia minuit. Itaque videas, vt quisque pessimus est summorum
pontificum, ita maxime defendendæ huic donationi incumbere. Qualis Bonifacius octa-
uus, qui Celestinum tubis parieti insertis decepit. Hic & de donatiõe Constãtini scribit, &
regem Frãciæ priuauit: regnumq; ipsum, quasi donationem Constãtini exequi vellet, eccle
siæ Romanæ fuisse & esse subiectum iudicauit. Quod statim successores eius Benedictus &
Clemens, vt improbum iniustumq; reuocarunt. Verum quid sibi vult ista vestra pontifices
Romani solicitudo, quod à singulis Imperatoribus donationem Constãtini exigitis con-
firmari, nisi quod iuri diffiditis vestro? Sed laterem lauatis, vt dicitur. Nã neq; illa vnquàm
fuit, & quod non est, confirmari non potest: & quicquid donãt Cæsares, decepti exemplo
Constãtini faciunt, & donare imperium nequeunt. Age vero demus Constãtinum donas-
se, Siluestrumq; aliquãdo possedisse: sed postea vel ipsum, vel aliquem ipsorum à possessio-
ne deiectum: Loquor nunc de his quæ papa non possidet, postea loquar de his quæ possi-
det. Quid possum vobis magis dare, quàm vt ea quæ nec fuerunt, nec esse potuerunt, fuisse
concedam? Tamen dico, vos nec iure diuino, nec iure humano, ad recuperationem agere
posse. In lege veteri Hebræus supra sextum annum Hebræo seruire vetabatur, & quinqua-
gesimo quoq; anno omnia redibãt ad pristinum dñm. Tempore grãæ Christianus à vicario
Christi, redemptoris nostræ seruitutis, premet seruitio æterno? Quid dicã, reuocabitur ad
seruitutem, postquàm liber factus ẽ, diuq; potitus libertate? Sileo, quàm sæuus, quàm vehe-
mens, quàm barbarus dominatus frequenter est sacerdotum. Quod si ante ignorabatur,
nuper est cognitum, ex monstro illo, atq; portẽto, Iohãne Viteleſco Cardinale & pñarcha E
qui gladiũ Petri quo auriculam Malcho abscidit, in Christianoꝝ sanguine lassauit, quo gla
dio & ipse perijt. An vero populus Israel à domo Dauid & Salomonis, quos ꝓphetæ à deo
missi vnxerãt, tñ propter grauiora onera desciscere licuit, factũq; eoꝝ ꝓbauit deus: nobis ob
tãtã tyrãnidem desciscere non licebit? ab his præsertim qui nec sunt reges, nec esse possunt,
& qui de pastoribus ouium, id est, animarum facti sunt fures ac latrones. Et vt ad ius huma
num veniã, quis ignorat nullum ius esse bellorum? aut si quod est, tamdiu valere, quàmdiu
possideas quæ bello parasti? Nam quum possessionem perdis, & ius perdidisti. Ideoq; capti-
uos, si fugerint, nemo ad iudicem repetere solet: etiam nec prædas, si eas priores domini re-
ceperint. Apes & quædam alia volucrum genera, si è priuato meo longius euolauerint, &
in alieno desederint, repeti non queunt. Tunc homines, non modo liberum animal, sed
dominum cæterorum, si se in libertatem manu & armis asserant, non manu & armis repe-
tes, sed iure, quasi tu homo sis, illi pecudes? Neque est quod dicas: Romani iuste bella natio-
nibus intulerunt, iusteque libertate illas exuerunt. Noli me ad istam vocare quæstionem,
ne quid in Romanos meos cogar dicere. Quanquàm nullum crimen tam graue esse potuit,
vt æternam mererent populi seruitutem. Cum eo, quod sæpe culpa principis, magni ve ali-
cuius in Republica ciuis, bella gesserunt, & victi immerita seruitutis pœna affecti sunt. Quo
rum exemplis plena sunt omnia. Neque vero lege naturæ comparatum est, vt populus si-
bi populum subigat. Præcipere alijs eosq; exhortari possumus, imperare illis ac vim affer-
re non possumus, Nisi relicta humanitate, velimus ferociores beluas imitari, quæ sanguina-
rium infirmiores imperium exercent, vt leo in quadrupedes, aquila in volucres, delphinus F
in pisces. Veruntñ hę beluę non in suum genus sibi ius vendicant, sed inferius. Quod quan-
to magis faciendum nobis est, & homo homini religioni habendus? quum, vt M. Fabius,
Quatuor bel- lorum causæ inquit, nulla supra terras adeo rabiosa belua, cui non imago sua sancta sit. Itaque quatuor fe
rè causæ sunt, ob quas bella inferuntur. Aut ob vlciscendam iniuriam, defendendosq; ami-
cos: aut timore accipiendæ postea calamitatis, si vires aliorum augeri sinantur: aut spe præ
dæ, aut gloriæ cupiditate. Quarum prima nonnihil honesta, secunda parum, duæ posterio-
res nequaquàm honestæ sunt. Et Romanis quidem illata fuere frequenter bella: sed postquã
se defenderant, & illis & alijs ipsi intulerunt, nec vlla gens ẽ, quæ ditioni eoꝝ cesserit, nisi bel
lo victa, & domita: quàm recte, aut qua causa, ipsi viderint. Eos ego nolim nec damnare,
tanquàm iniuste pugnauerint: nec absoluere tanquàm iuste. Tantum dicam, eadem ratione
Romanos cæteris bella intulisse, qua reliqui populi reges q;. Atque ipsis qui bello lacessiti vi-
ctiq; sunt, licuisse deficere à Romanis, vt ab alijs dominis defecerunt. Ne forte, quod ne-
mo diceret, imperia omnia ad vetustissimos illos, qui primi domini fuere, id est, qui pri-
mi præripuere aliena, referantur: & tamen melius in victis bello natiõibus populo Roñ. q
Cæsaribus Rempublicam opprimentibus ius est. Quocirca si fas erat Gentibus à Constan-
tino, & quod plus est, a populo Romano desciscere, profecto & ab eo ius erit, cuicunq; cesse
rit ille ius suum. Atque vt audacius agam, si Romanis licebat, Constantinum aut exigere, vt
Tarquiniũ, aut occidere vt Iulium Cæsarem, multomagis eũ, vel Romanis vel prouincijs li-
cebit occidere, q in locum Constãtini vtcunq; successit. Hoc & si verꝝ, tamen vltra causam

A meam est,& idcirco me reprimere volo,nec aliud ex his colligere, quæ dixi, nisi ineptum esse,vbi armorum vis est,ibi ius quenquam afferre verborum. Quia quod armis acquiritur,idem rursus armis amittitur. Eo quidem magis, quod aliæ nouæ gentes,vt de Gothis accepimus,quæ nunquàm sub imperio Rom̃.fuerunt,fugatis veteribus incolis,Italiam & multas prouintias occuparunt,quas in seruitutem reuocari,in qua nunquàm fuerunt, quæ tandem æquitas est? præsertim victrices,& forte à victis. Quo tẽpore,si quæ vrbes ac nationes,vt factum fuisse scimus,ab Imperatore desertæ,ad Barbarorum aduentum necesse habuerunt deligere sibi regem,sub cuius auspitijs victoriam reportarunt,nũquid hunc postea à principatu deponerent? Aut eius filios tum cõmendatione patris, tum propria virtute fauorabiles iuberent eẽ priuatos,vt iterum sub Romano principe eẽnt, maxime cum eorum opera assidue indigerent,& nullum aliunde auxilium sperarent? Hoc si Cæsar ipse, aut Constantinus,ad vitam reuersus,aut etiam Senatus populusq; Rom̃.ad commune iudicium,quale in Græcia Amphitryonum fuit,vocaret: prima statim actione repelleretur, quod à se olim custode desertos,quod tam diu sub alio principe degentes,quod nunquàm alienigenæ regi subditos,quod deniq; homines libertati natos,& in libertatem robore animi corporisq; assertos,ad famulatũ,seruitiũq; reposceret. Vt appareat,si Cæsar, si pont. Rom̃.à repetendo excluſus est,multo vehementius Papam eẽ excluſum. Et si licet alijs nationibus,quæ sub Roma fuerunt,aut regem sibi creare,aut remp.tenere,multo magis id licere populo Rom̃.præcipue aduersus nouam Papæ tyrannidẽ. Excluſi à defendenda do-
B natione aduersarij,quod nec vnquàm fuit,& si qua fuisset,iam temporum conditione intercidisset,confugiunt ad alterum genus defensionis,& velut relicta vrbe,in arcem se recipiunt,quam statim deficientibus cibarijs dedere cogentur. Præscripsit,inquiunt, Romana ecclesia in his quæ possidet. Cur ergo,quæ maior pars est,ea reposcit in quibus non præscripsit,& in quibus alij præscripserunt? Nisi id non licet alijs in hunc,quod huic licet in alios. Præscripsit Romana ecclesia. Cur ergo ab Imperatoribus toties curat sibi ius confirmãdum? Cur donationem,confirmationemq; Cæsarum iactat,si hoc vnum satis est? Iniuriam ei facis,si de altero quoq; iure non sileas. Cur igitur de altero non siles? Nempe,qa hoc sibi nõ sufficit. Præscripsit Romana ecclesia. Et quomodo potest præscripsisse, vbi de nullo titulo,sed de malæ fidei possessione constat? Aut si malæ fidei possessionem neges, profecto stultæ fidei negare non posses. An in tanta re,tamq; aperta excusata debet eẽ & facti & iuris ignorantia? Facti quidem,quod Romam,prouintiasq; non dedit Constantinus,quod ignorare idiotæ hominis est,non summi pontificis. Iuris autem, quod illa nec donari potuere,nec accipi,quod nescire vix Christiani est. Ita ne stulta credulitas dabit tibi ius in his,quæ si prudentior fores,tua nunquàm fuissent? Quid? Nonne nunc saltem,
C postquam te per ignorantiam atq; stultitiam possedisse docui,ius istud,si quod erat,amittes? & quod inscitia male contulerat tibi,nonne id rursum cognitio bene adimet? Mancipiumq; ab iniusto ad iustum dominum reuertetur, fortassis etiam cum vsufructu? quod si adhuc possidere pergis,iam inscitia in malitiam,fraudemq; conuersa est, planeq; effectus es malæ fidei possessor. Præscripsit Romana ecclesia. O imperiti,ò diuini iuris ignari. Nullus quantumuis annoꝝ numerus verum abolere titulum potest. An vero captus ego à Barbaris,creditusq; periisse,post centum annos,quibus captiuus fui,postliminio reuersus, paternæ hæreditatis repetitor excludar? Quid hac re inhumanius? Atq; vt aliquod afferã exemplũ,num Iephthe dux Israel reposcentibus filijs Ammon terram à finibus Arnon,vsq; in Iabue,atq; in Iordanem,respondit:præscribit Israel iam per trecentos annos? An quod nunquam illorum,sed Amorrhæorum fuisset terra,quam reposcerent, ostendit? & hoc argumentum eẽ,ad Ammonitas illam non pertinere,quod nũquam intra tot annorum circulum repopoſciſſent? Præscripsit Romana ecclesia. Tace nepharia lingua. Præscriptionem,quæ fit de rebus mutis atq; irrationabilibus,ad hominẽ trãsfers: cuius quo diuturnior in seruitute possessio,eo est detestabilior. Aues ac feræ in se præscribi nolunt,sed quãtolibet tempore possessæ,cum libuerit,& oblata fuerit occasio,abeunt, homini ab homine possesso non licet abire? Accipe,vnde magis fraus,dolusq; quàm ignorantia Romanorum pont.appareat,vtentium iudice bello,non iure. Cui simile quiddam primos pontifices,in occupanda vrbe,cæterisq; oppidis,credo feciſſe: Parum ante me natũ,testor eorum memoriam, q interfuerũt: per inauditum genus fraudis Roma papale accepit imperium, seu tyrannidẽ potius,cũ diu libera fuisset. Is fuit Bonifacius nonus,octauo in fraude & nomine par: si modo Bonifacij dicendi sunt,q pessime faciunt. Et cum Romani deprehẽso dolo apud se indignarentur, Bonifacius Papa,in morem Tarquinij,summa quæq; papauera virga decussit. Quod cum postea,q ei successit,Innocẽtius imitari vellet,vrbe fugatus est. De alijs pontificibus nolo dicere,q Romã vi semper oppressam armisq; tenuerũt,licet q̃ties potuit rebellauit,vt sexto abhinc anno,cũ pacẽ ab Eugenio obtinere nõ posset, nec pax

esset

esset hostibus, qui eam obsidebant: & ipa papam intra ædes obsedit, non permissura illum D
abire, priusquàm aut pacem cum hostibus faceret, aut administrationem ciuitatis relegaret
ad ciues. At ille maluit vrbem deserere, dissimulato habitu, vno fugæ comite, quàm ciuibus
gratificari, iusta & æqua petentibus. Quibus si des electionem, quis ignorat libertatem ma-
gis quàm seruitium electuros? Idem suspicari libet de cæteris vrbibus, quæ à summo Pon-
tifice in seruitute retinentur, per quem à seruitute liberari debuissent. Longum esset recense
re, quot vrbes ex hostibus captas populus Romanus liberas fecit: adeò vt T. Flamminius
omnem Græciam, quæ sub Antiocho fuisset, liberam esse, & suis vti legibus iuberet. At Pa-
pa, vt videre licet, insidiatur sedulo libertati populorum. Ideoque vicissim illi quoque obla-
ta facultate (ad Bononiam modo respice) rebellant. Qui siquando sponte, quod euenire po
test, aliquo aliunde periculo vrgente, in papale imperium consenserũt: non ita accipiendũ
est, cõsensisse, vt seruos se facerẽt: vt nũq̃ subtrahere à iugo colla possent: vt postea nati nõ &
ipi arbitriũ sui habeã. Nã hoc iniqssimũ foret. Spõte ad te summe Põ. vt nos gubernes veni
mꝰ spõte nũc rursus abs te, ne gubernes diutiꝰ, recedimꝰ: si q̃ tibi à nobis debẽt, ponat calculꝰ
datorum & acceptorum. At tu gubernare inuitos vis, quasi pupilli simus: qui teipsum forsi-
tan sapientius gubernare possemus. Adde huc iniurias, q̃ aut abs te, aut à tuis magistratibus
huic ciuitati frequentissime inferuntur. Deum testamur, iniuria cogit nos rebellare, vt olim
Israel à Roboam fecit. Et quæ tanta fuit illa iniuria, quanta portio nostræ calamitatis, gra-
uiora soluere tributa? Quid enim si Rempublicam nostram exhaurias? Exhausisti. Si tem-
pla spolies? Spoliasti. Si virginibus matribusq; familiæ stuprum inferas? Intulisti. Si vrbem E
sanguine ciuili perfundas? Perfudisti. Hæc nobis sustinenda sunt? An potius, cum tu pater
nobis esse desieris, nos quoque filios esse obliuiscemur? Pro patre, summe Põtifex aut si hoc
te magis iuuat, pro domino hic te populus aduocauit, non pro hoste atq; carnifice. Patrem
agere aut dominum non vis, sed hostem & carnificem. Nos sæuitiem tuã, impietatemq; &
si iure offensæ poteramus, tamen quia Christiani sumus, non imitabimur. Nec in tuum ca-
put vltorẽ stringimꝰ gladiũ: sed te abdicato, atq; summoto, alterum patrẽ dñm ve adopta
bimus. Filius à malis parentibus, è quibus geniti sunt, fugere licet: nobis à te, non vero pa-
tre, sed adoptiuo, & pessime nos tranctante, nõ licebit? Tu vero, quæ sacerdotij operis sunt
cura: & noli tibi ponere sedem ad Aquilonem, & illic tonando fulgurantia fulmina in hunc
populum, cæterosq; vibrare. Sed quid plura opus est in re apertissima dicere? Ego non
modo Constantinum non donasse tanta, non modo non potuisse Romanum Pontificem
in eisdem prę scribere, sed etiã si vtrunq; esset, tñ vtrũq; ius sceleribus possessorum extinctum
esse contendo: cum videamus totius Italiæ, multarumq; prouinciarum cladem, ac vastita-
tem ex hoc vno fonte fluxisse. Si fons amarus est, & riuus. Si radix immunda & rami. Si de-
libatio sancta non est, nec massa. Ita è diuerso, si riuus amarus, fons obstruendus est: si rami
immundi, è radice vitium venit: si massa sancta non est, delibatio quoque abominanda est.
An possumus principatum potentiæ papalis pro iure proferre, quem tantorum scelerum,
tantorumq; omnis generis malorum cernimus esse causam? Quàmobrem dico, & exclа-
mo (neque enim timebo homines, deo fretus) neminem mea ætate in summo pontificatu
fuisse, aut fidelem dispensatorem, aut prudentem: qui tantum abest, vt dederit familiæ Dei
cibum, & escã panis. Papa & ipse bella pacatis populis infert, & inter ciuitates principes q̃
discordias serit. Papa & alienas fitit opes, & suas exorbet, vt Achilles in Agamemnonem,
δημοβόρος βασιλεύς. Papa non modo Rempublicã, quod non Verres, non Catilina, non qs F
piam peculator auderet: sed etiã rem ecclesiasticam, & spiritum sanctum quæstui habet,
quod Symon ille magus detestatur. Et cum horum admonetur, & à quibusdam bonis viris
reprehenditꝰ, non negat, sed palàm fatetur, atque gloriatur licere ei quauis ratione patrimo-
nium ecclesiæ, à Constantino donatum, ab occupantibus extorquere. Quasi eo recupera-
to, religio Christiana futura sit beata, & non magis omnibus flagitijs, luxurijs, libidinibusq;
oppressa, si modo opprimi magis potest, & vllus est sceleri vlterior locus. Vt igitur recupe-
ret cætera membra donationis, male ereptas à bonis viris pecunias prius effundit, mili-
tumq; equestres pedestresq; copias, quibus omnia infestantur, alit: cum Christus in tot mi-
libus pauperum, fame ac nuditate moriatur. Nec intelligit, ò indignum facinus, cum ipse se
cularibus auferre quæ ipsoꝝ sunt laborat: illos vicissim, siue pessimo exemplo induci, siue
necessitate cogi: licet non est vera necessitas, ad auferenda quæ sunt ecclesiasticorum. Nulla
itaque vnquàm religio, nulla sanctitas, nullus dei timor: & quod referens quoque horresco,
omnium scelerum impij homines à papa sumunt excusationem. In illo enim comitibusq;
eius est omnis facinoris exemplum: vt cum Esaia, & Paulo, in papam & papæ proximos di
cere possumus. Nomen dei per vos blasphematur inter Gentes. Qui alios docetis, vosipsos
non docetis. Qui prædicatis non furandum, latrocinamini. Qui abominamini idola, sacri-
legium facitis. Qui in lege & in pontificatu gloriamini, per præuaricationem legis deum ve

rum pos

A rum pōtificem inhonoratis. Quod si populus Rom̃. ob nimias opes, verã illam Romanitatem perdidit: si Salomon ob eandē causam in idololatriam, amore fœminarū lapsus est: nonne idem putamus fieri in summo pont. ac reliquis clericis? Et postea putamus deum fuisse permissurū, vt materiam peccandi Siluester acciperet. Non patiar hanc iniuriam fieri sanctissimo viro. Non ferã hanc contumeliam fieri pontifici optimo: vt dicatur imperia, regna, prouincias accepisse: quibus renuntiare etiam solent qui clerici fieri volũt. Pauca possedit Siluester, pauca cæteriq; summi pont quorū aspectus apud hostes quoq; erat sacrosanctus: veluti illius Leonis, qui trucem Barbari regis animũ terruit ac fregit, quē Romanæ vires nec frangere nec terrere potuerant. Recentes vero summi pont. id est diuitijs ac delitijs affluentes, id videntur laborare: vt quantũ prisci fuere sapientes & sancti, tantũ ipsi & impij sint & stulti, & illorū egregias laudes omnibus probris vincãt. Hæc quis Christiani nominis queat æquo animo ferre? Verũ ego in hac prima nostra oratione nolo exhortari principes ac populos, vt papã effrenato cursu volitantē inhibeant, eumq; intra suos fines consistere cōpellant: sed tantũ admoneant, qui forsitan iam edoctus veritatē, sua sponte, ab aliena domo in suam, & ab insanis fluctibus, sæuisq; tempestatibus in portum se recipiet. Sin recuset, tunc ad alterã orationem multo truculentiorē accingemur. Vtinam vtinã aliquando videam: nec eñ mihi quicq̃ est longius, q̃ hoc videre, & p̃sertim meo consilio effectũ: vt papa tantum vicarius Christi sit, & non etiam Cæsaris: Nec amplius horrēda vox audiatur, partes contra ecclesiam, ecclesia contra Perusinos pugnat, contra Bono-
B nienses. Non contra Christianos pugnat ecclesia, sed papa. Illa pugnat contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Tunc papa & dicetur, & erit pater sanctus, pater omniũ, pater ecclesiæ: nec bella inter Christianos excitabit, sed ab alijs excitata, censura apostolica & papali maiestate sedabit. DIXI.

NICOLAI DE CVSA CARDINALIS TIT. SANcti Petri ad vincula, sententia de donatione Constanstini, quam scripsit ad Cōcilium Basilienſe, de concordantia catholica, lib. III. Capite. II.



Num præterire neqeo: quoniã pene omniũ sententia indubitata est, Constantinũ Imperatorē, occidentis imperium Ro. pont. Siluestro, ac eius in æuum successoribus perpetuo dono tradidisse: & ideo etiam si ratio de vnitate principantis scilicet aduersari bono & recto ordini duo capita fore non concluderet, pateret tamen in occidente Imperatorē nullũ, nisi à papa dependēter imperium cognosceret, iuste esse posse. Hanc radicē quoad potui inuestigaui, p̃supponens hoc etiam indubitatũ esse, Constantinum talem donationē facere potuisse. Quæ tamen quæstio nec soluta est hactenus, nec soluetur verisimiliter vnquã. Sed in veritate su-
C pra modũ admiror, si res ita est: eo q̃ in autenticis libris, & in historijs approbatis nõ inuenitur. Relegi omnia quæ potui gesta imperialia, ac Romanorū pont. historias: sancti Hieronymi, qui ad cuncta colligendũ diligentissimus fuit, Augustini, Ambrosij, ac aliorū opuscula peritissimorū: reuolui gesta sacrorū Conciliorū, quæ post Nicænum fuere: & nullã inuenio concordantiam ad ea, quæ de illa donatione leguntur. Sanctus Damasus papa, ad instantiam beati Hieronymi, actus & gesta prædecessorū dicitur annotasse: in cuius opere de Siluestro papa nõ ea inueniuntur quæ vulgo dicuntur. Legitur in certis historijs, Constantinũ à Siluestro baptizatum. Et ipsum Imperatorem tres illas, sancti Iohannis, sancto rum Petri & Pauli ecclesias mirifice ornasse, ac annuos multos redditus è diuersis massis terrarū, in diuersis prouintijs & insulis, pro continuando ornatu lampadarū balsami & nardi pistici, ac cæterorū donasse. De quibus omnibus particularē mentionē in pontificũ libro reperies. Sed de donatione temporalis dominij, aut imperij occidentis, nihil ibi penitus continetur. Verũ quod postquã Astulfus rex Longobardorū exarchatum Rauennatē occupauit cũ alijs multis locis, & Stephanus secundus natione Romanus ex patre Constantino, multis legatis ad Astulfum missis rogaret, imperiali ditioni loca restitui, & facere non vellet Astulfus: Stephanus Pippinum adiens, eum cũ duobus filijs in reges vnxit. Fuit etiã cum eodem Stephano orator missus Imperatoris, & à Pippino impetrarũt, vt Astulfum induceret, q̃ imperio loca restitueret. Misit Pippinus, nec profecit. Vnde cum non posset sic ab Astulfo restitutionē impetrare, promisit Stephano se vi ablatorū ab eo, & sancto Petro datorū. Hoc audito, reuertitur imperialis missus. Pippinus quæ promiserat explē-

uit. Forma vero huius donationis, in gestis præfati Stephani, cum nominatione particu- D
lari omnium bonorꝫ continetur. Zacharias papa monarchiam regni Franciæ in Pippi-
num transtulit, Ludouico rege deposito: de quo legitur. 28. q. 6. alius. & in gl. venerabilẽ.
Ex illo puto Pippinum sedi apostolicæ fauisse. Post hoc Desiderius rex itemꝫ illas ciuitates,
aut eamꝫ aliquas, tempore Adriani vi cæpit. Adrianus papa multis missis ad eum legatis, re
petijt ius sancti Petri, impetrare non potuit: tunc Carolus magnus inuocatus per Adria-
num, recuperauit, & itemꝫ donauit sancto Petro solenni donatione, quæ in gestis eiusdem
Adriani papæ continetur. Existis constat, Constantinũ imperium per exarchatum, Rauẽ-
natem, vrbem Romam, & occidentem minimæ papæ dedisse. Vnde continue legitur, Im
peratores vsqꝫ ad tempora prefata sicut prius, pleno iure Romã, Rauennam, & Marchiam
cum alijs locis possedisse: & probat tex. 96. distin. bene quidam. vbi dicit de Patritio præ se
cto nomine Adoacris regis. &. 63. distin. Agatho. 96. dist. cum ad verũ. cum similibus. Et
Romanos pontifices legimus Imperatores fateri dominos. Scribit enim Agatho papa ad
Imperatorẽ Constantinũ, qui sextam synodũ congregauit, & multis annis sequutus est
primum, quo modo vrbs Roma sit ipsius Imperatoris seruilis vrbs. Et Bonifacius papa ad
Honorium, qui dicit, qꝫ ecclesiæ Romanæ ipse habet regere sacerdotiũ, sed Imperator hu-
manas res. Et in fine dicit, Romam esse vrbem suæ mansuetudinis. Hic textus habetur. 91.
dist. ecclesiæ. Et vt breuiter dicam, nullibi contrarium legi, quin vsqꝫ ad illa præfata Pippi
Ius pontificũ qñ cepit esse. ni tempora Imperator remanserit in possessione locorꝫ prætactorꝫ. Nec vnquã legi aliquẽ
Romanorꝫ pontificum vsqꝫ ad tempora Stephani secundi, in illis locis noïe sancti Petri ali E
quid iuris præsumpsisse habere. Hæc credo vera esse, non obstante famigera opinione de
contrario, quæ in Palea habetur, Constantinus. 96. dist. Quoniã absqꝫ dubio, si non fuisset
illud dictamen apocryphũ, Gratianus in veteribus codicibus, & canonũ collectionibus in
uenisset: & quia non inuenit, nõ posuit. Vnde quæ postea addidit, pro Palea ita illam con
fictam scripturã posuit, sicut multa alia inueniuntur ex apocryphis libris nostris inscripta.
Ego etiam ad longum hanc scripturã in quodam libro inueni, quæ multo plus continet, q̃
ea quæ in decreto ponitur loco prælegato: & diligenter eam examinans, reperi ex ipsa
met scriptura argumenta manifesta confictionis & falsitatis, quæ pro nunc longũ & inuti-
le foret his inserere. Etiam est aduertendũ, qꝫ tex. Constantinus. 96. distin. est ex legenda
sancti Siluestri extractus: & fundat ille qui imposuit decreto, authoritatem ipsius textus in
approbatione Gelasij in synodo. Rogo videatur. 15. distin. sancta Romana illa approba-
tio. & inuenietur pauci roboris: quia dicit authorem ignorari, & tamen per catholicos legi,
Multæ sunt & ea propter legi posse. Qualis sit approbatio, quisqꝫ considerare potest. Multæ enim sunt
hist. Siluestri. historiæ sancti Siluestri. Vna, in quo hoc non inuenitur, quam sanctus Damasus ponit.
Alia, cuius author ignoratur: quam textus non dicit verã, sed legi posse, neqꝫ dicit in illa
hoc contineri. Etiam antiqua decreta non habent textum, nisi vsqꝫ ad. §. Item decreta Ro-
manorꝫ pontificum, inclusiue. & sic non inuenitur in illis libris iste. §. de historia Siluestri.
Quinta etiam vniuersalis synodus, quæ de approbatis doctorꝫ omnium, & scripturarum
approbatarꝫ libris mentionem facit: ac etiam ipsa synodus Martini papæ, quæ fuit contra
asserentes vnam voluntatem in Christo, scilicet contra Petrũ & Sergium, renouans appro F
batas scripturas, vt egomet vidi: nullam de istis historijs faciunt mentionem: nec quisquam
approbatus, aut nominatus inter veridicos, quem vnquam vidi. Ego legi in Vincentio hi
storiarꝫ. 24. libro, in fine, secundũ sanctum Hieronymum, Constantinũ vxorem Faustã,
& filium Crispum crudeliter occidisse, & in extremo vitæ ab Eusebio Nichomediæ epis-
copo baptizatũ, in Arrianam hæresim declinasse. A quo tempore, inquit Hieronymus, ec
clesiarum rapinæ, & totius orbis discordia sequuta est vsqꝫ in præsens tempus. Ista libro
de actibus Siluestri, quem Vincentius dicit à quodam, cuius nomen ignorat, è græco trãsla
tum, vt eodẽ libro cap. 9. habetur, manifeste contradicunt. Quis non crederet potius Hie-
ronymo approbato, q̃ ignoti authoris scripturis, quæ apocryphæ dicuntur, quãdo author
ignoratur? Textus etiam qui ascribitur Melchiadi papæ, qui habetur. 12. q. 1. futuram, qui
videtur huic dicto aliquantulũ obstare, non est Melchiadis papæ, secundũ glossam quan-
dam, & etiam rei veritatẽ: quia Melchiades præcessit Siluestrum, vt patet in catalogo Ro
manorꝫ pontificum. Et si Constantinus fuit baptizatus à Siluestro secundum cõmune di-
ctum, tunc patet titulum illius textus falsum, quia loquitur de baptismo Constantini. Et
etiam si Melchiadis foret ille textus, adhuc non haberetur argumentum ex eo contra præ-
missa: quia non dicit aliud, quàm Constantinum sedem Romanam imperialem reliquisse,
& Petro, & successoribus concessisse: hoc est, qꝫ vbi fuit sedes imperialis, qꝫ ibi sit modo pa-
palis: quod non negatur. Et verum est Constantinum Imperatorem tempore Melchia-
dis papæ fuisse, & tunc Christianum: vt per Augustinum in multis locis hoc habetur, &
maxime in epistola ad Glorium, & Elusium, & quibus hoc gratum est, quæ incipit: Dixit

quidem

A quidem apostolus. & hoc concordat cũ Hieronymo. Vidi etiam decretum Leonis papæ in synodo Romana, cum subscriptione episcoporũ & clericorum, & ciuium Romanorũ: vbi Leo papa Othoni primo restituit omnia loca per Pippinum & Carolum, & Robertum reges sancto Petro data. & nominantur in eodem decreto omnia loca: & nullam facit de donatione Constantini mentionem. Sunt meo iudicio illa de Constantino apocrypha.

ANTONINVS ARCHIEPISCOPVS FLORENTINus primæ partis historialis, ti. 8. c. 2. §. 8. sic inquit.



CErtium dubium est de donatione facta ecclesiæ à Constantino, de qua habetur in decretis dist. 96. Constantinus. Sed illud cap. non habetur in antiquis decretis. Quid ergo & quantum donauerit, non est bene certum: videtur tamen saltem illud quod Ludouicus rex Francorum, & Imperator promittit sub iureiurando Paschali papæ & successoribus eius, de quo habetur distin. 63 Ego Ludouicus. Et Otto Teutonicorũ primus Imperator confirmat. Iohannes papa dinctione eadem, Tibi. Sed & quæstio adhuc agitur inter Canonistas & Legistas, vtrũ illa tenuerit donatio. Quod Canonistæ omnino firmant, &

B Teologi magis cõ firmant. Et quia non fuit simplex donatio, sed potius restitutio ecclesiæ facta iuris sui, cũ omnia sint de Christi dominio, cuius papa est vicarius in terris: cætera vero dimisit dominis temporalibus.

RAPHAEL VOLATERANVS IN VITA Constantini magni sic scribit.

DE dono Constantini, aut concessione apud nullos extat authores, præterquàm in libro Decretorum: idq; in antiquis voluminibus minime contineri, author est Antoninus præsul Florentinus in Chronicis.

R.P.D. HIERONYMVS PAV. CATTHALANVS CANONIcus Barcinonensis, iuris vtriusq; doctor, ac cubicularius Alexandri. VI. pontificis Max. vir fide digniss. in libello, quem vocant practicam Cancellariæ Apostolicæ, sic scribit.



C QVod donatio Constantini etiam de facto nõ fuerit, lege Laurẽtium Vallam, & Papam Pium in dialogo: nec de tali donatione quicq̃ legi apud probatũ historicũ, præsertim eos qui scripserint illa ætate, vel illi proxima. Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus scrutator & narrator rerũ Christianarũ meminit, quod tamen nullo modo videbatur obmittẽdum: nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Iohãnes Chrysostomus, nec Ammianus, nec historia tripartita, nec ipsemet Damasus papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerunt. Et constat per plures quàm. CCC. annos post Canstantinum, Imperatores tenuisse gubernacula vrbis & Italiæ per duces, præsides, & exarchos, & vrbis Romanæ. vsq; ad tempora Innocentij. II. vt patet aperte in Chronicis & historijs: & de Iustiniano patet. l. 1. & 2. de offi. præfe. prætor. africæ. & in procœmio instit. & in epistola. inter claras. ibi, nostrum firmat imperium. & in l. fin. C. de vet. iur. enucl. & in l. bene à Zenone. & in aut. vt etiam Romana ecclesia. ibi, ad ecclesias nostras, & vsq; ad oceani recessus. & in aut. vt proprio nomine Imperato. Et in vita Phocæ Imperatoris legitur impetrasse Pantheon Bonifacio papam ab eo. ¶ Vnde ergo habuerit terras ecclesia, vide gesta Caroli magni, & Pippini, & Pium in dicto dialogo, & collecta nouissime per dominum Bartholomæum de Platyna bibliothecariũ, qui omnia instrumenta pertinentia ad statum ecclesiæ in temporalibus, p̃sertim circa acquisitionẽ terrarũ, & aliorũ iurium & censuum, collegit in valde magno volumine: ad cuius collectionẽ etiam operam nostram p̃buimus in reuidendo. Et de dicta donatione & curatione lepræ Constantini, lege quæ late scribit Renus episcopus Paduanus in historia sua de vitis pontificum.

Papa Pius dialogum scripsit cõtra donationẽ Constantini.

Argumẽtum forte. Car. mag. & Pippinus spoliatis veris imperatoribus, ecclesiam Romanã ditarũt

DE DONATIONE CONSTANTINI.

AD LECTOREM.

D

LEgisti Vallam lector studiose, qui ob suã mordacitatem non leues pœnas dedit: Patritius eñ fuit Romanus, & ecclesiæ diui Iohannis Lateranensis canonicus, verum, quũ nimis acerbe contra donationẽ Constantini scripsisset, suasq; in pontifices inuectiuas, plus æquo graues ædidisset, exilium passus est. Nam ab Alfonso Neapolitanoꝝ rege exceptus, seruatusq; fuit. Vixit eñ anno dñi. M.CCCC.XX. tempore Nicolai quinti, cui & sex elegãtiaꝝ libros dedicauit. Floruit quoq; sub Eugenio. IIII. attamen, quia mediocritati studere nõ didicit, minus sapiens ac circũspectus in suis inuectiuis est habitus. Aurea igitur seruãda est mediocritas & oĩbus in rebus quidã semper est modus. Nam difficile est in illũ scribere qui nouit proscribere. Quod quia neglexit (quañ fortasse & ferrea veritas pro ipso dimicet) nõ ab oĩbus cõmendatur. Cæteꝝ hæc missa faciamus. Norunt eñ viri boni, religiosi, eruditi quoq; & sapientes, quid in hac re (ne aliquẽ offendisse videamur) credendũ sit. Itemq;, nõ esse articulũ fidei, Constantinum dedisse Siluestro occidentale imperium, oĩbus est notissimũ. Nihil etiam in his oĩbus sacrosanctæ sedi apostolicæ decrescit. Nam clarissimũ est, beatũ Siluestrum & successores eius, potentissimis Imperatoribus, armata manu ac bello nihil surripere potuisse. Quid igitur huiusce rebus diutiùs immorabimur? Legamus veteres, legamus & neotericos, rẽq; ipsam quæ Cõstantini donationem contingit, paucissimis absoluamus. Variant authores ipsi, vt supra ad lectorem diximus. Quapropter, ne hæc prædicta quispiam mali cõsulat, assignamus hoc loco varias doctoꝝ iuris opiniones, quas quũ rite reuolueris, tibĩ ipsi iudicium esto. Expedit eñ atq; perutile est omnia scire, & quod verum est tueri: quoniamquidem nõ abs re fuerit, candidissime lector, in hac ipsa re, cum opiniones extent doctissimorum viroꝝ plurimæ, quorum pars aliqua hanc donationem & contigisse olim ac valuisse affirmat. Nonnulli vero, eam quidem ipsam contigisse nunquam asserere non dubitent. Quidam deniq; eandem tametsi factã, iure tamen fieri haud licuisse contendant. Quas obres si cuipiam huiusmodi reꝝ studioso latius priuatim differere secũ libuerit, idq; vberioris eruendæ veritatis gratia (licet hæc plerunq; odium pariat) citra tamen maiorum nostroꝝ indignationem seu offensionem, is vltra memoratos hoc in libello authores, iuris etiam professores, quoꝝ in arduis, est de apicibus iuris disputare, cognoscere, ac diffinire, necnõ in his quæ in pũcto iuris versantur iustũ ab iniusto, æquũq; ab iniquo æqua lance discernere passim, sparsimq; perlustrare poterit.

E

Apud Canonistas.

Videre est textũ seu Paleam in c. Constantinus. 96. dist. & in c. ego Lotharius. 63. dist. Glo. in clemen. prima. §. cæterum, de iureiurando. Doctores quidẽ in generali, In c. translato. de consti. In c. ex ore, de. his. quæ fiunt à maio. parte. ca. In c. 1. de iureiurando. In c. per venerabilẽ. qui filij. sint legitimi. In c. ex insinuatione, de Simo. In c. fundamẽta. de electione. lib. sexto. In speciali vero. Innocentius tractat in c. quod in dubijs, & c. finali. de resti. in integrũ. Item Speculator. in tit. de instrumẽtoꝝ æditione. §. Nunc aũt, & in. §. 11. versi. quid si Imperator. Iohannes Andreæ in additionib. ad Speculatorẽ in titulo de. iurisdic. omniũ iudi. §. 1. Abbas Panor. in dic. c. per. venerabilem. Idem libro cõsilioꝝ secũdo, consilio. 84. Felinus in c. solite de maiori. & obedien. Cardinalis Alexandrinus in clementina, prima. de sum. trini. & fide catho. Idẽ in clemen. Romani. versi. porro, de iureiurando. Andreas de Iseruia in c. 1. (sexta columna) qui. seu. dare. possunt, &c.

F

Apud Legisperitos.

Diuersim ac varie legit hac eadẽ dere seu materia, apud eosdẽ, principio quidẽ apud Cynũ in. l. cõpetit. C. de pscriptio. XXX. annoꝝ. In. l. penul. C. de bonis, q. libe. Gl. & doctores in. l. 1. in prin. &. §. 1. ff. de offi. pfid. Glo. in autentico, qũo oporteat, eos, post pri. colla. ij. Gl. in auten. vt eccle. Roma. centũ annoꝝ gaudeat pscriptione. colla. ij. Bartholus pleriscq; in locis, pua in prima cõstitutione pandectaꝝ. quarta colũna. In. l. oĩb. ff. ad Sancta iuscon. Trebel. In. l. prohibere. §. plane. ff. qd vi aut clam. In. l. 1. §. drña. ff. de. acquirẽda. poss. Præterea Baldus in dic. l. penul. Idẽ in prima cõsti. codi. Idẽ in plud. lib. feud. 12. colũ. Idẽ in. l. Barbarius. ad. fi. ff. de offi. pfi. Idẽ in. c. 1. &. c. in gñali. Si. de feudo. fuerit. cõtrouersia. Iacobus Butrigarij in dic. cõsti. prima cod. Angelus Perusinus in. l. Si certaꝝ. ff. de testamẽto mil. Ludouicus Rom. in. l. is qui hæres, in prin. ff. de acqui. hæred. Paulus de castro in consi. 72. Alexander de Imola, in dic. 1. const. digestoꝝ. In dic. l. oĩb. Idẽ in. l. legatarijs. ff. de off. pfi. Idẽ in Rubrica. ff. de verboꝝ obliga. Idẽ in dic. l. prohibere. Idẽ in. l. filio quẽ pater. ff. de libe. & posth. Idem in quarta parte cõsilioꝝ, consi. 93. Idem in quinto consilioꝝ volumine, cõsi. 24. in fine, &c. Vale lector, & hæc oĩa diligenter perpẽde.

A

AD LECTOREM.

O Tu lector diligens, qui perlustras oĩa, & nihil intentatũ relinquis, lege obsecro & hæc quæ de Constantino referuntur, siue ipsius baptismum, siue imperij Romani diuisionem, donationemve contingant.

Pomponij Læti libro secundo verba hæc sunt.

Quoniam Constãtinus fidei Christianæ plurimũ fauerat, mirumq; est, q; cum deditissimus fuerit, lauacrum renascentis vitæ in extremũ vitæ suæ tempus distulerit, vt existimo, volens id in Iordane, iturus contra Persas, efficere, baptizatusq; est ab epo Nicomedieñ.

Iterum subiungit Pomponius.

Quidam tradunt Constantinũ orbẽ hæredibus testamento diuisisse, quidam filios sorte fecisse. Constãtino obuenere Galliæ, Hispaniæ, & alpes Cottiæ, Britãniæ, Orcades, Hibernia, Thyle. Constanti, Italia & Aphrica cũ insulis, &c. Tu lector, reliqua ibidẽ require.

Socratis Græci in historia tripartita lib. 3. cap. vlt. hæc sunt, traductore Iatino Epiphanio & Cassiodoro senatore auspicante.

Cumq; religiosissimus Imperator potitus Christianitate gauderet & veri dei testimonio fidem Nicænam roborari cognosceret, in his quæ fuerant de Arrio gesta lætabatur. Qui cum tres habuisser filios, eos Cæsares appellauit, & singulos eorum per decenos annos imperij sui principes esse constituit. Primum quidem filium, sui nominis Constantinũ Hesperiarum partium, in decennali suo fecit habere principatum. Secundum vero aui nomine nuncupatum Constantium in vicennalibus suis Cæsarem in oriente constituit. Iuniorem vero Constãtem in suis tricennalibus ordinauit. Anno vero post hæc transacto, ingressus. LXV. annum ætatis, ægritudine, ex vrbe Constantinopolitana, quasi ad calidas aquas egressus est.

B

Iam Theodorici verba eodem in loco, præcedentia, in hunc modum subsequuntur.

Qui (videlicet Constantinus) cum in Nicomedia degeret, languore grauatus, nec ignorans vitæ huius incertũ, gratiam sacri baptismatis est adeptus. Distulerat em̃ vsq; ad illud tempus in Iordane fluuio hoc promereri desiderans. Porro autem tres filios imperij hæredes & Athanasium reuerti præcepit, &c.

Verba Zozomeni de eodem, ibidem.

Nicomediæ in suburbano, sacri baptismatis donis initiatus est, &c.

Iohannis Baptistæ Egnatij Veneti de imperatoribus scribens, sic ait de Constantino.

Tres liberos & Dalmatium fratris filiũ successores reliquit. XXX. & amplius annos imperans. XIII. vero ex his solus. De eius quoq; baptismate vti variant authores, sic constãti fide, quæ de imperij donatione circũferuntur, vti minus similia veri nõ probant, &c.

Idem de tribus Constantini filijs.

Hi tres imperium, quod per manus à patre acceperunt, ita partiti sunt, vt Constantinus maximus natu Gallias & Hispanias, Britanniam q; insulam obtineret. Canstanti Italia cũ Illyrico & Græcia cederet. Bizantium & Oriens Constantij esset. Qui Dalmatium sotium imperij haberet, &c.

C

Sexti Aurelij Victoris de gestis Imperatorum hæc de Constantino scribit.

Ad tres, orbis Romani dominatio redacta est. Constantino & Constantio ac Constãte, filijs Constantini. Hi singuli, has partes regendas habuerunt. Cõstantinus trans alpes, Constantius à freto propontidis, Asiam atq; orientem. Constans Illyricum, Italiam q; & Aphricam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam q; & Achaiam, &c.

O. G.

¶ Collige lector fidelis ex his omnibus, quid nam Siluestro magnus ipse dederit Constantinus. Perlustra quoq; omnium nobilium scripta authorum, & de Constantini donatione nihil fortasse quod approbari à doctis possit, reperies. Postremo, vt paucis rem ipsam absoluamus, lege Volaterranum, lege Nauclerum, lege etiam ac perlege Capnionem ipsum Iohannem Reuchlin Phorcensem virum doctissimum, qui in suo opusculo de Constantini vita, quod è Græco in latinum vertit, nullam prædictæ donationis mentionem facit, quanquam tamen (vt Græcus vult codicillus authore vero carens) illum à Siluestro baptizatum opinetur. Tu igitur lector studiose, diligenter omnia reuolues, vt è manu tandem Herculis clauam eripias. Vale feliciter.

Finis, de donatione Constantini.

AD LECTOREM.

DE Waldenſibus, qui à Petro Vvaldenſi, rerum (vt fertur) mundanarum contemptore, nomen habent, multa ſæpe tũ legimus, tũ etiam audiuimus, deq; his ipſis, apud Syluium iuxta ac reliquos ſcriptores nõ pauca. Quales aũt fuerint, nõ eſt noſtrũ iudicare. Nã vt deus ait per prophetã: Impietas impij nõ nocebit ei, in qua cũq; die cõuerſus fuerit ab impietate ſua. Chriſti em̃ nos eccleſiam nõ ſolũ hac in re, ſed in cũctis fideliter imitabimur. Sanctoꝝ quoq; patrũ decreta, & q̃ in bonis, ab optimis quibuſq;, tũ pro dei gloria, tũ pro cõmuni omnium bono, deciſa ſunt, nemo nõ vltro amplexabit ac ſequet. Qui contrariũ docuerit, is procul dubio, à patrũ noſtroꝝ recto iudicio ac fideli ſentimẽto & diutina cõſuetudine è diametro pugnat. Quid multa? Expurgãt ſe Vvaldẽſes ſup obiectis corã regia maieſtate, ſeq; hæreticos eſſe, conſtanter pernegant. Quæ igitur ad Hungariæ regẽ ſcripta ac miſſa ſunt, & per eundẽ ſiue ipſius cõſiliarios in Chriſtianũ orbem diuulgata, tu ad amuſſim ac perpendiculum lege.

ORATIO EXCVSATORIA, ATQVE SATISFACTIVA FRATRVM Waldenſium, regi Vladiſlao ad Hungariam miſſa.

Clariſſime rex, domine, domineq; noſter gratioſe.

NOs homines depreſſi, ac veſtræ maieſtati humiliter ſubiecti, contemptibili quoque nomine falſo amicti, humilem noſtram orationem, diuturnæ quoq; valetudinis cum cuiuſuis boni incremento, priuationeq; mali in felici veſtro imperio æquum veſtræ celſitudini præmittimus affectum. Notũ facimus dignitati veſtræ, quod retroactis temporibus ſcriptum veſtræ gratiæ ad nos vſq; peruenit: ne dum rumore hominum, verumetiam in multis noſtrum actuali impletione comprobatum. Quo ſcripto iuxta delationem inimicorum noſtrorum inique & iniuſte nos prauo iudicio ſententiantium malos & impios, ignariq; vulgi ſeductores, dæmonis aſtutia nocentiores eſſe, q̃ perfida gens Turcarum fuerit. Talium hoſtium calumnijs acquieſcentes, nos tales eſſe, ex ignorantia veſtra manifeſtaſtis deniq; officialibus amplitudinis veſtræ nos ex ditionis veſtræ vrbibus pellere, magiſtratibus abdicare, conciones noſtras (in quibus pro bono vtili veſtro deum oramus) intermittere, atq; contra noſtram conſcientiam aliorſum, quàm credulitate ſolita tenere valemus cogere: cæterũ vtriuſq; partis preſbyteris pro huiuſmodi nepharijs nos habendos eſſe, qui de deo, ſacramentis eccleſiæ, de communione corporis & ſanguinis Chriſti, diabolica capti nequitia male tenemus, ſentimusq; prauè: necnon condemnamus, flocipendimus, ludibrio habemus. Inſuper, vt homines omnem nobiſcũ conuerſationem fugiant, veſtris literis publice iuſſiſtis. Hoc ipſum nos audientes, atq; plurimi noſtrũ re ipſa plene experti, orationibus noſtris ad deũ confugimus, pietatem eius obſecrãtes, quatenus benignitate ſua, meritoq; ac interceſſione dilectiſſimi filij ſui vos à ſanguinis humani effuſione, triſticq; afflictione hominũ illoꝝ, qui diuinæ placere benignitati, voluntatem quoq; eius agnitam æmulari conantur, conſeruare velit. Simulq; deinceps verentes ne in perſonam veſtram, & regnum veſtrum, iram atq; furorem ſuum deus ex alto immittat. Poſtremo etiam magno deſiderio fuimus, ſi ſe facultas obtulerit, de religionis noſtræ arcanis (quorum cauſa, diuerſas anguſtias ſuſtinemus) ſimpliciter rationem, regulamq; pandere, quo ſuffulti auxilio, omnium etiam calumniatoꝝ obiectis delationibus, manſuetum & pium ſemper experiamur regem, atq; clementi veſtro imperio ſæua quæ uis in nos, turbulentaq; tempeſtas ilicò conquieſcat. Quapropter ſubmiſſe, gratia dei iuſtitiæ & miſericordiæ eius (quam à deo vobis dari aſſidue optatis) rogamus à veſtra pietate patienter audiri. Nam quod ſcripturi ſumus, ex cordis æquitate fingula oritura eſſe haud dubiteris, quod em̃ corde coram deo credimus, idipſum ore, tali pacto nunc profitemur. Hoc primũ credula mente pro fide vera ſuſcepimus, in qua etiam iam aliquandiu verſati, ſtabili animo, intentioneq; libera ob animaꝝ noſtrarum ſalutem immobiliter perſeuerare propoſuimus:

Omnem

A Omnem videlicet fidei veritatem ſpiritu ſancto reuelatam, in ſcripturis deinde ſacris eodē ſpiritu ſancto repoſitam, atque in Apoſtolorum ſymbolo ſummatim recollectam: ſimulq; à primitiua eccleſia re ipſa cuſtoditam, virtutibus, prodigijs, ſyncero dogmate, martyrio quoque certificatam. Poſtremo Concilio Niceno, ac ab epiſcopo Athanaſio, plurimisque dogmatiſtis in hęreticos ſtudio explanatā, neceſſariam eſſe ad animarum ſalutem, pręcipue hoc æuo, pari fide fatemur. Viua itaque fides vniuerſale eſt fundamentum ſalutis humanæ, quæ fides dono ſpiritus ſancti, meritoq; gratiæ Chriſti principaliter largitur, in eccleſia vero voce euangelica, ac veritatis verbo miniſterialiter annuntiatur, ſacramentis quoque eccleſiaſticis exemplariter confirmatur. Symbolum apoſtolorum Fides

PROFESSIO FIDEI TRINITATIS BENEDICTAE.

Eodem fidei fonte ſtabiliter quoad ſpiramus, credimus, & fatemur: Satorem atque fidei ſalutis datorem eſſe deum omnipotentem, in deitatis ſubſtantia vnum: in perſonis vero trinum, patrem, filium, ſpiritumq; ſanctum, vnum deum perpetuo benedictum. Qua fide de deo patre, deo patri, & in deum patrem integre credimus. De deo patre credimus, filium ſuum vnicum perenniter genetare, quem miſericordia ſua motus in redemptionem & ſalutem mundo dedit, cuius merito ſolus genitor ſecundum propoſitum electionis ſuę ſalutem operatur. Genitori deo eadem fide credimus, quando teſtimonio eius integre acquieſcimus, quod ab eo cœlitus de gratiſſimo eius nato delapſum eſt. Hic eſt (inquit) filius meus di
B lectus, ipſum audite. Quod etiam beata & ſemper inuiolata virgo Maria, concordi ſententia protulit: Quodcunque (ait) vobis filius meus dixerit, facite. Vera etiam atq; fidelia mandata eius pari fide dicimus eſſe à deo, vt qui in fide adulta ætate viuens, ea reliquerit, ipſum ſalutem in Chriſto nequaquam fore adepturum. In deum patrem credimus, quando cunctipotentem cœli orbiſq; creatorem eſſe ſcientes, ipſum corde diligimus atq; opere iuxta notitiam virtutemq; mandata eius cuſtodimus. Trinitas. Genitor

DE VERBO INCARNATO SYNCERA FIDES.

Catholica fides, quam ſemel ſuſcepimus à deo, nos eadem de Chriſto, Chriſto domino, & in Chm facit credere, profiteriq;. De Chriſto ſapientia æterna credimus, verum, vnicum Deum, æqualem in diuinitate patri ac ſpiritui ſancto, poteſtate, ſapientia, & bonitate vitam æternam eſſe, perpetua generatione ex patre procedere, per quem feciſſe & ſecula haud ambigimus. Qui vt promiſſa patrum impleret, in Gentium ſalutem ab alto perſonaliter deſcendit cœlo, thalamo virginali incluſus: plenitudine temporum in terra viſus eſt, in cruce atrociter diſtentus, Pilato tunc in Iudæa pręſidente cum ſanguine puriſſimo animam exhalauit: ligno depoſitus, ſaxeo reconditus eſt ſepulchro, luce tertia placido expergefactus eſt ſomno. Nouiſſime quadrageſima die ſerena ſublatus nube. In dextera patris, loco videlicet eo digniſſimo, nobiliſſimo reſidentem, regnare credimus, vt omne cordis noſtri deſiderium, quæuis, ſimul noſtræ ſpei fiducia ſurſum in gloriam ſanguine ipſius paratam,
C tollatur: qui in throno gratiæ reſidens, fidelis aduocatus interpellat pro his, qui hæreditatem gloriæ percepturi ſunt. Eccleſiam ſuam pro qua ſeipſum obtulit ad mortis ſupplicium, gratia, virtute, auxilioque dono gratuito, non deſerit, quam in diebus carnis ſuæ vehementer obſeruauit: cui omne genus viuentium, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum ea lege eſt ſubditum, vt quemadmodum patrem deum, ita filium pari gloria, æquo honore, ſimilique maieſtate colant, venerenturque: linguaque ſua ipſum in gloria, ſedeq; maieſtatis patris ſcilicet ſui reſidere fateantur. Neque cœlo aliquando deſcenſurum niſi omnium Gentiū aduerſitas ſubdita ipſius pedibus, tandem damnatione conteratur æterna. Chriſto Ieſu annuimus dummodo iuſſa eius, quę nos ad credendū in eum, fidendum, diligendumq; pro vita gloriæ adeunda obligant, vera ac fidelia dicimus eſſe. In Chriſtum autem credimus, quando deum & ſaluatorem noſtrum cognoſcentes, omnes eius ſermōnes plena fide amplectimur: ipſum quoque perfecta charitate diligentes, cum fidis eius membris in fide, amore copulamur. Filius

DE SPIRITV SANCTO VERA FIDES.

Eiuſdem poſtremo fidei virtute tenaciter credimus, quam vſque exitum tenere decreuimus, de ſpiritu ſancto, ſpiritui ſancto, & in ſpiritum ſanctum. De ſpiritu ſancto quod eſt vnus verus Deus, cum patre, verboq; vnigenito: in hoc dumtaxat diuerſus, quod ab vtroq; emanat. Cuius munere fidei viuificantis, renouantis & reformantis ad Chri participationē Spiritus ſanctus

meritoriæ gratię iuſtificationis, veritatis, fortitudinis, perfectæq; ſalutis, vnuſq; ſque peruenit. Quo etiam eccleſia ſancta in Chriſti fide cui portę inferni reſiſtere non valent fundatur: quam ſimiliter eodem ſpiritu in membris fidei veræ lauat, iuſtificat, ſanctificat, ordinat, gubernat, congregat, roborat, fructificat. Simulq; diuinæ literæ eodem ſpiritu ſunt inſpiratæ, atque cognitæ. Eo quoque mẽbra eccleſię vniuntur, ab eo pariter dona regiminis eccleſiæ procedunt, atque alia q̃ plura eodẽ ſpiritu ſancto in vitã glorię perficiuntur. Spiritui ſancto credimus, quando diuinis ſcripturis aut Apoſtolis dei, plene conſentimus. In ſpiritũ ſanctũ credimus, dum clara eius notitia, & fide haud ficta ipſum diligimus, & cũ membris eo afflatis oñes eius veritates reuelatas in gloriam æternam cuſtodimus

DE ECCLESIA SANCTA, PROFESSIO.

Eccleſia. Eadem formatæ fidei plenitudine credimus, ſanctam Catholicam Eccleſiam, ratione fundamenti fidei viuæ, eſſe numerũ omniũ electorũ ab mundi exordio vſque ipſius conſummationem, quos Deus pater in Chriſto ſpiritu ſuo eligit, iuſtificat, vocat in gloriam ſalutis magnificat: extra quã nulla ſalus hoĩbus eſt. Ratione autem miniſteriorũ, diſpenſatorumq; ipſius ſanctam Eccleſiam Catholicam credimus eſſe congregationem omnium miniſtrorum, ac populi obedientia ſubiugati, ab initio vſque ad conſummationem omniũ temporũ diuinæ voluntati obſequentium, quos ſolus Deus ſpiritu ſancto inſpiratos mittit, dans eis verbum fidei, pacis, reconciliationis, vt fructũ in vnitate eccleſiæ ſalutis afferant, & labor eorum ſalutifero non fraudetur præmio: quorũ nomina numerumq; ille ſolus ſcit, qui ea in vitæ libro exarauit. Prima pauloante eccleſia neminem damnandũ continet profecto altera mixta ſeruat ad tempus præfinitum iudicij extremi, Eccleſia malignantium eos, qui ex maligno prodierunt, ambit, quos diabolus in perditionem mundi, & in probationem electorũ mittit, hoc temporũ curriculo quo nos ſpiramus. In hanc eccleſiam omnia acerba, triſtiaq;, quæ Chriſtus atque Apoſtoli eius vaticinati ſunt, cumulatim deuoluta ſunt, videlicet vt hi, qui honore Eccleſiaſtico ſunt indigni, ſua poteſtate ei dominentur. Renouationis etiã promiſſa iam eidẽ completa eſſe. Neque autem nos tantũ nobis arrogamus, vt Catholica eccleſia dici, fieriq; velimus, apud quos duntaxat ſalus repoſita fuerit, verum ſolicita diligentia laboramus eccleſiaſticæ veritatis participes effici, rectoribus demũ eius inobedientia ordine ſtantes, intimo amore ſubijci. Malis vero oparijs, quos hoſtes ſponſæ veritatisq; eius deprehendimus, timore ęternę damnationis, obedientia denique Chriſti, eccleſiæ quoque eius, in his quæ contra legem ſentiunt, loquuntur, aguntve ſubeſſe, pareręq; veremur. Quapropter anguſtias, ludibria, calumnias, gratia ſalutis animarũ noſtrarũ patiẽter ferimus. Niſi enim timor ſanctus nos detineret, horror quoq; gehennę, libertatẽ ſeculi in quo datur facultas viuere quemadmodũ velis, cũ vanitatibus ipſis amplecteremur. Sed viam arctam, triſtem, iriſam maluimus eligere, quam ipſe redemptor Chriſtus, eccleſia denique ſponſa eius à mundo damnata abiectaq;, veſtigia Chriſti ſignata ſequens ambulauit, quàm momentaneas ſeculi blanditias deguſtare, ſecuriq;.

DE MINISTERIIS ECCLESIAE.

Eccleſiæ miniſteria Primum & potiſſimũ miniſteriũ eccleſiæ Catholicæ eſt euangeliũ Chriſti, quo gratia & veritas crucis tormẽto laborioſe acquiſita manifeſtatur, quæ gr̃a electis vocatis dono fidei à ſpũ ſancto, deoq; patre in ſalutem largitur. Alterũ deinceps neceſſarium eccleſiæ Chriſti miniſteriũ, verbũ ſani dogmatis innoteſcimus eſſe, quo veritas ſalutifera in ſenſu fidei cognoſcitur: ex qua notitia, homini boni deſiderij vita gratiæ, gloriæq; adminiſtratur. Similiter ſacramenta ſeptenario incluſa numero eccleſię Chriſti vtilia eſſe pandimus, qbus populo creSeptem ſacramenta dulo promiſſa dei impleta eſſe ſignificantur: ingreſſus eriã in eccleſiã dei ad ſeruandam vnitatem in ea conuerſantium in gloriam per ea miniſtratur.

BAPTISMVS.

Baptiſmus Fides à Deo data, talia de baptiſmate primo ſacramento cogit ſentire: Quicunque matura iam ætate auditu verbi Dei fidem adeptus, qua in anima renatus, illuminatusq; vim nactus fuerit, talis exteriori lauacro in argumentum interioris munditiæ per fidem acquiſitæ baptizari tenetur in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, in vnitatẽ eccleſiæ ſanctæ. Profeſſio iſta noſtra etiam in pueros extenditur, qui Decreto Apoſtolorum (prout Dionyſius ſcribit) baptizari debent, poſt, ductu compatrum in Chriſti lege eruditorum, ad vitam fidei inuitandos eſſe, aſſueſcendosque.

De Confirma-

DE CONFIRMATIONE.

Confirmatio

Fide ex diuinis ſcripturis ſumpta profitemur temporibus Apoſtolorum iſtud obſeruatum fuiſſe, quicunque in pubeſcentiæ annis promiſſa donorum ſpiritus ſancti non acceperunt, huiuſmodi per orationem, manusq; impoſitionem, in fidei confirmationem ſuſcipiebant. Eadem quoque de infantibus ſentimus, quicunque baptizatus ad veram acceſſerit fidem: quam imitari re ipſa in aduerſitatibus & contumelijs propoſuerit, hac ipſa ratione, vt noua regeneratio in ſpiritu eius, vitaq; gratiarum reuelata videatur, talis ad epiſcopum, aut ſacerdotem duci, ſtatuiq; debet, qui interrogatus de fidei veritatibus, præceptisq; diuinis, ſimulq; voluntate bona, intentione ſtabili, ac veritatis operibus illa omnia ſic ſe habere fatendo teſtabitur: talis confirmandus eſt in ſpe veritatis conſequutę: deniq; oſonibus eccleſiæ iuuandus eſt, quatenus ei incrementũ munęq; ſpiritus ſancti ad ſtabilitatẽ, militiamq; fidei accedat. Manus poſtremo impoſitione ad firmanda promiſſa dei, veritatisq; habitæ in virtute nominis patris & verbi eius, flatus quoque almi, eccleſiæ ſocietur.

DE EVCHARISTIA.

Euchariſtia

Fide ipſa, quam ſcripturarum ſanctarum miniſterio hauſimus, credimus, lingua quoq; noſtra reſonamus. Vbicunque dignus ſacerdos cum fido populo iuxta ſenſum & Chriſti intententionem, Eccleſiæq; ordinationem orationem faciens huiuſmodi verbis, videlicet:
B Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus, teſtificatus fuerit: confeſtim præſens panis, eſt corpus Chriſti in mortem pro nobis oblatum. Vinum ſimiliter præſens, eſt ſanguis eius effuſus in peccatorum remiſſionem. Hæc fidei noſtræ profeſſio verbis Chriſti firmatur ab Euangeliſtis, & à ſancto Paulo conſcriptis. Ad hanc profeſſionẽ etiam iſtud accedat. Hoc corpus Chriſti & ſanguis eius, iuxta Chriſti & Eccleſiæ quoq; eius inſtitutionẽ, ſub panis viniq; ſpeciebus vtriſque in cõmemorationẽ meã eius mortis, ſanguinis etiã effuſionẽ ipſius, quemadmodum ait: Hoc facite in meã cõmemorationẽ, ſumi debet. Deinde mors Chriſti, verbo Euangelij, atque bona vtilia morte eius diſpoſita, annuntianda ſunt. Similiter ſpes fuſi ſanguinis, vt Apoſtolus teſtatur: Quotieſcunque (ait) manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Tertio, pro veritatis ſpiritalis notitia, de qua Iohannes Euangeliſta ſcribit: In certificationem ſimiliter donationis, ſumptionis, vſus, acceptionis, veritatis, per fidem in ſpe, ſicut ait dominus: Accipite, & comedite: Accipite, & bibite. Quarto, propter ſimultaneũ vſum: nanq; ex Chriſti & primitiuæ eccleſiæ inſtitutione atque praxi, tunc ſacerdos miniſtrare debet, quando fideliũ neceſſitas fuerit, qui cũ eis ſimul accipere tenetur, vt dicit: Hoc facite in meã commemorationẽ. Paulus etiã: Calix cui benedicimus, nonne cõmunicatio eſt ſanguinis Chriſti? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt? Nanque vnus panis & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Quinto, ob fidelium ab infidelibus & indignis diſcretionem, & propter excõmunicationẽ & correptionem eorum, qui labe vitiorum fœdati, pœnitentiam agere recuſant. De eo Paulus ſcribit:
C Nolo vos (inquit) ſocios eſſe dæmoniorum, non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non poteſtis participes eſſe menſæ domini, & menſæ dæmoniorum. Rurſus: Auferte (inquit) malum ex vobiſmetipſis: nam ſi is qui frater dicitur, inter vos & eſt auarus, fornicator, aut idolis ſeruiens, aut ebrius, ſeu maledicus, aut fur, cum huiuſmodi neque cibum accipite. En fides noſtra gratioſiſſime rex de corpore & ſanguine Chriſti, erga quã quemadmodum mutare aut auferre ea ipſa quæ dominus Ieſus verbis dignatus eſt teſtificari, ad quem ſimiliter vſum tradere, formidamus: neque etiam apponere quicquam audemus, quod inſtitutor ſacramenti non addidit, ſimulq; primitiua Eccleſia, quæ Chriſtum in paupertate, labore, ſequens, ſua ſimplicitate ædicta legis non violauit. De iſto profecto ſacramento, quod dominus ex magna gratia inſtituit in charitatem & amorem electorum, multa diſſidia ex ſenſu, opinionibus, & ſanctionum additamentis emerſerunt, adeo quod contra intentionem inſtitutionis domini, alij in alios inſania capti homicidia perpetrant. Nos vero tanti cauſa mali euitandi, ad Chriſti fidem, verba, intentionẽ, ſenſum eius verbis inculcatum confugimus, vt quod credere iuſſerit, ſimpliciter credamus: quod deniq; facere mandauerit, fideliter operemur. Reuera non modo de pane accepto, benedicto, fracto, teſtificato eẽ corpus ſuũ nos credim⁹ corpus eius eſſe: verũetiã ſi lapidẽ accipiẽdo, dixiſſet ipm corpus ſuum eſſe, plene ita credidiſſemus. Gratia huius ſimplicis noſtræ fidei, quia opinione hominum nos abduci ab ea non patimur, hæreticamur: pro vſu etiam actuali, ad quem nos ſermo Chriſti, Apoſtolorumq;, & exemplum operis eiuſdẽ ſacramenti inuitat, quia ita agimus, vtimur fide integra in mortis Chriſti memoriã, condẽnamur, iudicamur, captiuamur, & affligimur. Chriſtũ em̃ redẽptorẽ noſtrũ vetitu eius diſſuaſi, atq; p̃cepto eius aſtricti, cultu,

Primitiua Eccleſia

cti,cultu,honore ſibi digno colimus:aliud venerari quemadmodum ipſum ſolum in dexte D
ra reſidentem,cum patre & ſpiritu ſancto vehementer metuimus. Quapropter benigniſſi
me rex,ſciat ſerenitas veſtra hoc nos non contumacia,neque contemptu vllo facere:ſed ti-
more Dei,& obedientia eius. Nobis autem pro Chriſti fide damnatis,ſublimitas veſtra cõ-
pati velit precamur:optamus quoque,vt Deus excelſus gratia ſua,dignitatem veſtrã ab ira
ſua cuſtodire,conſeruare{que} dignetur.

DE SACERDOTII ORDINE.

Ordo ſacerdotalis

Ipſa fide noſtra credimus ordinationem ſacerdotum à ſummo Epiſcopo, Sacerdote-
que magno in veritate prodire, vt in loco legationis Chriſti miniſterium, euangelizatio,
doctrina,iudicium,oblatio,orationum ab hominibus gratiarum actiones,laudes deo ab eis
peragantur. Similiter à deo fiat ad homines,vt dei promiſſa in ſpe habitæ fidei veræ veriſi-
centur,& excommunicatione ab hoc bono mali arceantur. Deniq; hoc etiam fide fatemur,
quod ñ qui alios ordinare intendunt, Chriſtum æmulari tenentur, & legationẽ eius recto
animo abſque perſonarum acceptione,auara demum cupidine vacui,& ſimonia,conſum-
mare tenẽtur. Eadem fide proponimus,quod ordinandi maioribus aut minoribus ordini-
bus promouendi vita virtuoſa in Chriſti fide alios fideles debent excellere. Viua enim fides
ſanctificat,& idoneitatem omnibus muneribus tribuit:benedictionẽ,vitam{que} poſſidet. Bo
na enim opera honeſtæ conuerſationis,indumentum ſunt ſacerdotis atque ornamentum,
in gloriam patris cœleſtis,& ad exemplum populi,virtutem{que} verbi. Etiam dona ſpiritus
ſancti vberiora tenentur habere amorem,ſcilicet ardentiorem in Chriſtum,ſalutis ſuę,pro
ximorum{que} confidentiam,in deum fiducia,intentionis æquitatem,ſenſum fidei ſanum in
conſcientia bona,præparatos pedes in euangelium pacis,prudentiam ſpiritus,legis diuinę
ſcientiam,diſcretionem ſpirituum,& ſic de aliis. Quicunque clericus tali ordinatione euehi E
tur in ſacerdotium,talem ordinationem ſacramentum eſſe profitemur: quoniam quidem
ſignum ſunt veritatis ſacerdotij ſummi Chriſti Ieſu,eius{que} ordinationis à patre deo. For-
ma{que} miniſterij tanquàm capitis Eccleſiæ ſuæ ad adolendum deo incenſum veritatis in
Chriſto. Ad plenam presbyteri gradationem tria eſſe neceſſaria approbamus. Primũ pro-
batio vitæ,fidei,donorum,fidelitatis quoque in exilioribus negotijs creditis. Alterum ora-
tiones cum ieiunijs. Poſtremum,contributio poteſtatis aptis ad hoc verbis,& manuum im
poſitio ad corroborationem.

DE MATRIMONIO.

Matrimoniũ.

Fide atteſtamur matrimonium eſſe duarum perſonarum vtriuſque ſexus maris & fœmi-
næ,legitimam honeſtam & decentem in Chriſto vnionem,caſtum thorum cum indiſſolu
bilitate cuſtodientium. Et eſt ſignum magnæ veritatis,copula ſcilicet Chriſti cum eccleſia,
& fideli anima.

DE POENITENTIA LAPSORVM.

Pœnitentia

Ex fide affirmamus,Peccatori lapſo,Deus ſi cor contritum & humiliatum in vitia largi- F
tus fuerit,fidem Chriſti veram habenti,& ſi animo,intentione,opere,à retroactis vitijs re-
ſipuerit,talis in veritate conſtitutus,ſi presbyterum ſcientem diſcernere malum à bono,cu
ius labia ſcientiam diuinę legis cuſtodierint,inuenerit:huiuſmodi ſacerdoti recta intẽtione
ſcelera confeſſione reuelare debet, quo veluti iudice in loco dei præſidente & eccleſiæ,iure le
gis domini,culpæ eius grauitas(qua rubore perfundatur)recte dijudicetur,& correctus cõ
ſilium pœnitentiæ ad reformationem ſui habeat. Chriſti clauibus,aut ſolutus,aut ligatus hu
militer obſequatur. Talem cordis ſubmiſſam contritionem pœnitentię ſacramentum, hoc
eſt ſignum veritatis gratiæ largitæ pœnitẽti. Sin aũt cor depreſſum,cõtritum,ac flagitia ex
fide abhorrens ſpiritus contribulatus{que},voluntatem dei amplectens defuerit,ſimul{que} con-
feſſio cum relaxatione culpæ,atque ſatiſfactio ſimulata ad hæc acceſſerit,vanum ſignum va
cuum gratia Chriſti eſſe pronuntiamus.

VNCTIO EXTREMA INFIRMORVM.

Vnctio extrema.

Aegrotantium vnctio duo in ſe tenet. Primum, cauſam facilioris acceſſus ad languentes.
Hac re ſacramentum non eſt. Alterum eſt res ipſa ſignata tali vnctione,quæ tribuitur à
deo in Chriſto:pro qua re in recta fide vt languenti fideli id condonetur præcipue orandũ
eſt,beati Iacobi p̃cepto. Infirmatur q̃s(ait)in vobis,inducat presbyteros eccleſię,& orẽt ſu-

per eum,

A per eum vnguentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Fide ægrotantis signum vnctionis certificat scelerum remissam.

COMMVNIO SANCTORVM.

Communio sanctorum

Habita fidei Ecclesiæ Catholicæ, veritatisq; eius, ex qua veritate sanctitas ei datur, enuntiatione. Iamq; supereſt eadem fidei firmitate de sanctorum communione fateri. Sanctorum communio est, quando membra Ecclesiæ sanctæ bona gratuita, salutifera, administratoria q; omnibus gratia Dei sine pœnitentia largita mutuo in communi vtuntur, atque secundum donationis gratiam Dei seipsos exhibent ad communem aliorum vtilitatem. Palàm itaque est, quod tantummodo electi veræ fidei, gratiæ, iustitiæ in Christo, merito ad gloriam salutis æternæ participes sunt: quemadmodum & sacramentis communicant in fidei euidentiam, tametsi in seductione fuerint, damnatio tormenti non eos apprehendet. At mali informis fidei, quanquam sacramentis, dignitatibus, administrationibus, publicisque moribus in veritate communicauerint, dummodo veræ fidei exortes fuerint, indigne quẽadmodum hypocritæ, participant: qui si etroneos ꝛmulati fuerint, eorundem ductu in seductionem & deceptionem corruunt.

DE REMISSIONE PECCATORVM.

B Credulitate Christi gratiæ liberè enuntiamus, quod qui viuaci fidei communicat, ea ipsa veritatem relaxationis vitiorum in Christo assequitur: simulq; quia sacramentis Ecclesiæ participat, solutionem criminum in eadem fide atque certitudine adipiscitur, qui si in finem vitę perdurauerit, vitam gratię hic extremi quoque tempore iudicij in beata resurrectione glorificationem animę consequetur. Amen. Remissio peccatorum.

Ista est rex clarissime, fidei nostræ professio, quam corde Catholicam tenemus: quæ sua stabilimentum in fidei scripturis habet, quas scripturas fastidiosa prolixitas, vestræ quoque mentis diuersa occupatio non patitur adducere: quippe cum multis sacrarum lras argumẽtis, amplis quoque rationibus causas similiter interserentes discessionis nostræ à Romana Ecclesia scriptum aliud ante hoc confecimus: verum pondus negotiorum vestrorum vestræ celsitudini illud mittere videndum, legendumq; distraxit: quodq; ipsum si dignitati vestræ mens ea habendi fuerit, prẽsto sumus edere. Cæterum vestra maiestas sciat causam dissidij, non esse species religionis, aut superstitiosos ritus, sola impedimenta sanctissimæ fidei ministerijs quoq; eiusdẽ potissimum fuisse. Ea profecto fide Catholica disgregamur, vt suffragia, sacramentaq; eius à Christo ordinata liberè exequamur. Quàmobrem à vestra regia clementia humillime precamur audiri, quatenus scriptum istud tanquàm à rectis, simplicibusq; hominibus missum æqua accipiatis mente. In quo si minus plene honori vestro, decentiæq; vestræ tributum fuerit, veniam ignorantiæ nostræ benignitas dabit vestra. In
C quo etiam scripto, si nonnullas sententias celsitudini vestræ duras, acerbasq; deprehenderitis mansueta mente ferenda esse optamus, quanquam vera in fide stabilitatem & immobilitatem quęrimus, tamen certior veritas agnita execrabilẽ fugat pertinaciam. Stamus quoq; eruditioni humanæ, doceriq; volumus ex sacratis legis traditionibus, ad sanum q; sensum Chriſianę religionis duci affectamus. Neq; sane vanus ingratus quoq; eius labor erga nos vi debitur, neq; etiam nos quispiam tam temeraria pertinacia captos esse putet, vt perspicuæ veritati haudquaquam cedamus. Neq; etiam hæreticos appellare nos iuste audebit quisquã Non enim error in mente, sed voluntatis pertinacia hæreticum efficit. Nos omni hæresi renuntiantes emendationi indies vacamus. Noua quippe dogmata, recentes quoq; religionis Christianæ adinuentiones contra legem Dei non cudimus, vt exinde honorem, opes, dignitates, auramq; popularem nanciscamur: quoniamquidem idipsum non veri cultoris hominis est, sed ipsius hæretici, qui non sanam fidem, neque verum cultum Dei sapit, sed terrena potius & caduca diuitias quærit: quas ad vocẽ dñi spõte suas relinquere recusat, verum ad multorum hominum sanguinis effusionem defendit. At nobis longe alia mens est, qui nedum ab cruore humano fundendo studiose abstinemus, sed etiam diuino iussu vitam nostram, fluxas opes, orantes pro persequutoribus, patienter ob vitæ æternæ adeptionem abijciamus: simul etiam in dignitatum potestatibus constitutis subiecti, imperata seruamus omneq; opus iustum parata mente exequimur, neminẽ etiã blasphemantes, pacem, concordiam cum omnibus habere contendimus. Gratiam insuper vestram, causa dei iustitiæq; ipsius obnixe, obsecramus, vt placido fauore nobis compatientes nos sub imperio vestro

Quis vere hæreticus

vitam

vitam mansuetam, tranquillam q̃ agere non dedignemini: nanq; Deum pro diuturna vi- D
tæ vestræ sospitate, & inclyta sobole vestra sub dominio vestro pie, innocenter q̃ viuen-
tes, assidue orare non cessamus. Quod si immota mente, tenaciue dicto persistentes, nos
vrbes principatus vestri incolere non patimini, clementiam vestram sedulo flagitamus,
vt modestia vestra hostium nostrorum immanitas moderetur, vinctis denique nostris, qui
iam diu cæco seruantur carcere iussu vestro exeundi libertas condonetur, oramus, atque le-
ge fideiussoria astrictis, vt eis interuallum ad expediendum cum bonis suis illæsis facultas de
tur, vehemẽter petimus. Neq; etiam dignitatem vestram pontificium ius latere existima
mus ad fidem videlicet cogendum esse neminem, quanto magis ad bona opera: vtrunque
voluntarium Deus ab homine exigit: quod q̃ etiam apud homines vulgo obseruatur, nul-
lum seruum habendum esse, nisi voluntarium: multo magis Deus libertatis non coactum ali
qua necessitate, sed electione liberi arbitrij verioribus acquiescentem exposcit. Soluto itaq;
arbitrio, ducti quod verius, certius indies nouerimus, non solum coacti, sed amore ad id bo
num allecti ferimur: cui q̃ bono tanta stabilitate hæremus, vt neq; horror mortis, sæua gla-
dij acies, dura q̃ tormenta, atque alia plura nos distrahere valeant. Imperio quoque vestræ
maiestatis illud fieri fratribus nostris, qui sub ditione dominorum odientium nos incolunt,
intime poscimus, vt libertas mutandi locum eis detur, manendi q̃ sub placidiori dominio.
Idipsum si annueritis, Deus largitor omnis boni regno vestro pacem, concordiam, & scele
rum relaxationem vestrorum benigne infundet: quoniam arma nos tuẽdi nulla nobis sunt
alia, quàm desideria cordintima orationum nostrarum ad Deum protectorem validum
semper missa, quatenus facilem vobis mentem, animum q̃ humanum tribuat sua virtute,
inflectat q̃ ad nos homines ignominiose contumelia affectos. Idcirco à te rege iusto, pio q̃
defendi, protegi q̃ tanquàm orphanos pressuras sustinentes, optamus: quibus in angustijs
præter pientissimum Deum nullum alium quærimus, quàm vestram amplitudinem, neque
alium appellare præter maiestatem vestram animus est noster. Aequo ergo animo sub tuo
principatu nos viuere, dei q̃ cœli in Christo Iesu, virtute quoque spiritus sancti religiosum, E
pium q̃ cultum æmulari iube, ac fine: quoniam adest dominus, & cum eo ecce merces co-
piosa. Si autem nos deseruerit in tantis angustijs, abieceris q̃, hostibus etiam nostris affligi,
excruciarive permiseris vti velint: quid aliud superesset nobis agendum, cogitandumque,
quàm dolenter in nostris continuis orationibus pro defensione, tuitione, prouisione q̃ sine
intermissione ad dominum vociferari, fidentes inexhaustæ eius bonitati, quod iuxta fida
promissa nos homines ei ipsi, veritati q̃ eius tenaciter inhærentes non derelinquet: sed auxi
lio valenti, vt saluari possimus, suffragabitur.

Cæterum Deus ex alto magnificentiæ vestræ istius compendij acceptabilem tribuat
amplectentiam, sua postremo benignitate cor vestrum emolliat ad tuendum populum
abiectum, humiliatum q̃. Pro q̃ tali defensiõe à Deo benedictionem, fausta m q̃ regni ad-
ministrationem, nunc in gratia Christi, tãdem in iustorum remuneratione vitæ glorifica-
nem perennis adipiscemini. Amen.

CONFESSIO FRATRVM VVALDENSIVM REgi Vladislao ad Vngariam missa.



VMilem nostram subiectionem cum supplici obsecratione maie F
stati vestræ celsitudinis, nos fratres in Christi nomine congrega-
ti præmittentes, hoc scripto nostro notum facimus, quemadmo
dum enim serenitas vestra literas nomine suo iampridem ad Bo-
hœmiæ hoc regnum in nos fidos vestros sparsim misit, quibus
atrocius fortasse quàm liceat, nostris quibus mancipamur domi-
nis, p̃cepit nos in vrbe Pragensi, die videlicet celebritatis diui Io
hannis Apostoli, coram vtriusque status rectoribus spiritualium
scilicet & secularium constitui. His denique ipsis studiose iussistis
vt illic nomine amplitudinis vestræ nos ab opinionibus nostris,
quibus tenaciter hærere consueuimus, desciscere cogant, & alterutram partem inter se dissi-
dentem, qua moderandi essemus pro nostro arbitrio asciscere, atque demum talibus præla-
tis, in quorum cœtum iam sponte nostra concesserimus, plene instructi ac eruditi, nos cre-
dere eo pacto, vt instituerit iuxta ritum orthodoxæ fidei, sanctorum q̃ doctorum sanctio
nes mandastis. Quod q̃ si idipsum facere nobis minus videatur, tunc nos veluti condemna-
tos latrones, ac pertinaces hæreticos regno pellere, atque alia plura præfatis vestris scriptis
nobis inferre mala sæuitiæ eorum frena laxantes palam indulsistis, quæ amoris studio illa
prætergredimur. Nos vero solo hominum rumore, quibus literas vestræ maiestatis, non

modo

A modo legere, ſed neq; etiam videre datũ eſt: paſſim volante attoniti, ilicò mentis noſtræ cogitatio percita eſt, veſtræ nimiæq; manſuetudini & humanitati, qua vos ſemper vt huius regni ſceptra tenere cœpiſtis, ꝑſtare cognouimus, qui iuſtitiæ, paci, tranquillitatiq; aſſidue incubuiſtis. Ac modo tanta in nos atrocitate ſæuire, minime cõuenire cenſuimus: quoniã quidẽ veſtram celſitudinẽ longo iam experimẽto didicimus, magis clementi iuſtitia, q̃ ſæuera æquitate veſtros ſubditos frenare conſueuiſſe. At vero quia veſtrã manſuetudinẽ nũc à lege humanitatis, clementiæq; deſciuiſſe perſpicimus, idcirco vehementer amplitudini veſtræ cõpatimur, quandoquidẽ rem gubernationi veſtræ aduerſam maluiſtis amplectι nos deniq; hoc ipſum à veſtra maieſtate penſandum eſſe velimus, æquum ne illud, an iniquum fuerit, veſtra diſcutiat ſerenitas rogamus: Nos tanq̃ ſicarios & hæreticos à vobis cõdemnatos, de natali ſolo præter ius terræ abigendos eſſe. Atq; vt tales nos infames eſſe, omne genus mortalium credat, fateaturq;, literis veſtris publice promulgari admiſſum eſt, quibus nec vlla vnquã patens audientia rite præſtita eſt. Quin etiam, quod longe abſurdius videtur eſſe, neq; ſatisfactioni ſiue rationi noſtræ fidei, quam iam pridẽ veſtræ maieſtati regiæ aperte exhibuimus, recte ne an impie crediderimus, ſenſerimus quoq;, catholice haud quaq̃ reſponſum eſt, ſed ſilentio ſuppreſſum: qui quidem emendare, nedum praue credita, ſed etiam impie ſenſa ſemper proni, ac voluntarij fuimus. At iam modo diram condemnationis ſententiam, quæ nuper iam in nos illata eſt, iure ferendũ eſſe quiſq; arbitrabitur, an non potius ſingula huiuſcemodi præter legem humanitatis eſſe nobiſcum acta fatebitur? Qua nempe radice vniuerſa iſta in nos mala & aduerſa pullulent, & vnde exoriantur optime callemus: excubant eñ ſtudioſe hac in re noſtri calumniatores, qui quidem vetuſto in nos odio ſæuientes exterminare, & perire magis q̃ emendare malunt. Illi reuera ſunt criminatores permoleſti, qui ſuis nephandis flagitijs perditi, clementem animũ veſtræ ſerenitatis ac mitem perturbant: quibus ne aures benignitatis veſtræ pateant, magnopere oramus. Namq; omni iuſtitia & probitate vacui ſingula quæuis huius regni iniurioſis machinamentis, ac tumultuoſis ſeditionibus ad vſq; horrendas cædes complere moliuntur. Talibus ſane efficacius ſcribendũ eſſet, vt à tantis cœptis negotijs deſciſcerent. Cæteræ illud magnificentiam veſtram cur à Romana cohorte iam pridem deſciuimus minus latere volumus. Execranda profecto ſpiritualium prælatorum malignitas (authore diabolo) cuius potiſſimum opus eſt ſerere inter fratres diſcordias & diſſidia, nos à Romanæ eccleſiæ cœtu deſciſcere compulit. Hi quidem cæca maleuolentia, & inſolenti poteſtatis tenebrarum faſtu, mutuo debacchantes, pacis atq; eccleſiaſtici amoris iura ruperunt: ſimulq; omni humanitate deſtituti, non modo ſe infami ſermone, ſed etiam mordacibus ſcriptis, & contumelioſis palàm laceſſabant: nanq; alteri alteros impudenter quadam Antithei malignitate perciti, poteſtate clauium eccleſiaſticarum, ſalutifera veritate, religioſo cultu, gratuita pietate, orthodoxa fide, chariſmatum munere, omni deniq; bono opere ceſſauerunt. In concionatorijs præterea phanorum ſuorum cathedris, magna hominum multitudine aſſiſtente, tum authoritate diuinarum vocum, tum rationibus validiſſimis, tumq; argumentorũ exB emplis firmiſſimis, demum paternorũ canonum aſtructionibus & minacibus cenſuris ſe ſchiſmaticos, hæreticos, ſacrilegos, pſeudoprophetas, lupos rapaces, beluamq;, ac meretricem Apocalypticam profane notantes & concionantes, argute approbare moliebantur. Atq; tanta inſolentia debacchati vniuerſum regnum illa tempeſtate turbauerunt, eò vſque vt armis certare mutuo eiuſdẽ regni incolas, clade deinde cruenta tam ſolum quàm vndas tingere, diſſidiaq; oriri neceſſarium fuit. Sicq; veterũ ſeculorum placida, & aurea mutata eſt felicitas. Quapropter noſtri anteceſſores pacis, ac cõcordiæ maximopere cupidi, hæc mala in iſto regno verſari lugubri mente contuentes, & quæ tũc ab eccleſiaſticis viris orta ſunt triſti gemitu his malis anxij lamentabantur. Deum tandem propitium, vt huius regni ſtatum in melius cõmutaret aſſidua precatione ſolicitabant. Deniq; vtipſi qui tantorũ malorum videbantur eſſe, Chriſti eccleſiæ duces, paſtoresq; exiſtunt, quibus etiam verbum reconciliationis annuntiandum à Chriſto vero paſtore commiſſum eſſet, vt ſpecioſis pedibus pacem eccleſiæ euangelizarent, quam inſolenter ſuſtulerunt, de his ipſis vehementer diffiteri cœperunt: ac ab huiuſmodi prælatis, & ſale infatuato, qui quidẽ neq; talia probroſa conuitia, quibus ſunt obſcœne notati diluerũt, neq; etiam publica ſatiſfactione ſeſe coram vulgi multitudine patule purgauerunt, iure deſciuerunt. Et niſi inſuper faſtidioſa prolixitas impediat, ſingula obſcœna prælatorum conuitia, hoſtilesq; calumnias, & nephandas criminationes quas alteri in alteros ignominioſe euomebant, literis compendioſe demandata veſtræ moderationi videnda, legendaq; afferremus: atq; ſi vobis ardor ea habendi fuerit, prębere ipſa veſtræ moderationi, proni ſumus. Hi ſunt profecto ſimiliter qui ſuis flagitijs contaminati, ac perditi, nos non ſolum condemnare, ſed etiam iniuſte calumniari hæreſiq; notare corã veſtra maieſtate improbe moliuntur. Talibus eorũ nugis ne fidẽ abhi

Cur defecerint a ſede Romana.

Vide quid boni naſcatur ex cõuitioſis diſputationibus corã populo.

bueritis obnixe gratia dei æqui censoris ac iustitiæ admodum obsecramus. Testamur siq- D
dem coram deo viuo, qui orbẽ terræ iudicaturus est in æquitate, nihil nos vnquam hæreti-
cum ac blasphemũ, neq; in deũ, nec in orthodoxam fidẽ, neq; in Eucharistiam corporis &
sanguinis Christi, neq; demũ in beatam virginẽ, nec prorsus in sanctos dei quicquã aftrue
re, blaterare'q; reperti sumus. Quod si pertinax opinio à vobis hac professione nostra di-
uelli & explodi nequit, & si gratia nostræ congregationis idipsum facere displiceret: at ve-
ro causa iustitiæ, quam oñis innocens cupide inuocat, hoc efficite, vt vobis quisquam nos
huiusmodi loqui, facere'q; vspiam benigne ostẽdat, approbet'q; quod impiũ & irreligio-
sum de Christi eucharistia, illibata virgine, & sanctis beatis à nobis quicquam fassum eẽr.
Si quidẽ harum criminationũ quibus crebro culpamur, nihil conscij sumus. Quod nẽpe de
deo, deo scilicet ipso, & in deũ patrẽ, filium, spiritum'q; sanctũ simplicis vsiæ, & in personis
trinum rite crediderimus, Apologia nostra, quam iam pridem magnificentiæ vestræ misi-
mus, plane ostẽdit: charitatiua deinde mandator dei impletio, certo & ineffabili argumẽ-
to est, nos orthodoxam fidẽ tenere, sequi'q; cuius oñia hæc dura & aduersa patienter tole-
ramus. Pari etiã credulitate de ecclesia catholica, & de sacramentis eius, præcipue de sacra-
De eucharis- mento corporis, s. & sanguinis Christi integre credimus: quando eñ presbyter rite ordi-
stia. natus, verba testimonij Christi expresserit, continuo panis est corpus Christi, ver, natu-
rale, ex castissima virgine sumptũ, quod erat traditurus: quẽadmodũ viuus panis testatur:
Hoc est (inquit) corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Similiter vinũ, sanguis est naturalis E
corporis eius, q fundendus erat in remissionẽ peccator pro multis: & non solũ credimus,
Sacramẽtali- fatemur'q; panẽ esse corpus naturale, & vinũ sanguinẽ naturalẽ sacramẽtaliter: verumetiam
ter. panẽ pariter eẽ corpus spiritale, & vinũ sanguinẽ spiritalẽ asseueramus. Simul'q; ad id cre-
dendum, suffragatur nobis Pauli apostoli sententia: Panis (inquit) quẽ frangimus, nonne
participatio est corporis Christi? & calix cui benedicimus, nonne communicatio est san-
guinis Christi? quoniam vnus panis, & vnũ corpus multi sumus, q de vno pane, & de vno
calice participamus. Simul'q; sacramentum illud ex Christi institutione & iussu eius, exẽ-
Sub vtraque plo deniq; ecclesiæ primitiuæ sub gemina rer specie distribui, ac percipi debere fatemur,
specie cõmu- & hoc ex fide & necessitate ordinatæ salutis per filiũ dei, quoniã in substantia vtriusq; ve-
nicandum ritatis dignitas salutifera consistit, quæ sacramento ad conscientiã & spem figuranda est.
Porrò, quoniam pleriq; hominũ hanc fidei nostræ professionẽ nequaquam susciperе pro
vera dignantur, intima cordis nostri temere discutientes, nos ea (aiunt) ore fateri, quæ nũ-
quam in corde nostro versata sunt. Qui quidẽ nobis coram deo patulam iniuriã inferunt,
cui manifesta ac patens est cordis nostri directio & simplicitas, quoniã lingua nostra haud
aliud promere audet, nisi quod cor nostrũ suggesserit. Alij deinceps, qa à sacerdotibus Ro
manæ ordinationis sacramẽta non percipimus, nos ea ratione infidos eẽ censent. Ignorant
hi profecto nos habere suos presbyteros, à quibus rite institui sacramẽto potimur. Alios
ob id reuera respuimus, quoniam quidẽ sacramẽtis ad aliud, quàm Christi intentio fuit, mi
nistrant: quẽadmodũ opera eor ministerij, quæ contra fidẽ sunt, palam arguunt. Ea simi
liter ratione nobis non creditur, quia illud quod nobis ab authore Christo iussum est obser
uare, hoc nos erga illud sacramẽtũ dũtaxat facimus, & quod minus est imperatũ, in eo nos F
morem gerimus. Siq dem à redẽptore hominũ mandatũ est credere, accipere, manducа-
Eucharistia. re, eo'q; ipso memoriã beneficior ipsius facere: colere autem sacramentalem subsistentiam
corporis Christi & sanguinis nullũ est iussum credẽtibus traditũ. Nãq; discipulis Christus
discumbẽtibus dedit vtendũ, cui obtẽperantes comederunt & biberũt sine cultu eiusdem
Vsus eucha- sacramẽti. Porrò apostoli & successores eor per longũ tẽporis interuallum p domos fi-
ristię in primi delium incedentes, panẽ frangẽtes cũ lætitia susciebãt. Hi sane nullã tali sacramẽto vene-
tiua ecclesia. rationẽ exhibuerunt, quod'q; sic facientes nequaquam errauerũt, neq; hæretici dicebantur.
Quin potius personalẽ Christi subsistentiam in dextera summi patris venerati sunt. Qua-
propter veris cultoribus maiestatis diuinæ mandatũ est vtroq; testamẽto, vetusto videli-
cet & recenti, Christũ ver deũ & hominem non in sacramentali existentia, sed in naturali
subsistentia & personali in dextera genitoris sui colere, adorare'q; Vetus nimir testi-
monium est, cuius triumphator satanæ tentãtis eum meminit. Scriptum est (inquit) dñm deũ
tuum adorabis, & illi soli seruies. Nouum vero, vas electionis explanat. Propter q̃d inquit,
& deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super oñe nomen, vt in nomine Iesu
oñe genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ & infernor, & oñis lingua confiteatur, qñ domi-
nus Iesus est in dextera de patris. Hoc quoq; ipsum incarnata veritas corroborat, vt inquit
homines sicut honorant patrem, ita & filium honorent: quippe patrẽ nemo hic in creatu-
ra, sed in cœlis veneraf, vt oratio ꝯdita à Christo testatur: Pater (inqt) noster, qui es in cœ-
lis. Quem etiã doctor gentiũ in hoc æmulatur: Flecto (ait) genua mea ad patrem dñi nostri
Iesu Christi. Pari idcirco honore & cultu cũ patre atq; filiũ quisq; veneraturus est, quod'q;
faciendũ

A faciendũ esse tali admonemur ratione: quanquam eñ Christus in terris obuersans, quouis honore dignus, homines, vt eũ hic colerent, minime cogebat: sed suam clarificationẽ apud patrem suũ in cœlo optauit, quam ante mundi constitutionẽ habuisse enuntiauit: vt illic à veris cultoribus post suam ascensionẽ fateatur residere, atq; illic etiam adoretur. Verum si qui aliter se in eo ipso habere contenderint, eos vtroq; testamento ita facturos prohibet. Vetus nanq; prohibitio est: Non facies (ait deus) tibi sculptile, neq; imaginem vllam earũ rerum, quæ sunt in cœlo, neq; in terris, neq; in aquis: non adorabis ea, neq; coles. Nouum autem vetitum à Christo legislatore præfatũ est: Venient (inquit) multi, & dicent: Hic est Christus, aut illic: ne credatis, neq; exeatis, nec sequimini: quoniã personaliter in naturali sua substantia nunquam est descensurus, nisi ad iudicium. Quam sententiam catholica fides his approbat verbis: Ascendit ad cœlũ, sedet ad dexteram dei patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Vniuersis itaq; rex humanissime constat, quod nos haud secus credimus & facimus, atq; præceptũ Christi nos credendum, & ita faciendũ admonet, & ecclesiæ primitiuæ exempla comprobant. Simili præterea pacto huius regni gratiosissime moderator, de pudicissima virgine Maria credimus, & adusq; vitæ extremũ stabiliter crediturí sumus, q̃ plena gratia ex inspiratione spũs sancti electa est ad id, vt fit verbi incarnati immaculata genitrix. Nanq; in eius castissimo aluo filius altissimi verus deus humanã naturam sine vitiñ labe, opere pneumatis almi in vnam suam personam vniuit: in cuius q̃q; pudica aula ventris verus deus & homo personaliter habitauit, ex qua & in lucẽ huius mundi prodiit, quem alendo reliqua educationis opera erga eum peregit: quæ quidem electissima virgo vti ante filiñ dei incarnationem, ita eo tempore & post, vsq; ad mortem nunquã

B virum cognouit, sed perpetua virginitate integra, casta, tam animo quàm corpore permãsit. Hoc reuera ordo nostræ salutis exigebat: nam quemadmodum seductio perditionis in paradiso per virginem perpetrata est, sic & salutis reparatio in virginitate consummaretur. Et vt deniq; protoplastus in horto delitiarum constitutus, in innocentia & puritate à solo deo figuratus est: ita & filium dei decuit synceram naturam segregatam à vitio, & lege peccati assumere. Atq; iure hac ratione virgo gratiarum refertissima, & in sui natura sanctificata dicitur adeò, vt ex eius honestissima natura supremum verbum humanitatem mystico spiramine indueret, simulq; in ea veluti præstantissimo in thalamo supra omnes mortales requiescendo habitaret. Hæc sane sunt illa magna, de quibus ad anum Elisabeth prolata est. Fecit (ait) mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Demum, quemadmodum homo per inobedientiam in mortis pœnam & diuersas calamitates prolapsus est, hoc sacrum spiramen in semine virginalis pudoris dignatus est relinquere, hoc autem ipsum filius dei ex incontaminata virgine assumere voluit, quo nostram perficeret redemptionem. Quamobrem non solum ex fide sacrarum literarum de matris Christi integritate credere cogimur, sed etiam ex sensu veræ fidei idipsum tenere obligamur, quod impossibile erat penitus, vt ipsa glorioßissima puerpera vsq; ad mortem sua integritate aliquando ob humanæ redemptionis arcanum destitui queat. Illud quoq; etiam de illibata virgine Maria nos iubet credere, quod diuinæ literæ credendum esse hortantur, & quod antehac filiñ ecclesiæ vere credebant, æqua credulitate etiam nos modo credimus & profitemur: ve

C rum quicquid homines vani in contrarium fidei superstitioße credunt aduersus fidei & mãdatorum excelsi veritatem, illud de ea vel sanctis dei, aut de aliñs pietatis operibus credere nequaquam audemus. Quinimò tunc viuæ fidei satisfacere videmur, dummodo taliter de ea credentes, sentientiesq; beatam cũ omni fida natione fatemur, obseruamus quoq;, & eidem obedimus, præsertim in eo ipso vbi nos monet natoßuo obtemperare: quodcunq; (inquit) dixerit vobis, facite. ¶ De sanctis deinceps dei quid sensérimus, nostrã (ò magnifice rex) iam modo accipe mentem. Illum siquidẽ sanctũ pronuntiamus esse, qui gratiam dei in Christi merito & effusione innocentis sanguinis eius, ac dona charismatum pneumatis almi gratuitæ videlicet fidei, charitatis non fictæ, & spei veræ adeptus est, atq; in his ipsis virtuoße viuendo vsq; ad mortem perseuerauerit. Deinde quicunq; peculiaria diuinarum scripturarũ testimonia habuerunt, hos potissimũ sanctos esse ex fide profitemur. De aliñs autem spes magis, vel opinio est. Idcirco taliter de sanctis credentes, vt scripturarũ diuinarum est veritas, in qua fundati beatos dei decenti cultu honoramus, diligimus, obsequimur & æmulamur. Hac itaq; nostra (rex iustissime) professione perspectum est, nos hæreticos nõ esse, ex quo nullũ dogma sacræ scripturæ contrarium pertinaciter tenuerimus: neq; deniq; malorũ repertores, aut authores vnquã fuimus, cũ omne nostrum studiũ, & vigilans quiuis conatus noster sit credere ac operari quicquid catholica fides docuerit, & exempla philotheorum suaserint. Qua de re vestram claritatem magnopere precamur, ne calumniatoribus nostris eo vsq; in nos sæuire patiamini, vt atroci sua potestate nos ad ea ipse, de quibus recte sentire nequimus q̃ sint diuina, sed magis veritati dissona esse censemus, cru-

Attende.

De virgine Maria.

Superstitiosa credulitas.

De sanctis

Christus neminem coegit ad fidem.

deliter cogant. Nãq; salutis author Christus dominus ad suam salutiferam salutẽ, vt ea credatur neminem hominum liberi arbitrij coegit, sed vt eis acceptior, gratior, certiorq; videatur esse, miraculis ac stupendis prodigijs, similiter benigna & mansueta sermocinatione eos ad eam credẽdam alliciebat. Huius ergo æui homines ad ea, quæ caro & sanguis excogitauit, minus pellere deberent, nisi enim quippiam voluntarium fuerit, stabile ac firmũ esse nequit. Neq; præterea tales homines sumus, vt pertinaciter obstinati cedere salutiferæ veritati recusemus, sed semper faciles ad omnem dei volũtatem, quæ se nobis duntaxat perspecte obtulerit, inuẽti sumus. Nempe huius rei maiestas vestra euidẽs argumẽtum de nobis istud potest habere. Ex quo enim in hac præsenti angustia agnitam Christi veritatẽ exercere satagimus, vt & vitam istam fluxam discrimini meticulosæ mortis ob huiusmodi veritatem salutiferam adipiscẽdam sponte offerre nõ vereamur: multo nempe magis vberiori perspecta Christi voluntate, in libertate degẽtes, promptiores ad implẽdum eam inueniremur. Igitur nostrũ talem animum in ijs oñibus scientes humiliter gratiam vestram flagitamus, quatenus nobis tanquam fidelibus compati velitis, & in diras hostium nostrorum manus tradere nos ne festinetis. Quoniamquidẽ ipsi iuxta humanitatis iura in Christi Euangelio explanata, & à priscis viris ecclesiasticis rite obseruata, reformationem nobis haud quaquam facient, verum plus sua crudeli vi, quæ ad salutem minus attinet, ad finistra nostræ conscientiæ compellere machinabũtur. Porro si animi vestri decretum vestris literis ẽditum temperare nolueritis, iam in tali re nihil aliud restat nobis, nisi ad pium nostrũ liberatorem & defensorem summũ cõfugere, atq; in patiẽtiæ virtute animas nostras Christi suasu possidere. Deus autem benignus & placabilis ingerat vestri cordis mutationem, atq; nobis indignis seruis suis det gratiã in oculis vestris inuenire, vt clemẽtiores nobis inueniamini. Ne de cætero in sese, ac in regnũ istud iram excelsi dei prouocetis, ob id quidẽ ipsum voluntati diuinæ, quam vult deus hac nostra tempestate fieri, aduersamini.

D

E

EXCVSATIO FRATRVM VVALDENSIVM, contra binas literas doctoris Augustini, datas ad regem.

NOtum fiat oñibus, sicut scripsimus ad regiam maiestatem binas literas, dedimus ibi in primis literis rationem solum apostolicæ & vniuersalis fidei, satisfacientes cum hoc super eo cuius nos accusabant, quoniam apud nos non fuit neq; est, & cõfidimus deo quod non erit. Præter id, non diu est, missæ fuerunt per prouintias literæ regiæ maiestatis, in quibus nos dixerunt hæreticos & erroneos, & quod rebellia verba diceremus contra virginem Mariam, & sanctos, quodq; Barones, sub quorum dominio sumus, Pragæ nos sisterent ad diem sancti Iohannis ad reuocationẽ. Hoc vt resciuimus, scripsimus iterum regiæ maiestati super eas res, vt non solum rationem daremus fidei, sed & intelligentiam, præcipue de corpore Christi, & de rebus alijs, notum facientes secũdum scripturas fidei, non solum regiæ maiestati, sed omnibus in communi (quæ literæ redditæ sunt Pragæ in prætorium) notum in his facientes, apertas & puras causas salutis nostræ, & super quid stat salus & fides, ex quibus rebus culpãdemus sacerdotibus, propter quam non audeamus in diuino seruitio eis vti, & quare venerationẽ corpori & sanguini Christi non facimus. Et de alijs articulis multis ex quibus nos accusarunt, dedimus rationem, ad hunc finem, quod libenter voluissemus (si eẽt possibile) quod illæ & huiusmodi contumeliæ & oppressiones, quæ contra nos surrexerunt cessarẽt, & propter illas diuinam iram super se, & hoc regnum non suscitarent, & dissensionum in hac prouintia quies fieret aliquanta. In primis literis quas regiæ maiestati misimus, orauimus gratiam suam, quod vellet nobis dare clementem audientiam, & nõ vellet permittere, vt extra ipsum illi nos compellerent vi ad præsumptam eorum volũtatem. Deinde responsum dans nobis regia maiestas per scripturam generosæ virginis Marthæ de Bozckouitz, pro clementi responso illam seueritatem, quam dominis prius commisit, reddidit: cui rei nescimus quippiam dicere. Hoc ergo suscepimus, quod oculos nostros ad deum conuerteremus in humili oratione, & lachrymis credentes plane, quod potẽs est nos liberare de oñibus si volet, confidimus in eum in quamcunq; partem faciet, ad clarificationẽ nominis sui, & iustitiæ, & salutem nostram perducet, atq; suæ gratiæ honor sit pro omnibus rebus semper in secula seculorum. Amen. Etiam notum facimus omnibus, quod apud literas regiæ maiestatis, quas scripsit & misit prænominatæ virgini Marthæ, inuentæ

F

sunt

A sunt binæ literæ cuiusdam doctoris Augustini, in quibus ipse se nomine suo notũ facit, rescribit regiæ maiestati contra binas nostras literas, suscitans regiam maiestatem ad eam sæueritatem, quæ nobis omnino videtur contra iustitiam legis dei & hominum: quod sua regia maiestas in illa sæueritate non remitteret, vituperans nos, & hæreticos dicens, & maleficos, & pluribus alijs hostilibus verbis nos supprimens, nostræ scripturæ simplici & innocenti fraudem, & astutiam & diabolicum venenũ, talesq; res adscribit nobis iniustitiam faciens. Nos hoc intelligentes, q; sua scriptura potest ad multos peruenire, qui legentes eã & non habentes nostram satisfactionem, acciperent suam scripturam pro vera, & ob hoc possent iram dei suscitare super se: & nos timentes, quod nostro silentio non fieremus eius rei causa: præsumpsimus simpliciter ipsius scripturam per partes ponere, & quantum dominus deus à sua gratia tribuet, respondere. Tamen & hoc cauemus, quod non æquabimus eum à vituperatione & oppressione minime Christiana, etiam hoc quod scribere volumus, extra indignationem, nõ reddentes malum pro malo, faciemus, neq; sibi, neq; cuicunq;: sed quod necessitas coget, notum faciemus vbi nobis iniuriam facit, & contra proximum suum falsum testimonium scribit, & quod sua iniqua scriptura non accipiatur pro vera, vbi & in quibus nobis iniuriam facit. Hoc principio dicimus, quando certe sciremus, quod regia maiestas hanc doctoris Augustini scripturam pro sua maiestate super nostra scripta pro responso daret, scriberemus regiæ maiestati. Sed quod nulla mentio de hoc fit: tantum aũt cum literis regiæ maiestatis illæ literæ doctoris Augustini missæ sunt: neq; etiã ille doctor Augustinus eas nobis mittit & scribit: quia nulla mentio de hoc ponitur, neq; à
B nobis responsum postulat: nescientes in hoc quid faciendũ esset, visum est nobis, q; omnibus in cõmuni scriberemus, cuicunq; suæ literæ obuenirent, quod etiam & hoc nostrũ responsum super eas veniret. Et scribit ita ille doctor Augustinus. Postponentes irrisiones, blasphemias, suppressiones illius doctoris, quod non videamur sibi similes, reddentes malum pro malo, & mandatũ dei & vestigia exemplo; suo; non excederemus: cui cũ malediceretur, non remaledixit: cõcedemus ad illud vbi nos tangit super fama & honore nostro, quem habemus ad deum & homines, subtrahens nobis eam, de qua Apostolus dicit: Nã gloria nostra hæc est testimoniũ cõscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & syn ceritate dei, & nõ in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, & hanc simplicitatẽ cordis nostri deus, & nostra cõscientia melius nouit. Ille aũt homo contra præceptũ dei & salutem nostram, non solũ iudicat, sed & damnat: & hoc fic, quod eam scripturã in hypocrisi & fraude, & non veritate fecerimus ad hæresim nostrã tegendã, & quod regiam maiestatẽ diabolica fraude deciperemus: sicq; ad fauorẽ nostrum suã maiestatem, & simplicem populũ ad perfidiam traduceremus, & quod effugeremus suppliciũ à sua maiestate nobis impositum, quod inferius scribit. Sed nos corã deo, qui occulta cordium scit, & iudicat, dicimus, quod nullam astutiam, vt tegeremus nostram scripturam ad regiam maiestatem, fecimus: sed solummodo ob causas illas, quæ nobis tunc proponebantur, quia necessarium fuerat, dedimus solum rationem de fide duodecim articulorũ, quam in corde habentes, ore confitemur, habentes præ manibus rationem scriptam sensus & fidei, quod iuxta salutem sentimus, & propter causas segregationis nostræ libenter voluisse
D mus, & per scripta nostra notum facientes suæ maiestati (si cuperet) quod sibi vellemus mittere. Et cum sua regia maiestas nullum responsum dare nobis noluerit, nos etiam nõ præsumpsimus præsumptuose extra iustas causas mittere. Ex hoc cognoscite omnes (oramus) quod nõ est verum, quod hic nobis ascribitur pro astutia: quod si hoc apud nos esset, saltẽ debebamus in altera scriptura suæ maiestati multa texisse, & hoc propterea, quod multo sæuerius q̃ ante contra omnes nos se conuertit: quod secundum priora scripta solum ad aliquos nostrum debuisset peruenire. At nos ex diuerso ex nostra innocentia in alteris literis pro postulatione temporis, suæ maiestati scripsimus: vt sicut in primis literis suæ regiæ maiestatis tacti sumus de perfidia & errore, propter hanc causam fecimus sibi breuiter rationẽ fidei, quod non faceremus sibi tædium propter longam scripturam. Sed cum ite; à sua regia maiestate tacti sumus de hæresi & rebellione penes aliquos articulos, illõ coacti sumus, q; ex his rebus apertã rationẽ daremus, quid super his sentimus. Et hoc attinet breuiter concludi, quod nobis ab illo doctore Augustino magna iniquitas & damnũ fit super nostrã bonã conscientã, quã habentes coram deo, curamus vt etiam apud homines retineamus. Ex hoc cognosci multo magis potest à quolibet, q; si callidi hypocritæ & simulatores essemus, facile possemus depellere res quibus nos premit: nisi q; haberemus cor rectũ ad deum scilicet, possemus fateri, & facere quod alij fatentur, & faciunt vel contra nostrã conscientiam: sicut faciunt Sadducæi, qui vt in honore palàm habeantur, & nemo eos de vitæ tranquillitate & blanditijs perturbet, priusquam ad confessionem aliqua necessitate cogantur, errores quos habuerunt dissimulant. Verum quando penes nos est innocen-

tia ſecundum confeſſionem voluntatis dei, hanc volentes defendere, damus nos in oñe pe D
riculum poſſeſſionum, & corporis noſtri vſq; in mortem, quapropter vel doctor Auguſtinus, vel quiſquis alius, qui non credit confeſſioni & ſcripturæ noſtræ, credat operibus, qa quælibet arbor ſecundum fructus cognoſcitur. Fatemur tamẽ cum illa ſimplicitate nos vti nihilominus prudentia mentis, ſecundum præceptum ſaluatoris, vbi dicit: Eſtote prudẽtes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ. Et: Cauete autem ab hominibus, tradent enim vos in Conciliis, & in ſynagogis ſuis. Et alio loco: Nolite ſanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos. Et ſanctus Paulus: In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes. Quamuis tamen ab ea prudentia ad ſimplicitatem magis inclinemus, quod in-

Romana aſtutia. telligimus eandem apud deum ſecuriorem eſſe ipſa prudẽtia, cuius Romana aſtutia aliqua exẽpla nobis abunde præbet, per quam aliquos ex noſtris ſæpe deceperunt. Et quod nobis imponit, quod conueniamus cum Beelzebub muſcarum deo, facit hoc ad exemplum ſocij ſui doctoris Henrici, inquiſitoris hæreticæ prauitatis, qui apoſtolicis literis, & iuſſis in Morauiam & Bohœmiam venit, qui apud quendam Baronem & alios plures poſtulauit, vt copiam ſibi faceret nobiſcum conferendi, ſimulans in conſortiũ fratrũ ſe tranſgreſſurꝰ. Cum eſſent quidam ex noſtris in conuentu Olomucenſi congreſſi, complexus eſt eos, egit gratias his, qui fratres adduxiſſent, quod tã probos homines adduxiſſent, eoſdem chariſſimos appellans, & poculo communicauit, & amice dimiſit. Ecce putarũt illi ſimplices oñia fida, ſancta q̃ eſſe, quæ aſtutia, infida q̃ erant. Nã quoſdã notauit ex nomine, quaſi ipſi archihæretici & falſi teſtes eſſent, & ſuum opuſculum magno numero impreſſit, in quibus hoc etiam eſt quod muſcas & brucos glutiamus, hoc q̃ magiſtro nos arguere ſacerdotes mendacij, ex illo nos ſcripturas intelligere, & hoc ſic ſe habere iuramento affirmauit. Tale nobis imponit & doctor Auguſtinus, neque mirum, nam & magiſtri, & doctores idem de domino Chriſto dixerunt, quod dæmonium habet, & in Beelzebub principe dæmoniorꝰ eiicit dæmonia, qui ſi hoc patrifamilias dixerunt, qd non domeſticis ſuis? Falſo nos arguit, non eſſe hanc noſtrã confeſſionẽ ex eiuſmodi ratione, q̃d alia ſcribimus de ſacramẽto corporis Chriſti, & alia credimus, quod alia loquimur, & alia facimus: quod q̃ ab eiuſmodi confeſſione nos aſtute tegamus, vt iuſti corã hominibus pareamus. Notũ ſit omnibus, q̃d

De euchariſtia. non ita ſcribimus, vt nobis ipſe imponit. Scribit ipſe, quod panis & vinũ in naturali eorum ſubſtãtia tranſmutẽtur in corpus & ſanguinẽ Chriſti, & in Chriſtũ deũ & hominẽ, vt nihil de ſubſtantia creaturæ panis & vini maneat: ſola autem accidentia miraculoſe nude ſuſtententur. Nam huiuſmodi confeſſio fidei non habet fundamẽtum in verbis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nullum verbũ dixit de conuerſione ſubſtantiæ, neq; quod dixiſſet ſub his ſpeciebus, neq; in illo, neq; ex illo, neq; ſimul cum illo, ſicut multi ſcrupuloſius expoſuerunt, & hodie exponũt, quæ nos loco fidei non recepimus, quia verba ſaluatoris ipſis nõ conſonant, quia Euangelium dicit, quod dominus ſaluator accipiens panem in venerabi- F
les manus, gratias agens, benedixit & fregit, dedit q̃ diſcipulis ſuis, & illum panem ſiſtens pro corpore ſuo, monſtrauit ſuper panem, & dixit: Hoc eſt corpus meũ. Similiter & accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oñes, & gratias agens, dixit: Hic calix eſt noui teſtamẽti in meo ſanguine. Vel, hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro vobis effundetur. Et nos ita ſimpliciter verbis Chriſti credentes, ita tenuimus, & hodie tenemus, & rationẽ talẽ ex fide dedimus, ex illa fide catholica Chriſtiana fundata in ſacra ſcriptura credimus, & ore confitemur, quandocũq; ſecundũ ſenſum ſaluatoris, & ſanctę indiuiduæ trinitatis ordinationẽ, ſacerdos dignus cum populo ſuo fideli orationem facit,

Cœna dñi & illo verbo dicit: Hoc eſt corpus meũ, & hic eſt ſanguis meus, quod ſtatim panis præſens eſt corpus Chriſti traditum in mortem, & vinum præſens eſt ſuus ſanguis in redemptionẽ peccatorum. Hæc eſt confeſſio noſtræ fidei fundata in verbis domini. In cuius rei verũ teſtimonium habemus primitiuam eccleſiam, cum toto collegio apoſtolorum, quoꝝ tem-

Fractio panis poribus hoc ſacramentum dixerunt cœnam domini, ſicut Apoſtolus dicit ad Corinthios: Conuenientibus ergo vobis in vnũ, iam non eſt dominicam cœnam manducare. Secundo dixerunt fractionem panis, vt in actibus Apoſtolorꝰ: Quotidie quoq; perdurãtes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebãt cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis. Et paulo ſuperius: Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorꝰ, & communicatione fractionis panis & orationibus, in communicatione fractionis panis eius, de quo Apoſtolus: Et panis quẽ frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? & quod hunc panem non ſolũ crediderũt corpus Chriſti, ſed etiam in ſubſtãtia propria panis cum ipſis accidentibus, poſt conſecrationem & corpus Chriſti ibi eſſe, hoc confitetur illi, qui in tertio cœlo ſacramenta accepit, & dicit: Ego accepi à domino, quod & tradidi vobis. Et infra: Quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortem

domini

A domini annuntiabitis, donec veniat. Et infra: Quicũq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit, non dñudicans corpus domini. Ex isto manifestum est, quod primitiua ecclesia hanc fidem habuit, & illam confessa est, & non errauit, & non fecit reuerentiam huic sacramento, quia illo tempore exemplo Christi sedentes statim acceperunt, & nihil retinuerunt, nec extra domum extulerunt, & hæc institutio diu stetit, sicut Chronica gestorum ostendunt, & vetustissimus Græcus Origenes, qui statim post Christi tempora fuit, sicut primarius magister scribit super tertium librum Mosi: Quicũq; hunc panẽ cœnæ Christi secunda vel tertia die sumpserit, non benedicetur anima eius, sed inquinabit, propterea Gabaonitæ, quia antiquos panes portauerunt ad filios Israel, oportuit eos ligna & aquam portare. Non tamen fuerũt hæretici, nec ideo iudicati alieni à fide, sicut nos ille doctor accusat, sic credentibus & facientibus tale malũ adiudicans. Vlterius dicimus, quod nobis in hoc iniuriam facit, quod in aliquem contumelioſa verba dicamus, & ab illo cauemus secundum præceptum sancti Pauli: Neminẽ blasphemetis, nisi id loco blasphemiæ imputetur, quod ob honorem dei loqueremur & scriberemus, vt de potestate dei & iustitia, de adoratione, & alijs iustis rebus secundũ fidem scripturarũ sine blasphemia, & alia: sicut saluatori imputabatur loco blasphemiæ ab aduersarijs suis, blasphemasti. Et adhuc confitebimur etiam in necessitate, hoc sacramentum corporis & sanguinis Christi, quod non dedit ad venerationem, vt ibi adoraretur, cum quo in superioribus dei sedet, adorari debet cum

B patre & spiritu sancto, vt quisq; debet confiteri, sed quod in corpore benedicto sub vtraq; specie sumatur ab oñibus in memoriã passionis eius, & quisquis aliter facit & sumit, contra voluntatem & ordinationem dei, & rebellionem primitiuæ ecclesiæ, ille rectam fidẽ non tenet, vt in literis late diximus. Hac iterum particula scripti sui notabilẽ nobis iniuriã facit, cum peruertit confessionem fidei nostræ circa consecrationem sacerdotum, quia nos nedum de nobis, sed de tota fide catholica, sicut intelligimus, rationem dedimus, vnde ipsa primordia cœpit sacerdotalis ordinatio maior & minor, quia non ex Papa, sed ex Christo sacerdote æterno, & episcopo à peccatoribus segregato, qui est gloria eius. Et de hac re confessionem fecimus circa exhibitionem rationis, his verbis: Ex fide tenemus ordinationem sacerdotum à summo episcopo, sacerdoteq; magno in veritate prodire, vt in loco legationis Christi ministerium, euangelizatio, doctrina, iudicium, oblatio orationum ab hominibus. Et quod solus dominus Christus, & non Papa, nec quiuis alius sit maximus sacerdos & episcopus, pastor & caput cõmune totius ecclesiæ sanctæ: illius probationes, fideiq; certas authoritates habemus. Primo verbum Dauid, per quem deus pater ad filiũ cũ iuramento dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinẽ Melchisedec. Hoc idem apostolus probans, de eo dicit: Et alij quidẽ plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod à morte prohiberẽtur permanere, sicut & nuntij: ille vero eo quod maneat in æternum, sempiternũ

C habet sacerdotium, & ideo saluare æternaliter potest, accedit per seipsum ad deũ semp viuens ad interpellandum pro nobis. Et iterum de eius episcopatu dicit: Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes considerate Apostolũ, & pontificem cõfessionis nostræ Iesum, & non Papam Iulium, aut alium. Et iterum: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis sanctorũ minister. Et iterũ: Talis enim debeat vt nobis esset pontifex sanctus, innocẽs, impollutus, & segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatẽ quotidie quẽadmodũ sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim semel fecit offerendo, alias cogeretur sæpius mori à principio seculi, sed non solum in cõsummatione seculorũ ad delenda peccata per suã oblationẽ se ostendit, sed altera vice ostendet se oñibus sine peccato expectantibus eum ad salutem. Et sanctus Petrus non conuertebatur ad se, nec se nomine suo inuocauit, sed ostendebat se ad dominũ Christũ, dicens: Conuersi estis nunc ad pastorẽ & episcopum animarum vestrarum. Et quod ipse solus sit caput sanctæ fidei, dicit Apostolus. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; mẽbri augmentum corporis facit, &c. Et non per Papam. Et quod ipse solus sit caput totius ecclesiæ sanctæ, dicit: Et eũ dedit caput super ecclesiã, quæ est corpus Christi, & plenitudo eius, qui oñia in oñibus implet. Et nos hunc cum Apostolo & ecclesia primitiua esse episcopũ, & caput dicimus & cõfitemur, sed non Papam Iulium, nec sequentes, quia ipsemet de se loquutus est, quod sit alpha & ω, principium & finis: & vitis vera, & fundamentum, lapis angularis, sine quo nemo aliquid facere potest, de cuius plenitudine nos oẽs accepimus, & gratiam pro gratia vt ad eam omnes venirent. Et deus pater præcepit, vt ei omnes obediãt, & ipse est qui potest

Primitiua ecclesia nõ faciebat reuerẽtiã eucharistiæ, qualẽ hodie facimus

Ad qd Christus instituerit sacramentum corporis & sanguinis

De consecratione sacerdotum.

Chrũs maximus sacerdos & episcopus.

adesse vniuersali fidei,& cuilibet membro in consummationem seculi. Sicut dicit: Vobiscũ sum vsq; ad consummationem seculi. Et quod in fide Catholica semper sit, dicit: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, quem sanctus Iohannes vidit in medio septem candelabrorum,& ambulantẽ,& corrigentem,& corripientem. Et ideo Apostolus dicit, vt habitet in cordibus vestris per fidem. Et iterum: Christus in vobis est. Ideo nullus episcopus, nec Romanus, nec Græcus, nec alius quispiam est caput totius fidei sanctæ, nisi ipse solus Iesus Christus: quia nemo pro nobis corpus suum & sanguinem obtulit, existens, innocens & sanctus,& à peccatoribus segregatus, & cætera. Nec aliquis redemit eos, nec purgauit, nec saluos fecit: nec his veritate & gratia cohabitat, nec eos saluos facit. Sed hoc dicimus, quod satis esset Romano Pontifici vnà cum eius consilio, vt esset seruus Iesu fidelis, sequendo eum vita honesta, paupere, humili, patienti, casta, & abstinenti, ad deumq; iter ostenderet, eum cum lege simul eius docendo, ad eumq; vt populum duceret seruiendo euangelio & sacramentis: sicut fecerunt sanctus Petrus,& Paulus.& alij. Quia ipse est ianua,& qui per eum non intrat, fur est & latro. Ideo respice, rogamus (qui cupit) hos seculi p̃sentis episcopos & prælatos, quorum nam sint sectatores, vitæ ne Christi honestæ, an gloriæ mundi, honoris, dignitatis, quæ ex beneficijs prouenit, diuitijs & delitijs vitæ: & cognosces certo, quod contrarium stat in loco sancto. Accipe in mentem sanctum Petrum & Paulum, quos; successores se faciunt, qd tunc Romę nacti fuerant, sedem ne Cæsaris cum triplici regno, an patibulũ crucis: gloriam ne mundi, an contemptũ: seruierunt mensis, ac facultates in equos diuiserunt, an libentius verbo dei seruierunt: Et ibi cognoscere poterit qlibet secundum scripturas sanctas, cuius sit successor præsens summus Pontifex Romanus,& cui seruit. De officio itaque dignitatis præsentis seculi & Apostolorum, de pristinis moribus eorundem, de senio, de consiliarijs eorundem, perlegas qui cupis, epistolas Francisci Petrarchæ sine titulo,& ibi videbis eorum sanctitatem. Hucusq; de his dictum sit: Ideo vt notum sit quod nos non arbitrati sumus in hoc nostro scripto summum Pontificem Romanum, nec nostrum, nec quempiam alium, sed Christum Iesum met benedictum. Ideo obmittemus responsiones ad derisionem, quam de nobis hic doctor facit. Item breuiter dicemus, finat, inspiciat primordia primitiuæ ecclesię, multi ne ex generosis, ex potentibus, sapientibus, aut ex dictis fuerunt in his officijs,& quẽ victũ habuerint, & id deberet sibi labia cõprimere & etiam q maiorẽ fructum dño attulerint. Nos pudore nostrorum sacerdotum non afficimur, ex hoc quod hi laborent manibus suis secundum posse victum sibi quærentes: qa sic doctrina & exemplum Apostolicum huc nos ducit, & nos quidem libentius id videmus, quàm q otio vacarent per tabernas, cõmertia Veneris,& vanitates sequentes, vsuras, sacrilegia, cæterasq; nequitias exercentes. Superius dictum est, qa rationem dedimus eorum, in qbus antea nos accusarunt. In ijs etiam literis nunquam nos cul pauerunt, quod cõtra virginem Mariam, & sanctos dei rebellia verba conijceremus, sed id solum accusarunt, quod de eius virginitate non credimus. In secundis lr̃is primum de hoc accusarunt: & non fuit tamen expressum, in qua re, donec doctor Augustinus dicens, quod respondeat super primas literas, & respondet nihilominus ad secundas: vbi satisfacimus his qui nos accusant. cum his nos purgantes, & scribentes regiæ maiestati & omnibus, qualiter credimus & tenemus,& cogitamus de virgine Maria,& singulari sanctitate & beatitudine, qua eam Deus præ alijs beatã fecit: Postea de veneratiõe quæ eã decet, qui vult cognoscere, illic legat illas literas: & cognoscet, quod non rebellia verba in eam conijcimus: sed eas res, quæ sunt veræ religionis Christi: quia ad hoc confessi sumus, quod honorem, potentiam, pietatem, quæ soli deo & agno attinent, nulli creaturæ tribuimus, sed soli deo, quia dicit: Gloriam meam alteri nõ dabo. Et: Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur oñe genu. Et: Dominum deum tuum adorabis,& illi soli seruies. Et Baruch dicit: Te oportet adorari domine. Et Dauid: Venite adoremus,& procidamus,& ploremus ante dominum, qui fecit nos. Et in Apocalypsi: Timete dominum,& date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, q fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum. Et qa illi in primitiua ecclesia soli deo honorem dederunt,& non sanctis & virgini, ita dicit Iohannes: Dignus es domine deus noster accipere gloriam,& honorem,& virtutem, quia tu creasti omnia. Et iterum: Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas,& adorauerunt viuentẽ in secula seculorũ. Et sanctus Paulus ad Ephesios: Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem dñi nr̃i Iesu Christi. Et in Actibus Apostolorum: Cum hęc dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis. Et deus dedit nobis exemplum de se, procidit super genua ad patrem: vt à nemine expectemus auxilium quàm à deo, vt dicit per Iohel: Conuertimini ad dñm deum vestrum, in toto corde vestro,& per Osee dicit: Conuertere Israel ad dominum deum tuum. Et per Zachariam: Conuertimini ad me, ait dñs exercituum: & conuertar ad vos, dicit dominus exercituum. Et de requisitiõe auxilij dicit iterum deus per

Esaiã:

Romanus Põtifex seruus Christi

Sacerdotes manibus uictum quærentes.

De cultu Mariæ virginis, & sanctorum

Soli deo debitus honor

A nemine expectãdum auxilium, nisi a deo.

A Esaiam: Si quæritis quærite, conuertimini & venite. Et in libro Sapientiæ dicit Salomon: Tu es domine, qui vitę & mortis habes potestatẽ. Et dominus deus dixit suis discipulis: Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Et Dauid dicit: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Et itez in alio psalmo: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur, & plena sunt illis testimonijs scripta psalmorz. Etiam omnes sancti veteris & noui testamẽti quæsiuerũt auxilium à solo deo, & ad sanctos natos de mortali conditione non clamauerũt, vt facerent auxiliũ, quia dicit Dauid: Ad dominũ cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et iterum: Voce mea ad dominũ clamaui, voce mea ad deũ & intendit mihi. Et iterum: Multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Et: Prope est dominus oñibus inuocãtibus eum in veritate. Et itez. Inuocabãt dominum, & ipse exaudiebat eos. Sed & de alijs dicit: Dominũ non inuocauerũt, illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor, vt nostri nũc faciunt circa inuocationem sanctorz & sanctarz. Nec eñ est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus ad inuocandum, nisi nomẽ solius dei. Quia sicut nullum nomẽ est datũ ad adorandũ, & salutẽ assequendã, & in illud idem credendũ, nisi solũ nomẽ domini nostri Iesu Christi, sic etiã non est datũ nomen, nec ad inuocandũ, nec ad adorandum, quia huic soli promissiones factæ sunt, sicut dicit: Quicquid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis. Ex hac causa docuit discipulos suos orare, dicens: Ita orabitis: Pater noster qui es in cœlis. Ita soli deo honor & gloria exhiberi de-

Sancti solũ deum inuocabant.

B bet, sicut Daniel, tibi deus patrũ nostrorz confiteor, teq; laudo. Et itez dixit Nabuchodonosor: Laudo & magnifico, & glorifico regem cœli, & quod illi soli hymnos canamus, dicit psalmus: Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et sanctus Paulus: Gratias ago deo meo. Et dominus Iesus: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ. In sanctis enim deus laudari debet, sicut dixit Dauid: Laudate dominũ in sanctis suis. Et nos hoc agimus, quod in hac virgine & alijs sanctis deũ laudamus, qa talem gratiã, & talia beneficia ex sua bonitate eis dedit, & nobis per ipsos, & nedum in hac benedicta virgine deũ laudamus, sed & eam confitemur benedictam, & beatam, & diligimus, & sequimur pro posse nostro. Quod si doctor vel alius ostẽderet ex lege, vt plura exhibeamus, auxiliũ expectemus, & honoremus genuflexione, oratione, vt prosit, & pro nobis intercedat, & quod deus promiserit se oñia facturz, quæ petunt in nomine eius, & quod ipsa cum filio suo stet coram deo patre, vt esset hostia apud deum patrem. Esto, ostendat hoc scriptura quæ sit inspirata spiritu sancto, mittat, ne hæreticos dicat, sed potest scribere & maledicere vt vult, qui si priuatus esset, & non speraret in potestatẽ mundi, sed mansuetudine & scriptura deberet fidem probare, credimus quod cum alijs clementius ageret. Neq; hoc verum est, qd

Deus laudandus in beata virgine, & sanctis.

De virginẽ Maria.

C virginem Mariam crederemus quod sit æqualis reliquis mulieribus: qa ita credimus, quod nulla virgo alia concepit ex spiritu sancto filium sicut ipsa, imo nec mulier peperit, & virgo permansit. Nulla ex mulieribus est benedicta, sicut hæc virgo, & nullius virginis fructus ventris est benedictus, sicut illius, ita vt in eo benedicerẽtur oñes generationes, & oẽs acciperent ex plenitudine eius gratiam pro gratia. Nulla quidẽ alia est gratia plena, excepta hac, nulla dicetur benedicta inter oñes generationes, excepta hac sola, & sic de cæteris. Ideo non tenemus, nec illam talẽ reputamus, quod oñino esset sicut alia mulier. Neq; hoc verum est, quod sanctos dies commemorationis glorioſæ virginis Mariæ sicut prophanos contemneremus, sed colimus vt decet. Neq; hoc verum est, quod nullũ cantum de ea habeamus, nam satis multas cantiones de ea in laudẽ dei canimus. Ex hoc laudetur deus, qd ille doctor, sicut si responderet literis nostris missis regiæ maiestati, postquã nobis satis opprobria dixit, irrisitq;, in id tempus nihil inuenit, neq; scripsit in nos, quod malum qd cogitaremus contra fidem scripturarz, vel deuie sentiremus, qd contra fidẽ & facta primitiuę ecclesiæ fuisset. Sed vult quod posuerimus in nostra confessione, quod sacra scriptura & catholica fides tacet, & de quo prima ecclesia & sequẽtes longo tẽpore nihil sciuerũt de hoc, in quo stat præsens error. Et quoniam auxilio dei, nũc de magna parte super iniustis accusationibus, & coram regia maiestate iniuste maculauit, opposuimus nos paulum secũdum præceptum legis dei, & veterem ecclesiam. Similiter auxilio dei præsentibus punctis, qbus accusamur ab hoc doctore, & hæreticos dicit, volumus resistere, & ostendere quid ex fide circa ea puncta sit tenendum, & primũ de purgatorio, de quo ita credimus. Duplex est purgatorium, vnum est hic, alterum in futuro seculo. Primum habet fidem in scripturis sacris, & est certum, in quo se purgant ad immortalia corpora, de quo sunt testificati saluator & apostoli, & primitiua ecclesia, & sequaces longo tempore bene vii sunt. Secũdum purgatorium est in alio mundo, & hoc est incertum, quia scriptura sacra non dat de hoc testimonium, de quo primitiua ecclesia nihil sciuit, neque sequaces per longum tempus, & veteres doctores nõ confirmant, præcipue de loco. Sed proxime, noui qdam, non à longo tempo-

Purgatoriũ duplex.

re, vt

Thomas Aq̄nas inuentor purgatorij̄

re,vt Thomas Aquinas,is locum inuenit tertium in inferno. Sed vetus doctor Auguſtinus D aliter ſenſit,dicens tLocus purgatorij̄ non eſt oſtenſus, niſi quod multis exemplis ſe animæ oſtenderunt, in his locis & cruciatibus oſtenſæ ſunt: fortaſſe ex proximo dicent, quod omnes animę hoc loco puniuntur vbi deliquerunt: quoniam in eam ſententiam & ſcriptura dicit: Per quæ peccat quis, per hęc & torquetur. Et alia ſcriptura: Sicut exhibuiſtis mẽbra vr̃a ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete mẽbra vr̃a ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Sic̄q̄ vetus doctor Auguſtinus cum alijs veteribus doctoribus contradicit Thomæ: quoniam priores tenuerunt, quod poſt reſurrectionem ſaluatoris nullæ animæ ingrediuntur infernum niſi damnatorum. Sed Thomas inuenit in inferno duo loca: vnũ non baptizatorũ, alterum animarũ purgandarũ. Sinite quod noſter doctor Auguſtinus eos concordet, oſtendat̄q̄ quis iuſtior ſit, cui credamus, & hæ res multæ ſunt, in quibus diſcordant, & alibi. Nam optimũ eſſet in incerta re, de qua ſcripturæ non mõ tacent, ſed etiam contrarium dicunt, ne quid aſſererent, ſecundum ſententiam ſapientis Senecæ: De rebus incertis non debes affirmare, ſed incertum iudicium tene. Nos etiam ponemus, qualiter priores inuentores, quod de ſecundo etiam purgatorio cogitarunt: quoniam & hoc contra fidem ſit, id eſt, quod & hi in purgatorium tranſeant, quibus dedit deus locum pœnitentiæ, & ij̄ pœnitentes nõ ſatiſfecerunt. Sed iſti confirmatores purgatorij̄ oẽs eò mittunt, & ibi primum vbi inde commodum ſciunt, & nolunt habere differentiam, nec iudicant pro quibus debeant orare, pro viuis æque ac mortuis. Sicut apud viuentes neſciunt, vtrũ ſint in ſtatu gratiæ, vel damnationis, ſic nec de mortuis. Sed quod docuit eos auaritia, hoc confitentur quod ſunt in purgatorio. Sed alij̄ doctores hoc melius ſenſerunt, dicentes, E quod ſolum ij̄, qui non ſatisfecerunt pro pœnitentia, & intellige, cuius, ſcilicet pœnitentiæ impoſitæ à ſacerdotibus, vt ieiunia, vota, orationes, eleemoſynæ, & huiuſmodi. Vt iq̄ magis intelligatur ille error de purgatorio, ponemus ex veritate fidei de certo purgatorio hic in hoc mundo. Primũ, in dei gratia, & merito Ieſu Chriſti, & emundatione ſpiritus ſancti, per fidem, amorem, ſpem, præcipuę & paſſionis huius mundi, deinde per verbum dei vera pœnitentia, operibus miſericordiæ, & ſeruitio dei, ſicut in perceptione ſacramenti, & perſeuerantia vſq̄ ad morrem, & hoc teſtantur ſacræ literæ. Et primũ de gratia: Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. Et alio loco dicit: Propitiabor iniquitati eorũ, & peccata eorũ, non memorabor amplius. Et ſanctus Paulus: Gratia em̃ eſtis ſaluati per fidem. Et de ſe ſolo dicit: Gratia dei ſum quod ſum. Et Zacharias: Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierl'm in ablutionem peccatoris & menſtruatę. Et ſanctus Paulus: Quanto magis Chr̃i, q̄ per ſpiritũ ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ deo emundauit conſciam noſtrã ab operibus mortis ad ſeruiendũ deo viuenti. Et ſanctus Iohãnes: Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Et de ſpũ ſancto, quem promiſit deus dare ſu

Purgatorium verum & certum.

per oẽm carnem, emundationẽ, dicit Apoſtolus: Eramus em̃ aliquando & nos inſipientes, &cætera. Ex his eſt manifeſtum, q̄ nullus alius locus eſt principalis certi purgatorij̄, niſi dominus Chriſtus, de quo recte eſt dictum ab angelo: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et ſic dicit ſanctus Paulus: Purgationem peccatorum faciẽs, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, & quod ipſe eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & hoc in futuro ſeculo, quia tranſeunt de morte ad vitam, & fiet in eo fons aquæ ſalientis in F vitam æternam: & omnis qui ſaluabitur, oportet eum de hoc fonte ſumere pleno iuſtitiæ &

Gratia

æquitatis, oportet eum ſumere per amorem gratiæ ſui meriti pro gratia ſpiritum ſanctum qui de amore ſuo transfundit in corda fidelium, ex ſola gratia per donum fidei, quiſquis ſaluandus venit ad purgatorium, per Chriſtum Ieſum, vt dicit ſanctus Paulus: Non iuſtificat̄ homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſtum Ieſum credimus, vt

Fides

iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Chriſtus dicit: Qui credit in me, habet vitam æternã. Et ille leproſus dixit ex fide: Domine ſi vis, potes me mundare. Et dominus dixit: volo, mundare. Et iterum: Fides tua te ſaluum fecit. Et ſanctus Petrus: Fide purificans corda eorum. De dilectione dicit dominus ad Mariam: Remittuntur ei peccata multa. De charitate dicit ſanctus Iohannes: Charitas operit multitudinem peccatorum. Et de

Charitas

obedientia charitatis dicit ſanctus Petrus: Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis. Et de ſpe dicit dominus paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Et ſanctus

Spes.

Paulus: Spes autem non confundit. Et de virtute huius fidei dicit ſanctus Petrus: Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam. Hæc

Pœnitentia

enim ſi vobis adſint, & cętera. De pœnitentia dicit Deus per Prophetã: Impietas impij̄ non nocebit ei in quacunq̄ die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Et Propheta: Aſperges me do

Opera miſericordiæ

mine hyſopo, & mundabor. De operibus miſericordiæ: Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo em̃ iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽſura mẽſi fueritis, remetiet̄ vobis, & conſiliũ datũ eſt Nabuchodonoſor,

quod ele-

A quod eleemosynis redimat peccata sua. Et sic deuota oratio & mũda cũ fide purgat, quando cum ea est viua fides & humile cor: huius est exemplũ de publicano & peccatore. Sed quod pœnitentia mundat hominẽ in Christo fundatũ fide, vel pœnitẽtia, dicit dñs Iesus: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum. Et alia scriptura dicit: Sicut aur̃ in fornace, &c. Et de verbo dicit deus p Ezechielem: Effundam super vos aquã mundã, & mundabimini ab oñibus inquinamẽtis vestris. Et dominus Iesus: Iam estis mũdi propter sermonẽ meũ. Et de testimonio baptismi quod simul fit cũ fide: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et sanctus Paulus: Accedamus cũ vero corde in plenitudine fidei, asperſi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. Habemus nũc spem firmã, & confessionẽ nostrã, quod sumus habituri purgatoriũ in tertio inferno? non: sed vitam æternã. Nam dicit deus: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et cũ his verbis quæ robur in se habẽt, mũdat hic ecclesiã, & purgat ad vitã gloriæ. Sicut dicit deus per Hieremiam in figura Iudæ & Hierusalem: Conuertam conuersionem Iuda, & conuersionẽ Israel: & emundabo illos ab oñi iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi. Sanctus Paulus dicit: Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, &c. Non vt pararet eam in infernũ, sed in cœlum in quietem post præsentes labores: quia certũ est quod soli beati sunt electi dei, & illos ducit deus in eam iustitiam, quam superius posuimus, de qbus Apostolus dicit: Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Et iter̃ dicit: Quos p̃destinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Huc vsq; de pur-

B gatorio vero & certo dicimus, & non est aliud. Et in huius testimoniũ dixit dominus duas esse vias, duo corpa futura ppetua, vnum bonum, alter̃ malum: & quod post mortẽ non erit tempus merendi. Omnes em̃ stabimus ante tribunal Christi, sicut in morte occupatur quis, & non merebit gratiam, pro hoc est testimonium in diuite epulone, qui clamauit ad Abraham, & nihil impetrauit. Et scriptura dicit: Viuẽtes em̃ sciunt se esse morituros: mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedẽ, quia obliuioni est tradita memoria eor̃. Et paulo infra: Quodcũq; potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Et Abraham dixit: Quia inter nos & vos chaos magnũ firmatũ est, quia in inferno nulla est redẽptio, & nisi vnus est infernus secũdum verba Euãgelij: Vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguetur. Scripturam autem illã sancti Pauli, cuius opus ardet, aliqui indu- Locus Pauli.
cunt pro purgatorio. Hic notum sit, quod Apostolus hoc loco non loquitur de hoc quod vẽturum est post mortẽ, neq; huic cõcordant verba ipsius, quia in morte nõ apparebit deus in igne, sed hic, secũdum scripturã quæ dicit: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis, sicut multi ceciderũt in peccatũ, & mundati sunt. Et sanctus Petrus: In quo exultabitis, modicum si nũc oportet contristari in varijs tentationibus, ille est dies tẽtationis dei, quapropter quicũq; sacerdos in fundamẽto Christi ponit fidem, amo-

C rem, spem, & reliquas virtutes, ille manebit in die visitatiõis, & quicũq; ponit fœnũ, lignũ, stipulam, hoc est ministeriũ veteris legis, vel leges hominũ, hoc cõburet dies dñi, qa quælibet plantatio, quam nõ plantauerit pater meus cœlestis, eradicabitur, & in ignem mittetur & ardet, & si ille erit, qui legem ponit in fide recta, saluus fiet, sic tamen quasi per tẽtationẽ ignis. Sic est sermo domini: Oñe peccatũ & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemiæ nõ remittetur, neq; hic, neq; in futuro seculo, quod ita intelligimus, sicut ipse dicit: Quodcũq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Similiter illud Machabæorum: Sancta & salubris Alius locus.
est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Ad hoc dicimus, quod is liber est positus inter illos non receptos ab ecclesia, qui dicuntur apocryphi, & dicũt quod scriptor hoc addidit in fine. Secundum autem, quod dicit sanctus Iohannes: Qui scit fratrem suum peccare peccatum nõ ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget qs. Et Machabæi q̃d sunt interfecti, permisit deus, quia habuerũt sub pallijs dona idolorum, & sine pœnitẽtia mortui sunt: inde scriptum est, quod Iudas statim populum monuit, vt cauerent à peccatis, vt huiusmodi plaga eos non tangeret, collegit duodecim marchas, &c. Non tamen stat ibi aliquid de purgatorio, neque quod fuerit auditum, sed solum de inferno & sinu Abrahæ, neq; adhuc eẽt, nisi Thomas monachus de Aquino hoc cogitasset in inferno. Debemus adhuc hoc dicere, quia dicitur quod ij soli eunt in purgatoriũ qui sunt electi, & sunt in via salutis, facientes confessionem, non satisfaciunt consilio sacerdotis, vel qui venialia haberent, & in his moriuntur. Quod hoc non est verum, possumus illo monstrare, quando deus maius ignouit, quare minus non indulgeat? Verum quod pœnitenti deus humiliter indulget in die angustiæ & tribulationis, certum est in publicano. Et ex Euangelio, procidens seruus ille

orabat

orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem domi- D
nus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Et hoc similiter in latrone, quando Deus sibi indulsit peccata, non misit eum in purgatorium, sed secum in paradisum. Ad hoc etiam dicit sanctus Paulus: Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant: Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deum filiuum suum mittens in similitudinem carnis peccati, & peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sic ergo impossibilitas pœnitentis quod non potest satisfacere consilio sacerdotis, non procedit ex anima, quia spiritus promptus est, sed ex corpore, quod iam non potest viuere: & ideo non migrabit in purgatorium, sed implebitur in eo, quod dicit sanctus Iohannes: Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccatis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed etiam totius mundi. Sic erit in magnum contemptum meriti sui, & promissionis suæ, quod plus posset circa purgationem peccati purgatorium, quàm sanguis Christi, & fides, & bona voluntas, & deuota oratio, quia circa fidem infirmi, dicit sanctus Iacobus: Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Et hoc est satis peccati, quando quis non satisfacit consilio sacerdotis: quod si & illud indulgetur ad orationem non scriptam ex libris, sed viua fide fidelis sacerdotis & probi, quam cum fidelibus suis facit ad Deum.

Etiam hoc est contra rationem, quod sola anima debet pati, & non corpus: quoniam si- E
mul clarificabuntur, sicut dicit sanctus Paulus: Si sustinebimus, & conregnabimus, sed quos extremum iudicium viuentes deprehenderit, nullo modo hi possent in purgatorium mitti.

Doctores recentiores

De quo veteres doctores concordius dixerunt, quod ante extremum iudicium, quando Deus in igne apparebit, electi Dei mundabuntur, & fundant se super verba sancti Pauli, quæ antea induximus de fundamento. Et illis doctoribus nondum dederunt possessiones neque de inferno liberarunt animas, donec illi surrexerunt, qui perinuentionem verbi inceperunt quęstum facere cum animabus hominum: primum cum viuis, deinde cum mortuis. Hoc sentimus de purgatorio, de quo doctor Augustinus fecit mentionem, & super nos iram regis concitat iniuste.

De constitutionibus humanis.

Vult etiam scire, quid credamus de ordine Ecclesiastico: Noscat ipse & quilibet alius, quod custodimus constitutiones, quæ sunt auxilio fidei, amoris, spei, & iustitiæ quæ potest ex fide cognosci, ad faciendum ex ipsis præcepta Dei, & vt syncerius possimus eo vti ad finem, propter quem sunt sacramenta, iuxta sensum conuersationis Christi: atque ea obseruamus, quæ adiuuant ad venerationem, rectamq; orationem ad Deum, quæ æquitatem, virtutem, honorē, disciplinam, & vnanimitatem continent, ea obseruamus, & nostros, & alios obseruare docemus. Et hoc nobiscum non est, quod spernamus rectam ordinationem, ideo quia fit per homines instituta, & in eo nos segregemus ad eorum inhonorationem. Sed hoc est, cur facimus, vbi in aliquibus rebus, & ordinationibus, & statutis, etiam veteribus, similes non inueniuntur. Est nostra conscientia, & timor dei, ne eum in iram commoueremus, vbi sponte essemus causa diffidij, vel mali exempli: & ideo populi iram in nos concitaremus. F
Ideo quæcunq; statuta cognoscimus non esse contra iustitiam, ea seruamus: quę si & ex magna parte contra iustitiam forent, si possumus aliquo tamen modo vti eis ad iustitiam, ipsis vtimur ad bonum sensum: vt circa festa sacra, tum ieiunia, aliasq; res eiusmodi quo scandalum ponere declinemus, & studeamus partem habere cum omnibus hominibus. Etiam confitemur, quod in omni seductione est aliquid æquitatis, circa quàm est vel variatio sensus, vel boni vsus, vel ordinationis circa obseruantiam æquitatis: ideo docemus hoc, vt locum daremus æquitati, & cauemus, & circumspicimus super alia, in securitate, & defectu rerum qui inde posset euenire, habentes aliquas apud nos æquitates, seruamus, ne alias supplantemus. Et circa hoc intelligimus nos esse in magnis angustijs, & mutatione, vt custodiamus bonam dispensationem, nō solum coram Deo, sed & hominibus: quod nobis & multi imponūt pro incōstantia & mutabilitate: & alij adhuc peiores sunt, quasi isto cęlemus hypocrisim: & alij de nobis suspicantur, quod in eiusmodi sensum non intraremus in primam seductionem. Has & alias res plures oportet nos Deo permittere.

Ad secundam partem notum facimus, quod ideo multas constitutiones, & consuetudines, ordinationes & inuentiones non continemus, quia in errorem sunt, & euersionem fidei & æquitatis, ex qua descendunt præcepta Dei: sicut honor, veneratio, rectum seruitium, & spes in Deum, & qñ hæ constitutiones sunt causæ idololatriæ, & spei erroneæ, & vanæ superstitionis: & occultationem mortalis peccati. Malis autem sacerdotibus sunt causa ad eorum indignitatem, & ad seductionem à iustitia, & ad auaritiam, & sacrarum rerum quę-

stum.

A ſtum. Populo autem ſunt ad latrocinia, onuſq; vt plura impendant in veſtes, ædificia, & ſplendorem, & inutiliter conſumunt & liguriunt, quod ipſi ſibi & eccleſijs vſurpant, quod in pauperes & egenos expendere debẽt. Ideo non obſeruamus in multis rebus, quia multa impedimenta faciunt verbo iuſtitiæ, orationi, rebus ſanctis circa legis dei ſenſum, propter quæ lex dei venit in contemptũ: & ita humanas conſtitutiones, ordinationesq; tam diligẽter cuſtodiunt, ſicut mandatum dei, vel & diligentius. Et quod deterius eſt, quod per eiuſmodi conſtitutiones mandata dei tranſgrediuntur, & per eas gratia & iuſtitia in famulis & ſeruitio corrumpunt, & ſeruant fidem erroneam, quodq; ita obſeruatur magnipendũt. Hæ & aliæ cauſæ diſſuadent multas alias conſtitutiones, & illas ſanctas, legesq; ex timore & obſeruantia dei. Et hoc admonent veteres & noui, quos nunc relinquimus ob breuitatem.

Eia nunc doctus homo finit ſuam ſcripturã contra noſtram, in qua nihil probabile, iuſtumq; obſtaculũ poſuit, ſed ſolum maledictis. In qua ſe tria inueniunt. Primũ, quod voluit, non autẽ potuit in nos adducere iniuſtitiam. Secundũ, quod mutauit aliqua puncta cõfeſſionis noſtræ. Tertiũ, quod in illo nos accuſat quod de illis rebus non poſuimus, ad quas tunc nobis non dabatur cauſa. Quod ſi homo ille intelligeret nos loqui contrarium fidei in illa confeſſione, certe non reticeret. Ad vltimũ quando finit literas, dat intelligi ſenſum ſuæ ſcripturæ: quod ideo faciat ad regiam maieſtatem, vt ad hoc induceret, vt nos expellat, cõterat, & abigat ex prouincijs. Non intelligens, cuius ſit ſpiritus, quia eſt eius qui ſanctos pTria iniuriarum genera.

B phetas occiderunt, & bonis, iuſtisq; reſtiterunt, quod putauerunt illo ſe obſequium præſtare deo: ideo ſe inſinuauerunt principibus, & principum impias manus confirmarunt. Et eiuſmodi homines ſi nõ pœnituerint, debent omnino timere quod ſuper eos plaga dei veniat. Deus ex ſuo amore conuertat eum, & intelligere faciat quid tentet, vt hic pœnitentiã faciens, gratiam conſequatur, & poſt hoc æternam gloriam. Ad ſecundam eius ſcripturam volumus reſpondere in hunc modũ, & cuſtodire ſicut in priore reſponſione, vt relinquamus maledicta eius & oppreſſiones, quod huiuſmodi apud eum reperiuntur: quia ex numero eorq; qui ſequuntur ornatũ latinæ linguæ, qui raro modeſte loquuntur: vt ſi quem laudant, hoc faciunt ſolẽnibus verbis, veritatẽ non penſitantes: aut ſi quem vituperant, nimis contumelioſe, quantumq; poſſunt deprimunt, nõ verentes deum nec homines. Nos itaq; videntes, quod hoc ſenſu in eum finẽ ſcribat has literas ſicut priores, vt nos apud regiam maieſtatẽ perderet: nos non potentes in hoc facere apud regiam maieſtatẽ informationem bene intelligentes, quare & propter quid, viſum eſt nobis expedire ob cauſas, quas in prioribus literis poſuimus, omnibus in cõmuni ſcribere, quibus ſi ſuæ in manus venerint vt reſponſio ſimul peruenire. Suam reſponſionẽ & veritate & ſimplicitate abſoluemus: ſed prius ſcriptura præmittitur doctoris Auguſtini, qui regiæ maieſtati ſcribit, & ſic incipit: In prologo eius epiſtolæ indicat ſe vidiſſe cũ tædio literas, quas regiæ maieſtati ſcripſimus, & ſtatim in nos ſit contumelioſus: neq; in nos tantũ, ſed & generoſam, venerabilẽq; virginem, virginem Martham. Et videtur nobis mirabile, quare adeo ſit ſibi tædio noſtra ſcriptura, vel quare ſe excuſans imponit negotijs ſuis, per quæ non poſſit reſponderet & conſtat quod non doctori Auguſtino, ſed regiæ maieſtati literas miſimus, & à doctore

C Auguſtino reſponſum nõ poſtulauimus: quid ergo ſibi ea cura incidit, vt ſolicitus pro reſpõſione fieret, cũ neq; regia maieſtas, neq; ipſe indicent quis mittat reſponſum, vt poſſemus tamen inſtrui cui debeamus reſpondere. Primam cauſam ſuæ ſcripturæ dicit, vt fraudes noſtras regiæ maieſtati patefaceret, volumusq; eum libenter audire. Cum hac ſcriptura vult in primis, quod eſſemus nobiſipſis contrarij, ſed nihil faciet, & ſic per hoc callidum mendacium nobis imponit, vt per hoc regiam maieſtatem ad iram commoueret, & exufflat ignem vt iuberet æſtuare mortem, ſicut æſtuat vnguentũ in aheno. Cognoſcat hoc quilibet, puta eius ſcripturam, & rationem fidei noſtræ, ſicut & prius ſuper eius literas ſcripſimus, quemadmodũ credimus, quia panis eſt corpus Ieſu Chriſti naturale, & ſpirituale benedictũ. Sed ipſe ſcribit, quod ſub ea ſubſtantia panis & vini verũ corpus & verus ſanguis ſubſit: & per hoc fidem noſtrã fundatam ſuper verba Chriſti mutauit, ſicut ipſum cõuicimus in primis literis. Et circa hanc alterã partem non veretur mutare dicens in nos, quod loquamur & prædicemus quod nullus honor debeat fieri corpori & ſanguini Chriſti: forte non potuit per iram placide perlegere quod ſcripſimus latina lingua regiæ maieſtati. & hæc fuit cauſa, & hoc tetigimus. Vt liberemur ab omni ſuſpitione, volumus idem Bohemica lingua ponere, quod interpretatur ſic: De corpore & ſanguine Chriſti ſic credimus, quod poſt verbum per ſacerdotem recte conſecratum, quod ſtatim panis eſt corpus Chriſti verũ naturale, ſumptũ ex Maria virgine, quod debuit tradi, ſicut dicit: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, & vinum, ſanguis eius naturalis corporis, qui debuit effundi in remiſſionem peccatorum. Et non ſolum credimus & fatemur, quod panis eſt naturalis caro, & vinum naturalis ſanguis benedictus: ſed quod panis ſimul etiam eſt De euchariſtia.

De cõmunione sub vtraq; specie.

caro spiritalis,& vinum sanguis spiritalis,quod est vnitas ecclesiæ.Sic dicit sanctus Paulus:Et panis quem frangimus,nõne participatio corporis domini est?& quod sub vtraq; specie debet cõmunicari,secundũ præceptũ Christi& exemplũ primitiuæ ecclesiæ ex fide & necessitate salutis,q̃d ordinatũ est per filiũ dei:qa sub specie vtriusq; veritatis,dignitas ad salutem posita est,quæ sacramento ad conscientiam & spem configuranda est,Sed quia hanc fidem aliqui non recipiunt quam professi sumus,in corda nostra penetrant,temere discutientes,& dicũt q̃ aliter credimus & aliter dicimus,& iniuste nobis coram deo faciũt,qui nos melius pro nostra iustitia cognoscit:& alij nos iudicãt,propterea q̃ ab eoꝝ sacerdotibus non communicamus.Sed non intelligunt quare:& hoc ideo, quod nostros sacerdotes habemus,& opportuno tempore disponimus nos,& ab ipsis sumimus.Sed ad sacerdotes nobis aduersos ire non audemus:quia non possumus in communi de eis cogitare quod nuntium dei omnipotentis ita perficerent operibus per res fidei contrarias,& operi & ordinationi scripturæ.Et propterea nobis non credunt,quod in hoc sacramento solum quod est præceptum per filium dei,facimus:& quod ibi non est præceptum,hoc non facimus:sed ibi facimus vbi præceptum est.Sicut honorem & reuerentiam exhibere corpori & sanguini Iesu Christi,à dei filio non est præceptum: sed credere & accipere,manducare & bibere,& facere hoc in eius commemorationem.Sed quod huic substantiæ corporis Christi benedicti,non est præceptum quod ei honorem faciamus, verum substantiæ corporis Christi quæ sedet ad dexteram patris.Pro huius testimonio est,quod dominus noster Iesus Christus sedentibus dedit,& successores longo tempore transeuntes per domos fregerunt panem,& acceperunt cibum cum benedictione,& non fecerunt reuerentiam.Et tamen sic facientes non errauerunt,nec hæretici fuerunt:quod mandatum est vt Iesum Christum verum deum & hominem honorent:non in ipsa substantia sacramenti,sed in substantia corporali dei.Et huius habemus mandatum,quod meminit dominus contra tentatorem:Scriptum est eñ,Dominum deum tuum adorabis,& illi soli seruies: quod est nouum testamentũ.De quo Apostolus dicit: Propter quod & deus exaltauit illum,& donauit illi nomen,quod est super omne nomen,vt in nomine Iesu omne genu flectatur,cœlestium,terrestrium & infernorum:& omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus est in gloria dei patris.Et dominus ipse dicit,Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem.Sed nullus hic honorificat patrem in creatura,sed in cœlo,dicẽtes:Pater noster,qui es in cœlis.Et sanctus Paulus dicit:Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi,ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.Sic debent omnes honorare filium.Et ob eam causam quando personaliter hic fuit super terram,quamuis erat dignus honore,noluit compellere homines vt se adorarent:sed in cœlo habet gloriam,quã habuit ante secula,& quod illic post suam ascensionem venere tur & confiteatur.Et ad testimonium firmæ probationis,habemus nouos testes & veteres. Veteres,quando dicit per Moysen:Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem, quæ in cœlo sunt desuper,& quæ in terra deorsum,& quæ versantur in aquis sub terra,nõ adorabis ea & non coles.Ego eñ sum dominus deus tuus. Nouos autem,dicit Iesus:Tũc si quis vobis dixerit,ecce hic est Christus,aut illic:nolite credere.Surgent eñ Pseudochristi & pseudoprophetæ,& dabunt signa magna & prodigia,ita vt in errorem inducantur, (si fieri potest)etiam electi:ecce prædixi vobis.Si ergo dixerint vobis,ecce in deserto est, nolite exire:ecce in penetralibus,nolite credere. Nec descendet corporaliter cum corpore suo ante diem iudicij,hoc probat communis fides Christiana,vbi dicit:Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis,inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ex hoc potest quisq; intelligere,quod ille doctor præcipitanter facit,non intelligens scripta nostra,forte per iram suam:quia habemus manifestam discretionem venerationis eorum,sicut in literis quas ad omnes misimus, manifestius confessi sumus,quod ijs & sacris testimonis ibidem respondeat.Et hoc perpetuo credimus ex fide, quod summum opus venerationis est,obseruantia præceptorum dei,& econuerso summa irreuerentia,inobedientia.quod Samuel ad Saul regem dixit:Nunquid vult dominus holocausta & victimas & non potius vt obediatur voci domini? melior est eñ obedientia quàm victimæ,& auscultare magis quàm offerre adipem arietum:quoniam sicut peccatum hariolandi est repugnare,& quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Ideo credentes quod panis & vinum secundum verbum saluatoris est corpus & sanguis eius,obedimus mandatis eius,sic quod sumimus & comedimus sub vtraq; specie:& hoc facimus secundum commemorationem passionis eius,sicut & priores fecerunt. Et amplius ex præcepto dei veneramur filium dei, verum deum & hominem,ad dexteram dei patris.& secundum eius præceptum non credimus eum esse personaliter in terra,neq; eum expectamus de cœlo vsq; ad extremum diem iudicij,neq; hos recipimus qui eandem personam hic esse monstrant,neq; eam sequimur.

Attende.

Summũ opus venerationis est,obseruantia præceptorum dei.

A quimur. Amplius ſecundũ eius præcepta ſumimus eum in ſua potenti maieſtate ſpirituali in fidelibus nuntijs, & honoramus cum fide, obedientia, & ſubiectione: ſic tamen circa hoc mandatum veneramur eum in fidelibus membris, in quibus eſt per fidem, meritum q; ſuæ conuerſationis cum patre & ſpiritu ſancto diligimus, & famulamur, & cum operibus miſericordiæ, ſi eum pro mandatis eius in verbo eum ſuſcipiunt: & ſequimur opere quantũ cognoſcimus & poſſibile fuerit, & in ſacramentis in ſuo nouo teſtamento amoris & iuſtitiæ vnimur eo ex amore. Ideo ſic facientes, nullum impedimentum nobis in ſcripturis & factis facimus. Quod ſi crederemus corpus Ieſu Chriſti in ſacramento cum eiuſmodi exiſtentia, ſicut eſt ad dexteram dei patris: certum eſt quod nos rebellantes venerationi huius corporis, eſſemus etiam contrarij nobis in adoratione. Sed nos credimus, quod panis & vi Corpus Chri.
num eſt corpus & ſanguis Chriſti, in exiſtentia benedictionis, factis ſolum ad ſumptionẽ & vſum & memoriam: quia ſi dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum & ſanguinem expenderet in huiuſmodi forma, ſicut nunc credunt eſſe ſub ſacramento: profecto non neglexiſſet ſuos, ſed manifeſtaſſet apoſtolis, quod ſurgentes primum venerarentur, deinde ſumerent. Si noluiſſet tunc, poſtea tamen ſancto Paulo iuſſiſſet, accipiens mandatum de eo à domino: ſed non fecit mentionem, ſed præmonuit eos vt non idololatrarent. Et non reliquiſſet ſic primos Chriſtianos in ignorantia multis ſeculis, quod noſtri ex ſola conſuetudine in hoc inducti fecerunt, ſicut ſub ſumptione vnius ſpeciei: & videntes conſuetudinẽ
B poſtea confirmarunt, propter obedientiam Romani pontificis. Quod ergo illi doctori nõ videretur quod ſuæ quæſtioni non ſatiſfaceremus, vbi ſcribit: Sinite vt interrogentur, ſi idem Chriſtus adſit, quem ſub ſacramento corporis & ſanguinis ſe ſimulant nobiſcum credere, vel ſi eſt differens ab illo qui ſedet ad dexteram dei patris. Si ille eſt, quare non veneramur hunc, vt illum? Quamuis reſpõdimus, quod non ita credimus, nec cogitamus ſicut ipſe: ſed ſicut verba fidei oſtendunt, & ſui interpretis ſancti Pauli, & opera primitiuæ eccleſiæ, & catholica fides, & præcepta dei: dicimus adhuc & ſimpliciter cõfitemur, quod nobis eſt niſi vnus deus, vnus dominus, Ieſus Chriſtus, & quod eſt in ſacramento cum ſuo naturali corpore talis, ſed per aliam exiſtentiam quàm in dextris dei: & adhuc dicimus, quod eſt etiam cum carne ſpirituali: quia eſt aliud dicere, ille Chriſtus, hoc corpus: & eſt aliud dicere, cum huiuſmodi exiſtentia. Primũ concedimus, quia ille Chriſtus eſt cũ hoc corpore: ſed aliud non concedimus, ſecundum fidei ſcripturam reſiſtimus, hoc eſt quod An perſonaliter in eucha riſtia Chriſtus
dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt ſuam aſcenſionem, cum naturali ſubſtantia corporis ſui perſonaliter exiſteret. Sed dicimus quod non fuit, nec eſt, nec erit, donec ad extremũ iudicium: quia cum illa ſubſtantia ſui corporis niſi vnũ locum habet, ſicut hic habuit adhuc viator, non poteſt multiplicari, nec corporaliter leuari. Et hoc quod oſtendatur vera ſcriptura Chriſtianæ fidei, primum ponetur, quod deus manifeſtauit perſonalem aſcenſionem ſubſtantiæ naturalis corporis, quando ad diſcipulos ſuos eſt loquutus: Pauperes emẽ ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis. Et: Vado ad eum qui miſit me. Et cauſam adiungit, dicens: Vado parare vobis locum: ſi emẽ non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Et quis eſt ille paracletus, qui de-
C buit cum illis perpetuo manere: & quod venit, teſtificatus eſt verũ abſceſſum, de quo dicit: Exiui ò patre, & veni in mundũ. Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Iterũ perſonaliter abiuit cum ſubſtantia aſſumpti corporis. Dicit emẽ in oratione ad patrem: Iã non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Et iterum: Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. Et iterum per ſimilitudinem: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? venient autem dies cũ auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabũt. Iterum: Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum deũ meum & deum veſtrum. Et angeli dixerunt: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlũ. Et hæc eſt illa prophetia pſalmi: Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ. Et ſanctus Petrus dicit: Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere vſq; in tempora reſtitutionis omnium, quę loquutus eſt deus per os ſanctorum ſuorum à ſeculo prophetarum: quem & ſanctus Stephanus vidit ſtantem à dextris dei. Et ſanctus Paulus vidit eum in tertio cœlo, & is dixit: Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus. Et multæ aliæ ſimilitudines ſaluatoris ad hoc ſunt, in quibus manifeſtat ſuum aſcenſum & deſcenſum non ante fieri, quàm ad extremum iudicium. & præcepit omnibus vt vigilantes expectent: & præcipue dans eis poteſtatem ſuper labores, cum qua poteſtate, iuſtitia & auxilio promiſit ſe eſſe cum ſuis fidelibus vſq; ad conſummationem ſeculi, & cum ſuis membris fidelibus. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius, promiſit ſe inter eos eſſe ſpiritaliter cum participatione corporis & ſanguinis, & in ſacramento in virtute cum teſtimonio ſuæ iuſtitiæ. Ad hoc ſonat vox veteris & magni doctoris Auguſtini, vbi dicit: Virtus

Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas do D
minus. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet: veritas autem eius vbique
diffusa est. Sicq; ex sacris literis & alijs multis certum est, quod dominus Christus cum suo
corpore & sanguine in naturali substantia personaliter existenter non est hic, donec ad cō
summationem seculi: & quod est in vno loco, hoc est à dextris dei. Hoc voluit, antea hic
in suo mortali corpore manifestō ostendit, quod vno in loco existens, non fuit in alio eo-
dem tempore, sicut eius sermo illud ostendit: quoniam loquutus est ad discipulos suos, di
cens: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi, sed
eamus ad eum. Et Martha dicit: Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. Sic
post resurrectionem, glorificato corpore vno eodemq; tempore nō fuit multis locis, sed
vno, & alijs temporibus fuit alijs & alijs locis. Sicut quādo fuit in Hierusalem, nō fuit tunc
in Galilæa: & quando fuit in Galilæa resurgēs ex mortuis, non fuit in sepulchro: quod neq;
angeli sunt mentiti, dicentes: Surrexit, non est hic. Sicq; cum suo substātiali assumpto cor-
pore, quo cū sedet nunc ad dexteram dei, non potest multiplicari, sed solum vnus totus ve
rus existenter manet in cœlo: & non potest corporaliter sumi à fidelibus animabus, sed so
lum spiritaliter, quia dixit: Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius: spi
ritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquutus sum vobis, spi
ritus & vita sunt. Ideo credimus & ex fide sentimus, quamuis Christus non est hic cū cor-
In virtute. pore naturali, mansione existenter & corporaliter: est tamen spiritaliter, potenter, benedi-
cte, in veritate: quod cum hac mansione non abijt: & nō abibit à suis, sed vbiq; vbi vult est
& infinitis locis huius corporis & sanguinis veritas augmentatur, & potest multiplicari ad
omnem necessitatem suorum fidelium & electorum, vt in hoc dicit dominus: Ego vobis- E
cum sum vsq; ad cōsummationem seculi. Et: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine
Eucharistia. meo, ibi sum in medio eorum. Et sanctus Paulus: Christum habitare per fidem in cordibus
vestris. Item: An experimētū quæritis eius qui in me loquitur Chrūs? Ideo ex fide sic sumi
mus: & sic illius doctoris scriptis respondemus sicut antea, quod Chrūs cum corpore suo
& sanguine in mansione benedictionis est, sicut in dextera dei, sed non simili mansione vt
in cœlis: ideo non debemus eum venerari in benedictione sacramenti, quæ fit & fieri de-
bet in essentia personali, existenti in dextera dei. Et vt melius adhuc intelligatur, quod non
assimilamus, neq; pro vno ponimus, eius habemus exemplum in Iohāne Baptista, de quo
dominus dixit: Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est: & ipse sanctus Iohan-
nes est cōfessus sacerdotibus & Leuitis, quod nō est ipse Helias: & sic hi sermones non con
ueniunt sibi, sic vt illi Augustino confessio fidei nostræ: tamen sermones sunt veri, in sano
sensu intellecti, quod Iohannes personaliter in substātia non fuit Helias: sed in ipso esse spi
ritali, quem dominus mutauit, & sic Iohannes non contradixit, quod etiam angelus con-
firmat, qui manifestat eius conceptionem Zachariæ, dicens: Et ipse præcedet ante illum in
spiritu & virtute Heliæ. Etiam accipimus illius exemplū ex sermone sancti Pauli, vbi scri-
bit: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyse
baptizati sunt in nube & in mari: & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, &
eundem potū spiritalem biberunt, tamen nullus concedit, quod hi patres manducauerūt
corpus & sanguinem Christi corporaliter, siue quod in naturali substantia substantialiter F
essent vsi, quia nōdum fuit incarnatus: neq; dedit corpus suum in manus peccatorum ad
mortem, ad præparationem escæ, neq; sanguinem ad bibendum, neq; adhuc instituit sacra
mentum corporis & sanguinis. Et sanctus Paulus ad Hebræos: Vmbram enim habēs lex
futurorum bonorum, nō ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostijs,
quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedētes perfectos facere: quia lex per Moy
sen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Amplius dicit: Bibebant autē
de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Certe non corporali, sed spi
ritali figura qui futurus erat, cum quo se communicat in sacramento noui testamēti, & hoc
sic: quia sacramenta noui testamenti habēt iustitiam perseuerantem, & meritum, & vsum
in Christo & ecclesia. Et huiusmodi exempla possent plura induci ad hoc ex sacra scriptu-
ra, si non indigeret multa disputatione, & tædium faceret legenti. Sic docemus, vt breui-
ter dicamus, quod non timemus (dei auxilio) pedicas, quas nobis ille prudens venator po-
suit, sicut ante oculos auium, quòd duos Christos nos oporteat confiteri. Sed omnino
ipse cum alijs, qui sic sentiunt (vt ipse confitetur) eas decipulas debent timere, esse scilicet
Christum in terris personaliter, sicut in dextera patris sedet, quod hi Christum diuidūt, &
contra præceptum hic monstrant. Quare ipsi abducūt fideles à sensu spiritalis ipsius & sa
cramētalis existentiæ & sumptionis. Absq; illo præcipuo spiritali Christo, nemo potest
saluus fieri. Sed petimus quo facilius cognoscamus auxilium ad cognitionem veri & erro-
Quæstio ris, quod etiam doctor Augustinus permittat sibi quæstionem vnam, aut duas facere circa

sacramē

A sacramentum corporis & sanguinis Christi. Et hoc eandem quæstionem, vbi ex nobis quærit, dicens: Est ne ibi idem Christus, quem sub sacramento panis & vini esse simul nobiscum dicunt, sicut sentit & permittit, vel est distinctus ab illo qui sedet ad dexteram patris? Interrogetur etiam illud cum illa quæstione: Si est idem Christus, verus deus & homo secũdum eius opinionem substantialiter, & naturaliter in sacramẽto, & in fidelibus sacerdotibus, vel alijs hominibus qui sumunt sacramentum & eundem Christum in sacramento: vel sit diuisus ab illo Christo hic in sacramento & in cœlis? Si est idem: quare illum non venerantur & adorant vnum & eundem dominum Christum in homine, sicut in sacramento, & ad dexteram dei? Et certe deberent hoc facere ex præcepto fidei plus, quia digniore modo est in homine, quàm in sacramento: quia propter hoc est in sacramento ad tempus, vt eum homines sumant cum reuerentia, non solum ad tempus, sed in perpetuum, sicut potest dici & confirmari ex verbis Christi, vbi dicit: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Si est diuisus, dicat sibi soli, tantumq; alijs: & sicut alios iudicat, se iudicet. Hic opus erit ostendere fide in Christum dominum.

Et vbi tenet & memorat de transmutatione panis & vini in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi, sinat vt interrogetur, an in totam personam domini nostri Iesu Christi panis & vinum transmutetur, vel si non in totum Christũ. Si dicit in totum, hoc est in corpus, animam, & diuinitatem: hoc est impossibile & incredibile à tota re, quia iam transiret & transmutaret se creatura in suum creatorẽ, spiritalis persona in spiritũ dei incomprehẽsibilem & omnipotentem: & sic vlterius quod est cõtra fidem salutis, & nullum ingenium Quæstio.

B sanum ausum fuit ad hoc cogitare, nisi ille homo præsumat se in hoc experiri. O multũ adhuc abest si vis cogitare, quia neq; in anima, neq; in spiritu est aliquid creatum dignum domino nostro Iesu Christo: quare impossibile est de hac transmutatione cogitare, quia natura terrena & corporalis, & quicunq; spiritus sunt incomprehensibiliter, & sicut fine fine à se differentes: quia spiritus carnem & ossa non habet, quia iam naturam suam clarificatam perderet: præterea neq; in spiritum nõ creatum à deo, quod est horribile cogitare. Tunc iam in fine oportet in hoc consentire & dicere, quod in solam carnem & solum sanguinem domini nostri Iesu Christi fine anima & diuinitate, mutabitur. Et si hoc est verũ, non in totum Christum transibunt substantiæ panis & vini, & hoc non fiet: quia non erit ibi deus, sed neq; homo verus: & qualiter hoc debeat accipi, neq; ex fide, neq; ex aliqua ratione. Sed est certum & verum, quod neq; in solum corpus panis se transmutat, neq; in solum sanguinem vinum. Quod si ita esset, ponentes secũdum rationem illam, iam nõ fit totus Christus sub priori substantia, sed solum in corpus, sicut ponit, transmutatur panis, & in solum sanguinem vinum: quia sic corpus esset sine naturali sanguine, & sanguis sine corpore: & aqua quam mittunt simul in calicem, in quid illa transmutatur? forte ita manet, & tota illa cogitatio est impossibilis: quia verum corpus domini Iesu semel formatum est per spiritum sanctum in vtero virginis ex puro illius sanguine, & non ab alio: sed ibi fieret ab alio, vbi nunquam fuit in vtero virginis, neq; ex ea natum. Sed huc redibit, quod hodie est aliquid corpus domini quod heri nõ fuit, & cras similiter erit quod hodie nõ est. Sed credimus, quis nõ credere solum, sed etiam cogitare præsumpsit? Forte dices, quod illæ res se

C coniungent. Hoc aliud nouum, nõ ex corpore natum simul cum illo corpore ex virgine, nec cum anima & diuinitate. Hæ res nõ sunt auditæ à prophetis dei, nec apostolis: quia aliam nouam rem faceret Iesus super terram, & adhuc maiora quàm incarnationem verbi æterni, & mutua coniunctio cum anima in toto esse, & hoc & illa corpora multiplicata ad aliquot mille loca vna anima semel creata vniat, & viuificet, & vnificet ea corpora in simul. Hæ res, & multæ aliæ inde venerunt, quando excogitauerunt eiusmodi substantialem transformationem. Transsubstantiatio.

Ille doctor quando hæc tenet, debitor erit expositionis secũdum rationem fidei. Et amplius: Hoc corpus domini nostri Iesu Christi ex substantia panis cõsecrati factum, erit vel mortale, vel glorificatum? Fortasse dicet glorificatum, & quod sedet ad dexteram patris. Sed hoc nõ conuenit, vt illud ad dexteram patris sit quod verbis exprimitur, benedicitur & cõsecratur secũdum sensum verborum: quia quod his verbis fit, est mortale, & mutatur, quando dicitur: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: & hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur. Quod si hoc erit, Chrũs adhuc morietur, & sanguis adhuc effundetur. Vide quid ad hãc transmutationem cogitarint, vel abstractio substantiæ ex accidentibus, quia oportebit alia verba excogitare transfigurantes: si fient alia verba, cum his nihil facient, & hoc nõ aliter expediẽt. Et ex hoc magis, magisq; crescit. Si apostoli hunc sensum, & hãc fidem habuerunt, & cõtinuarent partes de hoc sacramento vsq; in magnam sextam feriam, vel amplius, huc res caderet, esset simul in corpore vno viuus & mortuus: viuus in sacramẽto reseruato, sed in cruce nona hora & postea in sepulchro mortuus, & in die resurrectionis simul glorificatus & mortalis, glorificatus Inconueniens.

tus prodiens ex sepulchro. Et ex hoc amplius sequitur, quod simul erit viuus & non viuus, D
mortuus & non mortuus, mortalis & non mortalis, glorificatus & nõ glorificatus. Et hoc
neq; deus ex sua omnipotẽtia tota faciet, neq; est possibile, neq; cõueniens. Et quia semel
cœpimus: hæc vestra transmutatio quãdo fiet, in principio verborum, vel in fine? ambo
sunt impertinẽtia. In principio non fit, quia sine expressione formæ verborum nõ fit trãs-
mutatio: sed tunc cum vltimum verbum finitur, finat vt interrogetur, & non taceat, sicut
& cætera. Quid mandauit Chrũs dominus accipere & manducare, dicens: Accipite & co
medite, hoc est corpus meum: & super quid monstrauit cum hoc verbo quod nominatur
latine, hoc? Si super corpus Christi? Non, quia adhuc nõ fuit ante expressionem verbor.
Hoc. & super panem etiam nõ monstrauit secũdum opinionem vestram, quia contradiceretis
temere: sunt hic fere omnes noui doctores, nesciunt quò se vertant, vbi se mouent est an-
gustum. Si dixerint, super panem monstrauit, & hunc fecit accipere & comedere, hoc ne-
gatis, & tamen corpus domini nõ fuit: manserunt in hoc quod dominus Iesus super nhil
monstrauit tum his verbis: Hoc est corpus meum. &: Hic est sanguis meus. Et plura hic po
nunt, quod hic nihil frangitur, nihil videtur, nihil auditur, nihil oletur insuauis, quamuis sen
sus & olfactus hominum videtur eis quod hoc totum olfaciunt, & hoc dicunt de interiori
homine, certe apud eos nihil est eorũ. Hæc est fides Christiana, sic magis & magis hærent
secũdum verba saluatoris, quibus sacerdotes transmutãt panem & vinũ. Vtrum autem sa-
cerdotes recte dicant, hoc est formaliter, vel si solum post Christum iterum illa verba di-
cant, hoc est materialiter, quod si nõ formaliter dicunt, sed materialiter, cum hoc nõ trans- E
figurabunt secũdum sensum omnium vestrum: & sic profecto nullus viuens sacerdos de-
bito modo potest loqui sicut Christus: quia iam non esset corpus Christi, sed sacerdotis,
quando eisdem verbis diceret: Hoc est corpus meum. Hæ quæstiones sunt vestræ, & ex
vestris aluearibus fere omnes, & aliæ multæ, & interdum cũ responsione non satis pingui,
& sunt contra manifestam fidem Euangelij eiusmodi sensus. Verũ ille doctor hæc omnia
explicet secũdum rectum sensum fidei & rationis, & firmum fundamentum monstret, &
nõ ex opinione quando eam fede induit. Suis quæstionibus respondimus, quod illud te-
stamentum in se recipiat penes vnum sacramẽtum corporis & sanguinis domini, & no-
bis nõ imponat errorem quem ipsi vobis feciſtis. Nos tenemus lucem sancti Euangelij, su
per quod firme possumus salutem ponere. Certe dominus Iesus nos non decipiet, qui di-
xit verum, firmum, & firmius quàm cœlum & terra. Nunc non cogitamus de his plura di
cere: quia satis de hoc scripsimus in literis illis, quas publice ad omnes dedimus.

Et sancto Petro dixerunt adstantes: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manife-
stum facit. posset huic doctori secũdum scripturam suam idem dici, quod est spiritu similis
illis, qui dominum adiurarũt, & dixerũt: Adiuro te per deũ viuum, vt dicas nobis, si tu es
Christus filius dei? Cumq; respondisset, dixerũt: Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc
audistis blasphemiam, quid vobis videtur? omnes cõdemnarunt eum, quia reus est mor-
tis. Ad horum similitudinem ducimus illũ doctorem Augustinũ. Meruimus ne illo quod
deduximus, quia hæc est vera fides Christi, à Christo domino suis verbis expressa, à pri-
mitiua ecclesia ita obseruata & custodita? Est tamẽ hæc impudens res & iniqua, dare sentẽ F
tiam prius, quàm facere hominem reum. Vetus lex neminem iudicat, nisi postquam audi-
tum est crimen. Et in noua lege est gratia & iustitia. Dominus Iesus, qui nõ venit damna-
re, sed saluare, prohibuit iudicare, & præcipue damnare. Igitur cum qua lege amice Augu-
stine, cũ quo dei verbo nos iuste accusasti? Sed tu male & inique nostram scripturã recepi-
sti, & falsum testimoniũ in nos dixisti pro iusto testimonio regiæ maiestati. Nunc ipse fers
sententiam quid mereamur, & sic accusas, testificaris, & iudicas: falsè testificans concludis
quod aspernamur venerari Christũ vbi ad dexteram dei cœli debet adorari ex præceptis
suis, sicut amplius est de hoc superius dictum. Ex quibus rebus iam intelligimus: Habeat fi
Romana ec- delis homo quodcũq; iustum contra eos, nulla re contra Romanam ecclesiam aliquid de-
clesia. ducet. Huius habemus exemplũ sub communione corporis & sanguinis domini nostri Ie
su Christi sub vtraq; specie, quemadmodũ est fida & recta iustitia secũdum præceptũ dei,
per apostolos obseruata, per antiquos doctores testificata: super quam multi noui docto-
Concilij Ba res confitentur, & etiam moderni concedũt, & in Concilio Basilienſi assenserũt. Sed sub
silienſe. vnius speciei ministratione nondũ statutum est: sicut non diu libelli Pragæ impressi, pro-
babiliter ostendũt. Et tamen nulla via ad eam æquitatem consentiunt, vt idem facerent,
Bohemi. & Bohemos non haberent hæreticos. Et quare hoc? quia oporteret eos audire sibi obijci,
quod ipsi errant & errarunt. Sed hoc nulla via facient, sed potius multa, magnaq; homici-
dia perpetrarent, & multum innocentem sanguinem (si hoc deus permitteret) effunderẽt.
Sic etiam symoniaci: est ne hæc prima & maxima hæresis, in qua in spiritalibus fere omni-
bus quæstuantur, habẽtes contra hoc magnas prohibitiones & sæueras punitiones? Quid

ipsi

A Quid ipſi hoc curant, ſi aliquis prohiberet, qui ſuper hanc eccleſiam horrendum hoc peccatum ſymoniacæ prauitatis, in qua ſine fine de die in diem ſcandalizant, induxerunt? Et illi ſacerdotes concubinarij & publicani, quod ipſi ex officio deponi debent, cum apud eorum miſſas eſt prohibitum, ne quis eas audiat. Et multæ eiuſmodi res ſunt manifeſtæ, quod ſuper eos conuincitur, quod multum errant: tamen nulla via peccatum confitentur, & pœnitentiam agunt. Et quando Zircka cum tribulis ſuis non triturasſet ex Bohœmis & Moratuis, communio ſub vtraque ſpecie non habuiſſet locum in hodiernam diem. Super quod nos, qui non habemus opinionem, vt poteſtati mũdi reſpondeamus, ſed ſola patientia ſtare, & paupere noſtra confeſſione teſtificari, certe apud eos non iuſtificabimur. Quod neq; expectamus quod vellemus triumphare: ſolũ aũt vt manifeſtum malum vitaremus, & manifeſtam æquitatem deprehenderemus, & inde ad beatitudinem peruenireмus in amore hic, & in futura vita æterna gloria. Ad quam nos perducat vnus deus in eſſentia diuinitatis, & in perſonis trinus, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſemper benedictus cum omnibus veritatem diligentibus, & legem ſuam. Amen.

Quicunque autem deſiderat vlteriorem inſtructionem ſecundum ſanum intellectum ſacræ ſcripturæ de ſacramento corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, multum conduceret ad hoc, ſi legeret tractatum, quem ante tempora ſcripſerunt veteres Bohœmi, in ſpe dei, fundamento boni & ſancti viri, contra ſuos aduerſarios: & hoc inuincibilibus teſtimonijs legis dei, qui ſic incipit: Ad honorem in æquitate ad ſacramentum corporis domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui Bohœmis eorum aduerſarij non potuerunt reſiſtere teſtimo
B nijs, & rationibus, & ſacra ſcriptura: concitarunt contra eos poteſtatem mundi, ſic quod alij qui fame perierũt ex mandato regis Georgij, ſuper quẽ multa mala venerũt & in filios, & in on. ne ſuum regnum ex permiſſione dei ſuper veram vindictam innocentis ſanguinis. Sed ipſi propter iuſtitiam poſuerunt corpora ſua cũ patientia confirmantes ſe, & triumphatores, & ſecutores Chriſti & ſuoꝝ facti ſunt, meritum & coronam à domino impetrarunt. Vnde facile intelligit, quod ſemper viciniores ſunt æquitati fidei, & eius anguſtæ viæ, quæ perducit ad vitam, qui propter æquitatem patiuntur, quàm qui propter eam penes opinionem propriam alios perturbant. Sed nunc quod antiquo tempore Bohœmi deſtruxerunt, Attende.
hoc moderni iterum repente ædificant: ſicut imagines, arcas magno pretio, organaq;, & alia eccleſiaſtica ſuperflua ad felicitatem, & ſub huiuſmodi populus ſe non conformat per virtutes, ſed peccata & iniquitates creſcunt. Quando eiuſmodi res vellent reſpicere, miſererentur noſtrum, & darent nobis inter eos. Etiam hoc neceſſario, ſicut alibi, ſic ibi notum facimus, quamuis primo deus hoc notum fecit nobis ex miſericordia ſua, quod cognoſceremus ſeductionem Romanæ eccleſiæ à communi ſalute: & quod non eadem eſt quam ſe dicit, tamen etiam multum auxiliati ſunt, & præcipue aliqui de melioribus, quid ipſi de ea tenuerunt & ſenſerunt, & ſuis ſcriptis poſt ſe reliquerunt. Propterea debet nullus prudens nobis imputare, quaſi ſoli eas res ex nobis cogitauimus: ſed paratas ab ipſismet monſtratas omnibus in communi, & etiam nobis. Et finite, nos breuiter hos memorare vnum vel Bernardus
duos. Primus, Bernardus ſic dicit: Væ generationi huic à fermẽto phariſæorum, quod eſt hypocriſis: ſi tamen hypocriſis dici debet, quæ iam præ abundantia latere non valet, & prę
C impudentia non quærit, ſerpit hodie putida tabes per omne corpus eccleſiæ, & quo latius, eo deſperatius, eoq; periculoſius quo interius. Nam ſi inſurgeret apertus inimicus, hæreticus mitteretur foras, & areſceret: ſi violentus inimicus, abſconderet ſe forſitan ab eo. Nunc vero quem eijciet, aut à quo abſcondet ſe? Omnes amici & omnes inimici, omnes neceſſarij & omnes aduerſarij, omnes domeſtici & nulli pacifici, omnes proximi, & omnes quę ſua ſunt, quærentes, miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis domini, cum honorem domino non deferant. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: Inde aurum in frenis, in ſellis, & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent. Inde ſplendidę menſæ & cibis, & cyphis. Inde comeſſationes & ebrietates. Inde cithara, & lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marſupia. Pro huiuſmodi volunt eſſe & ſunt eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. Nec enim hæc merito cedunt, ſed negotio illi quod perambulat in tenebris. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara prius in nece martyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima, nunc in moribus domeſticorum. Non fugare, non fugere eos poteſt: ita inualuerũt, ita multiplicati ſunt ſup numerꝫ. Inteſtina ẽ, inſanabilis eſt plaga eccleſię & ideo in pace amaritudo eius amariſſima. Sed in qua pace? Et pax eſt, & nõ eſt pax. Pax à Paganis, & pax ab hęreticis, ſed non profecto à filijs. Vox plangentis in tpe iſto: Filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerunt me, ſpreuerunt & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi

commertio: à negotio deniq; perambulante in tenebris: ſupeſt vt iam de medio fiat dæ- D
monium meridianum ad ſeducendos, ſi qui in Chriſto reſidui ſunt adhuc permanentes in ſimplicitate ſua, ſiquidem abſorbuit fluuios ſapientum, & torrentes potentium, & habet fiduciam vt Iordanis influat in os, id eſt, ſimplices & humiles qui ſunt in eccleſia. Item in vice ſimotertio eius ſermone ita dicit: Timeant clerici, timeant miniſtri eccleſiæ, qui in terris ſanctorum quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipendijs quæ ſufficere debebant, minimè contenti, ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi forent, impie ſacrilegeq; ſibi retineant, & in vſus ſuæ ſuperbiæ atque luxuriæ victum pauperum conſumere non verentur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur: ideoq; tenuit eos ſuperbia ne humilientur, ſed dominentur propter ſuperbiam cum ſuperbo diabolo & angelis eius. Hæc dicit Bernardus ſuper Cantica.

Franciſcus Petrarcha. Adhuc de illo Franciſchus Petrarcha in epiſtolis ſine titulo, dilecto amico ſuo ita ſcribit: Et qd adhuc hęres, an nõ hæres: ſed teneris & obluctans raperis, hoc potius reor, malo vim quàm ſocordiam opinari. Non eſt tuum torpor, ardens ingenium, mens ignea, generoſus impetus: ſed quid hæc? ſi fortius impedimentum eſt, quàm virtus, magna etiam vis hebet, oppoſita vi maiore, neceſſitati omnia ſuccumbunt. Illa te Babylon traxit, illa te detinet: durum, ſed ferendum. Loci natura eſt, omne bonum ibi perditur, ſed primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, ſpes, fides, charitas, animæ iacturæ ingentes: ſed in regno auaritiæ nihil damno adſcribitur, modo pecunia ſalua ſit. Futuræ ibi vitæ ſpes, inanis, quædam fabula & quæ de inferis narrant fabuloſa omnia: reſurrectio carnis, & mũdi finis, & Chriſtus ad iudicium venturus inter nenias habent: veritas ibi dementia eſt, abſtinentia vero ruſticitas, pudicitia probrum, ingens denique peccandi licentia, magnanimitas, & libertas eximia, & quo pollutior, eo clarior vita, quo plus ſcelerum, eo plus gloriæ: bonum E
nomen cœno vilius, atque vltima mertium fama eſt. Habes quantum in tam paucis licuit illius ſacræ vrbis expreſſum ſtatum, quem non magis in his literis hodie, quàm in illorum frontibus hominum quotidie perlegis, quorum vitam nullus ſtilus, nullum æquet ingenium. Cæterum omnium primum (vt dixi) ibi libertatis iactura eſt. Quiſquis limen illud introijt, confeſtim ſuus deſijt eſſe, iam nec quieſcere, nec abire permittitur: ſed rotatur, & inefficaci labore conſumendus atteritur. Paucos inde diuina clementia eripit à lege, vt Hieruſalem diligant, atque oderint Babylonem. Hæc mihi de te ſpes reliqua eſt, alioqui tuis de rebus actum crederem, tam tenaci profundoq; limo te demerſum & infixum video: interim non voluntati aut iudicio, ſed neceſſitati imputo ac fortunæ, quod tam diu ibi ſis, & moras quas vehementer odi, libenter excuſo: quod ſi qua fortaſſis in profectione culpa fuit, in mora ipſa vtique iam non culpa ipſa, ſed ſupplicium & purgatio culpæ eſt. Sed quoniam multi multa ſæpe in carcere didicerunt, quid & te vetat in vinculis diſcere, aliquid quo perpetuo fis doctior? Quædam nullo modo melius quàm contrario diſcuntur, ideoq; qui Mathematicas artes docent, ſi quando parum veri capax mens diſcipuli viſa erit, ſolent falſa proponere: quæ dum refugit animus, ad veriora confugiat. Tu quoque ſolitus & religioni & honeſtati ſemper operam dare, quarum altera ad illius aſpectum erigit optantem animam, de quo ait Pſalmiſta: Quærite faciem eius ſemper. Alterius ea facies eſt, quæ ſi oculis F
cerneretur (vt ait Plato) miris animũ amoribus inflammaret: neq; tamen minus amanda eſt quod animo cernitur. Si quid tibi nunc etiam ad vtriuſq; notitię ſummam deeeſſe putas, omne ſtudium in aduerſa reflectito. Arrige aures, fige oculos, intende animũ, pulchritudinem noſcere? cerne quanta eſt hoſtium eius obſcœnitas. Non ſunt autem longe quærendi, qui Babylonem habitant, omnis vicus his vermibus ſcatet. Vis formam ac decus honeſtatis agnoſcere? contemplare quanta eſt fœditas vitiorum, quorum omnium exemplar in oculis tibi quocunque reſpexeris videbis, cuius odio ſimul dei ac virtutis amantior fieri queas. Tu autem gaude ſaltem contrario magiſtro virtutũ, gaude (inquam) & ad aliqd vtilis inuenta gloriare. Bonorũ hoſtis & malorũ hoſpes atq; aſylũ peſſima rerũ Babylon feris Rhodani ripis impoſita. Famoſa dicam an infamis meretrix fornicata cum regibus terræ, illa quidem ipſa es, quam in ſpiritu ſacer vidit euangeliſta: illa eadem inquam es, non alia, ſedẽs ſuper aquas multas: ſiue ad literam tribus cincta fluminibus, ſiue rerum atque diuitiarum turba mortalium, quibus laſciuiens ac ſecura infides, opum immemor æternarum: ſiue vt idem qui vidit, expoſuit: populi, & gentes, & linguæ, aquæ ſunt ſuper quas meretrix ſedes: recognoſce habitum mulier circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Noſcis ne teipſam Babylon? niſi illud forſan errorem facit, quod in illius fronte ſcriptum erat Babylon magna. Tu vero Babylon parua es, parua vtique murorum ambitu, ſed vitijs & ambitu animorum, & infinita cupidine cumuloq; malorũ omnium non magna modo, ſed maxima, ſed immenſa es. Et certe quod ſequit, tibi vni cõuenit, nõ alij.

Baby-

A Babylon mater fornicationum & abominationũ terræ, mater impia partuum pessimorũ. Quando quicquid vsquam terrarum abominabile, quicquid fornicationum ex te prodit & cum semper parias, semper tumẽs, & talium plenus & grauidus tuus vterus est. Si nũc quoque dissimulas, audi reliqua. Et vidi (inquit) mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Quid fles? Aut aliã hoc sanguine ebriam ostende, aut omnino si potes te te hanc ebriam nega. Vera enim Euangelistæ & Apostoli visio sit, oportet, qui si te in spiritu videns miratus est admiratione magna, quanta nos admiratione perfundimur, qui aperte oculis te videmus, ex omnibus quidem fornicationibus tuis, de quibus biberunt omnes Gentes, & Reges terræ, & ex omnibus abominationibus, quid expectas? nisi quod Iohannes idem ait: Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum. Nota sunt quæ sequuntur. Verè iam talis facta es: quanto enim homo perditus & desperatæ nequitiæ dæmone melior. Vere habitatio, immo regnum dæmonum facta es: qui suis artibus, humana licet effigie, in te regnant. Tu vero amice cum eodem Apostolo audi vocem aliam de cœlo dicentem: Exite de illa populo meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius nõ accipiatis: quia peruenerunt pcta eius vsque ad cœlum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina, vidua non sum, & luctum non videbo: ideo in vna die venient plagæ eius, & mors, & luctus, & fames, & igni comburetur, quia fortis est deus qui iudicabit illam.

B Hæc, & quæ Apostolus illic habet, audi omnia, audi & fuge si qua via est, ne innocentiam tuam ruinæ nocentium, & Babylonicæ premant iniquitates, quarum non modus, non numerus, non mensura, non æstimatio demum est. Taceo hæreditatem Symonis, & cętera. Qui plura scire volet, legat epistolam vsque ad finem: dicit rursus in alia epistola: Si quicquid animus meus fert de huius occiduæ Babylonis statu, cuius fato seu verius peccato inuitus toties ciuis fio, velim stilo committere: vereor pater, ne & dolorem meum lamentis exaggerem, & sanctissimas curas tuas, occupatiõesq; pulcherrimas intempestiuis & immutabilibus querimonijs interpellem. In summa scito, non modo hunc, sed nec Ciceronianum quidem calamum rebus parem. Qucquid de Assyria, vel Aegyptia Babylone, quicquid de quatuor labyrinthis, quicquid denique de Auerni limine, deq; Tartareis syluis, sulphureisq; paludibus legisti, huic Tartaro admotum, fabula est. Hic turrificus simul atque terrificus Nemroth, hic pharetrata Semiramis, hic inexorabilis Minos, hic Radamanthus, hic Cerberus vniuersa consumens, hic thauro supposita Phasyphae, mixtumq; genus, quod Maro ait: prolesq; biformis Minoritaurus inest, Veneris monimẽta nephandæ. Hic postremo quicquid cõfusum, quicquid atrum, quicquid horribile vsquam est aut fingitur aspicias. O semper virtutibus tuis felix, nunc absentia etiam felicior tua. Putasne ciuitatem hanc esse quam vidisti? longe alia est, longeq; dissimilis: fuit equidem omnium pessima, eaq; tempestate fœdissima. Hæc vero iam non ciuitas, sed laruarum & lemurum domus: & vt breuiter dicam, scelerum atque dedecorum omnium sentina, atque ille viuentium infernus tanto ante Dauidico ore notatus, quàm fundatus & cognitus. In [illegible] & alijs eius epistolis ad illum sensum plura scribit, & illi libri sunt vulgati in

C oñibus terris. Finis, sexta feria Epiphaniæ, Anno domini. milleſimo, quingentesimo, octauo.

FINIS.

AD LECTOREM.

LEgisti ea quæ Vvaldenses pro sui excusatione in medium protulerunt. Quorum responsio, qualis sit, & quanti ab oñibus faciunda, quiq; diuersis in se obiectis responderint, ab vniuersali proculdubio ecclesia determinatũ est. Nunc ad Iohannis Vviclephi articulos progrediamur, quos si prudenter & ad perpendiculum expenderis, non eam quam ipse patrum nostrorum condemnationem incurres. Ambulandum est enim in pura simplicitate & mentis prudentia. Quapropter Paulus ait: In sapientia ambulate, & vt Christo placuit. Simus prudentes ficut serpentes, & simplices ficut columbæ. Mundis enim (vt in Prouerbio est) omnia munda sunt. Omnia igitur proba Lector candidissime, & quod bonum est, obserua. Nam iuxta Pauli doctrinam: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Vale feliciter.

Articuli Io-

VVILHELMVS VVIDEFORDVS ADVERSVS

ARTICVLI IOHANNIS VVICLEPHI ANGLI, IMPVgnati à Vvilhelmo Vvidefordo.

1 Quod manet panis ſubſtantia poſt eius conſecrationem in altari, & non definit eſſe panis.

2 Sicut Iohannes fuit figuratiue Helias, & non perſonaliter: ſic panis eſt figuraliter corpus Chriſti, & non naturaliter corpus Chriſti. Et quòd abſque omni ambiguitate eſt figuratiua loquutio: Hoc eſt corpus meum, ſicut illa in verbis Chriſti, Iohannes ipſe eſt Helias.

3 Quod ſacramentum euchariſtiæ eſt naturaliter verus panis, loquendo conformiter (vt prius) de pane materiali, albo, & rotundo. Quem in cap. Ego Berẽgarius, Curia Romana determinauit.

4 Quod definientes paruulos fidelium ſine baptiſmo ſacramentali decedentes, nõ fore ſaluandos: ſunt in hoc præſumptuoſi & ſtolidi.

5 Quod collatio ſacramenti confirmationis non eſt epiſcopis reſeruata.

6 Quod tempore Pauli ſufficiebant eccleſiæ duo ordines clericorum, ſacerdos, & diaconus. Nec fuit tempore Apoſtolorum diſtinctio Papæ, Patriarcharum, Archiepiſcoporum: ſed quod ſufficit quod ſint presbyteri, & diaconi, ſecundum fidem ſcripturæ, quia ſuperbia Cæſarea alios gradus adinuenit.

7 Quod antiqui, qui ex cupiditate rerum temporalium, ex ſpe mutuorum iuuaminum, aut ex cauſa excuſandæ libidinis, licet de prole deſperent, copulantur adinuicem: non vere matrimonialiter copulantur. E

8 Quod cauſæ diuortij ratione conſanguinitatis vel affinitatis, ſint infundabiliter humanitus ordinatæ.

9 Quod hæc verba: Accipiam te in vxorem, eligibiliora ſint pro contractu matrimonij, quàm hæc verba: Accipio te in vxorem. Et quod contrahendo cũ illa per hæc verba de futuro. Accipiam te in vxorem: & poſt cum alia per hæc verba de præſenti: Accipio te in vxorem, non debent fruſtrari verba, propter verba ſecundaria de præſenti.

10 Quod iſti duodecim ſint procuratores Antichriſti, Papa, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Præſules, Epiſcopi, Archidiaconi, Officiales, & Decanĩ, Monachi, & Canonici Bifurcati, Pſeudofratres introducti iam vltimo, & Quæſtores.

11 Quod Numerorum decimooctauo. Ezechielis quadrageſimoquarto, præcipitur ſingulariter negatiue, quod nec ſacerdotes Aaronitæ, nec Leuitę habeant partem hæreditatis cum alijs tribubus: ſed quod purè viuant & de decimis, & oblationibus.

12 Quod non eſt maior hæreticus vel Antichriſtus, quàm ille clericus, qui docet quod licitum eſt Sacerdotibus & Leuitis legis gratia dotari cum poſſeſſionibus temporalibus. Et ſi aliqui ex præuaricatione in lege dei ſint hęretici, apoſtatæ, vel blaſphemi, ſunt illi clerici, qui hæc docent. F

13 Quod non ſolum domini temporales poſſunt auferre bona fortunæ ab eccleſia habitualiter delinquente: non ſolum hoc eis licet, ſed debent hoc facere ſub pę na damnationis æternæ.

14 Si corporalis vnctio foret ſacramentum (vt modo fingitur) Chriſtus & eius apoſtoli ipſius promulgationem non tacuiſſent.

15 Quicunque eſt humilior, ſeruitiuior in amore Chriſti, quoad ſuam eccleſiam amatiuior, ille tam in eccleſia militante maior, & proximus eſt Chri vicarius.

16 Quod ad verum dominium ſeculare requiritur iuſtitia dominantis, ſic quod nullus in peccato mortali eſt dominus alicuius rei.

17 Quod omnia quæ euenient. abſolute neceſſario euenient.

18 Quod quicquid Papa, vel Cardinales ſui ſciunt ex ſacra ſcriptura deducere clare illud dumtaxat eſt credendum, vel ad ſua monita faciendum.
Et quicquid vltra præſumpſerint, ſit tanquam hæreticum, contemnendum.

¶Finis.

Venerabili

A VENERABILI IN CHRISTO PATRI, AC ILLVstri domino, Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ primati, & ſedis apl'icæ Legato, humilis ſuus ſeruitor frater Vvilhelmus Vvideford, deuotiſſimum humilitatis & ſubiectionis famulatum.

Reuerendiſſime pater.



MANDATIS VESTRIS OBTEMPERANDO, cauſas condemnationis articulorum per vos nuper damnatorum, ac etiam reſponſiones ad argumenta per aduerſarium pro articulis facta, veſtræ dominationi in his ſcriptis tranſmitto dedicanda, veſtræ dominationi, ac correctioni totaliter ſubmittens, ſi in aliquo me contingat recedere à via veritatis.

Quantum ad primum articulum condemnatum, qui ponit, quod manet panis ſubſtantia poſt eius conſecrationem in altari, & non definit eſſe panis. Multiplex eſt cauſa condemnationis eius loquendo de pane materiali, albo, & rotundo. Sic enim loquitur aduerſarius de pane in illo articulo, vt patet libro quarto, capite ſecundo. Et in illo ſenſu fuit articulus condemnatus. Et prima cauſa condemnationis iuſtæ illius articuli eſt: quia fuit B condemnatus antiquitus in Synodo Vercellenſi ſub Leone Papa: & aliâs in Concilio Turonenſi, ſub Victore Papa, vt patet per Lanfrancum in libro ſuo contra Berengarium.

Tranſſubſtantiatio panis, in tribus Concilijs decreta.

Secunda cauſa eſt, quia idem articulus fuit condemnatus in Concilio generali ſub Nicolao Papa, vt patet ex ſcripturis Guimundi Auerſanenſis epiſcopi in libris ſuis de corpore & ſanguine Chriſti: demum Paſchaſij doctoris, & Lanfranci doctoris: & iſti fuerunt contemporanei Berengarij hæretici, & doctores magni. Tertia cauſa eſt, quia ipſemet Berengarius in libro quem fecit poſt recidiuum, fatetur quod in illo Concilio generali, intentionis erat Concilij, ponere panem poſt eius conſecrationem in altari minimè ſupereſſe. Vnde Vbertus Cardinalis, qui fecerat in illo Concilio confeſſionem illam: Ego Berengarius, & Berengario tradiderat, fuit Burgundus. Ille in ſententia, immo concordia Vulgi, Paſchaſij & Lanfranci decreuit minimè ſupereſſe in altari ſubſtantiam panis. Patet ergo ex confeſſione aduerſarij, quod idem Concilium determinauit generale, minimè ſupereſſe in altari poſt conſecrationem ſubſtantiam panis, vel vini materialis. Quarta cauſa eſt, quia Innocentius Papa extra de ſumma trinitate & fide Catholica cap. Firmiter credimus, concorditer ad patres priores determinat, quod panis tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti, & vinum in ſanguinem: per tranſſubſtantiationem intelligens realem tranſitionem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti. Propter quæ verba, doctores ſcribentes ſuper quartum ſententiarum, dicunt quod eſt de fide eccleſiæ, quod panis definit eſſe in eius conſecratione. Quinta cauſa eſt, quia hoc eſt determi- C natum in Canone per eccleſiam, de conſecratione, diſtinctione ſecunda, capitulo in calice, vbi ſic ex verbis Ambroſij: Dixi (inquit) vobis, quod ante verba (puta conſecrationis) quod offertur panis dicatur. Vbi vero Chriſti verba deprompta fuerint, non iam panis dicatur, ſed corpus. Quare ergo in oratione dominica ait: Panem noſtrum quotidianum? Panem dixit ἐπιούσιον, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. Ex qua patet ſententia eccleſiæ, quod poſt verba conſecrationis non manet panis materialis qui prius, ſed panis ſuperſubſtantialis. Et hoc idem patet ibidem ex cap. Omnia quæcunque. Et ex cap. Species & ſimilitudo. Et ex cap. Reuera. Et ex diuerſis alijs capitulis. Ex quibus euidenter concluditur, quod eſt de ſententia antiqua eccleſiæ, quod non manet panis materialis ſubſtantia poſt eius conſecrationem in altari. Sexta cauſa eſt, authoritas Ignatij martyris, qui fuit contemporaneus Apoſtolorum, qui in epiſtola ſua ad Romanos, loquens de ſacramento euchariſtiæ, ſic ſcribit: Non (inquit) delector pane corporali, ſed panem Dei volo eius, qui ex genere Dauid: & potum volo ſanguinem ipſius. Ex quibus patet, quod ſanctus Ignatius non voluit eſſe in ſacramento panem corporalem: ſed panẽ illum, qui eſt vere & identice corpus Chriſti. Et ſimile vult Dionyſius Apoſtolorum contemporaneus tertio cap. de eccleſiaſtica Hierarchia, ſecundum expoſitionem Lincolienſis. Septima cauſa eſt, authoritas Ambroſij, prꝫter eam quæ ponitur in Canone. Vnde ſermone quarto, de ſacramentis ſic ait: Poſtquã verba Chri deprompta fuerint, panis non dicitur, ſed corpus Chri: & poſt ea ſubiũgit: Non eſt em̃ panis, q̃ vadit in corpus & corporis nutrimẽtum, ſed eſt panis q̃ animę ſubſtantiam fulcit. Ex qbus euidẽter ſequit, quod nõ manet ibi panis materialis poſt eius cõſecrationẽ.

Guimundus.

Vbertus Cardinalis fuit author confeſſionis qua Berẽgarius retractat priorem ſententiã, quę legitur de cõſecratione, diſtinctione ſecunda. Idque ex ſententia Vulgi, Paſcaſij, & Lanfranci.

Et idem

Et idem Ambrosius in libello suo de eucharistia. Sic ait: Si (inquit) panis esum esurientibus apponemus, non ex toto perueniret ad singulos. De hoc autem pane tantum capiunt singuli, quantum cupiũt vniuersi. Ex qbus patet, quod intẽtio beati Ambrosij fuit, quod loco sacramenti est panis talis, de quo tantum capiunt singuli, quantum vniuersi; & quod non est talis panis ibi, qui ex toto non peruenerit ad singulos accipientes: & per consequens, nõ est ibi panis materialis qui prius fuit, quia ille non ex toto perueniret ad singulos. Octaua causa est, sententia sancti Augustini de verbis domini sermone vicesimooctauo, vbi habet verba conformia ad verba sancti Ambrosij, & æque efficacia. Nona causa est, authoritas venerabilis Bedæ in libro suo de mysterijs, vbi sic: Dicimus (inquit) quod sicut substantia corporis Chri in altari est, vbi forma corporis Christi non videtur: sic ibi forma panis videtur, vbi substantia panis non est. Nec est ibi alius panis, q̃ panis q de cœlo descẽdit. Ex quibus plane sequitur intentum. Decima causa est, sententia venerabilis Anshelmi in libello suo de corpore & sanguine domini, vbi sic: Secundum definitionem sanctorum intelligendum est, panem super altare positum, per illa solennia verba in corpus Christi mutari, nec remanere substantiam panis & vini. Cito post: Deus conficit sicut scit. Nec dubitare debet quis, quomodo panis in verum corpus Christi conuertatur, ita vt substantia panis non remaneat. Planius non posset doctor loqui. Idem etiam Anshelmus libro scilicet secundo de corpore & sanguine domini, capite secundo, sic asserit: In illis enim spꝯciebus panis & vini, aut nulla est, aut dominici corporis & sanguinis substantia, vel (inquit) fides nostra irrita est. Idem etiam in quadam epistola: Panis substantiam post dominici corporis consecrationem in altari supereſſe, semper abhorruit pietas Christiana, nuperq̃ damnauit ecclesia. Ex quo ergo hanc sententiam semper abhorruit pietas Christiana, & ex quo hanc sententiam nup damnauit ecclesia, est hæc sñia merito damnanda. Vndecima causa est, Hugo de sancto Victore, qui libro secundo de sacramentis, parte octaua, capite nono, sic scribit: Per verba sanctificationis, vera panis & vera vini substantia in verũ corpus Christi. & verum sanguinem Christi conuertuntur, sola specie panis & vini remanente. Si ergo vera panis substantia conuertitur in corpus Christi, sola specie panis remanente, ergo non remanet post consecrationem substantia panis consecrati. Et hoc idem docet Hugo in suis sententijs. Duodecima causa est, authoritas Rabani in libro scilicet de corpore & sanguine domini, vbi docet consimilem sententiam. Tredecima causa est, authoritas Paschasij in libro scilicet de corpore & sanguine domini, & etiam in epistola scilicet ad Fredenuuardum, vbi ex intentione docet illud idem. Decimaquarta causa est, doctrina Guimundi Auersanensis episcopi, qui in libro scilicet de corpore Christi & sanguine diffuso, ostendit, quod nõ manet post consecrationem substantia panis materialis loco sacramenti, & in quibus declarat, quod Berengarius successiue duas tenuit hæreses in hac materia. Prima fuit, quod corpus Christi non realiter, & substantialiter, sed figuratiue continetur in hoc sacramento: & quod dicitur panis figuratiue, sicut dicitur agnus, leo, & lapis angularis. Secunda fuit, quod corpus domini non verè, sed latenter continetur sub sactamento, ita vt corpus domini dicatur impanari: & hæc fuit subtilior hæresis Berengarij, vt dicit. Et his duobus erroribus commune est, vt dicit, quod panis & vinum in consecratione essentialiter non mutãtur: sed manent in pristinis essentijs, & hoc est cõtra fidem, vt determinatis in libellis suis.

Decimaquinta causa est, sententia Lanfranci libro scilicet contra Berengarium, in quo docet sententiam fidei esse & ecclesiæ, quod non manet substantia panis post eius consecrationem in altari, loquendo de pane materiali. Decimasexta causa est, doctrina Huulsi doctoris, qui fuit Berengario contemporaneus, sicut Lanfrancus & Guimundus, hoc in libro scilicet ad Lambertum, de sacramento corporis & sanguinis domini, penultima quæstione, sic scribit: Certissime scimus, & sensibus corporis comprobamus, qualitates panis immobiliter permanere, cuius substantiam, quia caro facta est, credimus non manere. Et post sequitur: Visu candorem, gustu saporem panis contractamus, cæterisq̃ vel eisdem sensibus qualitates panis ita iudicamus, vt panis, cuius substantia deest, qualitatem nullam deesse videamus. Et post sequitur: Cum ergo manentibus panis qualitatibus, non miramur abesse panis substantiam: sed integritate fidei in substantiam credamus eam esse non mutatis eius qualitatibus permutatã: quid mirum si præsente carnis substantia, qualitates carnis sicut nõ videntur adesse, ita dicantur abesse? Et multa prosequitur declarando quod de integritate fidei est, non manere panis substantiam post consecrationem. Decimaseptima causa est, sententia magistri sententiarum, libro tertio, vbi idem expresse declarat. Decimaoctaua causa est, sententia Parisiensis, de sacramentis ecclesiæ, capite secundo, de sacramento eucharistiæ, vbi asserit quod pia, & veridica fides in hoc sacramento tenet & prædicat, quod panis materialis transit ob aduentum panis viuifici, salua tamen veritate accidentium ad ministerium sacramenti. Et post multa consimilia sic concludit: Manifestum est ergo post benedi-

A nedictionem ſacerdotalem rite factam in altaris menſa, nec panem eſſe materialem, nec vinum. Et iterum poſt hæc: Manifeſtum eſt (inquit) quod in menſa altaris, poſtquam mẽſa animarum facta eſt, nihil habetur corporalis cibi vel potus. Alioquin non ſolum ſuperuacue id haberet, ſed ad illuſionem, & ad ridiculum. Ex quibus habetur propoſitum & q̃d eſt contra fidem, panem in altari poſt eius conſecrationẽ remanere. Decimanona cauſa eſt, ſententia Innocentij papæ de officio miſſæ, & aliorum doctorum, qui ſcripſerũt de officio eccleſiæ. Vnde Innocentius de officio miſſæ, cap. de fractione panis, expreſſe ponit, quod in hoc ſacramento tranſit ſubſtantia panis ſcilicet & vini, & remanent accidentia. Et alibi ponit, quod in hoc ſacramento hoc accidens non eſt in ſubſtantia, ſed ſubſtantia ſcilicet corporis Chriſti ſub accidente. Non ergo remanet panis ſubſtantia, vt ſit ſubiectũ accidenti. Idem patet p Amalarium de officijs, per Iohannẽ Velet de officijs, per Richardũ de Cirenceſtria de officijs, per authorẽ libri, qui dicit Rationale diuinorũ officiorũ

Vigeſima cauſa eſt, cõmunis ſententia doctorũ magnorũ, qui poſterius ſcripſerunt. Vnde Lincolienſis, Altiſodorenſis, doctor ſolennis in quodlibeto, archidiaconus in lectura, & alij doctores ſeculares, qui ſcripſerũt ſuper illa materia, cõcordant in hoc, quod eſt de fide, ſubſtantiã panis non remanere poſt eius conſecrationẽ in altari. Sanctus Thomas doctor eximius ordinis Prædicatorũ ſuper quartũ ſententiarũ aſſerit eſſe hæreticũ, qui ponit panis ſubſtãtiam remanere in ſacramẽto poſt eius cõſecrationẽ. Innocentius papa quintus eiuſdẽ ordinis, in ſcripto ſuper quartũ ſententiarũ illud idẽ. Dñs Albertus eiuſdẽ ordinis in libro ſuo de ſacramẽtis dicit, quod opinio quæ ponit ſubſtãtiam panis remanere, eſt

B incauta, & hæreſi propinqua. Richardus Sychae eiuſdẽ ordinis, ſentit ſicut p̃cedẽtes. Doctor antiquus magnus Alexander de Halis ſuper quartũ ſentẽtiarũ ſentit, quod eſt de fide eccleſiæ, quod nõ manet panis ſubſtãtia poſt eius cõſecrationem in altari, & quod ibi ſint accidẽtia ſine ſubiecto. Item doctor ſubtilis ſuper quartũ expreſſe ponit, q̃ ille intellectus de iſto ſacramẽto, qui ponit accidẽtia remanere ſine ſubiecto, & nõ remanere ſubſtãtiam panis, eſt determinatus eſſe de ſubſtãtia fidei per eccleſiam. Et addit, q̃ ille articulus nõ eſſet ad illum intellectũ tam difficilis, artandus, niſi eſſet verus, & probatus per eccleſiam eſſe verus. Dominus Bonauentura Cardinalis eiuſdẽ ordinis in ſcripto ſuper quartũ tenet prædictã ſentẽtiam. Dominus Bertrandus Cardinalis in operibus ſuper epiſtolas & Euangelia tenet eandẽ. Iohãnes Pethaui Cantuſis epiſcopus, in ſcripto ſuper quartũ tenet eandẽ ſentẽtiam. Doctor de media villa, eiuſdẽ ordinis ſuper quartũ tenet ſicut idem doctor. De Aureolis eiuſdẽ ordinis ſuper quartũ tenet illud idem. Candulfus ſuper quartũ eiuſdem ordinis tenet eandẽ ſentẽtiam. Franciſcus de Maronis ſuper quartũ, eiuſdẽ ordinis illud idẽ. Vnde recitans quatuor hæreſes circa iſtud ſacramẽtum, puta Waldenſium, Pragundorũ, Paxiuſtarũ, & Manichæorũ, dicit q̃ hæreſis Manichæorũ eſt peſſima: & hæc ponit quod nõ definit eſſe ſubſtãtia panis, ſed in eodem loco, manẽte pane, eſt corpus Chriſti: quia hęc hæreſis deſtruit tranſſubſtãtiationem, vt ibi dicit. Inceptores etiam eiuſdem ordinis Vvarechoiten, Corotoue, Almuuick, te & Hattan tenẽt. Illud idẽ Egidius etiam doctor egregius de ordine Auguſtini, ſcilicet in libro de corpore Chriſti docet, q̃d eſt de fide eccleſiæ ſubſtãtiam panis nõ remanere poſt eius cõſecrationẽ: ſed q̃ accidẽtia in ſacramẽto ſint ſi-

C ne ſubiecto. Hoc idem docẽt alij doctores eiuſdẽ ordinis, & omniũ aliorũ ordinũ. Eſt ergo hic articulus merito cõdemnatus, quem tot doctores antiqui, & moderni totaliter condemnant. Et magna fuit temeritas Iohãnis Vvicleph, q̃ cõtra tot doctores, à tempore apoſtolorum vſq; ad tempora noſtra ſcribẽtes, & contra multa Concilia generalia (vt prius eſt dictum) præſumpſit dicere, quod nec Berengarius, nec Fredeuuardus, nec aliquis alius hæreticus auſus fuit dicere, ſcilicet q̃ hæreticum eſt ponere panis ſubſtãtiam definere eſſe in cõſecratione, & accidẽtia remanere ſine ſubiecto. Licet aliqui eorum dixerãt hoc eſſe falſum, nunquã aliquis prius præſumpſit dicere hoc eſſe hæreticum. Vigeſimaprima cauſa eſt, authoritas vniuerſitatis Parrhiſienſis, quæ condemnauit doctrinam p̃dictã, & authoritas domini Vvilhelmi Cantuarienſis archiepiſcopi, qui in ſuo Cõcilio eandẽ ſententiam damnauit. Cuius cõdemnatio à curia Romana dicitur approbata. Vigeſimaſecũda cauſa eſt, cõſenſus iuriſperitorum. Vnde magiſter Gratianus, qui compilauit Decreta ſanctorum patrum per rubricas quas poſuit, & per quæſtiones quas ex dictis ſanctorũ elicuit, expreſſe docuit, quod nõ manet ſubſtãtia panis poſt cõſecrationem: vt in Canone de cõſecratione multis apparet in capitulis, & in rubro, & in nigro. Item de conſe. diſtin. 2 cap. Species & ſimilitudo. ſuper verbo, qui alius. ſic habetur per Iohannem in gloſſa, poſt conſecrationem illa accidẽtia ſunt ſine ſubiecto, & in nullo ſubiecto exiſtũt: & hoc fit miraculoſe, ergo nõ remanet panis ſubſtantia, vt ſubiectet accidẽtia. Item de celebratione miſſarum cap. Cum Marthæ frater. verbo, ſanguinis veritatem, ſic habetur per Bernardum, qui tenet, q̃ ſubſtantia panis & vini deſinit eſſe, & tamen accidentia ipſorũ remanent

Doctor ſolennis. i. Henricꝰ de Gandauo.

Doctores.

ſapor,color,pondus,& ſub illis eſt corpus Chriſti,& hoc inquam approbatur de ſumma D
trinitate & fide catholica:& ſi ſic hæc eſt catholica ſentẽtia,& contraria eſt hæretica. Cõ-
ſimile habetur de reliquijs,& veneratione ſanctorꝫ,cap. Si dominũ,ſuper verbo,vos alia p
Vuilhelmum. Et conſimile per Hoſtienſem in ſumma,titulo de cõſecratione eccleſiæ & al
taris,& quando,in verſiculo,de corpore. Aut ſunt tres opiniones,& inter cætera alia dicta
iuriſperitorꝫ,& in hanc ſententiam cõcordant,quæ ſunt omiſſa propter abbreuiationem.

Concilia — Patet ergo ex dictis,quod ille articulus in multis Concilijs generalibus fuit condẽnatus,
& quod à tempore apoſtolorꝫ vſq; ad tẽpora noſtra reputatus eſt eſſe hæreticus, per ſuc-
ceſſiones patrũ,& doctorum,& ſic merito eſt articulus condemnatus vt hæreticus. Sed
aduerſarius diuerſimode arguit articulum eſſe verum & etiam catholicum,& ne propter ar
gumẽta ſimpliciores ducantur in hæreſim,& lapſum,reſpondere ad illa argumẽta eſt oñi-

Argumẽtum Vuiclephi — no neceſſarium. Arguit ergo in Trialogo condẽnato,lib. quarto, cap. ſecundo,ſic:
Chriſtus,qui mentiri non potuit,dixit panẽ quem accepit in manibus,eſſe realiter cor- »
pus ſuum,& non errauit in illo,nec falſum aſſeruit,ergo veraciter fuit ita,quod panis acce- »
ptus in manibus eſt corpus Chriſti,& per conſequẽs manſit panis poſt conſecrationẽ. Pri »
mum argumentũ deducit ex Euangelijs,& ex vſu conſecrandi eccleſiæ,cum dicitur: Qui »
pridie quàm pateretur accepit panem,dediꝫq; diſcipulis ſuis,dicens: Accipite & comedite »
ex hoc omnes:Hoc eſt corpus meum. Eſt ergo panis corpus domini, & manet panis, »

Reſponſio ad argumẽtum. — Hic dico primo,quod tenendo opinionẽ & ſententiã Innocentij de officio miſſæ, iſtud
argumentum nihil concludit,quia ponit quòd Chriſtus prius cõſecrauit benedicẽdo,an- E
tequam diceret hæc verba:Hoc eſt corpus meũ,& poſtquam accepit panem materialẽ be
nedixit. Et ideo Chriſtus acceperat panẽ materialem in manibus ſuis, ex quo conſecraue-
rat benedicendo,antequam diceret:Hoc eſt corpus meũ. Panis materialis fuit plene con-
uerſus in corpus Chriſti ſubſtantialiter antequam inciperet dicere:Hoc eſt corpus meum,
& ſic per ly hoc,in illis verbis non demonſtrabatur panis materialis, ſed corpus Chriſti,
vt contentum ſub ſpeciebus panis conuerſi,licet panem materialem prius acceperat in ma
nibus. Et ſic ſumendo eſſe proprie falſum eſt, quod Chriſtus qui mentiri non potuit, di-
xit panem quem accepit in manibus,eſſe realiter corpus ſuum, quia non demonſtrauit pa-
nem quem tenuit in manibus per pronomen,hoc, ſed contẽtum ſub ſpeciebus panis trãſ-
ſubſtantiati in corpus ſuum,demonſtrauit per illum terminum,hoc. Nec alia verba Euan-
gelij vel Canonis miſſæ arguunt hoc antecedens ſecundũ iſtam ſententiã. Et conſequenter
dicit Innocentius,quod quando alius ſacerdos à Chriſto conſecrat,verba dicuntur mate-
rialiter,& recitatiue,& hoc ſonare videntur verba Canonis, & non indicatiue nec aſſerti-
ue. Nec demonſtratur aliquod præſens per terminũ,hoc. Sicut ſi diceretur, Adam aliquã-
do dixit:Hoc nũc os ex oſſibus meis,per ly hoc,non demonſtratur aliquid ad præſens,ſed
ſufficit quod aliquãdo demonſtrabatur. Conformiter cum ſacerdos dicit,qui pridie quàm
pateretur,accepit panem in manibus,& dixit:Accipite & comedite,hoc eſt corpus meũ.
non requiritur quod aliquid præſens demonſtraretur per iſtum terminũ,hoc:ſed ſufficit,
quod aliquando demonſtrabatur. Et ſic apud tenentem ſententiam Innocentij nihil con-

Doctores. — cludit. Hic dico ſecundo,quod in hac materia ſunt diuerſæ doctorꝫ ſententiæ,quid de-
monſtretur per terminũ hoc, vt ſancti Thomæ,doctoris de Aureolis, doctoris de media F
villa,Alexandri de Hales,Franciſci de Maronis,& aliorꝫ doctorꝫ. Et ſecundũ varias eorꝫ
opiniones varie poteſt ad hoc argumentũ reſponderi,quas tamen obmitto propter abbre
uiationem. Hic dico tertio,quod mihi magis videtur eſſe verum, ſequendo ſententiam
cuiuſdam doctoris,qui ſcripſit egregie de ſacramentis eccleſiæ. Docet enim doctor ille,q̃d
in his verbis,Hoc eſt corpus meũ,quando ſumuntur conſecratiue,hoc verbum eſt,eſt ve-
rum practicum, quanquàm aliàs in ijſdem verbis,& in alijs locis ſit communiter verbũ
epracticum,& eſt tunc ſenſus verborum,quando ſumuntur & dicuntur conſecratiue:Hoc
tranſſubſtãtiat in corpus meũ,vel hoc ſacramẽtaliter,& ſubſtãtialiter cõuertitur in corpus
meũ,vel hoc ſubſtãtialiter trãſit ĩ corpus meũ. Et ſic dicẽdo hæc verba cõſecratiue per ly
hoc,Chrũs demõſtrauit panẽ naturalẽ,quẽ in manibus habuit. Ex q̃ nõ ſequitur,q̃d panis il
le materialis mãſit,& ſit corpus Chri: ſed ſequit oppoſitũ q̃d nõ mãſit, ſed deſiit eẽ, ex quo
ſubſtantialiter conuerſus fuit tunc in corpus Chriſti. Ex hoc enim quod aer clauſus in mõ-
te,conuertit ſubſtantialiter in aquam:ſequitur quod non ſolum aer ille definit eſſe aer, ſed
ſequitur quod aer ille definit eſſe. Et ſic ex hoc quod panis ſubſtantialiter ſecundũ fidem ec
cleſiæ conuertitur in corpus Chriſti,ſequitur quod definit eſſe,& nõ remanet in eſſe panis
materialis. Credebat autem aduerſarius hoc verbum eſt,ſumi epractice in illis verbis quã-
do dicuntur conſecratiue,& hoc fefellit eum. Et conformiter ſacerdos nunc conſecrãs de
bet hanc habere intentionem,qui pridie quàm pateretur, accepit panem in manibus, fre-

git ac

A git,ac dixit:Accipite & comedite ex hoc omnes:& ego ſuper iſto pane p̃ſente,cũ intentione cõſecrandi,dico:Hoc eſt corpus meũ.& ſic per ly hoc,demonſtratur panis materialis, quẽ tenet in manibus:& ſumitur hoc verbum,eſt,practice:& eſt ſenſus,hoc ſcilicet panis ſubſtantialiter & ſacramẽtaliter cõuertit̃ in corpus meũ. Et quod dicẽdo verba cõſecratiue debẽt ſumi practice,& nõ epractice,vt cõmuniter ſumũtur,nullo modo denotatur trãſſubſtantiua cõuerſio,vel factio in illis verbis magis q̃ in iſtis:Hoc eſt deus. Et cum illa verba ſint factiua,cõuerſiua,& tranſſubſtantiua,oportet q̃ verba ſumantur practice. Et patet tunc manifeſte, quod argumentum non concludit, quod ſubſtantia panis materialis manet,ſed totaliter concludit oppoſitum.

" " " Secundo arguit aduerſarius ſic: Sacra ſcriptura vocat illud ſacramẽtum panem multis locis,& Paulus Apoſtolus vocat ſacramẽtum,panem quem frangimus. Ergo iſtud ſacramentum eſt vere panis materialis:quia alium non frangimus. Argumẽtum wiclephi.

Hic dico ptimo,q̃ aduerſarius propter argumentũ iſtud debuit dici Anthropomorphus:quia Ignatius diſcipulus Iohãnis apoſtoli in vna epiſtola loquens in hac materia,ſic ſcribit:Cõſiderate(inquit)qualiter Anthropomorphi à cõmunione & oratione ſanctorũ recedũt,propter quod nõ habẽt cõfiteri euchariſtiam carnẽ eſſe ſaluatoris:quia poſuerunt euchariſtiã eſſe panẽ,pro eo q̃ ſcriptura vocat eam panẽ. Vnde ſecundũ Iſidoꝝ,Anthropomorphi erãt hæretici in antiqua lege,qui tũc attribuebãt deo membra humana,pro eo q̃ ſcriptura dicit:Os dñi loquutũ eſt,& manus dñi tetigit me. Sic in hac materia ſunt Anthropomorphi,qui dicũt euchariſtiam eſſe panẽ materialẽ,pro eo q̃ ſcriptura vocat ſacramentũ,panẽ. Non erat aduerſarius ſic arguẽdo vere Anthropomorphus: Hic dico ſecũ Reſponſio ad argumẽtum. Anthropomorphus.

B do,q̃ quãuis Chriſtus, Apoſtolus, eccleſia etiã & doctores authentici nominauerũt hoc ſacramentũ nomine panis,nõ ex hoc ſequitur,q̃ hoc ſacramentũ ſit ſubſtãtia panis materialis. Quod patet primo,quia ſcriptura ſacra aliquãdo vocat res aliquas nominibus illaꝝ rerum ex quibus fiunt,& attribuit termino mutationis ad quẽ,nomen termini mutationis à quo. Vnde homo dicitur in ſcriptura,terra,quia factus eſt de terra. Et de ſuperbo ſubſtantialiter dicitur:Quid ſuperbis terra & cinis? Iſto modo de ſerpẽtibus cõuerſis in virgas dicit:Deuorauit virga Aaron virgas Magoꝝ. vbi ſerpentes vocat virgas,quia virgæ in ſerpentes cõuerſæ ſunt. Et iſto modo dicit ſcriptura de Eua,q̃ erat os & caro Adę,quia de oſſibus & carne Adæ facta eſt. Nunc aũt ſic eſt,q̃ homo nõ eſt à proprietate terra de qua factus eſt,nec ſerpens virga in illum cõuerſa:nec Eua oſſa & caro Adæ. Sic ergo quia panis cõuertitur in corpus Chriſti,dicitur panis,& eſt corpus Chriſti terminus ad quem cõuerſionis panis. Ideo more ſcripturæ corpus Chriſti dicitur panis:licet nõ ſit panis materialis in natura,& à proprietate,ſicut nec ſerpens virga. Tertio patet idem:quia ſcriptura vocat res illoꝝ nominibus,in quoꝝ ſimilitudinibus apparẽt exterius, quamuis ſecundum naturã tales nõ ſint:ſicut ſcriptura dicit,Abraham vidiſſe tres viros,& vnũ adoraſſe,cum tamen eſſent angeli in ſpecie viroꝝ. Sic in libro Iudicũ dixit mulier ſterilis:Ecce vir dei venit ad me,& poſt apparuit mihi vir quẽ ante viderã. Et tamen angelus fuit qui apparuit in ſpecie viri. Sic ſecũdum Auguſtinũ in de mirabilibus ſacræ ſcripturæ: Spiritus ſanctus,vel angelus dicitur ſtella:quia alter illoꝝ in ſpecie ſtellæ Magis apparuit,& duxit eos ad Chriſtum. Et ſic more ſcripturæ corpus Chriſti dicitur eſſe panis,pro eo quia in ſpecie panis apC paret,quãuis in natura ſua panis nõ ſit corpus Chriſti,vel ecõuerſo. Quarto patet idem q̃ multoties ſacra ſcriptura nominat res nominibus illorum, quoꝝ ſimilitudines habẽt in proprietatibus,licet in proprietate nõ ſint tales res:ſicut Chrũs in ſacra ſcriptura dicitur agnus,leo,petra,& multa huiuſmodi:quia cũ illis habet ſimilitudinem in proprietatibus,licet à proprietate nõ ſint tales res. Sic in Geneſi dicitur,q̃ ſeptem boues pulchræ,& ſeptem ſpicæ plenæ,vbertatis anni ſunt:ſeptem boues macilẽtæ ſeptem anni ſunt famis. Et ſic in Euãgelio dicitur,q̃ bonum ſemẽ,hi filij dei ſunt:& zizania,hi ſunt filij maligni:& cõformiter hoc ſacramẽtum vocatur panis,propter proprietates cõſimiles quas habet panis. Ideo more ſcripturæ nominatur in illo nomine panis,quãuis nõ ſit panis materialis à proprietate in ſua natura. Patet ergo ſufficiẽter,q̃ ex hoc quod ſacra ſcriptura, Apoſtolus,& eccleſia nominãt hoc ſacramẽtum nomine panis,quod ex hoc nõ ſequitur,q̃ ſit panis materialis à proprietate. Et ideo argumẽtum nõ concludit. Hic dico quinto,q̃ iſti termini,panis & eſſe,ſumũtur in hac materia multũ æquiuoce à diuerſis. Nam panis in ſua proprijſſima ſignificatiõe ſumit̃ pro pane materiali de frumẽto vel blado. In alia ſua ſignificatione ſumitur panis pro ſpeciebus panis. Vnde magiſter ſentẽtiarum in quarto,& alij doctores cum eo dicũt,q̃ ſpecies tenẽt vocabula reꝝ,quarum antea fuerũt:& ſic ſpecies panis & vini dicuntur panis & vinũ. Conſimiliter hoc verbũ,eſſe,ſumitur æquiuoce:nam aliquando ſumitur pro exiſtere,& prout eſſe deſcẽdit ab eſſentia,& ſic ſumitur proprijſſime. Aliquãdo ſumitur pro verbo,fieri,vel factũ eſſe,vel cõuerſum eſſe,vt prius dictum eſt. Aliquando

ſumitur pro hoc verbo,cõtinere,& ſic ſumitur in gloſa ordinaria,ſuper cap. Ego Berenga D
rius. Aliquando ſumitur pro hoc verbo,ſignificare,vel figurare,vt ibi:Septem boues ſunt
ſeptem anni,& ſic ſumitur interius tropicè. Dico ergo,quod in verbis apoſtoli ſumitur pa
nis pro ſpeciebus panis,& eſſe pro continere ,ſicut in cap. Ego Berengarius. Et eſt ſenſus,
ſpecies quam frangimus cõtinet vere corpus Chriſti. Alio modo dicitur,quod panis ibi ſu
mitur ſecundo modo pro pane ſubſtãtiali,& pro vero corpore Chriſti. Et eſt ſenſus,pa-
nis quem damus ſub ſpeciebus fractis,&c. Sed ſumẽdo panem primo modo,pro pane ma-
teriali de blado quocũq; ſumatur iſte terminus panis,facta panis cõſecratione, propoſitio
eſt falſa,quia poſt nõ manet,nec ſumpſit apoſtolus terminum ad illum intellectũ, & ſic pa
tet quod nõ concludit argumẽtum. Tertio arguit aduerſarius.

Argũmẽtum Vuiclephi. Senſus tam brutor; quàm hominũ dictãt & exprimũt,quod ibi eſt verus panis,reficiens »
& cibans,& vinum inebrians. Vnde poſſent cõſecrari panis & vinũ in tãta quãtitate,quod »
ſufficerẽt ſacerdotem naturaliter nutrire,ipſum cõſeruare & inebriare,iuxta illud apoſto- »
li:Vnus quidem eſurit,alius autem ebrius eſt. Hoc autem eſſe nõ poſſet,niſi poſt conſecra- »
tionem remanerẽt ſubſtãtiæ materiales panis & vini, ergo articulus eſt verus. »

Reſponſio ad argumẽtum. Hic dico primo,quod iſtud argumẽtum fuit argumẽtum principale Berengarij,vt pa-
tet per Guimũdum in libro ſuo ſecũdo de corpore domini,vbi modo ſuo reſpõdet ad argu
mẽtum,dicẽdo quod nullus ſacerdos catholicus cõſecraret in tãta quãtitate, nec poneret
ſacramẽtum ad talem irriſionem,cõuerſionem in corpus Chriſti,ſed panis poſt remane- E
ret. Et ſi hoc faceret,de miſſa ſua nihil curãdum eſſet,eo quod hæreticus eſſet circa ſubſtã-
tiam ſacramẽti,& nõ haberet veram intẽtionem in cõſecrãdo,& ideo forte,inquit,nõ con-
ficeret. Hic dico ſecũdo,quod licet appareat ſenſui humano,ac etiam brutali, quod expe
riatur ibi panem eſſe materialem poſt cõſecrationem:tamẽ nõ experitur ibi eſſe panẽ ma-
terialem poſt cõſecrationẽ eius. Et ideo nõ ſequitur,ſenſus hominum & brutorum dictant
ibi eſſe panem materialem,ergo eſt ibi panis materialis,quia multotiens contingit ſenſus
decipi,vt in philoſophia patet,& in theologia. Vnde de baculo recto in aqua ſtante ſenſus
hominum & brutorum dictant baculum illum eſſe fractum,ergo baculus eſt fractus: patet
quod non ſequitur,eo quod antecedens eſt verum,& conſequens falſum. Et conſimile eſt
in collo columbæ,in cauda pauonis, & in iride. In Theologia etiam patet in Iſaac, quod
apparuit tactui ſuo,quod manus eſſent manus Eſau,quãdo dixit:Vox quidem vox Iacob
eſt,manus autem manus ſunt Eſau. Ideo nõ ſequitur, apparuit tactui Iſaac manus eſſe ma-
nus Eſau, ergo manus erãt manus Eſau. Et cõſimile fuit de guſtu Iſaac & eius olfactu. Vn-
de in quatuor ſenſibus erat deceptus,ſed nõ in quinto,ſcilicet auditu,& hoc ſecũdum anti-
quos Theologos fuit proprie figura huius ſacramẽti,quia hic decipitur viſus,guſtus,odo-
Figura. ratus,& tactus humanus in ſuo iudicio,ſed non auditus: quia quæ eccleſia catholica docet
Subtilitates. de ſacramẽto,& audiuntur à fidelibus,ſunt vera. Hic dico tertio,quod diuerſi ſunt mo- F
di poſſibiles,quibus ſacerdos ſumens corporale ſacramẽtum corporis & ſanguinis Chri-
ſti,& nõ cibum alium vel potum per os,poſſet nutriri & diu viuere,& aliquotiẽs inebria-
ri abſq; hoc quod nutriatur vel inebrietur ex aliqua ſubſtantia contenta ſub ſacramẽto,vel
ex aliquibus ſpeciebus ſacramẽti. Et ideo quamuis ſacerdos nihil aliud ſumens experire-
tur ſe nutriri ,augmentari,impinguari,& inebriari: ex hoc non ſequitur quod experiretur
ſe nutriri & impinguari, ex aliqua ſubſtantia contenta in ſacramento vel ſpeciebus ſacra-
Miraculũ. menti. Patet hoc primo ex ſentẽtia Innocẽtij de officio miſſæ tertia parte,cap. de fractio-
ne accidẽtium:vbi ponit quod ſicut miraculoſe ſubſtãtia panis conuertitur in corpus Chri
ſti,remanentibus accidẽtibus panis,ita alteratis accidentibus,& deficiente ibi eſſe corpore
Chriſti,miraculoſe redit ſubſtantia prioris panis,de qua generatur vel vermis,vel aliud q̃d
Author dubi tat. videtur. Siue iſta opinio ſit vera,ſiue non,ipſa tamẽ eſt poſſibilis de dei potẽtia. Et ſic poſ-
ſibile eſt ſacerdotem nutriri corporaliter ex ſubſtantia redeunte,quamuis non ex ſubſtan-
tia aliqua contenta ſub ſacramẽto,vel ex ſpeciebus ſacramenti. Patet hoc ſecundo ex ſen-
tentia doctoris de media villa ſuper quartum,vbi ponit in fine alterationis ſpecierum,ma
teriam à deo creari,de qua generantur nutrimentum,vermes,& alia quæ videntur. Et ſic
ex materia nutrimentali nouiter creata in fine alterationis accidẽtium in ſtomacho ſacer-
dotis,ſatis ſtat ſacerdotem nutriri & impinguari,licet nõ ex contenta in ſacramẽto ſubſtã-
tia,vel ex aliqua ſpecie ſacramenti. Patet hoc tertio,ex ſentẽtia doctoris de Aureolis ſuper
quartum,& Franciſci de Maronis,qui dicũt quod poſſibile eſt accidẽtia ſacramẽtalia in fi
ne alterationis conuerti in ſubſtãtiam quãtam,& in tantam quod poteſt nutrire. Et ſic ex
illa ſubſtãtia poteſt ſacerdos ſatis nutriri & impinguari,licet nõ ex aliqua ſubſtantia conte-
ta in ſacramento,nec ex ſpeciebus ipſis,quia propter hoc quod ſpecies conuertũtur in ſub-
ſtantiam nutritiuam,nõ ſequitur quod ſpecies nutriãt. Sicut propter hoc quod lapides cõ-
uertũtur in panem qui nutriret,non ſequitur q̃d lapides nutriunt. Patet hoc quarto ex ſen-
tentia

A tentia ſancti Thomæ ſuper quartũ, diſt. 12. q. 2. Et quia liber eſt cõmunis, omitto recitare propter abbreuiationẽ ſermonis. Patet hoc quinto: quia æque poteſt deus materiam nutritiuam producere cõplete diſpoſitã ad nutritionẽ in ſtomacho ſacerdotis, ſicut extra ſtomachum eius. Et ſic poſſet per illã nutriri, licet nõ comederet illam, ſicut ſi comederet, & ſic ſatis diu nutriri, quamuis nec per accidẽtia ſacramẽti, nec per ſubſtantiam ſub illis contentam. Patet hoc ſexto: quia Vincentius in ſpeculo naturali, lib. 22. cap. 12. dicit, & alij cũ eo, ꝙ in aliqua parte mundi homines viuunt naturaliter, & cõſeruantur in ſanitate omnibus diebus vitæ ſuæ, ſine cibo aliquo manducato, ex odore pomi cuiuſdam: qui ſi exeunt terram ſuam, pomũ ferunt ſecum, & moriuntur quãdo malum odorem ſentiunt. Conſimili odore poſſet ſacerdos (ſi deo placeret) ſatis diu bene viuere poſt ſacramẽtum ſumptũ ſine comeſtione ſubſtantialis cibi, vel ſine nutrimento corporali ex aliqua parte ſacramenti. Patet hæc allegatio, quia Iohannes lib. 5. ſui Policticon cap. 3. narrat quomodo puella duodecim annoꝝ poſt communionẽ die paſchæ, per ſex menſes in pane & aqua ieiunauit, & quomodo poſt per cõtinuum triennium ab omni cibo & potu abſtinuit, & cũ hoc ſalua fuit. Et Rogerus Bacon in libro ſuo curioſo de retardatione accidẽtium ſenectutis & ſenij, narrat de quadam muliere Noruicenſis diocœſis, ꝙ vixit per tres annos ſana ſine cibo vel potu corporali. Et ſine dubio cõſimili modo poſſet ſacerdos poſt ſumptionẽ ſacramẽti diu viuere ſane ſine ſumptione cibi vel potus materialis, & abſq; hoc quod per ſpecies ſacramẽti, vel per ſubſtãtiam cõtentam nutriretur. Patet hoc octauo, quia Helias Miraculum

B comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius per quadraginta dies ac noctes, & ſicut deus dedit illi cibo fortitudinem nutriendi eum per quadraginta dies & noctes, ita potuiſſet ſi voluiſſet dediſſe illi cibo fortitudinẽ nutriendi eũ per octo annos, & vſq; in finem vitæ ſuæ, ſine ſumptione alterius cibi. Poſſet ergo deus ſine cibo ſumpto à ſacerdote ante cõſecrationem dare virtutẽ nutriendi eũ, & cõſeruandi omnibus diebus ſuis, licet nec ex alio cibo, nec ex aliquo cõtento in ſacramẽto nutriretur. Patet hoc nono: quia certũ eſt, ꝙ Chriſtus multiplicauit panes paucos in deſerto, & tantũ quod ſuffecerũt pro multis milibus hominũ. Et ſic cibũ remanentẽ in ſtomacho ſacerdotis, & potũ remanẽtẽ ante ſumptionem ſacramẽti, poſſet deus & conformiter multiplicare, ꝙ ſufficeret eum nutrire omnibus diebus ſuis, abſq; hoc quod nutriretur ex aliquo cõtento in ſacramẽto. Patet hoc decimo: quia ſicut deus conuertit aquam in vinum, ita poteſt aerem à ſacerdote & hauſtum ad interiora ibi conuertere in alimentum, & ſic ſacerdotẽ nutrire abſq; hoc quod corporaliter nutriretur ex ſacramẽto. Patet hoc vndecimo ex epiſtola Iohannis preſbyteri ad Emanuelem, vbi ſic: Habemus palatium, quod propter lapides pretioſos ſole nõ indiget. Et quidã lapides ibi ex ſua virtute neminẽ permittũt luxuriari, quidã nõ permittũt quenq; inebriari, quidã nõ permittũt homines eſurire & ſitire. Vnde in die coronationis noſtræ oẽs in domũ illam intrãt, & ſic toto tẽpore prandij ſedẽtes ſine cibo & potu virtute lapidũ ſaturantur. Ex quo ergo hoc facit virtus lapidum ſine comeſtione & potatione: patet quod conſimilis virtus hoc idem poſſet facere poſt communionem ſacerdotis, abſq; hoc quod cibus ſacramentalis ipſum corporaliter nutriret, vel aliud in eo contentum. Patet hoc duo Fabula.

C decimo, modo illo quo deus conſeruauit abbatem in nemore, de quo in libro, qui dicitur Vitas patrum, habetur, ꝙ deus in nemore miſit ei angelum in ſpecie auiculæ, qui eum detinuit centum annis, ita ꝙ medio tempore non comedit corporaliter, vel bibit: & tamẽ nec famem, nec ſitim habuit, vel tædium. Et modo etiam illo, quo deus conſeruauit per multos annos ſeptem dormientes in ſpelunca, conformiter poſſet hoc facere de ſacerdote communicante. Patet hoc decimotertio, de modo illo, quo deus conſeruauit & augmentauit veſtimenta & calceamenta filiorum Iſrael per quadraginta annos in deſerto: non fuit in illis conſumptio, ſed potius conſeruatio, ſeu reſtauratio: ſed fuerũt conſeruata & augmentata ſine conſumptione. Eo modo deus poſſet ſacerdotem nutrire, conſeruare, & augmentare abſq; hoc quod nutriretur per aliquem cibum corporaliter comeſtum. Patet ergo multipliciter, ꝙ ſacerdos poſſet nutriri, & ſatis diu viuere. Vnde quantũcunq; conſecraret, & cõmunicaret in magna quantitate, abſq; hoc quod nutriretur ex ſubſtãtia contenta in ſacramento, vel ex ſpeciebus ſacramenti. Et patet iterum, quod licet ſumens ſacramẽtum, & nõ alium cibum vel potum, ſentiat famem & ſitim in eo extingui, etiam ſentiat ſe nutriri & impinguari: ex hoc tamen non ſequitur, quod nutritur vel impinguatur corporaliter ex ſacramento, vel ex aliquo in eo contento: nec quod ſacramentum, vel aliud in eo contentum, ſitim vel famem extinguat. Et ſic patet, quod inualidum eſt argumentum, quamuis concederetur, quod ſacerdos catholicus conficeret in tam magna quantitate: quod tamẽ Guimundus Auerſanus epiſcopus concedere noluit. Quarto arguit aduerſarius ſic: Argumẽtum wiclephi.

« Matth. 6. Chriſtus docet nos orare: Pater noſter, quotidianũ da nobis hodie, & ſanctus
« Auguſtinus de ſermone domini in monte, per panem quotidianum inter alios ſenſus laudabiles

dabiles intelligit hoc venerabile ſacramentū. Et ſi hoc ſacramētū ſit panis quotidianus, pro D
quo oramus q̄tidie, tūc eſt panis. Hic dico breuiter & cōſtāter, q̄d ſi loquatur de pane ma »
Reſponſio ad argumētum. teriali de blado, vt intēdit, inique & peruerſe allegat Auguſtinū, quia Auguſtinus totaliter intēdit oppoſitū. Vnde ſermone. 18. de verbis domini ſic dicit: Memini ſermonis mei, cum de ſacramentis tractarem, dixit vobis, q̄d ante Chriſti verba panis dicatur quod offertur. Vbi vero verba Chr̄i deprompta fuerint, nō iam panis dr̄, ſed corpus Chr̄i appellat. Quare ergo mox in dn̄ica or̄one dicit: Panē noſtrū quotidianū da nobis hodie. Panē (inquā) dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, & ſuperſubſtātialē. Nō (inquam) iſte eſt panis, q̄ vadit in corpus, ſed panis eſt vitæ æternæ, q̄ aīæ noſtræ ſubſtantiā fulcit. Hæc Auguſtinus ibi. Si ergo poſt cōſecrationē nō dicit panis, ſed corpus, puta Chriſti: & ſi poſt non eſt ibi panis, q̄ vadit in corpus ad reficiēdū, puta corpaliter, vt dicit Auguſtinus: ergo poſt nō eſt ibi talis panis materialis de blado, ſed panis ſecūdo modo prædicto, qui eſt identice corpus Chriſti. Patet ergo quod allegat Auguſtinum ad contrarium intentionis ſuæ, & ideo argumentum nul-
Argumētum Vuiclephi. lius eſt valoris. Quinto arguit ſic. Apoſtoli cognouerūt Chriſtū in fractione panis, vt » dicitur Lucæ 24. Panē docet Auguſtinus cum lege Papali, de cōſecratiōe diſt. 2. cap. Nō » omnis. eſſe hoc venerabile ſacramētum. Sed ſeqtur: Apoſtoli cognouerūt eum in fractione » panis, ergo tūc eſt panis. Hic dico, quod nō habetur ex textu, vel ex gloſſa Luc. 24. vel »
Reſponſio ad argumētum. per antiquos doctores, q̄d ille panis, quem fregit poſt reſurrectionem in ſero coram diſcipulis, fuit cōſecratus, vel quod ille panis fuit ſacramētalis, vel conuerſus in corpus Chriſti. Et ideo inepte adducit hoc ad propoſitum. Et cōſequēter dico, q̄d falſe allegat authoritatē E Auguſtini, & Canonem de cōſecratione diſt. 20. Non oīs, pro ſe: quia nec Auguſtinus, nec Canon loquitur de illo pane fracto ſero, die reſurrectionis, in cuius fractione diſcipuli dn̄i cognouerūt, q̄a modo ſuo quo cōſueuerat frāgere, quādo comedebat cū diſcipulis ante paſſionem, & tempore proditionis fregit, & tūc fuit ille modus, modus ſingularis frangendi, quem nullus alius habuit. Vnde in cap. allegato, nihil plus habetur, niſi quod non omnis panis, ſed quod panis accipiens benedictionem, fit corpus Chriſti. Ex quo nō ſeqtur, quod panis ille fractus fuit corpus Chriſti, nec ſeqtur de pane cōſecrato, quia nō oīs panis, ſed accipiēs benedictionem fit corpus Chriſti, loquēdo de eſſe proprie, ſicut ipſe loqtur. Sicut non ſequitur: non oīs aer, ſed clauſus in monte fit aqua: ergo aer, qui clauditur in monte, eſt aqua. Patet enī per philoſophos, quod antecedēs eſt verum, & cōſequēs falſum, loquēdo de eſſe proprie, ſicut ipſe loquitur, imō ſic loquēdo ſequitur oppoſitum. Ex quo illa fractio eſt naturalis conuerſio, & ſubſtantialis: ſequitur quod definit eſſe, & ſic non videtur eē argumētum. Sexto arguit aduerſarius, ex verbis Hieronymi ad Edibidiam, articulū eſſe
Argumētum wiclephi verum, quod argumētum pluries inculcat. Sic enim dicit Hieronymus: Nos (inquit) au- »
diamus panem quem fregit dominus, dedit q̄z diſcipulis ſuis manducandum, corpus eē ſal- »
Reſponſio ad argumētum. uatoris, ipſo dicente: Hoc eſt corpus meum. Ergo manet panis in ſacramēto, & eſt corpus » domini. Hic dico, quod Hieronymus loquitur ſecundo modo de pane, ſcilicet ſumendo » panem pro pane ſubſtantiali, & non de pane primo modo, & proprijſſime dicto, ſicut patet per verba ſua ſequentia in eōdem loco vbi ſic, ſi ergo panis qui de cœlo deſcēdit, corpus eſt domini ſaluatoris, &c. Vnde intentio eſt Hieronymi: Audiamus panem ſuperſubſtantialem, quem ſub ſpeciebus fractis dominus dedit diſcipulis, corpus eſt domini ſaluatoris. Et proprijſſime loquendo de eſſe, hoc eſt verum. Et ſi omnino contendat aduerſarius, quod panis ibi ſumitur proprijſſime, pro pane materiali, tūc dico conſtanter, quod eſſe non ſumitur ibi proprijſſime, ſed pro factum eſſe, vel cōuerſum eſſe in corpus domini ſaluatoris: & ſic patet quod non concludit argumērum. Septimo arguit articulum ex verbis Ambroſii, quæ ponūtur in Canone de cōſecratiōe diſt. 2. cap. Panis eſt. vbi ſic:
Aegumētum wiclephi Quod erat panis ante cōſecrationem, eſt corpus Chriſti poſt cōſecrationem: ergo ma »
net panis poſt conſecrationem. Hic reſpondet vno modo ſanctus Thomas doctor an- »
Reſponſio ad argumētum. tiquus, & alij, quod iſtā locutio nō eſt propria, ita quod illa identitas debet referri ad quātitatem formæ accidentalis, vt ſit ſenſus: ſub qua ſpecie erat panis ante cōſecrationem, ſub eadem eſt corpus Chriſti poſt cōſecrationē. Et ſic ſaluant ipſi verba Ambroſii. Alio modo poteſt reſponderi, quod Ambroſius ſumit ibi eſſe pro fieri, vel conuerti, vt ſit ſenſus, q̄d erat panis ante cōſecrationem, iam in corpus Chriſti cōuerſum eſt: vel iam corpus Chriſti factum eſt per conſecrationem. Et ex hoc ſenſu ſequitur, quod non manet panis poſt conſecrationem. Quod autem fuit intentio ſancti Ambroſi, patet ex verbis eiuſdem, quæ ponūtur in Canone de cōſecratione diſt. 2. cap. Reuera. & cap. Oīa quæcūq;. & cap. In calice. Vnde & iſtud argumētum fecit Berengarius pro eadem opinione, cui ſic reſpon-
Lanfranci in Berengarium verba. det Lanfrancus in libro ſuo: O (inquam) mētem amētem, ō hominem impudēter mētientem, ō pudendam temeritatem, Ambroſium teſtem accipere: præſumis quod panis & vinum per conſecrationem non deſinunt eſſe quod erāt, ſed commutātur in aliud quod non

erant

A erant. Quis enim compos sui credat aliquam rem conuerti in aliam, nec tamen in ea parte desinere esse quod erat? Hæc ille. Patet ergo quod intentionis Ambrosii erat panem per consecrationem desinere esse, & sic argumentum non valere. Octauo arguit aduersarius cap. 36. Trialogi, contra istum articulum condemnatum in Cõcilio domini Vuilhelmi nuper archiepiscopi Cantuariensis sic:

« Substantia corporis Christi manet post consecrationem in altari: & vbicũq; est substã- « tia corporis Christi, est genus generatum substantiæ, ergo ipsum manet post consecratio- « nem in sacramẽto altaris. Et cum ipsum genus generatum sit substantia aut quantitas cu- « iuslibet specialis substantiæ, sequitur quod ipsum sit cuiuslibet panis & vini materialis sub- « stantia. Et sic (inquam) patet stultitia damnationis. Argumẽtum Vuiclephi

Hic respondeo vno modo, quod apud illos catholicos, qui negant vniuersalia in rebus & qui vniuersalia ponũt nõ esse nisi cõceptus, & terminos, & signa, argumẽtum nõ est alicuius valoris, sed manifeste negabũt diuersa assumpta in argumẽto. Hic respondeo alio modo solum gratia argumẽti, admittẽdo vniuersalia realia, & secũdo admittẽdo solũ gratia argumẽti, quod genus generalissimum substãtiæ est in sacramẽto vbi est substãtia corporis Christi, & quod ipsum est cuiuslibet panis & vini materialis substãtia: sed ex hoc nõ sequitur, quod sit substãtia panis vel vini materialis in sacramẽto: sicut nõ sequitur ex hoc Responsio ad argumẽtum.

B quod sit substãtia panis vel vini materialis, & specialis in cœlo vbi est corpus Christi: quia sic quodlibet indiuiduum esset ad omnem locum multiplicatum, q̃d esset insanum & cõtra aduersarium. Sed bene sequitur, quod vbicũq; specialis & indiuidua substãtia panis materialis est, ibi genus generalissimum est ipsa substantia specialis, siue indiuidua. Sed in sacramento nõ est aliqua substãtia panis specialis, & indiuidua post eius cõuersionem in corpus Christi, vt ecclesia docet catholica, & ideo nullum genus generalissimũ est in illo sacramẽto substãtia specialis & indiuidua panis, post eius cõuersionem in corp⁹ Chri. Et sic gratia argumenti admisso genere generalissimo substãtiæ ad extra in rebus, adhuc non facit validum argumẽtum. Nono arguit sic, quasi confirmãdo præcedens.

« Non repugnat huic sacramento, quod mica panis materialis, vel guttula vini imbibatur « in poris huius venerabilis sacramẽti: ergo nõ repugnat sacramento q̃d maneat in illo sub- « stãtia panis, & vini, post consecrationem. Argumẽtum wiclephi

Hic cõcedo cõclusionem: sed nõ sequitur, ex hoc quod non repugnet sacramẽto, quod maneat in illo substantia panis post eius cõsecrationem, vel sanguinis post eius cõsecrationem, quia talis mica existẽs in poris nũquam fuit cõsecrata, & si fuisset cõsecrata, nõ mãsisset illa mica dum esset sacramẽtum. Fateor eñ, quod infra poros sacramẽti est aer inclusus, & aliquãdo alij vapores corporei, vt patet de pane calido, magno, cõsecrato more Græcor. Etiam quãdo frangitur hostia cõsecrata, secũdum speciem, patet experimẽto quod exeunt vapores corporei: & sic est de vino odorifero apud nos cõsecrato. Intentio autem ecclesiæ & sanctorum ẽ, quod de pane & vino post eorum cõsecrationẽ nihil remanet, nisi ſſpecies eorum accidẽtales, sub quibus ẽ substãtia corporis & sanguinis Chri, & nihil substãtiæ pa- Responsio ad argumẽtum.

C nis cõuersi, vel vini cõuersi. Cum quo satis stat, q̃d sint in poris aliæ substãtiæ nõ cõuersæ, & sic argumẽtum nihil cõcludit. Decimo arguit sic. 20. cap. 2. art. 4. Trialogi.

« Fratres nesciunt dicere quid ẽ hostia consecrata, nisi dicant quod sit accidens sine subie- « cto, vel accidentia sine subiecto. Et cum tale accidens non adoratur propter se, sed pro eo « quod cõtinet in se corpus Christi, sequitur quod maior est ratio adorandi quẽcunq; nodu- « lum straminis, vel quodcũq; corpus signabile, quàm hostiam cõsecratam: eo q̃d hostia nõ « est in sua natura, vel propter bonitatem naturalẽ, quam in se cõtinet, taliter adorãda. Vn- « de non est adoranda, quia est corpus Chri, sed quia ipsa continet in se abscondite corpus « Christi. Cũ ergo in nodulo straminis, & in omni creatura realiter sit trinitas increata, quę « est longe perfectior quàm hoc corpus: sequitur q̃d propter cõtentum absconditum quæ- « libet creatura sit amplius adorãda, quàm hæc hostia. Argumẽtum wiclephi.

Hic dico, quod falsum imponit fratribus, & catholicis alijs quod nõ sciunt dicere quid est hostia cõsecrata, nisi dicãt, quod est accidens sine subiecto, vel talia accidẽtia sine subiecto: quia proprie loquẽdo de hostia cõsecrata, ipsa est corpus Christi cõtentum sub speciebus panis in ipsum sacramẽtaliter trãssubstantiati, & ista est hostia quam catholici adorãt. Bene tamen verum est, quod large, & minus proprie loquendo de hostia consecrata, illa accidentia dicũtur hostia consecrata, & sacramentum illud quod est sacramentum, & nõ res sacramẽti. Sed istam hostiam sic large sumptam non adoramus, neq; adoratione latriæ, neq; hyperduliæ, sed ipsum Christum dei filium in sacramento adoramus adoratione latriæ, & eius humanitatem adoratiõe hyperduliæ: quia in sacramento, & in altari est locus conueniens adorationi. Vnde neque Chrũs, neq; trinitas vult ab hominibus adorari, nisi in loco orationi cõueniẽte: nã corpus Chri nõ debet adorari vbicũq; est, sicut nec ipse Chrũs. Nõ eñ debet in stomacho sacer- Responsio ad argumẽtum.

dotis ſtatim poſt communionem adorari, nec in bruto: dato, quod in caſu ſacramentum ſu ment. Et Trinitas non vult adorari, prout eſt in dæmone, vel in pulice, & à pari, nec vt eſt in nodulo ſtraminis. Et certũ eſt quod nodulus ſtraminis nõ debet adorari propter hoc q̃d in illo eſt Trinitas increata, adoratione latriæ, vel hyperduliæ: ſicut nec accidentia ſacramẽ talia. Et ideo multipliciter errat in argumento iſto. Et ſic patet, quod argumentum non eſt alicuius valoris. Et iterum large loquendo de hoſtia conſecrata prout ẽ accidentia ſacramẽ talia, ita æque abſcõdite contineret Trinitatẽ, ſicut nodulus ſtraminis, & ideo propter exiſtentiam Trinitatis in nodulo ſtraminis, non eſt maior ratio adorandi nodulũ, quàm ſit ratio adorãdi illam hoſtiam: cum æque in illa ſit Trinitas, ſicut & in illo nodulo. Et ſic multipliciter peccat argumentum. Vnde decimo arguit ſic: D

Argumẽtum Vviclephi. Ex dictis (vt aduerſarius dicit) ſequit̃, quod hoſtia conſecra eſt peius in natura ſua, quàm panis equinus, furfureus vel aliud venenoſum: qa eſt in natura ſua accidens, vel accidentia ſine ſubiecto: & panis eqnus ẽ ſubſtantia, ſicut & animal venenoſum: ſed ſubſtãtia quęcunq; eſt perfectior accidente. Et ideo in alio libro ſuo dicit, quod ſacramentum nr̃m eſt peius ſtercore rathonis, quia eſt accidens & ſtercus rathonis eſt ſubſtantia.

Reſponſio ad argumentum Hic dico primo, quod proprie loquendo de hoſtia conſecrata, ipſa ẽ ſubſtantia, non accidens, vel accidentia. Et ſic loquendo communiter dr̃, quod euchariſtia eſt verum corpus Chr̃i & ſanguis, prout continetur ſub ſpeciebus panis & vini in ipſa ſacramentaliter tranſubſtantiata. Et ex his patet, q̃d à falſo incipit primo in argumento, loquendo proprie de hoſtia conſecrata. Hic dico ſecundo, quod loquendo large de hoſtia conſecrata, accidẽs, vel accidentia ſunt ſacramentum, & non res ſacramenti, modo loquendi eccleſiæ. Et tunc dico, quod fideles & Catholici attendunt in ſacramẽto ad ſignorum efficacias potius quàm ad ſignorum eſſentias, cum aliâs perfectiores eſſent hoſtiæ legis antiquæ, quàm nouæ: puta hircus, & vitulus, quàm panis & vinum ſecundum ipſius blaſphemiam: cum hircus & vitulus ſint ſubſtantiæ viuæ, panis & vinum res non viuæ in naturis ſuis. Vnde res imperfectior ſecundum ſui naturam ẽ ſacramentaliter, non naturaliter perfectior: nec ẽ aliquod inconueniens, ſed verum & ſatis Catholicum. Hic dico tertio, quod aduerſarius habet concedere ſacramentum ſuum eſſe peius quàm muſcam, & peius quàm animal venenoſum: quia illud ſamentum ẽ panis, qui non ẽ in ſui natura res viua: & vinum, q̃d non ẽ res viua: muſca ẽ res & ſubſtantia viua, & ſic animal venenoſum. Et eodem modo quo accidens quodcunq; ẽ imperfectius ſubſtantia, ſic ſubſtantia non viua imperfectior ẽ in natura ſua ſubſtantia viua. Et conſequenter habet concedere, quod euchariſtia ſua non ẽ ita perfecte corpus & ſanguis Chr̃i, ſicut ſtercus rathonis ẽ ſubſtantia: quia habet concedere, ꝙ euchariſtia ſua uon eſt corpus & ſanguis Chr̃i materialiter, eſſentialiter, ſubſtantialiter (aliâs numeraliter) & identice: ſed figuratiue & tropice ẽ ille, vt ipſemet concedit. Cum ergo ſtercus rathonis, ſit ſubſtantia naturaliter, eſſentialiter, ſubſtantialiter, & identice: ſequitur concluſio horribilis intẽta. Conſequenter habet concedere, quod euchariſtia ſua perfectius, & nobilius eſt panis materialis: & vinum materiale, quàm ſit corpus & ſanguis Chr̃i: cum ſecundum præſentia ſua, illa ſua euchariſtia ẽ materialiter, naturaliter, ſubſtantialiter, & identice vere panis materialis, & vinum materiale & ſolum figuratiue, tropice ẽ corpus & ſanguis Chr̃i. Et conſequenter habet concedere, quod melius eſt ſacramento euchariſtiæ eſſe panem materialem & vinum, quàm eſſe corpus & ſanguinem Chr̃i, vel eſſe ſacramentum euchariſtiæ, cum eſſe naturale & ſubſtantiale ſit melius & præſtantius eſſe tropice & figuratiue. Et conſequenter habet concedere, quod piſtor, qui facit panem eſſe panem, nobiliorem exercet actionem, quàm ſacerdos conſecrans, qui facit panem eſſe corpus Chr̃i iuxta blaſphemiam illius, quam nullatenus tetigiſſem propter turpitudinem loquelæ, & in tam venerabili materia, niſi quia neceſſum eſt more ſancti Auguſtini hæreſes confundere ex ſuis propriis principiis. Sic ergo reſponſum ſit ad argumenta quæ facit in hac materia. Et ex his faciliter põt concipi, quomodo reſpondendum eſt ad ea, quæ ponit in aliis libris ſuis. E F



Ecundus articulus condemnatus, ẽ iſte: Sicut Iohãnes fuit figuratiue Helias, & non perſonaliter: ſic panis figuratiue eſt corpus Chr̃i, & non naturaliter corpus Chr̃i. Et quod abſque omni ambiguitate hæc eſt figuratiua loquutio: Hoc eſt corpus meum, ſicut illa in verbis Chriſti. Iohannes ipſe eſt Helias.

Et ẽ hic articulus vt hęreticus cõdemnatus rõnabiliter: qa ex illo proceſſu, & ſentẽtia aduerſarii, neceſſario ſequit̃, quod panis ſit ſacramẽtaliter & figuratiue corpus Chr̃i in altari: cum illud corpus Chr̃i, q̃d natũ eſt de virgine, pepẽdit in cruce, & ẽ iã in cœlo, non eſt identice, ſubſtãtialr̃, & naturalr̃ in ſacr̃o. Et hęc antiquitus fuit, vt hę-

A vt hæresis condemnata in synodo Ephesino, ante tempora quatuor doctorum, vt docet Guimundus, tertio libro de corpore & sanguine domini, & in Canone de cõsecratiõe distinctione secũda cap. Necesse, Habetur ex symbolo Ephesino, quod in sacramẽto sumimus carnem Christi vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam: ergo caro Christi proprie est viua in sacramẽto, & vbicũq; est viua, est substantialiter, naturaliter & identice, & nõ solum figuratiue. Secũdo, hic est articulus rationabiliter cõdemnatus, quia eius cõtradictorium est ab ecclesia approbatum, vt catholicũ, quod patet in ca. de consecratiõe distinctione secũda cap. Vtrum sub figura, & in capitulis diuersis. Tertio, hic est articulus rationabiliter cõdemnatus, quia cõdemnatus est ab ecclesia, extra de celeb. missar. cap. Cum Marthæ, vbi expresse cõdemnatur sentẽtia, ponẽs nõ esse in sacramẽto veritatẽ corporis & sanguinis Christi, sed imaginem & speciẽ, siue figurã. Et patet ex processu, quod per veritatẽ corporis Christi ibi eẽ, intelligit substantialiter & identice ibi eẽ corpus Christi: aliàs errorem quem intẽderet cõdemnare, nullatenus cõdemnaret, & aliàs non eẽt sufficiens distinctio inter figuram, & rei veritatem. Quarto, hic est articulus rationabiliter cõdemnatus, quem Iohãnes Damascenus, qui floruit inter Græcos quãdo Augustinus inter Latinos, libro sentẽtiarum suarũ, sic scribit in hac materia: Hæc inquam hostia pura, corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi. Et sequitur: Non est (inquit) typus panis & vinum corporis & sanguinis Christi: absit, inquit, sed est corpus domini deificatum, ipso dicente: Hoc meum est, nõ typus corporis, sed corpus, non typus sanguinis, sed sanguis. Ex quo processu liquet, cum aliis ibidẽ scriptis, quod est vera & identica locutio, Hoc est cor-
B pus meum, & nõ solum figuratiua. Et quod hostia post cõsecrationem nõ tropice & figuratiue, sed substantialiter, & identice est corpus Christi. Quinto patet, quod hic articulus est rationabiliter cõdẽnatus: quia Guimundus libro primo de corpore & sanguine domini bene post principiũ libri ponit, quod vna pars hæresis Berengarij erat, eucharistiam nõ esse vere substãtialiter corpus Christi & sanguinẽ. Hoc aũt ponit iste articulus, sed quod figuratiue, ergo articulus iste est hæreticus. Et idem Guimundus tertio libro de corpore & sanguine domini, notabiliter & sufficienter ostendit per dicta Augustini, Ambrosii, Leonis, Cirilli, & ducẽtorum episcoporum in Synodo Ephesina, Gregorij, Hilarij, & aliorum doctorum, quod illud corpus Christi quod pependit in cruce, & natum est de virgine Maria, est substantialiter in sacramento secundum naturam suam propriam, ergo hæc non est figuratiua locutio, sicut illa: Iohãnes ipse est Helias. Liber est cõmunis, & ideo omitto processum, & propter abbreuiationem sermonis. Sexto patet, quod hic articulus est rationabiliter condemnatus, quia Hugo de sacramentis libro secundo parte. viij. sic scribit tractando de isto sacramento: Quẽadmodum species illic cernitur, cuius substantia ibi esse nõ creditur: sic substantia ibi esse creditur, cuius species non cernitur. Et constat quod loqtur de re quæ est corpus Christi, ergo corpus Christi est substantialiter in altari, & non solum figuratiue. Alio modo patet idem ex verbis Ambrosii in epistola ad Hebræos, & ponitur
C in Canone de consecratione distinctione secunda cap. In Christo. Nõne per singulos dies offerimus ad recordationem mortis Christi, & vna est hostia, & non multæ? Istud de hostia quæ dicitur panis materialis, intelligi non debet, quia tales sunt panes multi in multis altaribus secundum hæresim aduersarij, & non sunt vna hostia: ergo intelligi debet de hostia qui Christus est, & quæ oblata est in cruce, & sic exponitur in eodem capitulo. Est igitur & Christus, & corpus Christi identice in quolibet altari, in quo fit consecratio, & non solum figuratiue. Et consimilis est sententia Lincolienfis super tertium cap. ecclesiasticæ Hierarchiæ, vbi sic innuit, puta Dionysius, quod eucharistia est verum corpus Christi vnitum deitati. Vnde sicut bonitas diuina est in oñibus, à quibus participatur, identice vna, cõsimiliter (inquit) & corpus Christi in symbolis, licet varietur secũdum loca & tempora, & sensibiles proprietates. Igitur illud idem corpus quod est in vno altari, est idẽtice in alio altari. Quod nullo modo potest intelligi de pane materiali, sed solum de vero corpore Christi, attendẽdo ad naturam suam propriam: & ideo illud corpus quod est in cœlo, attendendo ad naturam propriam est substantialiter & identice in sacramento & non sic figuratiue, vt Iohannes est Helias. Octauo patet idem per ipsum Dionysium tertio capite ecclesiasticæ Hierarchiæ, vbi ponit primo, q̃d vnius & eiusdem panis & calicis communis & pacifica traditio est. Secũdo, q̃d diuina Synaxeos teleta, & si singulare & simplex habẽs complicitũ principium, in sacram varietatem symbolorum humanitus, id est misericorditer multiplicat. Tertio, postquã Hierarchia sacrificat diuinissimũ panẽ, indiuisibilẽ diuidit, & velatum reuelat. Ex qbus patet, quod panis qui est eucharistia, est diuisibilis & indiuisibilis, velatus & reuelatus, indiuisibilis in se, diuisibilis in symbolis, siue secũdum symbola, velatus in se, reuelatus in symbolis. Hoc de pane materiali intelligi non potest, quia ille est diuisibilis in se, & in suis symbolis, ergo necesse esset hoc intelligi de pane qui est ver-

& iden-

& identicum corpus Christi. Ille enim est multiplicatus misericorditer secundũ varietatem symbolorum in diuersis altaribus. Nec etiam potest intelligi de pane materiali, quod vnius & eiusdem panis est communis, & pacifica traditio: quia ille panis materialis, qui est in vno loco, non est in alio loco. Patet ergo manifeste, quod Dionysius Apostolorum contemporaneus definit, quod verum corpus Christi est secundum sui naturam, & identice in sacramento. Nono patet idem, quod multi secundum mundum sapientes, & prudentes recesserunt à fide, quia non poterant concipere totum corpus Christi, quod est in cœlo, esse in sacramenti quantitate parua. Sed accipiendo esse pro figurare & significare, vt facit aduersarius in articulo, intelligens quis est qui non posset leuiter capere panem materialem esse corpus Christi? Et consimiliter accipiendo esse, quis est prudens, qui non potest faciliter concipere corpus, quantumcunque magnum, esse in loco paruo, cum paruũ signum significet dolium vini, & paruum verbum significet totum mundum, & parua imago crucifixa figurat totum crucifixum? Isti ergo prudentetes & sapientes nõ recesserunt à fide, propter non confiteri eucharistiam esse tropice, & figuratiue corpus Christi: sed propter non confiteri eucharistiam esse substãtialiter & idẽtice carnem & sanguinem Chri. Alij propter non confiteri tantum corpus esse tropice, & figuratiue in tam paruo loco, sed propter non confiteri tantum corpus esse substãtialiter & idẽtice in tam paruo loco. Ex quo patet, quod hæreticum est ponere corpus Chri non esse identice, sed figuratiue in sacramento. Decimo patet idem ex natura relatiuorum: quia relatiuum refert ex sui natura illud idem naturaliter quod præcessit, sed Chrus instituendo sacramentum dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: ergo hoc idem corpus naturaliter, quod pro discipulis fuit traditum ad crucifigendum, fuit eis traditum in sacramento ad edendum: & per consequens idem corpus quod fuit in cruce, identice est in sacramento. Vnde Augustinus in pluribus libris inculcat logicam scripturæ de figuratiua significatione, ponens exempla infinita scripturæ de tali locutione. Et nunq̃ de istis verbis: Hoc ẽ corpus meũ, facit mẽtionem, quod sit figuratiua loquutio: nec numerat inter loquutiones figuratiuas, quod tamen fecisset, si fuisset loquutio figuratiua. Nec vnquam aliquis, nisi suspectus de hæresi. Hæc prius posuit Berengarius, & Frederuuardus, hoc antiquitus posuerunt: quorum sententia fuit condemnata. Vndecimo, hoc patet ex sñia Augustini in expositiõe tituli, psalmi tricesimitertij, vbi tractat illũ textum: Scribatur in manibus suis, & ponitur in Ca. de Conse. distin. ij. cap. Dauid, scribatur in manibus suis, &c. & ex multis dictis alijs eiusdem capli, quæ propter breuitatem non scribo, quia in communi libro habentur. Duodecimo patet idem, quia conuersio sacramẽtalis panis in corpus Chri, est cõuersio substantialis, & non tropica & figuratiua: ergo & existentia corporis Chri in sacramento, est substantialis & realis ac identica, & non solum figuratiua. Item patet ex allegatis in præcedenti articulo, vbi declaratum est, quod substantia panis definit esse realiter in ista cõuersione: & ideo conuersio est mutatio substantialis, & nõ solum tropica & figuratiua. Vnde Berengarius aduersarius ecclesiæ asseruit, quod natura nõ patitur illam mutationem panis, quam patres in Concilio sub Nicolao Papa, & ecclesia ante eos, posuerunt. Sed secundum eos, & etiam omnes alios doctores natura satis patitur, quod panis tropice & figuratiue muteur: ergo mutatio quam posuit Concilium generale, & ecclesia ante eos, non erat tropica & figuratiua, sed vere substantialis. Decimotertio patet idẽ per Ambrosium, cuius dicta ponũtur in Cañ. de Conse. ij. cap. Reuera. vbi intendit Ambrosius probare, quod panis potest conuerti in corpus Christi, per hoc quod Deus potuit panem creare: ergo à fortiori & panem in aliud mutare. Sed constat, quod loquitur de creatione reali & substantiali, ergo & de mutatione panis substantiali. Vnde & extra exempla illius conuersionis, sunt omnes reales & substantiales conuersiones, vt patet de cõuersione virgæ in serpentem, & econuerso: & per conuersionem fluminis Aegypti in sanguinem, & alijs ibidem enumeratis. Est ergo & hæc conuersio substantialis, & non figuratiua. Quapropter Ambrosius in eodem loco ponit istam conuersionem panis in corpus Christi, esse præter ordinem naturæ: sicut & generationem qua virgo Christum genera-

Berengarius.

uit, esse præter ordinem naturæ. Ex quo concludit, quod illa conuersio est valde miraculosa: sicut & generatio qua virgo filiũ generauit, fuit valde miraculosa, & singulariter miraculosa. Et tamen non esset valde miraculosa, si esset solum conuersio tropica, & figuratiua, & non substantialis & transsubstantiua. Relinquitur ergo quod iuxta intentionem huius sancti & ecclesiæ, dicta statim in Canone approbantis, quod ista conuersio sacramentalis est substantialis, & non sit tropica, & figuratiua: & quod corpus Christi ex illa substantiali conuersione est in sacramento substantialiter & identice, & non sic figuratiue, vt articulus ponit. Merito igitur hic articulus est vt hæreticus condemnatus. Vnde pro isto articulo incidit aduersarius in illud cap. extra de hæreticis, ad abolendum. Pro isto tamen articulo præter argumenta superius soluta, arguit aduersarius sic.

Conuersio miraculosa

Si ista

A Si iſta benedictio conſecrationis panis faceret panem non eſſe, eſſet potius maledictio, quàm benedictio, qa eſſet panis annihilatio, ex quo nulla pars eius remanet in Chriſti corpore, vel eius ſacramento, & tamen Chrūs nunquam tam ſeuere alicui rei maledixit. Quādo enim maledixit ficui, remanſit ficus ſubſtantia, cum Chrūs neſciat propter peccatum, vel figuram peccati, ſuam omnino deſtruere creaturam, & cū nulla creatura poteſt quicquam facere, niſi præueniat factio creatoris, præſertim cū ſuum aduerſarium diabolū, cū ſit ſua fabrica, ſeruet. Ergo creatura panem benedicēs ipſam non annihilat, & p cōſequēs manet panis poſt conſecrationem, vt ſit figuratiue, non ſubſtantialiter corpus Chriſti. Argumētum Vuiclephi.

Hic dico primo, quod prima conſequētia nulla eſt, quia quando Chriſtus benedictione ſua mutauit aquā in vinū, fecit aquā deſinere, & ipſam nō eſſe, & tamē benedictio illa Chriſti non fuit maledictio, ſed vera benedictio, quia mutauit aquā ſubſtantialiter in melius, & ideo licet in conſecratione panis deſinat eſſe, ex quo tranſſubſtantiatur & mutatur in melius, quia in corpus Ieſu Chriſti, uō ſequitur quod illa benedictio ſit maledictio, vt male arguit hic aduerſarius. Hic dico ſecundo, quod quamuis nulla pars ſubſtantialis panis maneat actu poſt eius conſecrationem, nō oportet propter hoc quod panis annihiletur, quia ad annihilationem rei requiritur, ꝙd nō maneat annihilatum in potētia propinqua, vt redeat in eſſe. Panis autem conuerſus ſacramētaliter in corpus Chriſti remanet in potentia propinqua, vt redeat in eſſe, in fine alterationis accidētium ſacramētalium, ſecūdum ſententiam Innocentij Papæ, quæ inter alias doctorū ſentētias eſt veriſimilior, vt declaraui in B libro. 72. quæſtionū, circa ſacramentū euchariſtiæ, & ideo nō annihilatur. Requiritur etiā ad annihilationē rei, quod terminus ad quem nō ſit aliquid, ſed illius mutatione panis terminus ad quem eſt corpus Chriſti, & ideo hęc mutatio nō eſt annihilatio. Hic dico tertio, quod multotiēs Chriſtus propter peccata deſtruit creaturas ſuas, vt patuit in diluuio, in quo deſtruxit propter peccata hominū multas creaturas, vt patuit in ſubuerſione Aegyptiorum in mari rubro, vt patuit de Dathan & Abyron, quos propter peccata terra abſorbuit, vt patet in multis legibus dei, in quibus ordinat mors corporalis propter peccata diuerſa. Gratia etiā creata in anima viatoris deſtruitur omnino propter peccatum viatoris. Multipliciter ergo peccat argumētatio. Alia quæ tangit in hac materia, cōmuniter in doctoribus ſunt plene ſoluta, & ideo ſuperfluum eſt circa illa vlterius laborare. Reſponſio ad argumētum. Liber. lxxij. quæſtionū circa ſacramētū Euchariſtiæ.



TErtius articulus condēnatus vt etroneus erat, quod in cap. Ego Berengarius, curia Romana determinauit, quod ſacramentū euchariſtiæ eſt naturaliter verus panis, loquēdo cōformiter, vt prius, de pane materiali, albo & rotundo. Quod aūt hic articulus ſit ad hunc ſenſum rationabiliter condemnatus, ex hoc patet. Primo, quia Hubertus Cardinalis natus de Burgundia, fecit illā cōfeſſionem ex parte Concilij, illam tradidit Berengario, vt narrat Lanfrancus in libro ſuo, & Berengarius poſt recidiuum ſic ſcribit in libro ſuo de eodem, & eadem confeſſione. Erat autem Burgundus ille in ſententia, imo vecordia, Vulgi, Paſchaſij, & Lanfranci, minime ſupereſſe in altari ſubſtantias panis & vini. Igit ex ipſa confeſſione aduerſarij patet, quod componēs cōfeſſionem, intēdebat ponere ſubſtātiam panis & vini minime ſupereſſe in altari. Ergo nō fuit intētio illius & eccleſiæ, ponere in illa cōfeſſione, quod ſacramētum euchariſtiæ eſt naturaliter verus panis, cum intentio eorum fuit, quod nō erat in altari poſt conſecrationem talis panis. Et notatur hic ex verbis aduerſarij, quod tūc tēporis erat ſentētia Vulgi, quod nō remāſit panis ſubſtantia poſt eius conſecrationem in altari; ergo non eſt hæc opinio per Innocētium Papam primitus introducta, vt falſe ſibi imponit aduerſarius. Secūdo patet idem, quia Lanfrancus in libro ſuo ponit cauſam quare illud ſolenne Concilium ſub Nicolao propterea tradidit Berengario illam confeſſionē dicēs in hunc modum: Quia Nicolaus Papa inuenit Berengarium docere, panem & vinū poſt conſecrationem ſine materiali mutatione in ſuis priſtinis eſſentijs permanere. Et cōceſſa ſibi licentia reſpondendi, cum nō eſſet auſus pro ſuæ partis defenſione aliquid reſpōdere, pietate motus fecit Hubertum Cardinalem ſibi tradere illam confeſſionem contra illam doctrinam. Ergo nullo modo fuit intentionis eccleſiæ in illa confeſſione ponere panem & vinum in ſuis priſtinis eſſentijs remanere poſt conſecrationem, vt fuit euchariſtia, vel vt euchariſtia ſit naturaliter verus panis, Eſt autem mihi nimis mirabile quomodo aduerſarius poſuit hoc eſſe de intentione eccleſiæ, in illa confeſſione, quando & ille qui fecit confeſſionem fatetur opoſitam, & aduerſarius cui confeſſio tradita fuit, explicite exprimit oppoſitum. Patet ergo, quod valde erronee eſt hic articulus ab aduerſario dictus. Tertio patet, quod atticulus eſt vt erroneus iuſte cōdemnatus, quia Guimundus Auerſanenſis epiſco C Berengarius. Opinio Vulgi. Innocētius papa. Lanfranci verba.

Doctores

episcopus, Paschasius, Lanfrancus, & alij doctores, qui fuerunt contemporarij Berengarij, D & magni viri in ecclesia dei, solenniter contra Berengarium in materia ista scripserunt: & omes reputant ecclesiam sub Nicolao Papa damnasse substantiam panis supereesse in altari post eius consecrationem, vt patet expresse in libris eorum: ergo ecclesia non intendebat tunc panem illum supereesse, & eucharistiam esse illum panem. Quarto pater idem, quia Berengarius post recidiuũ, in libro suo maledicto, principaliter nitebat astruere panis & vini substantias supereesse post consecrationem, sicut Viclephistæ modo faciunt: & cum ab amicis suis esset increpatus, quod aut non seruanda iurare non debuit, aut iurata seruare, infamabat Papam Nicolaum, & Concilium generale, quod docentes & scribentes contraria, causa fuerunt sui periurij. Vnde fatetur Berengarius in libro suo, quod artabant eum ad cõcedendum, quod substantia panis non manet post consecrationem. Et tamen (vt dicit) oppositum sequitur ex dictis illius confessionis, vt arguit in his terminis. Qui enim dicit, quod panis & vinum altaris solummodo sacramenta sunt, vel quod panis & vinum altaris sunt verum corpus Christi & sanguis, omnibus modis panem & vinum supereesse constituit: & ideo (inquit) illam sententiam, puta quod panis & vinum non remanent, superioribis verbis suis ipse deiecit, nec attendit Berengarius hoc. Cui sic respondet Lanfrancus: Nihil horum Romana Synodus credendum decreuit. prior enim sententia per quam dicitur, quod panis & vinum altaris solummodo sacramenta sunt, tua est tuorumq; sequentium. Posterior vero, quæ annuntiat, quod panis & vinum altaris sunt solummodo verum corpus Christi & sanguis, nullius hominum erat opinio. Et consequenter affirmat Concilium illud generale docere, quod substãtia panis nõ manet post eius consecrationem, & per cõsequẽs nõ E est post eucharistia. Secundo patet, quod Berengarius arguebat oppositum male ex dictis Concilij generalis, sicut Viclephistæ modo faciunt. Vnde idem argumentum est fundamentum erroris Viclephistarum, & erroris Berengarij post recidiuum. Et tertio patet ex isto processu, quod non fuit opinionis ecclesiæ tunc panem & vinum esse corpus Christi, & sanguinem, quia dicit quod hæc opinio nullius hominum erat tunc. Ex quibus sufficienter concluditur, quod non fuit intentio ecclesiæ in illa confessione ponere eucharistiam esse naturaliter panẽ. Quarto patet idem per Anshelmũ ipsis in modico posteriorem, qui in vna epistola sic scribit: Panis (inquam) substantiam post dominici corporis consecrationem in altari supereesse, semper abhorruit pietas Christiana, nuperq; damnauit ecclesia. Et videtur quod loquitur de condemnatione sub Papa Nicolao ex quo ille eo fuit in modico posterior. Sed quomodocunque sit de isto, ex quo hoc semper abhorruit pietas Christiana: Ergo pij Christiani qui fuerũt in illo Cõcilio, hoc abhorruerũt, scilicet quod maneret panis post eius consecrationem: ergo nõ posuerunt tunc eucharistiam esse naturaliter panem. Patet ergo, quod iste articulus est iuste condemnatus. Pro isto articulo nõ facit aduersarius argumẽtum speciale, nisi argumẽtum Berengarij, quod à Lanfranco erat solutum. Sed quomodo idem cap. Ego Berengarius, pro vtraque parte debet intelligi, declaraui in lib. 72. quæstionum, circa sacramentum eucharistiæ &c.



Vartus articulus, vt erroneus condemnatus, ponitur caput duo- F
decimum quarti libri Trialogi, & est quod definientes paruulos fidelium, sine baptismo sacramentali decedentes, non fore saluandos, in hoc sunt præsumptuosi & stolidi.

Quod autem hic articulus sit rationabiliter condemnatus, patet primo per beatum Augustinum de fide ad Petrum, vbi ponit tales æterni ignis supplicio puniendos: & ponũtur verba in Can. de Consecratione, distinctiõe quarta, capite Firmissime. Sed hic respondet aduersarius duodecimo capite quarti Trialogi, quod Augustinus dicit hoc reputatiue, non assertiue. Sed manifestum est hoc esse falsum ex modo loquendi Augustini, qui super isto articulo, sicut & super articulo de Trinitate, dicit: Firmissime tene, & nullatenus dubites, quæ non sunt verba solum reputatiue loquentis, sed verba dissertiue asseuerantis. Et in fine illius libri sic scribit Augustinus libro quarto, ad regulam veræ fidei fortiter tene: & si quem contra dogmatizare cognoueris, tanquam pestem fugæ, & tanquam hæreticum abijce: ita enim ista quę posuimus fidei Catholicæ congruunt, vt si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contradicere: in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, hæreticus, & fidei Christianæ inimicus, atque ex hoc omnibus Christianis anathematizandus appareat. In quibus verbis Augustinus asserit singulos articulos de fide Catholica esse, & pertinacem contradictorem singulorum articulorum esse hæreticum, & fidei inimicum. Cum ergo iste articulus sit contentus inter quatuor, & est quartus articulus illius libri, patet quod Augustinus dissertiue po-

A ue ponit istũ articulũ esse hæreticũ. Patet secũdo, ꝙ iste articulus rationabiliter sit cõdemnatus, per definitionẽ ecclesiæ, quæ ponit in Canone de conse. dist. 4. cap. Nulla. vbi sic: nulla præter baptismũ Christi salus promittitur infantibus: quia infantes si per sacramentũ, quod ad hoc diuinitus est institutũ, in credentiũ numerꝫ non transeant, in tenebris manent. Ecclesia ergo definit paruulos sine sacramẽto baptismali decedẽtes, non fore saluandos. Erronee ergo dicitur, ꝙ sic definientes sunt in hoc pſumptuosi & stolidi. Patet tertio ꝙ iste articulus est rationabiliter cõdemnatus, ex hoc ꝙ in ecclesia primitiua nõ baptizabant solenniter, nisi bis in anno: in vigilia Paschæ, & in vigilia Penticostes, præterq̃ in articulo necessitatis, sicut si quis esset in articulo mortis, vt patet in can. dist. 4. in diuersis capitulis: & vt patet in authoribus, qui scribũt de diuinis officijs. Et sicut paruuli modo ante annos discretionis nõ sunt cõmunicati, sic in ecclesia primitiua nõ erant paruuli sacramẽtaliter baptizati, nisi infra annos discretionis, nisi essent in mortis articulo. Hæc aũt facta non fuissent ab ecclesia primitiua, nisi credidissent tales sine baptismo sacramẽtali decedentes pro perpetuo perire, vt est manifestũ: ergo fuit de fide ecclesiæ primitiuæ, ꝙ sic decedẽtes sine baptismo sacramẽtali, nõ forent saluandi. Erronee ergo dictũ est, ꝙ præsumptuosum & stolidũ est sic definire. Patet quarto, ꝙ articulus iste est iuste cõdemnatus, ex hoc ꝙ iuxta antiquã ecclesiæ ordinationẽ paruuli decedentes nõ baptizati postq̃ nati, nõ debẽt sepeliri ecclesiastica sepultura, magis q̃ pagani, sed extra cœmiterium. Hoc nõ ordinasset ecclesia, nisi crederet tales nõ esse de numero saluandorꝫ. Est ergo de antiqua fide ecclesiæ, B ꝙ tales infantes nati, sine baptismo decedẽtes sacramẽtali, nõ sunt de numero saluandorꝫ: ergo, &c. Confirmatur, post ascensionẽ Christi ecclesia semper reputauit hoc sacramẽtũ tantæ necessitatis, ꝙ à laicis, ꝙ à mulieribus, ꝙ à paganis potest cõferri in articulo mortis, (aliàs necessitatis) & hoc ne periret moriens sine baptismo sacramẽtali: igitur ex antiqua fide ecclesiæ est, ꝙ omnes morientes sine baptismo sacramentali, nisi suppleatur baptismo sanguinis, essent damnati. Patet quinto, ꝙ iste articulus est iuste cõdemnatus, ex eo ꝙ procedente tempore, ecclesia ordinauit ꝙ infantes fidelium baptizarẽtur cito post natiuitatẽ de vtero matris, quamuis nõ appareat mortis periculũ, propter periculũ æternæ damnationis vitandũ: quia infantes faciliter ex multis causis incurrũt mortis periculũ. Ecclesia autem sic ordinãs, credidit ipsos sic perpetue damnari, si decederẽt nõ sacramẽtaliter baptizati, & nõ baptizati baptismo sanguinis, aliàs frustra hæc ordinasset. Est ergo de fide ecclesiæ, ꝙ tales infantes æternaliter erũt damnati. Quapropter Augustinus de verbis dñi, sermone. 79. sic dicit: Venturus dñs, duas partes facturus est, dextrã & sinistrã. Sinistris dicturus est: Ite in ignem æternũ. Dextris dicturus est: Venite benedicti, &c. Nullus inquam locus relictus est medius, vbi ponere queas infantes: & loquitur de infantibus nõ baptizatis, qui inducit (inquit) mediũ, recedit à medio. Cũ ergo nõ erunt tales infantes nõ baptizati sacramẽtaliter, nec in sanguine, in dextera, propter illud Iohã. 3. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ potest intrare in regnũ dei: sequitur ꝙ erũt in sinistra, & ideo in igne æterno. Sed hic dicit aduersarius, ꝙ probabile est, ꝙ illud Euangeliũ Iohãnis debet intelligi de aqua quæ fluxit de latere Christi in crucem: nisi quis renatus fuerit baptismo illius aquæ, & C baptismo in spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ cœlorꝫ. & hæc dicit cap. 22. quarti Trialogi. Sed hæc expositio noua est cõtra mentem Augustini, Chrysostomi, & antiquorum doctorꝫ, & quasi omnium doctorꝫ, qui scribunt super quartũ sentẽtiarum. Nam illi cum ecclesia cõcordant, ꝙ authoritas debet intelligi de aqua elementari. Vnde ex traditione apostolica, per successiones patrum vsq; ad nos descendẽte, sic semper fuit illa authoritas Euãgelij intellecta. Et sic exponit scipturam euangelicam aliter, q̃ sensus spũs sancti efflagitat: & aliter q̃ ecclesia sensit, sine memoria de sacramento ecclesiæ, & per consequens hæretice sic exponit. Patet ergo, ꝙ iste articulus est satis iuste condemnatus, & pro articulo non facit aduersarius aliquam rationem dignam recitatione.

Mos primitiue ecclesiæ

Aqua quę fluxit de latere Christi. Doctores.



Vintus articulus cõdemnatus vt erroneus est, ꝙ collatio sacramenti cõfirmationis nõ est episcopis reseruata. Et est hic articulus ad illum sensum communem cõdemnatus, ꝙ presbyteri non episcopi possent authoritate sacerdotali cõferre sacramentum cõfirmationis: quia ad hunc sensum ponit aduersarius articulũ prædictum. vnde & ponit episcopum & presbyterum idem esse, & non differre secundum potestatem sacramentalem. Quam positionem recepit ab Armachano in de quæstionibus Armenorũ 11. lib. cap. 1. ex qua positione sequuntur infinita absurda, sicut in alio opere contra Armachanum diffuse deduxi. Quod autem iste articulus sit ad hunc sensum iuste condemnatus, patet ex primo decreto Melchiadis

Armachanus

papæ,quod ponitur in can.de conſe.diſt.5.cap.De his. Vbi habetur,ꝙ huius ſacramenti D
collatio ſit ſummis pontificibus accommodata,quod à minoribus perfici nõ poteſt. Patet
idem ſecũdo ex decreto Euſebij papæ:quod ponitur ibidem cap. Marcius. vbi ſic: Manus
quoq; impoſitionis ſacramẽtaliter,magna veneratione cauendum eſt,quod ab his perfici
nõ poteſt,niſi à ſummis ſacerdotibus:nec apoſtolorũ tempore ab aliis,quàm ab ipſis apo-
ſtolis legitur,aut fertur peractũ eſſe:nec ab aliis,q̃ ab his,qui eorum tenent locum,vnquã
perfici poteſt aut fieri. Dicit nanq;,ſi aliter præſumptũ fuerit,irritum habeatur,vacuũ,nec
inter eccleſiaſtica vnquã reputabitur ſacramẽta. Patet ergo, ꝙ collatio ſacramenti huius
eſt epiſcopis reſeruata. Patet idem tertio ex decreto Vrbani papæ, quod ponitur ibidem
cap. Omnes fideles. Et patet quarto ex decreto Innocentij papæ, quod ponitur in can. de
conſe.diſt.4.cap. Preſbyteris. Et patet quinto ex decreto Gregorij papæ, quod ponitur
ibidem cap. Preſbyteri. Sexto patet idem ex Decretali Innocentij tertij, quæ ponitur ex-
tra de conſuetudine cap.5. vbi ſic: Peruenit ad audientiam noſtram, quod quidam ſimpli-
ces ſacerdotes,& apud Conſtantinopolim ea ſacramẽta præſumũt fidelibus exhibere,quę
ab apoſtolorum tempore fuerũt ſolis pontificibus reſeruata: vt eſt ſacramẽtum confirma-
tionis,chriſmando renatos,quod ſoli debent epiſcopi conferre. Et poſt omnibus preſby-
teris diſtricte præcipitur,ne talia de cætero ſua temeritate præſumant. Et tanquam irritũ,
& ſine effectu eſſet ſi ſic facerent. Septimo patet idem ex decreto Leonis papæ,quod po-
nitur in can.diſt.68.cap. Quamuis. Vbi expreſſe habetur,ꝙ coepiſcopi, quando erant in
eccleſia,non poterant hoc ſacramentum conferre,nõ obſtante quod erant preſbyteri ma
iores,& quaſi medij inter epiſcopos & ſimplices preſbyteros, vt habetur in diuerſis locis E
ergo à fortiori,hoc non modo eſt licitum ſimplicibus preſbyteris, ſed collatio huius ſa-
cramenti eſt ſolis epiſcopis reſeruata. Octauo idem patet per Dionyſium de eccleſiaſtica
hierarchia cap.5. vbi collationem ſacerdotalium ordinum,conſecrationem altaris,& per
fectionem diuini vnguenti,intelligens chriſmationem in fronte ſecundum peritiores,li-
cet aliqui exponant hoc de conſecratione chriſmatis. Patet ergo,quod articulus eſt iuſte
condemnatus. Pro iſto tamen articulo allegat aduerſarius,ꝙ olim epiſcopus & preſby
ter idem erant. Nec aliquam habet poteſtatem ſacerdotalem epiſcopus,quin dictus ſim-
plex ſacerdos habeat omnino in ſpecie conſimilem. Et ideo communiter ſecundum di-
cta habet dictus ſimplex ſacerdos poteſtatem ſacramentalem conferendi ſacros ordines,
conſecrandi epiſcopos,confirmandi pueros,& faciendi quicquid poteſt epiſcopus ex po-
teſtate ſacramentali. Licet eccleſia ſtatuerit per ſolos illos exerceri debere,qui epiſcopi di
cuntur,vt in regimine maior eis reuerentia exhibeatur:in primitiua tamen eccleſia nõ fuit
in ſimplicibus ſacerdotibus talis reſtrictio poteſtatis. Pro iſta ſententia non vidi argumen-
ta aduerſarij:quia nulla facit ad hæc in Trialogo,ſed ſupponit argumenta domini Arma-
Armachanus chani,quæ facit.5.cap.in.11.lib.de quæſtionibus Armenorum,oſtendens multis authori-
tatibus apoſtoli,quod in primitiua eccleſia non erat diſtinctio inter epiſcopos & ſimplices
ſacerdotes. Et hoc idem arguunt alij ex verbis Hieronymi,ſuper epiſtolam ad Titũ,quæ
Arriani. ponitur in Cano.diſt.95.cap. Olim. Iſtam autem ſentẽtiam Auguſtinus reputat hæreticã.
Vnde in libro ſuo de hæreſibus recitat tanquam hæreticam ſentẽtiam Arrianorum ſub his
verbis: Arriani aſſerebãt preſbyterũ ab epiſcopo nulla differẽtia debere diſcerni. Nũc Ar- F
riani magis clerici bene ſciuerũt,quod in regimine & iuriſdictione epiſcopi à preſbyteris
erant diſtincti:quia preſbyteri illorum erant ſub regimine epiſcoporum Arrianorũ. ma-
niſeſte intellexerunt ergo quo ad poteſtates ſacramentales, quod nulla differentia debe-
rent preſbyteri ab epiſcopis diſcerni. Et hoc reputat Auguſtinus hæreticum. Et ideo ad
authoritates allegatas per dominũ Armachanum,reſpondeo: Cõcedo,ꝙ in principio ec-
cleſiæ,immediate poſt miſſionem ſpũs ſancti,& diu poſt,omnes creati ſacerdotes, dicebã
tur epiſcopi,& omnes epiſcopi preſbyteri. Sed ex hoc non ſequitur,ꝙ nulla fuit differẽtia
inter epiſcopatum & ſacerdotium,quo ad poteſtates ſacramentales: nec ꝙ epiſcopus ex
gradu epiſcopali nullam haberet poteſtatem conferendi ſacros ordines,vel cõfirmandi,ni
ſi quam habet ſacerdos ex gradu ſacerdotali. Vnde ſi nullus eſſet diaconus niſi ſacerdos,ſi-
cut poſſet eſſe,nec aliquis ſacerdos niſi diaconus,adhuc eſſet diſtinctio inter ordinẽ ſacer-
dotij,& ordinem diaconatus:& haberet ſacerdos nihilominus poteſtatem ſacramentalẽ
ex gradu ſacerdotali,quam non haberet diaconus ex gradu diaconatus. Et ſic licet autho
ritates allegatæ à domino Armachano cõcludant,ꝙ omnis ſacerdos curam habens tunc
fuerit epiſcopus,vel ſaltem diceretur epiſcopus:non tamẽ concludunt quod non erat di-
ſtinctio inter gradus epiſcopatus & ſacerdotij,niſi ſolum in poteſtate exercitij. Nec con-
cludunt ſecundum verba Hieronymi allegata,quæ ponuntur in Can.diſt.95.cap. Olim.
Nam ex verbis Hieronymi ibidem allegatis poteſt concludi,quod in principio regimi is
apoſtolici nõ erant epiſcopi per apoſtolos facti preſbyteris maiores,& quod poſtea tem

pore

A pore apostolorum episcopi per apostolos facti erant presbyteris maiores. Nam Hieronymus ibidem volẽs reddere rationẽ, quare ex ecclesiæ consuetudine electus est vnus ex presbyteris, qui alijs præponeretur, & qui diceretur episcopus, sic ait: Antequã (diabolo instinctu) dissidia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorũ consilio ecclesiæ gubernabãtur. Et sic postq̃ vnusquisq; quos baptizabat putabat esse suos, nõ Christi. In toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris præponeretur, & schismatum semina tollerẽtur. Hæc ille. Secundum ergo sententiam Hieronymi, antequam schisma illud surrexit in ecclesia, ecclesiæ gubernabantur communi presbyterorum cõsilio: ita quod in regimine omnes fuerũt presbyteri, quasi æquales: & post illud schisma oppositum toto orbe terrarũ, vbi fuit ecclesia, erat ordinatum, ita ꝙ vnus in omni ecclesia alijs præponeretur. Sed tempore apostolorum fuit illud schisma, vt patet in scriptura illa, quia apostoli fuerunt & ante, & bene diu post, & ergo licet in principio regiminis apostolorum, omnes presbyteri per eos facti, erãt vel episcopi, vel illis æquales in regimine: tamen tempore apostolorũ, & post schisma illud, oppositum fuit ordinatum per commune decretum in toto orbe, vbi fuit ecclesia. Quia ergo ante schisma illud, omnis sacerdos erat episcopus: nõ apparuit tunc distinctio episcopatus & sacerdotij, sicut post schisma apparuit, quanquam in virtute & veritate tunc fuerit distinctio episcopatus à simplici sacerdotio: & quia ex primaria ordinatione omnes sacerdotes fuerunt sacerdotes & episcopi, & ex secũdaria institutione ecclesiæ facta instinctu spiritus

B sancti, nõ omnes sacerdotes facti sunt episcopi. Ideo dicit Hieronymus, episcopos magis consuetudine, quàm dispẽsatione dominicæ veritatis presbyteris esse maiores. Ex quibus patet, quod authoritas Hieronymi non concludit, quin episcopus ex consecratione episcopali habeat potestates sacramẽtales, quas non habet sacerdos ex ordinatione sacerdotali. Et sic patet, ꝙ istud argumentum quod multis apparuit difficile, non cõcludit. Et motus sum ex verbis Dionysij quinto cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, sic dicere: qui fuit contemporaneus apostolorum, & fecit illum librum post illud schisma, & potuit melius scire intentionem apostolorum, quàm doctores posteriores. Distinguit enim sanctus Dionysius ibidem aperte tres ordines ecclesiasticæ hierarchiæ, loquẽdo de ordinibus sacris, ordinem hierarchiæ, ordinẽ sacerdotũ, & ordinẽ ministri. Per Hierarchiæ ordinem, intelligit episcopũ: & ministri ordinem, diaconem. Et distinguit omnes operationes cuiusq;. Fuit ergo tempore apostolorum talis distinctio episcopatus à sacerdotio, in potestate sacramentali. Et sic illud Hieronymi nõ cõcludit. Item pro articulo arguit, dominus Armachanus. 11. lib. cap. 4. de quæstionibus Armenorum, sic de Anania loquitur, qui erat quidam discipulus Damasci: Qui imposuit manus Paulo, vt acciperet spiritum sanctũ, quod erat ei (vt dicit) sacramentum confirmationis, quia aliàs non haberetur ex scriptura vbi recepit sacramentum confirmationis. Ex quo ergo scriptura nominat Ananiam discipulum: sequitur ꝙ collatio sacramenti confirmationis pertinet ad nõ episcopos. Hic dico primo, ꝙ si Ananias fuit tunc sacerdos, ex quo cõuersio Pauli fuit diu ante illud schisma, de quo prædictum est, quod simul fuit sacerdos & episcopus. Et authoritates quas adducit ibidem dominus eodem libro, euidẽter ostendunt. Et ideo si cõtulit tunc Paulo sacramentum cõfirmationis,

C authoritate episcopali, nõ sacerdotali solum hoc fecit. Hic dico secũdo, ꝙ dominus Armachanus contradicit sibijpsi, dicendo Ananiam esse sacerdotem tunc, & nõ episcopum: quoniam ibidem ponit cap. 5. ꝙ in ecclesia primitiua, nec in potestate sacerdotali, nec in potestate regiminis fuit distinctio episcoporum à presbyteris. Omnes ergo sacerdotes tũc erãt episcopi, vt cõsequenter habet dicere. Ponendo ergo Ananiam fuisse tunc sacerdotem, & non episcopum, contradicit sibijpsi. Hic dico tertio, quod si illo modo sequitur, scriptura nominat Ananiam discipulum, ergo ille discipulus Ananias non erat episcopus: tunc sequitur, quod apostoli nõ erant episcopi: quia scriptura nominat apostolos discipulos etiã bene post resurrectionem Christi, quando apostoli erant episcopi. Et sic inepte arguit dominus iste. Hic dico quarto, quod non est euidens, quod illa impositio manuum per Ananiam facta Paulo, fuit confirmatio Pauli sacramentalis. Nam patet ex sacra scriptura, ꝙ tunc nondum erat Paulus baptizatus. Et sic tenet ecclesia etiam, quod baptismus est ianua aliorum sacramentorum. Et dico quinto, quod ex hoc quod non habetur ex sacra scriptura, vbi Paulus fuit sacramentaliter confirmatus, nullo modo sequitur, quod Paulus nõ fuit sacramentaliter confirmatus: quia (vt testatur Augustinus) de alijs apostolis à Paulo, non habetur ex scriptura sacra vbi fuerunt sacramentaliter baptizati, vt patet in Canone expresse. Infinita enim sunt vera catholica, quæ non poterant nobis concludi euidenter, ex contentis in sacra scriptura, vt patet Iohannis vltimo. Patet ergo, quod non valet hæc argumentatio. Iterum pro argumento arguunt alij sic, & difficulter: Papa Gregorius concessit sacerdotibus Græciæ, quod possent confirmare, vt patet in Canone, dist. 95. ca. Peruenit.

Dicit in scriptura patere, sed nihil ꝓbat

Mirꝝ, vbi se gerit author de illo schismate.

Argumẽtum Armachani, quo vtit̃ wiclephus.

Ananias fuit sacerdos & episcopus. Vnde hoc?

Apostoli sacramẽtaliter baptizati.

uenit. Sed hoc non potuit concedere eis vt licite facerent, nisi haberent ex ordinatione sa D
cerdotali potestatem confirmandi: quũ potestas sacramentalis non conferatur ex cõcessa
iurisdictione, sed ex ordinis sacerdotalis consecratione. Sequitur ergo, ꝙ simplices sacer-
dotes habent potestatem sacramentaliter confirmandi ex ordine sacerdotali. Vnde narrat
Armachanus dominus Armachanus de quæstionibus Armenorum, ꝙ hoc habet tota ecclesia Græco-
rum, ꝙ omnis conferens baptismum, statim confirmat: & sic erat in ecclesia primitiua post
Mos primitiuę ecclesiæ tempora apostolorum, vt dicit Dionysius de ecclesiastica hierarchia, cap. 2. secundũ eun-
dem Armachanum ca. 4. vndecimi libri. Hic dicunt aliqui, ꝙ Gregorius hoc cõcessit pres-
byteris Græciæ, propter scandalum, & maius malum euitandum. Sacerdotes tamen tales
sacramentum confirmationis non conferebant, sed quid sacramentale tantum. Sed hanc
sententiam alij non admittunt: quia citius scandalum permitti debet, quàm veritas fidei,
& veritas doctrinæ, vel vitæ debet amitti. Cum ergo populus credidit illos veraciter con-
ferre sacramentum confirmationis, Gregorio papa hoc sciente: ergo non bene propter
scandalum vitandum hoc concessit eis: quia si sic, confirmare non potuerũt. Quapropter
dixerunt alij, ꝙ authoritas papæ tanta est, ꝙ eius mandato quilibet potest conferre quod
habet, sed non potest conferre quod nõ habet: vt ꝙ diaconus, item sacerdos conferat sa-
cerdotium. Illi ergo sacerdotes ex quo erant sacramentaliter confirmati, poterant autho-
ritate Gregorij papæ confirmare, licet non propria authoritate, vt dicunt isti. Sed ista sen
tentia est nimis stricta ex vna parte: quia si quis authoritate papæ conferre posset sacramẽ
tum, tunc in nullo casu posset non baptizatus authoritate ecclesiæ: quod cõstat esse falsum.
Et est nimis larga ex alia parte: quia sic possent meri laici & mulieres authoritate papæ sa-
cramentaliter confirmare, quod est temerarium asserere. Quapropter dixerunt alij, ꝙ cõ
firmare sacramentaliter, conferre ordines maiores vel minores, pertinet primo ad episco- E
pum. Potest tamen ista committere papa sacerdotibus inferioribus: & in sic committen-
do, facit eos episcopos. Et ista est sententia Landolfi super quartum, & etiam aliorum. Sed
ista sententia non est bona, neq; consona verbis Gregorij in. 1. cap. Peruenit. Quia hoc nõ
concessit sacerdotibus, vt patet in textu, nisi vbi episcopus desijt: ergo in hoc non fecit eos
episcopos. Nec est quis episcopus verus ex sola commissione, sed requiritur consecratio,
vel manuum impositio modo ecclesiæ primitiuæ: ergo ex sola tali concessione, vel com-
missione non fecit eos episcopos. Item quamuis eis concessisset sacramentum confirmatio
nis, nõ concessit tamen eis conferre ordines sacros superiores, nec conficiendi chrismat
ergo non fecit eos episcopos. Similiter abbates, quibus conceditur conferre ordines infe-
riores, & non sacros, nõ sunt ex hoc episcopi: ergo nec illi fuerunt episcopi. Quapropter
Gregorius potuit errare. dixerunt alij, ꝙ Gregorius quũ fuerat homo & nõ deus, potuit errare, & ꝙ errauit in sic
cõcedendo, quũ solus episcopus possit esse minister debitus huius sacramenti. Et ad hanc
sententiam declinat Durandus de sancto Portiano super quartũ, dist. 7. in fine. Et quia suc
cessores sui hoc factum correxerunt, & oppositum decreuerunt, vt patere videtur per su-
perius allegata: ideo videtur aliquibus, ꝙ hæc sententia nõ sit tenenda. Dixerunt tamẽ alij
e contrario, ꝙ licet authoritate sacerdotij & propria non possit sacerdos simplex sacramẽ-
taliter confirmare: tamen authoritate papæ & eius iussu potest in absentia episcopi, neces- F
sitate cogente. Et ad hanc sententiam declinare videtur magister Gratianus, dist. 95. Cui
sententiæ cõcordare videtur decretum Martini papæ, quod ponitur de cõse. dist. 4. cap.
Cum tempore. Quamuis alij intelligũt illud de signatione & vnctione, quę fit in solenni ba
ptismo: quia in præsentia episcopi nõ debet simplex sacerdos solenniter baptizare, nisi vo
lente episcopo & iubente. Quæ istarum duarum sententiarum sit verior, non intendo de-
finitiue dicere. Sed hæc dico, ꝙ illa sententia, quæ ponit solis episcopis hanc potestatẽ pos-
se competere confirmandi, & non posse eam nõ episcopo committi, tutior est: quia non
procedit ad aliquod temerarium, magis ꝙ concordat Decretali Innocentij, & decretis su-
perius allegatis, & ab hæresi Arriana magis recedit. Sed quicquid sit de istis sententijs, ma
nifestum est ex Decretali Innocentij, quod iam simpliciter prohibitum est omnibus sacer
dotibus, non episcopis, sacramentum confirmationis conferre. Et ideo constat, quod mo
do omnis collatio sacramenti confirmationis, est episcopis reseruata. Et ideo cõstat, quod
articulus iste est iuste condemnatus. Et hoc quod narrat dominus Armachanus, quod in
Armachanus ecclesia Græcorum omnis conferens baptismum, statim confirmat, non valet: primo, qa
in isto errant sicut in multis alijs errauerunt, quũ secundum aliquos hoc fit contra ratio-
nem ordinis, & secundum omnes, contra prohibitionem ecclesiæ Romanæ, cui Græci, &
Armeni deberent obedire. Et iterum si rite apud eos, omnes conferentes baptismum, sta-
tim confirmarent, tunc mulieres & obstetrices apud eos baptizantes in articulo mortis in-
fantes, rite etiã confirmarent sacramentaliter eosdem: quod temerariũ est dicere. Et sic pa
ganus in forma ecclesiæ, in articulo necessitatis baptizans, apud eos rite immediate sa-

cramen-

A cramentaliter cõfirmaret, quod nunquam præsumpsit catholicus dicere. Et de hoc quod dominus Armachanus allegat Dionysium. 2. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. manifestũ est, quod in illo cap. nullum ponit baptizare, nisi Hierarcham, qui episcopus erat: licet ponat ibidem presbyteros alios assistentes, & instituta circa baptizatum facientes, quos inter alia ponit post baptismum debere induere baptizatum veste alba, & reducere eum ad Hierarcham, vt ab eo confirmetur. Et ideo illud cap. ecclesiasticæ hierarchiæ est in toto contra eum, & nihil pro eo. Si quis autem omnino velit propter scientiam & sanctitatem Gregorij dicere, ꝙ licite hoc cõcessit, & potuit concedere simplicibus sacerdotibus, quod videtur debere concedere: tunc dico ad propositum articulum, ꝙ à principio per apostolos fuit institutum, ꝙ solũ episcopi authoritate propria confirmarent, & nõ simplices sacerdotes nõ episcopi. Et ideo si simplices sacerdotes non episcopi hæc attentarent sine authoritate superiori, nihil facerent quo ad cõfirmationem sacramentalem: quia quando collatio sacramenti pertinet ad aliquem ratione ordinis & officij, licet talis fuerit prohibitus per ecclesiam sacramentum conferre: si tamen facit, factum est, licet peccet faciendo. Vnde episcopi schismatici, symoniaci, & excommunicati, vere conferunt ordines sacros, & sacramentum confirmationis. Sed quando nõ ratione ordinis & officij, sed ratione ordinis & commissionis competit alicui conferre sacramenta, si sibi in radice prohibeatur conferre, si attentet conferre, nihil facit quo ad hoc. Et ideo quia non competit simplici sacerdoti ex or-
B dine & officio conferre sacramentũ cõfirmationis, sed si sibi competit ratione ordinis commissionis: ideo tamẽ prohibitũ sit omnibus simplicibus sacerdotibus hoc facere, per cõstitutionem Innocentij, & aliorũ summorũ pontificum. Et ideo quamuis attentarent hoc sacramentum cõferre, nihil facerent quo ad hoc. Et ideo cõstanter dico, ꝙ omnis collatio huius sacramẽti est episcopis reseruata. Vnde stante prohibitiõe, nec licite, nec illicite possunt sacramentum confirmationis simplices sacerdotes conferre, &c.



Extus articulus vt erroneus condemnatus est, ꝙ tempore Pauli sufficiebant ecclesiæ duo ordines clericorum, sacerdos & diaconus: nec fuit tempore apostolorum distinctio papæ, patriarcharum, episcoporum: sed sufficit ꝙ sint presbyteri, & diaconi secundum fidem scripturæ: quia superbia Cæsarea alios gradus adinuenit. Quod iste articulus sit rationabiliter cõdemnatus, patet primo per decretum apostolorum, quod ponitur in Cano- Canones apo
ne dist. 35. cap. Episcopus. vbi sic: Episcopus, aut presbyter, aut stolorum apo
diaconus, aleæ aut ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certe dã- cryphi.
netur. Subdiaconus autem, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut cõmunione priuetur. Ex quo istud decretum est sumptum ex Canonibus apostolorũ: patet ꝙ tempore apostolorũ fuerunt subdiaconi, lectores, & cantores in clero. Ex quo in clero distinguunt apostoli episcopos à presbyteris & diaconibus: patet ꝙ tempore apostolorũ, & tempore Pauli nõ sufficerent duo ordines ecclesiæ clericorũ. Et ex quo
C apostoli distinxerunt inter episcopos & presbyteros: patet ꝙ erroneum sit & forsitan hæreticum nõ distinguere inter illos. Patet idem secundo, quod Hieronymus in prologo super epistolam ad Collossenses expresse dicit, ꝙ Paulus misit illam Collossensibus per Tychicum diaconum, & Onesimum acolythum. Et super epistolam primã ad Thessalonicẽses dicit etiam, ꝙ Paulus misit illam per Tychicum diaconũ & Onesimum acolythum. Et hoc idẽ dicit in prologo super secũdã epistolã ad Thessaloñ. Igitur tẽpore apostoli Pauli fuit ordo acolythorum, & nõ suffecerunt duo ordines. Patet idem tertio, ꝙ tempore Pauli & post schisma (de quo prædictum est superiori articulo) fuerunt episcopi à presbyteris distincti, & diaconibus, sicut Dionysius apostolorum cõtemporaneus expresse docet in de eccleſiast. hierarchia, loquendo de episcopo sub nomine Hierarchæ: ergo nõ sufficiebant tunc ecclesiæ duo ordines. s. sacerdos & diaconus. Patet hoc quarto ex sententia Clementis papæ, quæ ponitur in Canone dist. 25. cap. Audire. Fuit enim hic Clemens apostolorum cõtemporaneus, sicut & Dionysius, & apostoli diuersi superuixerunt post eius martyriũ. Dicit ergo sic: Audire episcopum, attentius oportet ab episcopo accipere doctrinam fidei monita autem vitæ à presbyteris inquirere (quantum ad mores secũdum glossam interliniarem) à diaconibus vero ordinem disciplinæ ecclesiasticæ secundum glossam. In quibus verbis sicut Clemens distinguit inter presbyterum & diaconum: sic inter episcopũ & presbyterum. Non ergo sufficiebant tempore apostolorum duo ordines, sacerdos & diaconus, vt hic articulus falsè asserit. Patet idem quinto, quod iste Clemens fuit contemporaneus apostolorum, & à Petro Romanus pontifex ordinatus. Et in eius decreto expresse continetur, quod fecit ordinationes duas per mensem Decembrem presbyteros decem,

diaconos duos, episcopos per diuersa loca. xv. Linus vero præcessit Clementẽ in admini D
stratione pontificatus Romani, vt patet in Chronicis, & in eius continetur decreto, quod
fecit ordinationes duas, in quibus ordinauit episcopos. xv. presbyteros. xviij. Anacletus
etiam, qui successit Clementi exulanti, fuit pontifex Romanus, diuersis apostolis adhuc vi
uentibus, & habetur in decreto suo, ꝙ fecit presbyteros quinq;, diaconos tres, episcopos
sex. Euaristus etiã successor Anacleti fuit pontifex Romanus, viuente adhuc Iohãne Euan
gelista, vt patet in Chronicis: in cuius continetur decreto, ꝙ fecit presbyteros atq; diacо-
nos vndecim, episcopos quinq;. Ex quibus patet euidenter, ꝙ tempore apostolorꝫ ordo
episcopalis fuit distinctus ab ordine sacerdotali, & ꝙ non sufficiebant ecclesiæ sacerdotes
& diaconi, sed ꝙ vltra fuerunt episcopi in superiori gradu constituti. Patet hoc sexto ex
Apocryphi. decreto Clementis papæ cõtemporanei apostolorꝫ: quod ponitur in Can. 84. cap. In illis
ciuitatibus. Vbi sic Clemens: In illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flami
nes, atq; primi legisdoctores erãt, episcoporꝫ primates, vel patriarchas beatus Petrus iuſ-
sit poni. In illis aũt, in quibus dudũ apud p̃dictos Ethnicos erant eorꝫ archiflamines, quos
tamen minores tenebant q̃ memoratos primates, archiepiscopos instituí p̃cepit. In reli-
quis singulis vero ciuitatibus singulos & nõ plures episcopos constitui præcepit, qui ipso-
Iussu Petri. rum vocabulo tantum partirẽtur. Et subdit: quoniam (inquit) nec inter apostolos par fuit
institutio, sed vnus præfuit omnibus. Ex quo ergo iussu Petri apostoli hæc facta sunt, patet
ꝙ tempore apostolorum erat distinctio patriarcharum, archiepiscoporum, & episcopo-
rum: & ex quo iussu Petri apostoli hæc facta sunt, patet quod erronee nimis dictum est, ꝙ
superbia Cæsarea hos gradus adinuenit. Etiam ex quo iussu beati Petri apostoli in singulis E
reliquis ciuitatibus, singuli & nõ plures episcopi cõstituti sunt: patet ꝙ tunc nõ plures pres-
byteri, vel non singuli presbyteri fuerunt etiam episcopi: cum in eadem ciuitate essent plu-
res presbyteri, & non plures episcopi. Et ex quo inter apostolos non par fuit institutio,
sed vnus præfuit omnibus, quid mirum si inter omnes presbyteros nõ fuit par institutio,
sed vnus, vt episcopus eorum, eis præfuit. Patet ergo multipliciter ex isto processu sancti
Clementis, ꝙ iste articulus est falsus nimis, & erroneus. Patet hoc alio: quia non obstante
ordinatione diuina in veteri testamento de certis ordinibus ministrorum in templo: ta-
men diu post Dauid rex & propheta in ampliationem cultus diuini, instinctu spiritus san
cti alios ordines superaddidit, & adinuenit, vt ordines cãtorum, nathineorum, de quorũ
ordine fuit ille Nathanael, de quo Christus dixit in Euangelio: Ecce vere Israelita, in quo
dolus non est. & ordinem etiam ianitorum, quem nos vocamus ostiariorum. Si ergo quis
diceret, ꝙ superbia Cæsarea hos ordines cantorum, nathineorum, & ianitorum adinue-
nit, turpiter erraret: ergo à pari quamuis post tempora apostolorum ecclesia à spiritu san-
cto directa, aliquos ordines adinuenisset, erronee diceretur, ꝙ superbia Cæsarea illos ordi
nes adinuenisset. Et ideo constanter potest dici, ꝙ iste articulus est erroneus. Patet octa-
uo, ꝙ iste articulus est erroneus, quia dicit ꝙ tempore Pauli sufficiebant duo ordines cleri-
corum, sacerdos & diaconus. Nam isti nõ sunt duo ordines sacramentales: sed bene sacer-
dotium & diaconatus sunt sic duo ordines. Non enim est sacerdos sacerdotium, nec dia-
conus suus diaconatus: & ideo erronee loquitur in isto cap. vel articulo. Et ideo articulus
iste est vt erroneus, iuste condemnatus. Pro isto argumento non facit aduersarius aliud ar
gumentum, nisi ꝙ idem sunt episcopus & presbyter, ad quod responsum est in articulo su- F
periori. Quod autem dicitur in decreto Vrbani papę, & in aliquibus alijs doctoribus, quod
solos ordines sacerdotij & diaconi legitur primitiua ecclesia habuisse, & ꝙ procedente tem
pore ipsa ecclesia inferiores ordines instituit: oportet aliter intelligere, quàm verba sonant
Oportet alio ter intelligere q̃ verba sonãt vt ex præmissis euidenter ostenditur. Dico ergo, ꝙ ordines inferiores diaconatu non ha-
buit primitiua ecclesia, tanquam sacramentales, & sacramentaliter datos sub signis sensibi
libus, vt postea habuit: habuit tamen illos, vt patet ex præmissis, & vt patet in Dionysio de
ecclesiastica hierarchia, cap. 5. vbi tractat de psalmista, lectore & ostiario. Vel potest dici,
quod procedente tempore post tempora apostolorum ecclesia instituit, vt ad superiores
ordines nullus ascenderet, nisi prius receptis ordinibus inferioribus: cuius oppositum fa-
ctum fuit in ecclesia primitiua, ita quod solum habuit ecclesia primitiua ordines superiores
suos in clericis, absq; ordinibus inferioribus in eisdem: & posterius habuit illos in clericis or
dinibus, cum inferioribus in eisdem. Vel (quod verius puto) intendebat Vrbanus, quod nõ
legitur in sacra scriptura, ꝙ ecclesia primitiua plures ordines habuit, q̃ sacerdotium & dia-
conatum: in sacerdotio includens episcopatum: sed quod posterius ordines inferiores, &
Bene soluit. superiores per ecclesiam fuerunt propalati & manifestati. Et ex quo nullatenus sequitur,
quod ordines inferiores & superiores, vt puta episcopatus, archiepiscopatus, patriarchatus,
& papatus, non fuerunt in ecclesia dei: quia multa fuerunt in ecclesia primitiua, quæ nõ sunt
posita in sacra scriptura. De hoc ista sufficiant dicta.

Septi-

A 

Eptimus articulus condemnatus, in vniuersali suo intellectu est, quod antiqui qui ex cupiditate rerum temporalium ex spe mutuorum iuuaminũ, aut ex causa excusandæ libidinis, licet de prole desperent, copulant adinuicem, non vere matrimonialiter copulantur. Tales enim propositiones indefinitæ, & in iure, & in theologia, ac plures in philosophia vniuersaliter intelliguntur, & ad intellectum istum est articulus condemnatus, & etiam positus ab aduersario. Et q̃d sit falsum ad illum intellectum, patet primo quia ex articulo sequitur, quod quandocunq; cõtrahentes desperant de prole, non contrahant matrimonium verum, & sic non contingeret ex alia causa contrahere matrimonium vere in infirmitate mortali, quando quis desperat & de vita & de sanitate, cuius contrarium tenuit, & tenet vniuersalis ecclesia. Et patet consequentia: quia tunc desperant de prole inter se mutuo, ex quo vterq; desperat de sanitate, & vita viri. Item contingit verum matrimonium contrahi cum firmo proposito continentiæ ex mutuo consensu: aliâs non fuisset verum matrimonium inter Mariam & Ioseph: ergo & contingit verum matrimonium contrahere, quamuis vterq; desperet de prole. Patet idem secundo ex verbis Augustini, quæ ponuntur in Cañ. 2. q. 1. cap. Nuptianum. Vbi habet, quòd bonũ nuptiarũ aliquando fuit legis obsequium: nũc infirmitatis remedium, & quibusdam humanitatis solatium. Et super verbo, infirmitatis remedium, dicit Glossa, ita quod non legis obsequium. Et super verbo, humanitatis solatium, dicit Glossa,

B quod est pro senibus, qui tamẽ possunt medicina calefieri, quamuis sint bene senes. Ex quo ergo sint multæ mulieres, postquam deficiunt eis mulierbria, & quæ assuefactæ fuerant ad vsum matrimonialem, quoniam indigent infirmitatis remedio, ideo quamuis desperent de legis obsequio, licite contrahunt matrimonium pro infirmitatis remedio.

Patet idem tertio, nam æque est fidelitas thori bonum matrimonij, sicut & proles: sed non obstante quod mulier desperet de fidelitate viri quo ad thorum, & vir ipse de propria fidelitate, licite contrahunt matrimonium mutuo, cum non inueniatur prohibitio. Ideo quamuis etiam vterque desperet de prole, licite contrahunt adinuicem matrimonium, alio impedimento non existente.

Patet istud quarto, quia sterilitas vxoris non impedit verum matrimonium contractum, si fit legitime probata, & sit notoria: aliâs Sara non fuisset verevxor Abrahę, cuius contrarium habetur in Genesi, in diuersis cap. Ipsa enim notorie fuit sterilis in senectute, quando per miraculum, & non naturaliter concepit. Nec Anna fuit vxor Helcanæ, quia sic notorie erat sterilis, quod Fenenna exprobrauit sibi sterilitatem suam: cuius tamen contrarium patet primo Regum primo: Vnde propter solam sterilitatem legitime probatam, nunquam facit ecclesia diuortium: sed bene propter impotentiam vtendi actu matrimoniali ecclesia facit diuortium. Ex quo ergo sterilitas legitime cognita stat cum vero contractu matrimoniali, patet quod desperatio de prole stat cum vero contractu matrimoniali: erronee ergo ponitur in articulo, quod non est vere contractus matrimonialis inter senes, propter hoc quod desperent de prole.

C Quinto patet idem. quod generatio prolis non est de essentia matrimonij, cum nullum posterius sit de essentia sui prioris secundum tempus: matrimonium autem solennizatum præcedit tempore generationem prolis. Vnde iusti antiquitus prima nocte post matrimonium solennizatum, vacabant orationi & deuotioni, & non operi coniugali. Nec forsan obligatio ad educationem prolis, si contingat naturaliter generare prolem, est de essentia matrimonij. Nec potestas naturaliter generandi prolem, est de essentia matrimonij, cum (vt præmittitur) cognita sterilitas stet cum vero matrimonio. Nec forsan naturalis potestas vtendi actu matrimoniali, requiritur insano ad contractum matrimonij, cum stet infirmatum, quasi in articulo mortis verum contrahere matrimonium: quod patuit supra, licet naturalis potestas vtendi actu matrimoniali, requiritur in sano ad contractum matrimonij. Ex quo ergo naturalis impotentiam generandi, stat cum vero matrimonio, & non sit de essentia matrimonij naturalis potentia generandi, sed stat illa impotentia naturalis in adultis iuuenibus cum vero matrimonio. Igitur à fortiori stat, senes vere contrahere matrimonium, non obstante tali impotentia naturali. Sufficit enim senibus sanis naturalis potentia vtendi actu matrimoniali ad contractum matrimonij, quamuis non sit in vxore naturalis potestas generandi. Et ideo erronee in capite vicesimoquarto, vbi ponitur iste articulus, ponitur in descriptione matrimonij, licentia, siue potestas procreandi filios: loquendo de potestate naturali, vt ipse loquitur: & erronee propter hanc causam ponit non esse verum contractum matrimonij inter senes de prole desperantes, cum hac causa non obstante possit inter iuuenes esse verum matrimonium.

Sexto patet idem, quod ecclesia vbique terrarum in quibus consistit, solennizat talia matrimonia inter senes & virum iuuenem, & mulierem antiquam de prole desperantem, quod D
nõ faceret ecclesia solẽniter, si essent talia mr̃imonia illicita, & nõ vera: ergo hic articulus est contra sententiam ecclesiæ manifeste erroneus. Septimo patet idem, quia tunc omnis iuuenis copulatus antiquæ mulieri, & omnis senex tali copulatus, cognoscendo eam carnaliter, peccaret mortaliter: quia extra statum veri matrimonij eam carnaliter cognosceret, & contra diuinum præceptum, quod est erroneum, & forsitan hæreticum. Et consequenter sequitur, quod ecclesia grauiter peccauit, & adhuc peccat non diuortiando tales, cum scire deberet eos male copulatos, & matrimonium inter eos esse non posse, quod dicere est hæreticum. Octauo patet idem, quia non intendens prolem, sed causa explendæ libidinis præcipue contrahens matrimonium, nihilominus vere contrahit matrimonium, quia obligat se ad ad onera matrimonij, vt docet Parisiensis in de sacramentis, vbi tractat de sacramento matrimonij. Igitur à fortiori non intendens prolem, sed causa fornicationis vitandæ, vel causa iuuaminis præcipue contrahens matrimonium, non minus vere contrahit, & à pari desperans de prole, vere potest contrahere matrimonium. Et sic inter senes, qui causa vitandæ libidinis, vel ex cupiditate temporalium, vel spe mutuorum iuuaminum copulantur adinuicem, stat esse verum matrimonium: & dicere oppositum, est falsificare scripturam de matrimonio Abrahæ & Saræ, de matrimonio Helcanæ & Annæ, & de matrimonio Dauid & Abisach Sunamitis, & multorum aliorum: & oppositum dicere, est dicere ecclesiam errasse turpiter, & errare solennizando talia matrimonia inter senes, & etiam non diuortiando postquam fuerint solennizata. Et ideo iste articulus est merito condemnatus. E

Pro isto articulo aduersarius nullum facit argumentum, nisi quod supponit matrimonium fuisse primitus institutum in officium pro generatione prolis. Et ex hoc nititur concludere, quod vbi est desperatio de prole, non est verum matrimonium. Sed ostendo, quod argumentum nõ valet: quia sic vbi esset desperatio inter coniuges de prole, non esset actus coniugalis inter eos actus vere matrimonialis: & sic, si post conceptionem prolis vteretur ea maritus ante partum, nõ esset vsus ille vere matrimonialis, cum post conceptionem prolis inter eos sit desperatio de prole generanda vsque post partum vxoris, & sic esset vsus ille adulterium, vel fornicatio, & peccatum mortale, quod nullus Catholicus diceret. Secundo non valet argumentum, quia licet in paradiso institutum fuerit matrimonium in officium solummodo secundum aliquos: tamen post peccatum ordinatum fuit matrimonium in remedium, & causa fornicationis vitandæ, & propter solatium & iuuamen. Et ideo licet fuerit primitus institutum propter prolis generationem & officium, tamen posterius ordinatum erat propter alias causas, propter quas quis potest legitime contrahere matrimonium, licet non propter generationem prolis. Tertio non valet argumentum, secundum illos qui ponunt, quod omnes pro statu innocentiæ si nullus peccasset, fuissent matrimonio copulati: quia tunc vltimi in omni linea descendente ab Adam, fuissent matrimonio copulati, & nullus talis vsus fuisset actu coniugali, quia ibi fuisset actus coniugalis solum in officium, & non in remedium: & ideo nunquam fuisset ibi quis vsus actu coniugali, nisi quando prolem procreasset: & si prolem procreasset, non fuisset vlterius in linea, & ideo nullus vlterius in alia linea vsus fuisset actu coniugali. Et si quilibet fuisset ibi matrimonio copulatus F
vt dicunt aliqui sapientes, sequitur quod ibi fuisset matrimonium propter solatium, & non in officium, nec propter intentionem prolem generandi: & à multo fortiori, sic potest esse apud nos post peccatum. Et ideo dicitur, quod non valet argumentum.



CTAVVS ARTICVLVS CONDEMNATVS, vt hæreticus, in suo vniuersali intellectu est, quod causæ diuortij ratione consanguinitatis vel affinitatis sunt infundabiliter humanitus ordinatæ. Vnde ad talem vniuersalem intellectum ponit articulum aduersarius, vt patet ex argumento suo pro articulo. Et quod sit hæreticus, & contra sacram scripturam expresse, sic ostenditur. Nam patet Genesis secundo, ex ipsa institutione sacramenti, quod consanguinitas in primo gradu secundum lineam ascendentium, & descendentium, impedit matrimonium, sic quod nec filius potest contrahere cum matre, nec pater cũ filia Nam Deus ex institutione matrimonij dixit, quod propter hoc relinquat homo patrem & matrem, & adhæreat vxori suæ. Est ergo contra institutionem diuinam in sacra scriptura expressam, quod pater cum filia, aut filius cum matre contrahat matrimonium: & ideo consanguinitas in primo gradu secundum lineam ascendentem, vel descendentem, est ex lege diuina iusta materia causæ diuortij.

Patet

A Patet hoc ſecundo, quia.xiiij. Leuitici prohibitum eſt viris contrahere in primo & ſecundo gradu, & hoc vndique, ſupra, infra, & iuxta. Supra, quia prohibetur ibi viro expreſſe contrahere cum ſorore patris ſui, ſcilicet amita, & cum ſorore matris ſuæ, ſcilicet matertera: & hic eſt ſecundus gradus, & ſupra. Item prohibetur ibi expreſſe contrahere cum filia fratris vel ſororis, & hic eſt ſecundus gradus iuxta. Item prohibetur ibi expreſſe cõtrahere infra ſe cum filia ſua, & hic eſt primus gradus. Item cum filia filiæ ſuæ vel filij ſui, & hic eſt ſecundus gradus, ita quod iure diuino, & iure ſacrę ſcripturę omnes iſtę conſanguinitates impediunt matrimonium, & dirimunt: & p conſequens dicere quod omnes cauſæ diuortij ratione conſanguinitatis ſunt infundabiliter humanitus adinuentæ, eſt hęreſis cõtra ſcripturam, quia ſatis fundatur. 18. Leuitici. Patet idem tertio de affinitate, quia prohibetur ibidem contrahere matrimonium cum vxore fratris, ſi frater habuerit de vxore prolem: & illam prohibitionem propter iuſtam cauſam diuortij allegauit in euangelio, Iohannes Baptiſta Herodi dicens: Non licet tibi tollere vxorem fratris tui. Et ibidem præcipitur, quod nullus accedat ad vxorem alicuius, qui ſibi affinitate cõiungitur. Et ibi prohibetur cõiunctio cum filia vxoris, & cum filia filij vxoris, & cum filia filię illius, quia in textu dr talis coitus inceſtus. Patet ergo ex ſacra ſcriptura, quòd cauſæ diuortij, & ratione cõſanguinitatis, & ratione affinitatis ſunt diuinitus adinuentę. Et ideo iſte articulus eſt poſitus expreſſe contra ſacram ſcripturam, & p conſequens eſt hęreticus. Patet idem quarto, quòd ſic hęreticum eſt aſſerere pertinaciter, quòd eccleſia militans nõ haberet poteſtatem à Chro illegitimandi ex ſufficienti cauſa certas pſonas ad contractum matrimonij inter ſe mutuo, & ad legitimandum aliquas
B ſimiliter: ſicut hęreticum eſt aſſerere, quod eccleſia militans non habet poteſtatem legitimandi certas legitimas pſonas ad ſuſceptionem ſacri ordinis. Cum ergo de facto, vt patet multipl'r in iure Canonico, eccleſia illegitimauit propinque conſanguineos ad matrimonialem cõtractum, & inter ſe propinque affines ex ſufficienti ratione, quam doctores cõiter ponunt: patet quod hęreticum eſt aſſerere ſecũdum vniuerſalem intellectũ, quòd cauſæ diuortij ratiõe cõſanguinitatis, vel affinitatis, ſunt infundabiliter humanitus adinuentæ: cum aliquæ ſint inuentæ à iure diuino, & aliquæ humanitus, ex inſpiratione ſpiritus ſancti adinuentæ ſunt, & ex ſufficienti ratione. Et ſic patet, quòd iſte articulus eſt iuſte vt hæreticus condemnatus. Pro iſto tamen articulo. 2. cap. 4. lib. arguit aduerſarius ſic:

" Tempore primi hominis fratres & ſorores fuerũt ex ordinatiõe diuina adinuicem matrimoniaLiter copulati, & tpe Patriarcharũ Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſatis ꝓpinque cognati adinuicem fuerunt matrimonialiter copulati: & nõ ſubeſt cauſa quare hoc non licet hodie, niſi humana ordinatione, quę dicit nõ ſolum ex cognatiõe, ſed ex affinitate amorem inter homines dilatari. Sed cauſa hęc hoĩm eſt nimis debilis inquit. Et ſic oĩes cauſę diuortij ratione conſanguinitatis, vel affinitatis, ſunt infundabiliter humanitus adinuentæ. Argumẽtum Vviclephi.

Et patet, quia ratio non eſt alicuius valoris, quia aſſumit falſum in minori, quod nõ ſub eſt cauſa quare hoc nõ licet hodie, niſi humana ordinatio: cum ordinatione diuina ſit hoc prohibitum modo, vt ex præmiſſis palam deducitur. Tempore eñ primi hominis neceſſitas ad hoc cogebat, vt frater contraheret cum ſorore, cum nõ eſſet alia cum qua poſſet cõ
C trahere. Et tempore Patriarcharũ pauci fideles erant, & non erat bonum cõtrahere cũ idolatris, & ideo neceſſitas cogebat eos accipere cognatos propinquos in coniugiũ. Poſt tẽpora Patriarcharũ data lege, & multiplicatione fidelium non erat hoc neceſſarium. Et ideo extunc tanꝝ valde rationabile à deo fuit prohibitum: & nõ ſolum ab homine, ſicut falſe hic aſſumit. Secundo patet, quod hæc ratio non eſt alicuius valoris: quia matrimonium non ſolum eſt ordinatum poſt peccatum propter prolis generationem, ſed etiam propter confœderationem hominum ſanctam, & amicitiam multiplicandam. Cum igitur naturaliter homo diligat ſuas conſanguineas propinquas, & econuerſo, & naturaliter diligat vxorem, & eius cognatas propinquas, maior eſt hominum ſancta confœderatio, & maior multiplicatio amicitiæ, ſi recipiantur extraneæ, vel multum remotæ à ſanguine in coniugium, quàm ſi recipiantur de propinquo cognatæ. Et ideo ex hac ratione magna à deo & eccleſia approbata, non ſolum prohibitæ ſunt copulæ matrimoniales in primo & ſecundo gradibus, ſed etiam in tertio & quarto. Et ideo falſe aſſumit in argumento, quod hæc ratio humanæ prohibitionis eſt nimis debilis. Nec ad hęc aliquod facit argumentum vel colorem. Tertio patet idem, quod non valet argumentum, quia conformiter poſſet dicere, & conſimili ratione, quod licitum eſt modo eundem habere plures vxores ſimul: quia tempore Patriarcharum, Abrahæ, & Iſaac, & Iacob hoc fuit licitum: & quod licitum eſt ſacerdotibus modo, poſt adeptum ſacerdotium, nouiter contrahere matrimonium: quia hoc fuit licitum tempore Patriarcharum, & veteris teſtamenti. Nec contra hoc eſt aliquid poſitum in iure diuino, & tñ nec apud Grę̃cos, vel orientales eſt hoc licitum: licet licitum ſit matrimonio copulatos apud eos fieri ſacerdotes. Et conformiter poſſet concedere, quod omnes cauſæ Reſponſio ad argumentum

diuor-

diuortij, ratione ſolennis voti continentiæ, ſunt infundabiliter humanitus ordinatæ: & D
oñes cauſæ diuortij propter ſeruitutem, propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, & propter cognationem ſpiritalem vel legalem ſunt infundabiliter humanitus ordinatæ: & per conſequens omnes diuortiati p eccleſiam, ſola ratione conſanguinitatis, vel ſola ratione affinitatis, vel ſola ratione ordinis ſacri, vel ſola ratione ſolennis voti in profeſſione religioſi, vel ſola ratione ſeruitutis prius incognitæ, ſed poſt probatæ, vel ſola ratione ſpiritualis cognationis vel legalis, vel ſolummodo propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, ſunt & fuerunt ab eccleſia male diuortiati, contra illud euangeliũ Chri: Quos deus cõiunxit, homo non ſeparet. Et conſequenter ſequitur, quod ſic diuortiati nubentes alijs, vixerunt in adulterio medio tpe, & in pctõ mortali. Et conſequenter ſequitur, quod oñes leges eccleſiæ decernentes talia diuortia eſſe iuſta: ſunt leges contra euangelium ordinatæ, & ſic hęreticales. Et conſequenter, quod eccleſia à tpe quo promulgauit illas leges, & eas iuſte publice definiuit, fuerit hæretica. Et multo melius, & multo ſecurius eſt condemnare articulum iſtum vt hęreticum quàm ſic condemnare militantem eccleſiam.



Onus articulus condemnatus vt erroneus eſt, quod hęc verba: Accipiam te in vxorem, eligibiliora ſunt pro contractu matrimonij, quàm hęc verba: Accipio te in vxorem, & quod contrahendo cũ vna p hæc verba de futuro: Accipiam te in vxorem: & poſt cum alia per hæc verba de pręſenti: Accipio te in vxorem, non debent fruſtrari verba prima propter verba ſecundaria de præſenti. E
Quod iſte ſit erroneus, patet. Primo, ratione, quia ex hoc quod qs promittit ſe facturum aliquid, non facit illud: ſed per iſta verba de futuro: Accipiam te in vxorem, ſolum promittit ſe accepturum illam in vxorem in futurum: ergo per hæc verba ſola cum conſenſu quod accipiam in futuro, non accipit illam in vxorem: ſed per hæc verba de præſenti: Accipio te in vxorem. Et: Accipio te in maritum cum conſenſu requiſito fit verum matrimonium in actu. Et ideo eligibiliora ſunt illa verba de præſenti pro cõtractu matrimonij, quàm illa de futuro. Secundo patet, quod iſte articulus eſt erroneus, authoritate eccleſiæ, extra de ſponſalibus libro quarto. cap. Si inter virum & mulierem impub. Et extra de ſponſalibus, cap. primo. Tertio patet, quod articulus ſit erroneus, ex concordi ſententia Theologorum in hac materia ſuper quartum, & iuriſtarum ſcribentium in eadem materia. Et ideo iſte articulus non eſt ſolum vt erroneus, ſed vt fatuus condemnandus. Arguit tamen aduerſarius pro iſto articulo tripliciter, & primo:

Argumẽtum Vviclephi

Sicut in verbis qualitercunq; aptatis poteſt eſſe deceptio: vt dicendo de præſenti: Accipio te in vxorem, poteſt eſſe quod mens dicat oppoſitum, propter complendam voluptatem carnalem. Cum ergo verbum mentis præponderantius ſit verbo oris, & ad verum matrimonium requiritur conſenſus mentis: ſequitur quod non ſit neceſſarium per verba hæc de præſenti. Iudices ergo, qui ex nudis verbis iudicant pro matrimonio, iudicant cõtra iudicium legis dei. Et maledicta (inquam) ſit lex huiuſmodi, quia iudex coartat per cenſuras fictas contrafacere contraria legi dei.

Reſponſio ad argumentum

Hic reſpondeo primo, quod idem argumentum omnino poteſt fieri de iſtis verbis: Accipiam te in vxorem: quale ipſe facit de iſtis verbis de præſenti: Accipio te in vxorem, vt cuilibet intuenti patet. Et ideo arguit in hoc contra ſeipſum. Hic dico ſecundo, quod magiſter .iiij. ſentẽtiarum videtur ſentire, quod licet ad matrimonium duo debent concurrere, conſenſus & verba, vel aliud verbis æquiualens: tamen non requiritur ad matrimonium conſenſus in matrimonium, ſed ſufficit conſenſus in verba matrimonialia cum illis verbis. Nam aliâs nullus poſſet certitudinaliter ſcire, an ſit matrimonio copulatus, vel non: cum non poſſit, niſi per verba & ſigna cognoſcere voluntatem interiorem. Et hac ſententia magiſtri data, patet, quod non valet argumentum: quia quantumcunque mens non conſentiat ad verum matrimonium, conſentit tamen in caſu argumenti in verba matrimonilia. Et iſte ſenſus cum prolatione verborum ſufficit pro matrimonio ſecundum opinionem iſtam. Hic dico tertio, quod magni doctores tenent contra ſententiam magiſtri, dicentes: quod requiritur verus conſenſus in matrimonium ad matrimonium, & quod non ſufficit conſenſus in verba matrimonialia. Et conſequenter tunc dicendum eſt ad argumentum, quod in caſu argumenti mulier debet ſupponere virum conſenſiſſe, quouſque habet euidentiam ad oppoſitum. Et ſic debent iudices ſupponere virum conſenſiſſe, quouſque oppoſitum oſtendatur euidenter, quod tamen oſtendere in foro iudiciali, eſt valde difficile. Nec peccat mulier medio tempore, reddendo debitum, ſed debet certitudinaliter credere ſe eſſe veram vxorem, quouſque oſtendatur euidenter oppoſitum.

Et cõ

A Et consequenter dicendum, quod non sit matrimonium per sola verba huiusmodi de præsenti, quia vltra requiritur consensus: nec iudices iudicant ex nudis verbis ibi esse verum matrimonium, vt falsè supponit in argumento, sed iudicant ex verbis illis de præsenti, & suppositione consensus, quæ supponere tenentur, quousque habeant euidẽtiam in oppositum: tamen non debent male sentire de vitò sine causa manifestata, vel euidẽti. Et sic patet quomodo peccat argumentum. Hic dico quarto, quod erronee supponit in argumento, quod omis lex est maledicta, qua index coartat per censuras facere contrarie legi dei: cum iudex per censuras in foro publico debeat in certis casibus compellere ad illud, ad cuius contrarium debet consulere in foro pœnitentiali, & secũdum legem dei: vt cum iudices seculares ignorantes omino veritatem negotij, nisi quatenus per duodenam informati lege iusta sentiant secũdum sententiam duodenæ: quàmuis duodena ex malitia, vel ex cupiditate, vel timore, vel ex errore sentiat contra veritatem, & contra legem dei: aliàs periret ius commune. Secus tamen foret secundum aliquos doctores, si iudex sciret in conscientia sua aliũde sententiam duodenæ fore falsam. Patet ergo, quod vndique peccat illud argumentum.

Secundo arguit aduersarius sic:

Hæc verba de præsenti: Accipio te in vxorem, quando proferuntur, sunt falsa: ergo contractus per ea factus, est cõtractus falsus, quem deus non approbat. Assumptum arguit sic: Falsum ẽ in prolatione verborum, quod nunc capio te in vorem: quia sic subito foret matrimonium completum & non vlterius aliquid implendum: quod contradicit inquam Legistis illius sententiæ, & vsui ecclesiæ. Argumẽtum Vviclephi

B Hic breuiter respondetur, quod verba primo dicentis: Accipio te in vxorem, istum sensum habent subintellectum, quantum ex parte mea ẽ. Et cum isto subintellectu sunt verba vera, & tamen per illa sola non ẽ matrimonium vtrobique. Sed cum mulier dixit prius: Accipio te in maritum meum, vel aliquid æquiualens, tunc ẽ completum matrimonium: & iuristæ non contradicunt in hoc, nec vsus ecclesiæ: licet dicant iuristæ matrimonium nõdum esse cõsummatum, fatẽtur tamen quod ẽ ibi tunc completum matrimonium, & sacramentum. Et sic patet, quod non valet argumentum. Tertio arguit idem Sophistice. Responsio ad argumentum

Si p verba illa de præsenti fit matrimoniũ, ita quod illis rite prolatis sit primo matrimonium, tũc sequitur oppositum in adiecto, quia cum vox quando definit esse, non st, ex quo hæc verba tunc non sunt, non faciunt matrimonium, tunc nec sunt matrimonio compossibilia, & ideo non põt fieri matrimonium per illa verba de præsenti. Argumẽtum Vviclephi.

Hic respondeo primo, quod consimile argumentum potest fieri de illis verbis: Accipiam te in vxorem, quæ ponit eligibiliora esse pro matrimonio contrahendo: quia ante prolationem verborum non est matrimonium ibi, & facta prolatione omnino non est, sicut nec illa de præsenti. Hic respondeo secundo, quod si iste modus arguendi esset bonus, destruerentur omnia sacramenta ecclesiæ. Nam non est in altari sacramentũ eucharistiæ ante prolationem verborum sacramentalium: & facta prolatione, verba non sunt: & ex quo nõ sunt, tunc non fit per illa sacramentum in altari. Tunc consimiliter sacerdos quando baptizat, dicit: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: ante finem verborum non est ibi sacramentum baptismi, & in fine verborum verba non sunt: ergo non fit per C verba illa baptismus sacramentalis. Hic respondeo tertio, quod si iste modus arguendi esset bonus, non solum destrueretur Theologia, sed etiam Philosophia. Nam cum dicit Astronomus, sol est nunc in tali puncto, vel in tali aspectu, cum non sit ibi per tempus, sed per nunc, & oratio cutrat per tempus, ex quo est res successiua: quomodo posset concurrere existentia orationis, cum de veritate rei certum est, quod est impossibile. Et consimile argumentum potest argui de omnibus instantaneis, de quibus tractat philosophia. Dico ergo finaliter ad argumentum, quod duplex est veritas orationis vocalis: veritas suæ existentiæ, quam non habet simul, sed successiue, & definit hęc veritas in fine orationis. Alia est veritas suæ significatiõis, quæ non competit sibi ex se & secundum se, sed in ordine ad intellectum concipientis vel concipientium. Quàmuis ergo oratio talis, quando est in suo termino, non sit aliquid in sui existentia, est tamen tunc in memoria & apprehensione concipientis vel concipientium, potius quàm antequam fuit in sui existentia successiua, & magis habet rationem signi, & veritatem suæ significationis. Et ideo licet illa verba non sint compossibilia in sua existentia successiua cum illo matrimonio: sunt tamen componibilia prout sunt in memoria concipientium. & quando habent veritatem suæ significationis. Et dato absolute, quod nõ essent matrimonialiter compossibilia, ex hoc non sequitur, quod per illa verba forma non est generationi & inductioni formę componibilis: ergo per illam alterationem non fit inductio formæ, nec etiam sequitur motus successiuus, quo acquiritur quies & terminus motus. Patet in multis exemplis, quod non valet talis modus arguendi: & ideo argumentum aduersarij nihil concludit. Responsio ad argumentum

Decimus



Decimus articulus condemnatus est, quod isti duodecim sunt procuratores Antichristi, & discipuli Antichristi: Papa, Cardinales, Patriarchæ, Archipræsules, Episcopi, Archidiaconi, Officiales, & Decani, Monachi, & Canonici Bifurcati, Pseudofratres introducti iam vltimo, & Quæstores. Et patet ex processu, quod loquitur de istis secundum status eorum, & generali loquutione. Et patet tunc, quod iste articulus est merito condemnatus, quia status Papalis est à Christo institutus, quando præposuit Petrum non solum militanti ecclesiæ, sed etiam collegio Apostolorum, prout fit clare ex sacra scriptura. Dominus Armachanus libro de quæstionibus Armenorum: Status ergo papalis sanctus & bonus: cuius oppositum, quia contra sacram scripturam, est hæreticum. Et aliter nec Petrus, nec aliquis alius sanctus, Papa fuit post ascensionem Christi. Cardinales etiã à Petro fuerunt instituti, licet non sub nomine illo: quia antiquitus in ecclesia primitiua, illi qui dicuntur nunc Cardinales, dicebantur presbyteri ecclesiæ Romanæ. Patriarchæ & omnes archiepiscopi à Petro fuerunt instituti, sicut ex prædictis palam patet. Ipsi à Christo fuerunt instituti, quando fecit Apostolos episcopos, & Apostoli episcopos instituerunt per ciuitates, vt in sacra scriptura palam habetur. Archidiaconi fuerunt ab Apostolis instituti, sicut & diaconi. Vnde & in legenda, qua vtitur Curia Romana, in festo inuentiõis sancti Stephani, sic habetur: Corpus pro thomartyris in Syon ad sanctam ecclesiam, vbi Archidiaconus fuerat ordinatus, cum psalmis & hymnis detulerunt. Fuit ergo sanctus Stephanus archidiaconus, & non nisi per apostolos. Nec constat de Officialibus & Decanis, an ab Apostolis fuerint instituti. Ignoro quia nihil super hoc recolo me legisse: vnum tamen scio, quod multa fecerunt Apostoli, & tradiderunt quæ scripta non fuit. De monachis certum est, quod Apostoli monachos instituerunt & moniales: & quod tempore Apostolorum instituti fuerunt & monachi & moniales. De monachis patet per Dionysium contemporaneum Apostolorum in libro suo de ecclesiastica Hierarchia, vbi ponit expresse: perfectorum hominum excelsior ordo monachorum est. Et ponit, quod diuini duces, quos vocauit Apostolos, à cognominationibus ipsos sacris dignificauerunt. Hi quidem terepantos, id est, dei famulos: hi autem monachos nominantes, ex dei puro seruitio, & singulari vita. Idem patet de monachis in prologo lib. Iohannis Cassiani, de institutis monachorum .5. libr. cap. 6. declarat, quomodo Marcus Euangelista monachos primo instituit in Alexandria. In historia sancti Matthæi Apostoli habetur, quomodo consecrauit Effigeniam filiam regis sacro velamine, & ducentis virginibus deo dicatis ꝓposuit. Et cõsimile habetur de Pelargia filia regis, in historia S. Thomæ Apostoli: & Ecclesiastica historia libro. 2. cap. 1. alia recitat consimilia ex testimonio Philonis, qui fuit contemporaneus Apostolorum & vidit cõuersationẽ illorum monachorum.

Nota bene, quod Cardinales sunt instituti a Petro

De Officialibus & Decanis nihi legit author.

Monachi instituti ab Apostolis.

Canonici regulares.

De Canonicis regularibus, non legi adhuc quod fuerunt tempore Apostolorum: sed q̃d inceperunt tempore Vrbani primi, & post reformati fuerunt tempore sancti Augustini monachi. Cluniacenses monachi, Carthusienses monachi, Cistertienses monachi, & Canonici Præmonstratenses inceperunt, procedente tempore sub sanctis patribus: sicut & fratres Prædicatores, & Minores. Quorum omnium status vniuersalis ecclesia approbauit & confirmauit, tanquam sanctos à deo specialiter charos. Sed etiam & status Augustinensium & Carmelitarum. De Quæstoribus loquendo, prout bona intentioe colligunt pecunias, vel alias eleemosynas, pro sustentatione pauperum, & infirmorum debilium, vel pro sustentatione pauperum religiosorum, qui possessiones immobiles reliquerunt: sic exemplati sunt & fundati in Apostolo Paulo, & alijs Apostolis, qui valde soliciti erant procurare pecunias, & eleemosynas pro sustentatione illorum pauperum in Hierusalem, qui reliquerant domos & agros. Nam licet in principio non erat egens inter illos: post tamen multum indiguerunt, & pro illis supra omne genus pauperum Apostoli soliciti fuerunt. Ponere ergo omnes istos status condemnabiles, qui sunt à Christo inuenti, vel ab Apostolis, vel ex approbatione & confirmatione vniuersalis ecclesiæ dei, est ponere articulum satis hæreticum, quem ponit aduersarius in Trialogo. Et inde blasphemia, non solum personas paucas condemnãdo, sed etiam status, vt patet ex processu multipliciter librorum specialiter tertij & quarti, & eius supplementi. Et ideo articulus iste sic positus generali intentione, prout comprehendit status, est articulus plene hæreticus. Vnde. 26. cap. lib. 4. ponit articulum istum. Immediate subiungit sub istis terminis.

Omnes isti duodecim specialiter prælati Cæsarei, & fratres infundabiliter introducti, sunt manifeste Antichristi discipuli.

Per Prælatos Cæsareos, intelligens prælatos possessionibus dotatos. Et per fratres infundabiliter introductos, fratres quatuor ordinum. Ex quo patet, quod vniuersaliter & generaliter

A raliter loquebatur de omnibus iſtis duodecim, nullum excipiendo. Capite etiam ſexto ſup
" pleměti quarti ſic dicit: Chriſtus eñ ſciens, tantum diligens ſponſam ſuam, voluit orna-
" re ipſam cum aliquibus ordinibus, niſi quoꝝ ſpecies ipſe docere voluit in ſcriptura. Sed in
" ſcriptura non docet aliquam ſpeciem ordinis de cap. Antichriſti: ergo nõ eſt de benepla-
" cito ſuo, ꝙ ſint tales. Et ſtatim addit capitulum iſtud in iſtis ſpeciebus duodecim, in qui-
" bus cõtinentur Papa, Cardinales, Preſbyteri, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Offi
" ciales & Decani, Monachi & Canonici, Fratres de quatuor ordinibus, & Quæſtores.
Ex quibus ſequitur manifeſte, ꝙ omnes ſtatus iſtorum duodecim, ponit in cap. Antichri
ſti, & à Chriſto nõ fundatos: & ideo ex proceſſu lib. patet, ꝙ iſte articulus ad intentionem
ſuam acceptus, eſt plene hæreticus, &c.
" Pro iſto articulo, quo ad prælatos, & alios poſſeſſionatos arguit per hoc, quod ratione poſ-
" ſeſſionum ſunt contrariꝫ legi Chriſti, & per conſequens diſcipuli Antichriſti.
Sed ad iſtud argumentum erit plene reſponſum, tractando de articulo vndecimo. De ar
ticulo duodecimo, quo ad religioſos homines religionis priuatæ, ſiue poſſeſſionatos, ſiue
mẽdicantes, ponit eos infundabiles in fide ſcripturæ: & ſic in cap. Antichriſti, arguit eos
imperfectiores aliꝫs. Imò arguit, communem religionem Chriſtianam, quacunque re-
ligione priuata perfectiorem, per hoc argumentum:
" Sicut patronus ad patronum, ſic ordo ad ordinem: ſed Chriſtus patronus communis Argumẽtum
" religionis eſt in infinitum perfectior patronis religionum priuatarꝫ, Auguſtino, Benedi- wiclephi.
" cto, Dominico, & Franciſco: ergo communis religio Chriſtiana, quacunq; religione pri-
B uata, eſt perfectior quodammodo infinite.
Iſtam rationem ponit. 32. cap. quarti. Et iterum. 5. cap. ſuppleměti, & inculcat eam in Reſponſio ad
diuerſis cap. tanquam aliquid magni. Dico ergo primo ad iſtud argumentum, ꝙ ex iſto argumẽtum.
modo arguendi ſequuntur errores philoſophiæ magni. Nam ſequitur, ꝙ materia prima
eſt perfectior toto compoſito ex materia prima: quia ſigno leonem naturaliter generatũ
ab alio leone. Et arguo ſic: Sicut author ad authorem, productor ad productorem, ſic pro
ductum ad productum: ſed deus ſe ſolo produxit materiam iſtius leonis, & vnus leo in in-
finitum minus perfectus produxit hunc leonem: ergo iſta materia prima eſt perfectior
quodammodo infinite iſto leone cuius eſt materia. Patet antecedens, & modus arguendi
eſt ſuus. Secũdo ſequitur, imperfectum ſpeciei inferioris eſſe naturaliter perfectius indiui-
duo valde perfectæ ſpeciei ſuperioris: vt muſcã eſſe naturaliter perfectiorẽ homine pfecto,
& leone perfecto: quia ſtat muſcã etiã imperfectã produci à ſolo deo & à ſolo deo fieri, qñ
homo valde perfectus producitur, & fit ab homine: & ſicut author ab authore, ſic factum:
ſequitur ergo concluſio. Tertio etiam ſequitur, ꝙ ſtat hominem cæcum, claudum & mu-
tum, cæteris aliꝫs paribus, eſſe perfectiorem homine pulchro habente viuacitatem quinq;
ſenſuum, & omnia membra pulchra: quia ſtat illum eſſe à ſolo deo, iſtum pulchrum à puro
homine eſſe productum. Et tales errores philoſophici ſequuntur in magno numero ex
modo arguendi. Hic dico ſecũdo principaliter, ꝙ ex eo modo arguendi ſequuntur erro-
res Theologici. Nam primo ſequitur, ꝙ anima Iudæ proditoris eſt perfectior humanita-
te Chriſti: quia illa anima à ſolo deo eſt creata, humanitas Chriſti eſt producta à beata vir
gine. Et ſicut author ad authorem, ſic productum ad productum. Cum ergo deus author
C animæ Iudæ, ſit in infinitum perfectior beata virgine, ſequitur concluſio. Secũdo ſequitur,
ꝙ ſi tunica illa rudis pellicea, quam poſt pcñ deus ordinauit pro primo parente, nõ eſſet
quacunq; tunica de ſcarleto, vel panno aureo ab homine facta perfectior, patet conformi
modo arguendi. Tertio ſequitur, ꝙ hoſtia conſecrata à Chriſto in cœna ſua, eſſet quacũq;
hoſtia, quæ à beato Petro conſecrata foret, infinite quodammodo perfectior: quia ſicut au
thor ad authorem, ita authorizatũ ad authorizatum. Sed Chriſtus eſt in infinitum perfe-
ctior Petro: ergo conſecratum à Chriſto, eſt in infinitum perfectius conſecrato à Petro.
Et tales errores quaſi ſine numero ſequuntur ex modo arguendi. Et ſi dicat aduerſarius ad
iſta, ꝙ Chriſtus eſt author conſecrationis Petri magis q̃ Petrus, & tunicæ de ſcarleto ma-
gis q̃ homo, & humanitatis ſuæ magis q̃ beata virgo, & hominis & leonis plus q̃ homo vel
leo: ſic dico ſibi, ꝙ religionis Auguſtini multo plus eſt deus author q̃ Auguſtinus: & religio
nis Benedicti, multo plus q̃ Bñdictus: & religionis Franciſci, multo plus eſt deus author q̃
Franciſcus. Et hoc dicerent omnes catholici. Et patet tunc, ꝙ argumentum nihil conclu-
dit: quia nullius rei poſitiuæ vel bonæ eſt creatura author: quando illius ſit deus multo ma
gis author. Et ideo nullatenus concludit argumẽtum. Dico tertio ad argumẽtum, ꝙ cuiuſ
libet religionis priuatæ ab eccleſia approbatæ, ſubſtantiales, & principales obſeruãtiæ ſunt
de lege ſacræ ſcripturæ: quia ſunt mandata, & tria conſilia euangelica principalia, pauper-
exproprietaria, caſtitas cœlibata, & obedientia cõſiliaria: & hæc omnia ſunt de lege euan-
gelica, & lege ſcripturæ. Diuerſas tamen contradictiones continet religio priuata, quæ nõ

ponũtur in ſacra ſcriptura,& diuerſas traditiones continet communis religio Chriſtiana, D
quas nõ cõtinet ſacra ſcriptura. Nam traditio de ſignatione crucis ſigno,eſt traditio perfecta: cum dicat Auguſtinus,quod ſignare ſe ſigno crucis,ſit actus Chriſtianiſſimus,& ea vtitur tota communis religio Chriſtiana catholica, tanquam traditione perfecta, & tamẽ nõ cõtinetur in ſacra ſcriptura hæc traditio,vt patet in Canone diſt.11.cap.eccleſiarum. Traditio de ſolẽnizatione ordinaria diei dominicæ ẽ traditio perfecta, obſeruata ab omnibus catholicis,quæ tamẽ nõ cõtinetur in ſacra ſcriptura,ſed potius de ſolẽnizatione ſabbati cõtinetur in ſcriptura,de translatiõe ſolẽnitatis ſabbati in ſolẽnitatem dominicæ nihil explicite ponitur in ſcriptura. Sed ẽ hæc traditio apoſtolica,nõ ſcripta in ſcriptura. Similiter traditio de ſolẽnizatione Aſſumptiõis glorioſæ virginis,nõ cõtinetur in ſacra ſcriptura,quæ tamẽ recte obſeruatur à communitate catholicorum. Et ſic ẽ de multis alijs feſtiuitatibus. Similiter traditio de ieiunio quatuor temporum illis temporibus & diebus, in qbus communitas eccleſiæ illam obſeruat,nõ eſt poſita in ſacra ſcriptura: quia ieiunium quatuor tẽporum q̃d ponitur in ſcriptura,fuit ieiunium quarti,quinti,ſeptimi,& decimi,vt patet Zachariæ.8.& ſic illa quator fuerũt in Iulio,Auguſto,Octobri & Ianuario,vt patet per Hieronymum in originali ſuper Zachariam prophetam. Communitas Chriſtiana obſeruat ieiunia quatuor temporum alijs temporibus, vt patet in eodem.78.cap.huius obſeruãtiæ ſtatuimus. Sicut cõſtitutio ab oñibus catholicis ſanis & adultis obſeruata ẽ à carnibus abſtinẽtia per.40.dies immediate ante Paſcha: quæ traditio nõ cõtinetur in ſacra ſcriptura. E
Vnde nec Chrũs in illo tempore ieiunauit,ſed immediate poſt Epiphaniam. Et ſic ẽ de valde multis traditionibus alijs,quas ſupra legem ſacræ ſcripturæ obſeruat communitas religionis Chriſtianæ. Et ſatis perfecte,imò inique faceret, ſi quis traditiões tales nõ obſeruaret. Et cõſimiliter religioſi religionis priuatæ obſeruant multas traditiones priuatas, quas non cõtinet ſacra ſcriptura ad literam ſatis perfecte. Vnde & Petrus apl'us traditionem de ſurgẽdo & flendo ſingulis noctibus in galli cantu obſeruauit, quam nec alĩ apoſtoli obſeruauerũt. Beatus Iacobus multas traditiones,etiam nõ ſcriptas in ſacra ſcriptura obſeruauit: vt patet in vita ſua,quas alĩ apoſtoli nõ obſeruauerunt,nec alĩ catholici. Bartholomæus apl'us centies die & nocte genuflexit,quam traditionem nõ ſcriptam in ſacra ſcriptura alĩ apoſtoli nõ obſeruauerũt. Monachi etiam ab apoſtolis inſtituti,multas traditiões nõ contẽtas in ſacra ſcriptura literaliter obſeruauerũt,prout tradit Dionyſius in de eccleſiaſtica Hierarchia expreſſe,& illas obſeruauerũt ex apoſtolica ordinatione,& cõmunitas Chriſtiana ad illas non fuit obligata. Et ſic fuit de monialibus ab apoſtolis inſtitutis. Falſe ergo aſſumit aduerſarius,quod religiones priuatæ ſunt infundabiles in fide ſcripturæ, ſi loquatur de principalibus eorum obſeruantijs. Si de ſecũdarijs traditionibus loqtur: ſic & ſecũdariæ traditiones obſeruatæ in communi religione Chriſtiana, ſunt cõformiter infundabiles in fide ſcripturæ ſacræ, vt præmiſſum ẽ,& tamen hoc non eſt religio communis Chri
Tractatus Ioannis wicleph de religione. ſtiana in cap. Antichriſti. A pari nec propter hoc ẽ aliqua religio priuata in cap. Antichriſti. F
Alias rationes contra religiones priuatas facit in tractatu ſuo de religione: quæ ſi forẽt bene reportatæ,ſequerentur non ſolum errores multi,ſed etiam hæreſes multæ,& deſtructio fidei Chriſtianæ,ſicut & alias in quadam publica determinatione Oxoniæ declaraui, & in qua ad illa argumenta reſpondi. Vnde videtur,q̃d aduerſarius fuit hæreticus,de hæreſi Heradicarum vel Hermodiſtarum,quia ipſi fuerunt condemnati,pro eo quod monachos non recipiunt,vt patet in Canone.24.quæſt.3.cap.penultimo.



Vndecimus articulus pro hæreſi cõdẽnatus eſt,q̃d Numerorũ.18. Ezechielis.44. præcipitur ſimpliciter negatiue, quod nec ſacerdotes Aaronitæ, nec leuitæ habeant partem hæreditatis cũ alijs tribubus: ſed q̃d pure viuant de decimis & oblationibus. Quod autem iſte articulus ſit hæreticus patet, eo q̃d expreſſe contra ſacram ſcripturam ſit. Patet primo,Numerorum.35.vbi ſic locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Præcipe filijs Iſrael,vt dẽt leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitãdum,& ſuburbana eorum per circuitũ,vt ipſi in oppidis maneãt, & ſuburbana ſint pecoribus,& iumẽtis,quæ à muris ciuitatum forinſecus per circuitum mille paſſuum ſpacio tẽdentur cõtra oriẽtem: duo millia erũt cubitos,tot ad meridiẽ, tot ad occidẽtem,tot etiam ad ſeptẽtrionem. Et de ipſis oppidis leuitarum, ſex erũt ciuitates refugij,& exceptis his alia.42.oppida, cum ſuburbanis ſuis, & conſequenter eodẽ caoſtẽditur,quomodo ipſis vrbes deberẽt dari de poſſeſſionibus filiorum Iſrael. Et Ioſue.21. cap. habetur expreſſe de tribubus Iuda,Symeon & Beniamin habuerũt tredecim ciuitates de tribubus Ephraim & Dan,& dimidia tribu Manaſſe decẽ ciuitates de tribubus Ruben,

Gad,

A Gad,& Zabulon:Duodecim vrbes de tribubus Iſaſchar,Aſer,& Nephthalim,& dimidia tribu Manaſſe,tredecim ciuitates.Et poſt ſubditur in textu: Dederunt filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana eorum,ſicut præcepit dominus:ergo ex diuino præcepto habuerũt partem hæreditatis cũ alijs tribubus quadraginta octo ciuitates,& ſuburbana eaꝝ,quæ vẽ dinõ poterant,vt patet Leuit.25.quia poſſeſſiones ſempiternæ erant.Eſt ergo plane contra ſacram ſcripturã,ꝙ Leuitæ nõ haberent partem hæreditatis cũ alijs tribubus.Bene tamen verum eſt,ꝙ in prima diuiſione terræ Iudæ nõ debuerunt habere partem hæreditatis cũ alijs tribubus:ſed tamen facta prima diuiſione terræ,tenebantur diuino p̃cepto aliæ tribus dare eis quadraginta octo ciuitates,& ſuburbana illaꝝ,vt patet plane ex præmiſſis,& ideo aduerſarius hæretice errauit,male intelligendo textum:quia non præcipiebatur ſimpliciter negatiue,ꝙ nõ haberent partem hæreditatis cum alijs tribubus,vt in præmiſſis palam oſtenſum eſt.Sed præcipiebatur(vt iam dictum eſt)ne haberent partem talẽ in prima diuiſione terræ.Ex alio capite patet ex præmiſſis,articulum eſſe hæreticum:quia habuerũt Leuitæ ſuburbana quadraginta octo ciuitatum,ſic ꝙ eſſent miliare circa murum cuiuſlibet ciuitatis,pro paſcuis pecorum & iumentorum:ergo ex textu palam patet,ꝙ partim debe rent viuere de nutrimento,multiplicatione animalium ſuorum:ergo non pure de decimis & oblationibus,vt dicit articulus iſte.Patet ſecundo,ꝙ articulus eſt hæreticus,quia cõtra ſcripturam Leuit.25.vbi ſic:Qui vendiderit domũ infra vrbis muros,habebit licentiam redimendi,donec vnus impleatur annus.Si intra anni circulum nõ fuerit redempta,emptor
B & poſteri eius poſſidebunt eam in perpetuum:& redimi nõ poterit,etiam in anno Iubilẽo. Aedes vero Leuitaꝝ,quæ in vrbibus ſunt,ſemper redimi poſſunt:& ſi redemptæ nõ fuerint in Iubilæo,reuertentur ad dominos ſuos:quia domus vrbium Leuitarum,pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael:ergo Leuitæ habuerunt poſſeſſiones dei volũtate inter alias tribus:& per conſequens,hic articulus contrarius eſt ſcripturæ.Tertio patet idem,qa eſt expreſſe contra ſacram ſcripturam Leuit.vltimo,vbi fit mentio de voto agrorum:vbi expreſſe patet,ꝙ ſi vouens agrum domino,habuit illum ex ſua hæreditate,ſi volebat illũ redimere,ita ꝙ per quintam partem pecuniæ plus daret,quàm alius pro agro:ſed ſi nolebat eum redimere,debuit alteri vendi,& extunc vouens nõ poterat ipſum redimere.Sed in anno Iubilæo ſanctificatus erat domino,& tanquam poſſeſſio cõſecrata ad ius pertinebat ſacerdotum,vt patet ex textu.Licet ergo in prima diuiſione terræ Iſrael,nõ habuerint ſacerdotes illius temporis poſſeſſiones agroꝝ,habuerunt tamen poſtea poſſeſſiones agroꝝ ex votis fidelium,& ſic erant illoꝝ,quod alienari nunquã debuerunt.Vnde cap.2.ſic ſcribitur.Omne quod dño cõſecratur,ſiue homo fuerit,ſiue animal,ſiue ager,nõ vendetur,neq; redimi poterit.Patet ergo,ꝙ poterant inter alias tribus habere ordinatione diuina perpetuas agrorum poſſeſſiones.Eſt ergo hic articulus cõtrarius ſacræ ſcripturæ,& ſic hæreticus.Patet idem quarto,quia Actuum.4.cap.patet,quomodo omnes poſſeſſores domorum aut agroꝝ,vendentes afferebant pretia ad pedes apoſtoloꝝ,& quomodo inter illos Ioſeph,qui cognominatus eſt Barſabas,ab apoſtolis Leuites,Cyprius genere,cum haberet agrum,vendidit illum,& poſuit pretium ante pedes apoſtoloꝝ.Super quo textu doctor de Lyra docet,ꝙ licet Leuitæ nõ haberẽt agros in terra Iudæ,puta ad ſeminãdum:
C poterant tamẽ licite habere tales agros in terra aliena.Et ſic habuit ſanctus Leuita iſte,vt ſcriptura teſtatur.Vnde Num̃.18.vbi datur p̃ceptum de nõ poſſidendo agros,ſic ſcribit: Dixit dominus ad Aaron,In terra eoꝝ nihil poſſidebitis,nec habebitis partem inter eos. Non dicit ſimpliciter,nihil poſſidebitis:ſed dicit,ꝙ in terra eorum,& terra Iudæ nihil poſſidebitis,nec habebitis partem inter eos:quod intelligere oportet per primitiuã diuiſionẽ terræ.Poterãt ergo licite habere poſſeſſiones agroꝝ extra terrã Iudæ.Nõ erat ergo eis p̃ceptum ſimpliciter negatiue,ꝙ non haberent poſſeſſiones agroꝝ,de quibus poſſent viuere:cũ illas poterant vendere,& ſic fecerant tempore captiuitatis ſuæ.Patet ergo,ꝙ multipliciter eſt iſte articulus cõtrarius ſacræ ſcripturæ.Et ꝙ aduerſarius male intellexit authoritates ſcripturæ,quas allegat.Quinto patet idẽ ex vltimo cap.Ezechielis prophetæ,vbi deſcribitur ſecunda diuiſio terræ Iudæ,quæ fieri debuit poſt captiuitatem:quæ longe alia debuit fuiſſe ab illa,quæ facta erat ſub Ioſue,vt docet doctor de Lyra ſuper.42.cap.Et in hac ſecũdaria diuiſione terræ Iudæ,vna pars magna aſſignata fuit ſacerdotibus,alia minor Leuitis,& alia principibus:& hæc patent à.42.cap.vſq; in finẽ libri:& patet ibidẽ per doctorem de Lyra,quamuis propter p̃cta diuiſio fuit impedita,ſicut & multa alia,ſic quod ex iſto proceſſu patet,ꝙ non ſimpliciter negatiue fuit à deo præceptum,ne ſacerdotes & Leuitæ haberent partem hareditatis cum alijs tribubus,cum in ſecunda diuiſione magna pars fuerit eis aſſignata cum alijs tribubus.Et ſic patet ex ſcriptura,quod iſte articulus eſt contrarius ſacræ ſcripturæ,& per cõſequens eſt hæreticus.Sexto patet idem primi Eſdrę ſecũdo cap.in quo deſcribitur multitudo aſcendentium in Hieruſalem,& in terram Iudæ

post captiuitatem & trāsmigrationem Babylonis. Vbi patet, quod de sacerdotibus ex vnā D
linea ascenderūt nongenti septuagintatres, ex alia mille ducenti quadraginta, ex alia linea
mille decem & septem. Et ibi patet, quod & de leuitis ascēderūt septuaginta, de cantoribus
centum viginti, de ianitoribus cētum trigintanouem: de Nathanæis, & filijs seruoꝝ Salo-
monis trecēti nonagintaduo. Et sequitur post in fine cap. Habitauerūt ergo sacerdotes &
leuitæ, cantores & ianitores, & Nathanæi in vrbibus suis, vniuersusq; Israel in ciuitatibus
suis. Ex quo patet, q̄d sacerdotes & leuitæ, & alij officiarij tēpli habuerūt vrbes inter fratres
suos Israelitas. Et sic patet, q̄d nō erat præceptum simpliciter negatiue, ne haberēt partem
hæreditatis cum alijs tribubus, & q̄d sit hæreticū, & contra sacram scripturam contrarium
asserere. Septimo patet, quod est multipliciter contra sacram scripturam, quod sacerdotes
& leuitæ pure deberēt viuere de decimis & oblatiōibus: vt patet primo de animalibus, quę
nutriebāt leuitas in suburbanis quadragintaocto ciuitatū, cum de ipsis animalibus, & mul-
tiplicatione eoꝝ vixerint leuitæ in parte, nō pure de decimis & oblationibus. Vt patet se-
cundo de agris deo per votum sanctificatis, quādo vouētes habuerūt illos iure hæreditario
& nolebāt illos redimere, vbi agri à primo Iubilæo post votum erāt ppetuo de iure sacer-
dotum, vt præmittit, & de profectu illoꝝ agroꝝ debuerūt in parte viuere, & non pure de
decimis & oblatiōibus. Patet tertio, q̄d nō solū vixerūt de decimis & oblationibus, sed & de
primitijs, vt patet multipliciter ī scriptura. Habuerūt sacerdotes primitias hoīm, animaliū,
frugū, & fructuū, ex q̄bus multa valde bona habuerūt, vt diffuse aliàs declaraui in epl'a missa E
domino Erfordensi contra librum Vvaltheri Brittæ. Patet hoc quarto de possessionibus,
quas habere poterāt licite extra terram Iudæ, & quas de facto habuerāt tēpore captiuitatis
eorum, vt præmittitur. Patet poc quinto de restitutionibus vagis: quia vt patet Numero-
rum quinto, si non inueniretur qui de iure debuit restitutionem recipere, sicut est in omni
restitutione vaga, danda erat restitutio deo, & erat sacerdotum: & restitutiones veteris te-
stamenti maiores erant restitutiones, quàm restitutiones testamenti noui. Nam apud nos
sufficit restituere æquale: sed quinto Numeroꝝ patet, quod si restitutio fiebat ex contritio-
ne, & libere ablatum, nō solum debuit restitui, sed quinta pars superaddi. Et Exodi. 22. pa-
tet, quod si quis furatus fuisset bouem aut ouem, & occidisset vel vendidisset, quinq; boues
pro vno, & quatuor oues pro vna debuit restituere: quod si non vendidisset, nec interfeciſ-
set, sed inuētum fuisset furtum apud eum qui furatus est, duplum debuit restituere: & sic fuit
de alijs restitutionibus. Ex quo ergo tūc lege dei oīes restitutiones vagæ erant debitæ sa-
cerdotibus, de quibus potuerunt licite viuere, patet quod non pure debuerunt lege dei vi-
uere de decimis & oblationibus: & sic patet, quod multipliciter iste articulus repugnat sacrę
scripturæ. Quapropter merito pro articulo hæretico est condemnatus.

Pro isto articulo nō arguit aduersarius, nisi q̄d allegat ex decimooctauo Numeroꝝ illā »
Aegumētum wiclephi authoritatem: Dixit dominus ad Aaron, in terra illoꝝ nihil possidebitis, nec habebitis par- »
tem inter eos. Ego ero pars tua, & hæreditas tua in medio filioꝝ Israel, filijs Leui dedi oēs »
decimas Israel in possessionem. Ex Deuteronomio. 18. aliam sic dicentem: Non habebūt sa- »
cerdotes & leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem, & hæreditatem cum reliquo »
Israel, quia sacrificia domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de pos- »
sessione fratrum suorum. Et Ezechielis. 44. allegat aliam authoritatem in his verbis: Non »
erit sacerdotibus hæreditas, quia ego hæreditas illorum: & possessiones nō dabitis eis in Is- »
rael: Ego enim possessio eorum. Ex quibus concludit, quod fuit præceptū simpliciter ne- »
gatiue, quod nec sacerdotes Aaronitæ, nec leuitæ haberēt partem hæreditatis cum alijs tri »
bubus, sed quod pure viuerent de decimis & oblationibus. »

Quantum ad istum respondeo, quod aduersarius nimis superficialiter considerauit scri-
Responsio ad argumētum. pturas istas, quia nō præcipitur q̄d nō haberēt partem hæreditatis simpliciter, sed q̄d non F
habeant in terra Iudææ. Ostensum enim est, quod poterāt licite habere in alijs terris. Nec
præceptum erat simpliciter, quod nō haberēt partem hæreditatis in terra Iudææ, sed quod
non haberēt in prima diuisione terræ partem cum alijs tribubus. Ostensum est enim prius,
quod tenebantur aliæ tribus dare leuitis. 48. ciuitates in terra Iudææ, & suburbana illaꝝ, &
postquam terra fuerat illis diuisa. Et ostēsum est, q̄d sacerdotes licet nō poterāt habere a-
gros ad seminandū in prima diuisione terræ: quod poterāt tamē habere postea ex voto fi-
delium, quādo vouētes habuerūt illos ex iure hæreditario, & nō ex emptione. Et ostēsum
est prius, quod post trāsmigrationem Babylonis & in secūda terræ diuisione habuissent sa-
cerdotes vnā partē terræ magnā ex diuino præcepto, & leuitæ aliam terræ partē inter fra
tres suos aliaꝝ tribuum, si non obstitisset peccatū. Et ideo istæ authoritates sumptæ ad sen-
sum sacræ scripturæ, & prout concordāt cū alijs partibus sacræ scripturæ, nullatenus con-
cludunt articulum pro prima eius parte, nec etiam pro secunda eius parte: quia aliunde q̄
de decimis & oblationibus poterant sacerdotes & leuitæ viuere, vt ostensum est.

Duode-

A 

Vodecimus articulus pro errore condemnatus est, ꝙ non est maior hæreticus vel Antichristus, q̃ ille clericus, qui docet ꝙ licitũ est sacerdotibus & Leuitis legis gratiæ dotari cum possessionibus temporalibus. Et si aliqui ex præuaricatione in lege dei sunt hæretici, apostatæ vel blasphemi, sunt illi clerici q hoc docẽt. Quod autem iste articulus sit erroneus, intelligendo vt intendit aduersarius, propter hoc quod hoc docent: Patet primo, quia si esset & fuisset hæresis, quod licite sacerdotes & Leuitæ legis gratiæ sint possessionibus temporalibus dotati, vt iste articulus ponit: nunq̃ apostoli in suis decretis, & per sua decreta permisissent episcopos habere res aliquas proprietarie, & res aliquas cõmunes ecclesiæ, cũ sic scienter permisissent hæreses, & sustinuissent voluntarie, quod nephariũ est sentire. Sed in decreto apostolorꝫ, quod ponitur in Can. 12. q. cap. 1. Sint. manifeste sic habetur: Sint manifestæ res propriæ episcoporꝫ, si tamẽ habent res proprias, & manifestæ res dominicæ, vt potestatem habeat episcopus moriens de proprijs sicut voluerit, & quibus noluerit derelinquere, ne sub occasione ecclesiasticarꝫ rerꝫ ea quæ episcopi probantur habere, interdicantur. Fortasse aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos & seruos, & iustũ est apud deum & homines, vt nec ecclesia patiatur detrimentũ ignorantia rerum pontificis: nec episcopus vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur. Ex quibus patet, ꝙ apostoli nõ prohibuerũt ecclesiæ, habere res communes: sed concesserunt hoc ecclesiæ. Et ꝙ non prohibuerunt episcopis habere res proprias, & proprietarie testamentum condere. Sed hoc in casu quo haberent vxores, filios, & seruos, tanquam iustũ permiserunt. Et si non prohibuerunt episcopos esse proprietarios: à fortiori, nec cũ temporalibus esse dotatos: ergo nõ est quilibet hæreticus ex hoc, quod docet sacerdotes legis gratiæ licite cũ possessionibus dotari: cum sic decretum apostolorum fuisset hæreticum, & ipsi apostoli hæretici. Et minus malum foret cõcedere aduersarium in hac doctrina esse hæreticũ. Secundo patet, ꝙ illis est licitum habere possessiones temporales, quibus est licitũ esse proprietarios: sed hoc est multis sacerdotibus licitũ: cum sit illis licitum esse hæredes patrum suorꝫ, sicut & alijs modis, donatione, intuitu personæ, vel emptione multa acquirere, de quibus licite possunt testamentum cõdere, vt multipliciter patet in iure: ergo licitum est sacerdotibus possessiones temporales habere, non solum communes, sed etiam proprietarias. Tertio patet idem, quia facti episcopi per apostolos diuersi habuerunt vxores, & prolem, & seruos licite, quibus tenebantur prouidere iure diuino de bonis temporalibus. Non ergo repugnat statui episcopali habere possessiones, de quibus possunt vxoribus, filijs, & seruis prouidere. Nam communiter qui vouent expropriationem, vouent castitatem cœlibatã, sicut omnes religiosi religionis priuatæ, sed nõ econtrario: quia multæ sanctæ mulieres vouent castitatẽ cœlibatam in manibus episcoporꝫ, retinendo tamẽ proprietarie possessiones suas. Ex quo ergo episcopi nõ tenentur ex statu episcopali vouere castitatẽ cœlibatã (vt patet in episcopis orientalibus) ergo nec tenẽtur ex statu episcopali ad expropriationẽ possessionũ temporaliũ. Quarto patet idẽ, quia apostoli multos reges baptizauerũt, quos permiserunt reges permanere, & possessiones retinere. Et inter alios apostolos sanctus Thomas tres reges qui adorauerunt Christũ baptizauit, & episcopos illos fecit, vt habetur in historia triũ regũ aperte, vt docet dominus Bertrandus super epistolam Epiphaniæ, allegans pro se, ꝙ hi tres reges postq̃ fuerunt episcopi, cõstruxerũt ecclesiam miræ magnitudinis de sumptibus suis, vt patet in eadẽ historia, in qua celebrauerũt missas suas, & in qua fuerunt primo sepulti. Et isti remanserunt reges, cum vt reges adhuc iaceant coronati: & ecclesiam illam cũ possessionibus dotauerunt, apostolo hoc Thoma sciente. Ex quo ergo sumptibus suis cõstruxerunt ecclesiam miræ magnitudinis, postquam episcopi fuerunt, ex quo dotauerunt ecclesiam, postquã fuerunt episcopi, apostolo hoc sciente, & non cõtradicente: sequitur quod licitum erat tunc tempotis habere possessiones: & à pari & nunc. Quinto patet idem, ꝙ vi uentibus apostolis, & ipis consentientibus ecclesiæ habuerunt possessiones agrorꝫ: ergo erat licitũ episcopis & sacerdotibus legis gratiæ, tales possessiones habere temporibus apostolorum: igitur à pari & nunc. Assumptum patet in Cano. 12. q. & ca. Apostolicos. vbi sexta synodus generalis definit, ꝙ secundũ canones Apostoloũ episcopi non debent aliena re vasa sacra, nisi pro redemptione captiuorum: nec possessiones rusticanas vendere, & p hoc ecclesiasticos redditus delere: ergo apostolorꝫ Canones ostendunt, quod apostolorꝫ tempore licite habuerunt ecclesiastici possessiones rusticanas, & redditus ex eis. Et hoc idẽ patet ex decreto Pij Papæ: quod ponitur ibidem ca. Prædia. vbi sic: Prædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis vsibus applicant: & deo nostro quibus tradita sunt, ea subtrahũt. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne prædia vsibus

Decreta apostolorum.

B

C

Bertrandus.

Argumẽtum optimum.

secretorum cœlestium dedicata à quibuslibet irreuerenter vendicentur. Quod si quis pre- D
sumpserit, vt sacrilegus iudicetur. Istud Decretum de alijs prædijs, quàm ecclesiasticis in-
telligi non potest. Habuerunt ergo ecclesiastici prædia diu ante Pium Papam: quia illi idē
deuoti domini, qui prædia dederunt ecclesiæ, non abstraxerunt illa ab ecclesia, sed diu post
successores eorꝝ. Nunc communiter Chronicatores dicunt, quod tempore Pij Papæ ve-
nit Polycarpus discipulus Iohannis Euangelistæ Romam, & extinxit multas hæreses. Ex
quo ergo diu ante Pium Papam habuit ecclesia illa prædia: sequitur quod tempore aposto
lorum illa habuit publice & manifeste, quod sine scitu apostolorꝝ fieri nō potuit. Nec ali-
cubi legitur apostolorꝝ aliquem hoc prohibuisse. Igitur viuentibus apostolis, & ipsis con-
sentientibus, habuerunt clerici legis gratiæ possessiones prædiorꝝ. Sexto patet idem, quod
multa Concilia generalia ecclesiæ determinauerunt licitum esse ecclesiasticis, habere pos-
sessiones temporales, & quod illicitum est episcopis & sacerdotibus illas ab ecclesia aliena-
Sicut sanctus Thomas Cātuariensis in Anglia. re, vt in Canone patet locis innumeris. Multi etiam sancti episcopi ab ecclesia canoniza-
ti, & multi sancti abbates, & religiosi ab ecclesia canonizati, hoc idē doctrina, factis & exē-
plis tenuerunt palàm & manifeste. Multi etiam sancti domini temporales ecclesiasticos sa
cerdotes, & clericos legis nouæ cum possessionibus dotauerunt temporalibus, reputātes se
obsequium præstare deo in fic faciendo. Ergo si articulus iste verus esset, sequeretur quod
omnes patres in Conciliis generalibus, qui consentientes & illa docentes, fuissent maximi
hæretici, apostatæ, & blasphemi: quod omnes sancti illi episcopi, sancti abbates, & sancti E
religiosi ab ecclesia pprobati, & canonizati forent hæretici, apostatæ, & blasphemi, qa nū-
quam legitur, quod doctrinam illam reuocauerūt verbo vel opere, sed potius quod in illa
fideliter permanserunt, & etiam quod omnes sancti domini temporales, qui deuota men-
te sic dotauerunt, & facto sic faciendo docuerunt, fuerunt hæretici in hoc, apostatæ & blas-
phemi, quæ conclusio nō solum erronea, sed hæretica censenda est, & ideo iste articulus iu-
ste est condemnatus.

Argumētum wiclephi. Pro isto tamen articulo arguit aduersarius multipliciter, & primo per authoritates ve-
teris testamenti allegatas in articulo priori. 18. Numerorum, & Deuteronomio. 18. & .44.
Ezechielis, ex quibus opponit, quod negatiue legis antiquæ de possessionibus clericorum
erant valde acutæ de diuino mandato, scilicet q̄d non haberēt sacerdotes & leuitæ posses-
siones tales temporales: cum ergo Christus & Apostolus hæc mandata strictius obserua-
uerūt, quàm sacerdotes & leuitæ legis antiquæ, & cum sacerdotes & leuitæ legis gratiæ de-
beāt esse magis elongati à possessionibus temporalibus, quàm sacerdotes & leuitæ legis an-
tiquæ: sequitur, quod non potest esse maior hæreticus & Antichristus, quàm ille clericus
qui supra patres legis veteris docet clericos legis nouæ fic esse dotandos.

Responsio ad argumētum. Hic dico primo, quod argumentum procedit ex malo intellectu primæ authoritatum
vt in articulo præcedenti est ostensum, & ideo nō concludit argumentum. Hic dico secū- F
do, quod non erat prælatis veteris testamenti necessarium dotari cum magnis possessioni-
bus temporalibus: quia habuerunt tot possessiones mobiles, dum ibidem erant in pace in
terra Iudæorꝝ, quod habere multas possessiones immobiles pro agricultura, & redditibus
fuisset eis superfluum. Principalis causa immobilium possessionum, est acquisitio posses-
sionum mobilium. Ex quo ergo ordinatione diuina magnam habuerunt abundantiam pos-
sessionum mobilium: & maiorem forte quàm habeant prælati nostri ex oīnibus suis pos-
sessionibus immobilibus, loquendo proportionaliter de numero ad numerum: ergo fuisset
illis de antiquo testamēto superfluum habere multitudinem possessionum immobilium in
terra Iudæ, quando sic abundabant in possessionibus mobilibus. Qualem habuerūt super-
abundantem copiam bonorum mobilium: partim declaraui in historia directa dño episco
po Erfordensi, contra Valterum Britte magis diffuse in quadam determinatiōe. Sed de
Christus non sufficiēter pꝛuidit prælatis suis de possessionibus mobilibus. talibus possessionibus mobilibus nō est per Christū, vel per Apostolum, vel ordinationē
diuinam immediate nostris prælatis legis gratiæ sufficienter prouisum. Et ideo quamuis
non fuisset licitū sacerdotibus & leuitis legis antiquæ habere in terra Iudæ multas posses-
siones immobiles, pro agricultura & redditibus colligēdis, satis stat q̄d hoc sit licitū præla-
tis nostris legis gratiæ, quibus non est sufficienter prouisum aliunde. Et cum hoc stat, quod
sint magis elongati à temporalium vsu, quàm ipsi fuerūt: quia bona ecclesiastica sunt præ-
latorum pro necessaria sustentatione sua & suorꝝ, & pro necessitatibus pauperum, & causa-
rum ecclesiæ, & nō pro superfluo vsu illorum in psonis proprijs. Sed si ordinatione Chri-
sti habuissent tantam copiam mobiliū, quātam habuerūt sacerdotes Iudæorꝝ ex diuina or-
dinatione, dicerem quod non fuisset eis licitum acceptasse tot possessiones immobiles, nisi
forte ad dispensandum pro necessitatibus pauperum, & ecclesiæ. Et ideo magna est causa
dicere in hoc facto inter sacerdotes legis antiquæ, & prælatos legis nouæ: quapropter ar-
gumētū deficit. Iterꝝ & ex alio capite. Hic dico tertio, q̄d hoc præceptū in his authoritati-

bus con-

A bus contentum non erat morale, sed iudiciale, & partim cæremoniale. Et ideo quamuis sacerdotes legis antiquæ ad hoc tenerentur: non tamen ex hoc sequitur, quod sacerdos legis gratiæ ad hoc teneatur. Hic dico quarto, quod non obstante hoc præcepto negatiuo, contento in authoritatibus allegatis ex. 18. Numerorum, &. 18. Deuteronomij, &. 44. Ezechielis, adhuc post primam diuisionem terræ, aliquæ tribus debuerũt leuitis dare. 48. ciuitates, & suburbana eaꝝ in perpetuam possessionem, vt patet Numeroꝝ. 32. Et iterum non obstante præcepto prædicto poterant possidere agros post, ex voto & oblatione fidelium, quando illi fideles,, quando vouebant fuerunt hæredes agrorum, & volebant redimere, vt patet Leuitici vltimo. Et non obstante præcepto prædicto, poterant sacerdotes & leuitæ acquirere possessiones licite extra terram Iudę. Quæ oñia superiori articulo declarata sunt. Et nũc superaddendo aliam responsionem, dico, quod non obstante prædicto præcepto, sacerdos & leuitæ poterãt titulo emptionis acquirere possessiones licite in terra Iudæ, vt patet Hieremiæ. 32. Erat enim Hieremias de tribu Leui, & de filijs sacerdotũ qui erãt in Anathot, vt patet primo cap. Hieremiæ, & cap. 32. habetur, quomodo emit agrum ab Ananehel patruele suo, & quantum de moneta dedit pro agro, & quomodo accepit librum possessione seruatum in oculis omnium, qui sedebant in atrio. Et ibidem habetur, quod de iure sibi competebat ius emptionis agri, ex propinquitate. Ex quibus patet, quod nõ obstãte prædicto præcepto, nõ solum licite, sed de iure poterant post primam terræ diuisionem acquirere possessiones agroꝝ titulo emptionis in ipsa terra Iudæ, quia ager ille erat in Anathot, vt patet ibidem. Ex quo ergo sacerdotes & leuitæ veteris testamenti, nõ obstãte præ-

B cepto negatiuo poterant post datum præceptum, & post primã terræ diuisionem, tot modis acquirere possessiones agroꝝ licite, & licite possidere: quomodo poterant virtute illius præcepti solummodo sacerdotes & leuitæ legis gratiæ ligari, ne possint possessiones agrorum acquirere, & licite possidere? Patet cuicũq; intuenti, quod hoc præceptum ad hoc illos non ligat plus, quàm sacerdotes & leuitas veteris testamenti. Et licet Chrũs & eius apostoli istud mandatum strictius obseruarunt, quàm sacerdotes & leuitæ veteris legis: ex hoc nullo modo sequitur, quod generaliter sacerdotes, & leuitæ legis gratiæ tenentur illud præceptum strictius obseruare, vt ex sequentibus patebit. Et ideo non cõcludit illud argumentum. Secundo principaliter arguitur ad articulum p authoritates noui testamenti, & primo sic: Lucæ. 15. post parabolam Chrũs sic subiunxit: Oñis ex vobis, qui nõ renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Quomodo autem Chrũs intellexit renuntiationem in hoc verbo Euangelico, ipsi & eius apostoli p conuersationem paupe-

Nõ sequitur Chrũs & apostoli seruarũt, ergo.

rem satis docent. Nã opera Christi & suoꝝ discipuloꝝ, sunt optimi interpretes legis suæ. Hic dico primo, quod si iste modus arguendi eẽt bonus, sequeret, quod non esset quis discipulus Christi, nisi qui renuntiaret omnibus quæ possidet: & sic, sicut Christus & apostoli reliquerunt: cõsequens expresse cõtra Euangelium, & ideo cõsequens est hæreticũ. Scribitur in Euangelio Matthæi: Cum sero factum esset (puta die passionis Christi) venit ho-

C mo diues ab Arimathia, nomine Ioseph, qui & discipulus ipse erat Iesu. Ergo Iesus adhuc viuens vita mortali, habuit discipulos diuites, qui non omnia sic reliquerunt, vt ipsemet & apostoli fecerũt. Consimiliter de Nicodemo discipulo Christi scribitur in Euangelio Iohan. 3. cap. quod fuit princeps Iudæoꝝ, & de eo habetur q̃d fuit diues, qa ordinauit pro sepultura Christi ex suis mirrham & aloes quasi libras centũ. Similiter Zacheus per Christũ conuersus, facta prius restitutione male ablatoꝝ, dimidium bonoꝝ dedit pauperibus, residuum sibi seruando: æque enim dixisset Euangelista, q̃d omnia sua dedit pauperibus, sicut dimidium, si ita fecisset: ergo postquam discipulus Christi, nõ oñia quæ possidebat reliqt. Similiter sanctæ mulieres, quæ sequebantur Christum ministrantes ei de facultatibus suis, fuerunt discipulæ Christi: & ex quo tunc habuerunt facultates, de qbus Christo ministrabant, vt Euangelium docet, nõ omnes facultates suas reliquerant, nec omnia quæ possidebant. Consimiliter de Lazaro resuscitato, qui fuit dominus magnus, postquam discipulus Christi: & de sororibus eius, quæ erãt deuotæ discipulæ Christi, quaꝝ vna possidebat castrum Magdalum, & alia Bethaniam, vt patet in historijs. Patet etiam in epistolis Pauli, quod multi conuersi ad Christum fuerunt diuites mundi, & diuites remanserunt, possidẽdo multa bona. Et ideo est hæretice multipliciter dictũ, & cõtra scripturam, q̃d non est qs discipulus Christi, qui etiam renuntiauit omnibus quę possidet, eo modo quo Chtistus & apostoli reliquerunt. Vnde hæc authoritas in argumento allegata, sic intellecta, sicut aduer-

Eustachius

sarius intelligit, fuit fundamentum hæresis Eustachij, dicentis: Nullum fidelem, qui nõ renuntiat omnibus quæ possidet, spem vllam ad deum habere. Quæ hæresis damnata fuit in

Iulianus imp:

Concilio generali, vt patet in Ca. dist. 16. Fuit etiam fundamentũ hæresis Iuliani apostatæ, qui propter illam authoritatem sic intellectã, auferebat à Christianis possessiones suas. Fuit suã fundamẽtũ hæresis Manichæi, vt patet per beatũ Augustinũ in lib. de moribus eccle-

fiæ expreſſe. Vnde non eſt hæreſis noua, quod hæc authoritas debet ſic intelligi, ſed hæreſis D
valde antiqua. Hic dico ſecundo, quod duplex eſt Chriſti diſcipulatus, vnus neceſſitatis, alius ſuperogationis. Diſcipulatus neceſſitatis cadit ſub præcepto, diſcipulatus ſuperogationis ſub conſilio ante votum. Loquitur ergo Chriſtus in illa authoritate de diſcipulatu ſuperogationis, non cuiuſlibet, ſed ſuperogationis quo ad tria principalia Chriſti conſilia, quaſi in ſũmo gradu in authoritate illa ſumendo renuntiare pro relinquere, vt multi ſumunt: quamuis venerabilis Beda, inter renuntiare & relinquere facit magnam diſtantiam. Et ſic patet ex dictis, quod ſtat multos eſſe Chriſti diſcipulos, & eſſe diuites in diuitijs temporalibus, loquendo de diſcipulatu neceſſitatis, qui cadit ſub præcepto: licet non ſtet eos eſſe diſcipulos ſuperogationis in gradibus quaſi ſũmis, quo ad conſilia Chriſti principalia eſſe diuites ſic in diuitijs temporalibus. Nunc autem Epi & Sacerdotes ac Leuitæ legis gratiæ non tenentur ex ſtatu epiſcopali, ſacerdotali, & Leuitico ad tria conſilia principalia: cum in oriente habeant vxorem, & prolem licite. Nec eſt ex obligatione Chriſti immediata, & ſola,
Statutum eccleſiæ. quòd hi teneantur ad caſtitatem cœlibatam: ſed ex ſtatuto eccleſiæ, hoc tamen in oriente recepto. Ex q̃ eſt manifeſtum, quòd nõ tenent̃ hic ad caſtitatem ex ſtatu epiſcopali, ſacerdotali, vel leuitico: ſed aliũde. Et cõformiter nec obligant̃ ex ſtatu tali ad pauptatẽ exproprietariã. Et p cõſequẽs ſtat cũ ſtatu epiſcopali, q̃ habeãt diuitias ꝓprietarias: nec ad obediendа conſiliaria obligantur, licet obligentur ad obediendum Papæ. Et ideo epi non tenentur ex ſtatu epiſcopali ad diſcipulatum illum ſuperogationis, qui tenet quaſi ſũmum gradum in obſeruatione conſiliorum: licet aliunde tenentur eſſe diſcipuli ſuperogationis in alijs, & ſimpl̃r ſint̃ obligati, vt ſint diſcipuli diſcipulatu neceſſitatis in obſeruatõe p̃ceptoꝝ. Et ſic patet, quòd argumentum non concludit contra epos, ſacerdotes, & Leuitas legis gratiæ, quin poſſent poſſeſſiones temporales poſſidere: non ſolum cõiter, ſed etiam proprietarie. Et ſic E
patet, quod intelligendo authoritatem allegatam, vt intelligit aduerſarius, quod includit hereſes multas. Hic dico tertio, quod aliqui fuerunt modi relinquendi omnia valde pfecti, tamen in certis religioſis. Et ſi epi ſic omnia relinquerent, facerent valde impfecte, & male, quamdiu tenent ſtatum epiſcopalem. Nam diuerſi ſancti pfectiſſimi monachi, ſic omnia relinquebant, & quæ in mundo ſunt, non ſolum quo ad vſum, quod veſtimenta renuebant, & remanebant nudi, exceptis capillis. Et de talibus diuerſis recitantur multa cap. 2. lib. 2. qui dicitur Vitas patrum, quod cap. intitulatur de conuerſatione optima diuerſorum ſanctorum. Nec volebant vti comedendo, niſi herbis agreſtibus, & niſi aquam potando. Et in libro etiam de exhortationibus ſanctorum patrum. ca. 6. qui intitulatur de nulla re poſſidenda, habetur de abbate Theodoro, quòd haberet tres codices bonos, & cum veniſſet ad abbatem Macarium, dixit ei: Habeo tres codices, & proficio in eis in lectione illorum, Dic ergo mihi, quid debeo facere? Reſpondens ſenex, dixit: Boni quidem ſunt actus, ſed magis omnibus eſt nihil poſſidere. Quod cum audiſſet, vendidit memoratos libros, & dedit p̃tium pauperibus. Et conſimilia multa habentur de alijs ſanctiſſimis monachis. Sed ſi epi q̃
habent conuerſari cum populo, docere populum, dicere officium, ſi relinquerent veſtimẽta omnia & libros, facerent valde impfecte. Vnde nec Chriſtus, vel eius Apoſtoli ſic ſtricte F
omnia reliquerunt. Patet ergo, quòd aliquis eſt modus pfectus relinquendi temporalia, & ille repugnat ſtatui epiſcopali. Et aliquis pfectus modus relinquendi poſſeſſiones temporales: qualis fuit modus Chriſti & Apoſtolorum. Et quòd epi ad illum non tenentur ex ſtatu epiſcopali, nec ſacerdotes ex ſtatu ſacerdotali. Et aliquis eſt modus renuntiandi omnibus temporalibus. ad quem omnes ſacerdotes & epi tenentur ex ſuo ſtatu. Et eſt ille quem ponit venerabisis Beda, diſtinguendo renuntiare contra relinquere. Nam ſic renuntiant om̃ibus quæ in mundo ſunt, quamuis multas diuitias teneant, quod non teneantur p affectionem nimiam diuitiarum in mundo: ſed quorum affectio principalis eſt in cœlo, non obſtante q̃ bona mundi teneãt. Et iſto modo non ſolum boni prelati, & ſacerdotes renũtiant
Attende. omnibus, quæ in mundo ſunt, ſed etiam & alij diũites Catholici, qui ſunt in via ſaluandorum. Quia aliâs nullo iſtorum modorum eſſent diſcipuli Chriſti. Hic dico quarto, quòd nõ ſemper opera Chriſti & diſcipulorum (loquendo de Apoſtolis) ſunt optimi interpretes legis Chriſti, ſic quod & alij debeant cõformiter operari, vt innuit in argumento: quia Chriſtus iudaizauit omnibus diebus ſuis vſq; ad noctem qua mortuus eſt mane. Vnde & illa nocte comedit de agno paſchali ceremonialiter, & ritu iudaico. Sed ſi qs Chr̃ianus ſic modo iudaizaret, mortaliter peccaret: & ſic iudaizauerũt Apli, poſtquã fuerũt Apli vſq; ad reſurrectionẽ Chri. Et ſic iudaizare nõ eſt modo catholicum. Et ſic eſt de multis alijs opibus, quæ Chriſtus & Apoſtoli fecerunt, vt aliâs oſtendi. Et ideo nõ ſequitur, Chr̃us & Apoſtoli om̃ibus quæ in mundo ſunt, renuntiauerunt: ergo epiſcopi & ſacerdotes conformiter tenentur renuntiare omnibus quę poſſident. Patet ergo multipliciter, quod non valet argumentum.

Secundo quo ad authoritates noui teſtamenti ſic arguit.

Seruus nõ

A Seruus non est maior domino suo, nec discipulus supra magistrum: sed sufficit discipulo, quod sit sicut & magister eius, sicut Chrūs Math. 4. dixit. Cum ergo Chrūs sit magister optimus, & dominus dominorum, & oēs prælati ecclesiæ, debēt esse serui huius domini atq; discipuli: patet quod non debēt super Christum extolli in dominio seculari. Sed ipse dixit Matth. 8. Quod filius hominis non habet vbi caput suum reclinet: hoc est non habet humanitus, seculariter & proprietarie dominando: qua ergo fronte episcopi nostri Cæsarei audent sic se extollere in dominio ciuili super Christum? Argumētum wiclephi

Hic dico primo, quod si iste modus arguendi esset bonus, sequeret quod nullus rex catholicus Christianus, nullus dux talis, nullus comes talis, nullus miles talis, vel nullus baro talis, vel talis militaris deberet habere seculariter, ciuiliter, & proprietarie dominādo dominium, in quo caput reclinare posset: cū oēs talis rex, dux, comes, baro, & militaris debeat esse seruus Christi, & eius discipulus: & per consequēs nō habere ciuiliter proprietarie dominando vbi caput reclinet magis quàm Chrūs: quia sic extolleret se in dominio ciuili supra Christū, secūdum modum arguendi. Hic dico secūdo, quod ex modo arguēdi sequūtur errores multi. Nam sequitur primo, q̄d sanctus Petrus nō debuit solēniter cathedrari in ecclesia Antiochiæ, vel alia. Nam sicut Chrūs nō habuit vbi caput reclinaret, sic nec habuit cathedram solennem in aliqua ecclesia solenni, in qua sederet vt episcopus: ergo secundum istum modum arguendi, nec Petrus eius seruus & discipulus debuit sic cathedrari in ecclesia Antiochena, extollendo se super Christum in hoc. Secundo sequtur, quod apostoli non de- Responsio ad argumētum.

B buerunt facere construi pulchras & magnas ecclesias: cuius oppositum fecerūt, vt patet in historijs eor̄: quia Chrūs hoc non fecit tempore viationis suæ: ergo nec apostoli extollēdo se supra Christū, hoc facere debuerūt. Tertio sequitur, q̄d episcopi & sacerdotes alij nō debent celebrare ante prandium, & ante meridiē dum sint ieiuni: quia Chrūs dominus, cuius sunt serui & discipuli, hoc nō fecit: sed solum post meridiem pransus, tempore cœnæ: ergo nec episcopi vel sacerdotes alij debent in hoc extollendo se supra Christū, hoc facere: sufficit quod faciant sicut Chrūs magister hoc fecit. Quarto sequtur, quod nō debent episcopi & sacerdotes plures celebrare missas in diuersis diebus successiue, quia Chrūs magister & dominus hoc nō fecit, sed vnica vice celebrauit. Quinto sequtur, quod perfectiores Christi discipuli nunc existentes, non debent dicere symbolum apostolor̄, quia Chrūs magister & dominus, cuius sunt serui & discipuli, hoc nunquam fecit: ergo nec episcopi hoc debent facere, q̄a sic extollerent se supra Christum in hoc. Sexto sequitur, quod perfectiores Christi discipuli & serui nō debent ordinarie celebrare diem dominicum, quia Chrūs magister eor̄ & dominus, dum esset in terris hoc nullatenus fecit, sed potius diem sabbati. Et tales conclusiones ineptæ sine numero sequūtur ex modo arguendi. Et ideo patet, q̄d modus arguendi non valet. Hic dico tertio, quod licet non haberet vbi caput reclinaret, completo dominio ciuili proprietario: habuit tamē vbi caput reclinaret quo ad vsum, & supra dominium originale, id est quo ad certum dominium aduētitium supra originale dominium. Fuit em̄ Chrūs secūdum hominem dominus sabbati, alio dominio quàm solo originali dominio: & dominus suor̄ discipulor̄ alio dominio, quàm solo originali dominio, vt

C Theologis peritis notum est. Et sic fuit dominus domus in qua requieuit dominio alio, q̄ solo originali dominio: & alio dominio, quàm completo dominio ciuili, ad modū loquēdi scripturæ sacræ. Et Ioseph fuit dominus Aegypti, iuxta illud psalmi: Constituit eum dominum domus suæ, & principē oēs possessionis suæ. Et iuxta illud Geñ. Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominat in tota terra Aegypti, vbi dominium sumitur pro regimine populi & bonor̄ terræ, nō pro dominio ciuili, quia Pharao nō fecit Ioseph regem Aegypti terræ, nec proprietarium in bonis Aegypti, sed fecerat eum gubernatorem populi, & terræ, & bonor̄. Et sic sumēdo dominiū pro regimine & gubernatiōe, fuit Chrūs dominus domus in qua requieuit. Et sic sunt episcopi quantumcūq; perfectiores Christi discipuli, dūmodo possessionū episcopatui annexarum, licet non sint domini ciuiles, completo dominio earundem rer̄, sicut nec Christus fuit. Possunt ergo episcopi & prælati habere possessiones ecclesiasticas multas sub tali dominio: quāuis nō extollātur in hoc supra Christū in dominio ciuili. Et ideo istud argumētum vndiq; peccat. Tertio arguit per illud Lucæ. 22. Argumētum Vuiclephi.

Facta contentione inter discipulos Christi, quis eor̄ videret esse maior: Respōdit Christus: Principes gētium dominantur eor̄: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est vestrum, fiat minor: & qui præcessor, fiat sicut ministrator. Ex quibus verbis (inquit) patet, quod Christus distinguit inter maioritatem mundanam, & maioritatem spiritualem quod ad deum, quia primam maioritatem notat per dominationem regum & gentilium, quam simpliciter negat verbis Euangelicis debere competere. Et secūdam notat per hoc, quod talis est vt minor, & vt ministrator: innuens quod quicunq; est humilior, & ex maiori charitate ministrator & diligētior, hic est maior.

Ex q̄.

Ex quibus patet, quod maioritas ſecundum dominium Gentium, & poſſeſſiones terrarum eſt Chriſti diſcipulis prohibita.

Reſponſio ad argumentum

Hic dico, quod illa contentio facta inter diſcipulos, non fuit de poſſeſſionibus terrarum, vel reddituum: ſed fuit de præpoſitura, quis illorum eſſet prælatus poſt Chriſti paſſionem, quę ſtatim imminebat. Et Chriſtus determinauit, quòd nullus deberet deſiderare præpoſituram, tanquam aliquid magni: ſicut eſt præpoſitura regum Gentium: & talem præpoſituram ſuper clerum cuilibet illorum inhibuit. Et conſequenter declarauit, quòd præpoſitura quæ debuit eſſe inter illos, potius debuit eſſe miniſterium, quàm tale ciuile dominium, quale eſt in regibus Gentiũ. Sed ex iſto nullatenus cõcluditur, quod ſacerdotes legis gr̃ę non poſſunt habere temporales poſſeſſiones. Et ideo ſatis inepte adducitur iſte proceſſus pro iſto articulo. Quamuis enim maioritas modo regum Gentium ſit epiſcopis prohibita ſup clerum, & ſuper poſſeſſiones eccleſiaſticas: tamen præpoſitura ſuper clerum, & ſup poſſeſſiones eccleſiaſticas non eſt eis prohibita, nec dominium humilis regiminis, quale fuit dominium Ioſeph ſup populo & rebus Aegypti: ſed bñ dominiũ faſtuoſum modo regum Gentilium eſt eis prohibitum. Et ſic patet primo, quòd non concludit argumentũ. Hic dico ſecũdo, quod p̃t eſſe maioritas in dominio regiminis ſine maioritate in cõpleto dominio ciuili quale eſt in regibus Gentium, quale non habuerunt Apõſtoli in pecunijs poſitis ad pedes illorꝫ. Vnde licet Ap̃li Chr̃i habuerunt maioritatem in dominio regiminis pecuniarꝫ ad pedes illorum poſitarum, quia diſtribuebant illam, prout vnicuique opus erat: non tamen habuerunt dominium ciuile completum in pecunijs illis. Et ideo ſtat perfectiores Chriſti diſcipulos tales habere dominium regiminis ſup poſſeſſiones multas, quãuis non dominarentur complete ciuiliter modo regum Gentium ſuper illas. Et ſic patet, quod habere ſub dominio regiminis poſſeſſiones multas, non repugnat ex Chriſti prohibitione perfectioribus Chriſti diſcipulis. Sed habere multas poſſeſſiones ſub completo dominio ciuili modo regum Gentilium, eſt perfectioribus Chriſti diſcipulis diſcipulatu ſupererogationis, quo ad tria conſilia principalia à Chriſto prohibitum. Et ſic patet ſecundo, quòd non concludit argumentum. Hic dico tertio, quòd in eccleſia primitiua erant epiſcopi in duplici genere, & adhuc ſunt. Quidam erant vltra obligationem ad dei mandata obligati ad tria conſilia Chriſti principalia: & tales ep̃i erant Ap̃li, vt Timotheus, & alij diuerſi, & quales adhuc ſunt ep̃i de religionibus priuatis aſſumpti. Et ad iſtos ſe extendit prohibitio Chr̃i, ne dominent dominio cõpleto ciuili, & proprietarie ſup re aliqua temporali. Alij erant ep̃i in eccleſia primitiua, qui non erant ad tria cõſilia principalia obligati ſub pœna peccati, qui nõ nunquam fecerant votum paupertatis exproprietariæ, nec caſtitatis cœlibatæ: & iſtis nunquam fuit à Chriſto prohibitum ciuiliter dominari complete, & proprietarie, ſuper res quas acquiſierunt hæreditario iure, vel arte licita, vel dono, vel emptione pro ſeipſis. Sic tamen non dominantur ſuper poſſeſſiones eccleſiæ, cũ non poſſent illas donare, vendere, vel alienare. Et licet epiſcopi noſtri occidentales & ſeculares fecerũt votum caſtitatis, propter obligationẽ ſtatuti eccleſiæ: nunquam tamen p aliquod ſtatutum eccleſiæ, vel Chr̃i fuerunt obligati ad vouendũ pauptatẽ exproprietariã. Et ideo ſi volũt, p̃nt licite dominari proprietarie ſup rebus diuerſis, licet nõ ſup poſſeſſiõibus eccleſiæ, nec fuit hoc à Chr̃o eis prohibitũ, ſed ſolum: ep̃is primi generis. Et ſic patet tertio, quod argumentum nõ cõcludit. Quarto arguit ſic

Duo genera epiſcoporum

Argumẽtum Vviclephi

Apoſtolus qui raptus fuit in tertium cœlum, dat prælatis pro regula: Habentes (inquit) alimenta, & quibus tegamur, id eſt, tegumenta, his contenti ſimus, Timoth. 6. vbi Apoſtolus ſimpliciter dicit alimenta, non lautitias plus quàm neceſſitate corpus hominis nutrientis. Et ſimpliciter dicit, & quibus tegamur, non pannus de ſcarleto memorans, nec camiſias ſumptuoſas. Vnde (inquit) p hoc, quod docet nos de talibus contentari, prohibet ſuperfluitates, & vlterius non deducit argumentum.

Reſponſio ad argumentum

Hic dico primo, quòd ex hoc quod Apoſtolus prohibet ſuperfluitates, non ſequitur quod prohibet poſſeſſiones temporales, cum multotiens ſint neceſſariæ pro alimentis & tegumentis ſatis ſtricte ſumptis. Vnde multa monaſteria cum poſſeſſionibus dotata, habent alimenta & tegumenta ſatis parce. Et ideo ex his allegatis, non ſequitur concluſio principaliter intenta. Hic dico ſecundo, quod patet ex proceſſu textus in cap. allegato, & ex Gloſſa ordinaria, & ex antiquis poſt illis, quod Apoſtolus loquebatur in illo proceſſu contra pſeudoapoſtolos qui principaliter prædicabant pro diuitijs temporalibus inordinate acquirendis, & pro quæſtu, & non principaliter pro ſalute animarum, & tunc dicit de ſeipſo Timotheo, quod nullatenus decet prædicare pro quæſtu diuitiarum principali intentione, ſed q̃d pro tempore prædicationis ſufficit habere alimenta & tegumenta, & quod his debent contentari ſine inordinato appetitu diuitiarum. Et cum per alimenta & tegumenta ſecundum expoſitionem doctorum, intelligantur oñia homini neceſſaria vel vtilia pro ſe, & p alijs p

Principali intentione.

qbus

A quibus habet prouidere. Nõ enim excludebat libros quos scripsit & habuit, nec necessaria ad scripturam librorũ, cum in alia epistola miserit expresse pro membranis sibi reportandis: & à pari nec alia sibi & suis necessaria pro tempore præsenti, & de proximo imminẽti. Erat autem Apostolus & Timotheus cui scripsit ista verba, episcopi de primo genere episcoporum: & fuerũt sine vxoribus, sine filijs, & obligabãt se ad consilia paupertatis expro prietariæ, & castitatis cœlibatæ, & ad consilia ista, quasi in supremo gradu. Et ideo multa erant eis prohiblta, quæ episcopis de secũdo genere prohibita uon erant. Et ideo quamuis cõceditur, quod nõ erat episcopis primi generis licitum habere possessiones multas proprietarie: ex hoc non sequitur, quin sit licitum episcopis secũdi generis possessiones habere satis multas proprietarie. Et ideo argumẽtum nõ cõcludit. Hic dico tertio, quod in modo arguendi impingit in Christum, & in apostolos Christi sanctos: quia Chrũs & eius apostoli multotiẽs fuerũt in magnis conuiuijs, vt patet in Euãgelio, in quibus delicata & lauta fuerũt eis appositа, & sic Chrũs docuit discipulos vt comederent ea quæ eis apponerẽt, nõ distinguendo inter lauta & non lauta. Ergo dicendo quod lautitiæ erãt perfectis prohibitæ, impingit in Christum & apostolos, qui laute vtebãtur in mẽsis aliorum. Similiter quãdo Chrũs sponte eligit domum, in qua voluit cœnare & celebrare, nõ elegit domum paruam, sed elegit domum magnam & sumptuosam. Habetur eñ Luc. 22. quod Chrũs misit discipulos in ciuitatem ad quẽdam, & dixit: Ipse ostẽdet vobis cœnaculũ grande stratum, & illic parate nobis. Apostoli etiã (vt patet in historijs eorũdem) fecerũt fieri ecclesias miræ magnitudinis. Et ideo innuendo in argumẽto ex verbis apostoli, quod ædificia magna
B & lautitiæ sint viris perfectioribus oñino prohibitæ, impingit in Christum, & apostolos eius sanctos. Et sic multipliciter peccat argumentum. Quinto arguit sic:

Petrus princeps apl'orum, præcepit quod nõ simus dominãtes in clero: sed forma facti gregis ex animo & voluntate facti humiles ad gregis ministerium, & nõ discentes quomodo poterimus subditis dominari. Sed episcopi quærendo sibi castella & prædia, dominantur in clero: & machinantes quomodo possent vestiri solennius, & dimissa consideratione ministrationis ecclesiæ, splendidius præornari, dominantur in clero: quia vita Christi & apostolorum docet quomodo intellexerunt ista verba, per hoc innuens, quod non sit licitum episcopis habere castella & prædia. Argumẽtum wiclephi.

Hic dico primo, quod doctor de Lyra, & alij sic exponũt dictum Petri allegatum, non dominantes in clero, id est nõ eleuati per superbiam, ratione prælatiõis: sed forma facti gregis, id est tenentes debitam humilitatem, ad subditorum informationem. Sed tenere debitam humilitatem ad informationem gregis, & nõ eleuari in superbiam ratione prælationis, possunt episcopi satis bene cum possessionum retẽtione, castrorũ & agrorũ. Nonne Melchisedec summus sacerdos & episcopus possedit castra, & agros, & redditus, quãdo simul cum sacerdotio fuit rex Salem? & ideo istud argumẽtum nõ concludit, q̃d non est licitum habere possessiones castrorũ & agrorũ: quia nõ oportet q̃d episcopi sint dominantes in clero illo modo, quo Apostolus loquebatur de dominatione, ex hoc quod possident castella & prædia. Nec oportet quod sint dominantes in clero prædicto modo, quo dominãtur principes gẽtium, ex hoc q̃d solenniter & splendide sint vestiti. Tenet eñ dñs Armachanus. 32. cap. sexti libri, de pauperie, q̃d episcopus cũ artissima paupertate potest tenere pretiositatem in victu, vestitu & equitatu. Et vlterius tenet, q̃d in casu si præmissa respueret, minus ptrfecte ageret, aut peccaret: quoniam cum apl'o semper illud debet obseruare: Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium vestrũ. Respuẽdo talia multotiens ponerẽt episcopi ministerium suum vt vituperio. Et ideo patet clare, quod non valet hoc argumẽtum. Sexto arguit sic: Apostolus Corinth. 8. supponẽs vt fidem, quomodo omnes debemus sequi Christum in moribus, sic subiungit: Reſponſio ad argumẽtum.

Scitis (inquam) gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt eius inopia vos diuites essetis. Cum ergo non liceat negare, quin oporteat omnes fideles Christum sequi in moribus: patet quod in gradu suo oportet clericos specialiter in paupertate humili sequi ipsum. Vnde (inquam) religiosi nostri, vtinã non ficte confiterentur concorditer tanquam substantiam religionis suæ, obedientiam seruandam, Chri paupertatem & castitatem. Et de istis innuit, licet vlterius non deducat, q̃d oportet omnes clericos esse pauperes, vt Chrũs fuit. Argumẽtum wiclephi

Hic dico, quod ex hoc modo arguendi sequuntur errores. Nam sequitur primo, quod oportet omnes rẽges, fideles, omnes duces, omnes comites, barones, militares, milites, & omnes mercatores fideles esse pauperes, vt Chrũs fuit: & esse egenos, & nõ proprietarios, quia non licet negare, quin oportet omnes fideles Christũ sequi in moribus: & omnes isti sunt fideles, ergo oportet oñes istos Chm̃ sequi moribus. Ex quo ergo Chrũs sic fuit pauper & egenus, quod nõ diues in tẽporalibus, nec proprietarius, sequtur q̃d oportet oẽs istos Reſponſio ad argumẽtum.

tales

tales esse. Sequit secundo, quod illi veri pauperes Christi in Hierusalem q omes possessiões D suas vendiderant, & posuerant pretia ante pedes Apostolorum in primitiua ecclesia, non sequebantur Christum in moribus, vt oportet: quia vt dicit scriptura: Non erat tunc egens inter eos. Et Christus fuit non solum pauper vel egens, sed etiam egenus. Sequitur tertio, quod oportet omnes fideles esse virgines, & specialiter omnes clericos, siue in oriente, siue in occidente: qa oportet oes clericos in gradu suo, in virginitate humili sequi Christum ergo oportet omnes fideles esse virgines, & specialiter omnes clericos. Item sequitur, quod corruptus non debeat promoueri in sacerdotem. Item sequitur, quod qui duxerit matrimonialiter virginem, non possit promoueri in sacerdotem. Item sequitur, quod sanctus Petrus minus bene per Christum fuisset ordinatus in epm & sacerdotem, cum fuit vxoratus. Quæ omnia sunt falsissima. Sequitur quod oportet omnes fideles, & specialiter omnes cle-
Iudaizare. ricos Iudaizare in moribus: quia sic fecit Christus vsque in finem vitæ suæ. Sequitur quinto, quod oportet omnes fideles, specialiter clericos ieiunare per quadraginta dies & noctes, sine cibo, vel potu medio tempore sumpto, quia sic ieiunauit Christus. Et cõsimiles errores aliâs deduxi valde multos in quadam quæstione de conformitate nostra ad opera Christi, in qua declaratum est, quod in multis non tenemur sequi Christum in moribus: quod in multis omnes fideles adulti, & vsum rationis habentes, tenemur sequi mores Christi diuersos: quia Apostoli in multis tenebantur sequi mores Christi, in quibus nec communitas fidelium, nec communitas sacerdotum prælatorum tenentur sequi mores Chri. Et in specia li authoritatibus Gregorij, Augustini, & aliorum doctorum fuit hoc ostensum, de pauper- E tate Chri & Apostolorum, loquendo de paupertate Chri & Apostolorum secundum gradum supremum, quem obseruauerunt. Et ideo licet oporteat omnes fideles Christum sequi in moribus: non tamen oportet omnes fideles Christum sequi in moribus oibus suis sed varios status fidelium in varijs, atque varijs moribus. Et licet specialiter clerici teneantur in gradu suo sequi Christũ in moribus: non tamen oes clerici in moribus suis. Et specialiter nec omnes clerici in supremo gradu paupertatis, quam Chrus tenuit, tenentur eum sequi, vt doctores satis ostendunt. Et sic patet, quod argumentum non concludit contra
Episcopi. possessiones clericorum, licet Chrus tales non habuerit. Vnde episcopi secundum iura, licet sint successores Apostolorum in authoritate vel paternitate spirituali, non tamen ex statu episcopali sunt successores Apostolorum in expropriatione: sed potius religiosi, & diuersi religiosi secundum diuersos modos & gradus. Et forte nec episcopi communes parificantur modo Apostolis in authoritate & paternitate spirituali: nec aliqui religiosi communiter nunc existentes in expropriatoria paupertate. Nam Apostoli fuerũt patres spirituales fidelium, & genitura spirituali & cura. Primo enim generabant eos in fide, & post habuerunt eorum curam, vt fides nutriretur, & roboraretur in eis. Episcopi nunc sunt communiter patres cura spirituali, sed non genitura in fide, quibus præsunt, sed præsupponunt in eis fidem, & perfectius est esse patrem, & genitura, & cura, q̃ esse patrẽ sola cura, cæteris paribus. Iterum apostoli perfectiorem habuerunt potestatem iurisdictionis quàm habent communes episcopi nostri, & vniuersaliorem. Vbicunque enim veniebãt, & conuertebant populum in magnis ciuitatibus authoritate ordinaria à Christo data, constituebant episcopos in il F lis ciuitatibus, q̃d nõ pñt cões episcopi modo: Quinetiã Apli excõicabant, tradebãt excommunicatos potestati satanæ, vt flagellaret, & vexaret eos in corpore: quam authoritatem & potestatem non habent episcopi modo. Et ideo non parificantur Apostolis simpliciter in paternitate, & authoritate. Et sic nec religiosi modo communiter in paupertatis expropriatione. Quidã enim abdicant omne ius ciuile litigatiuum, & conforme dominium in rebus temporalibus in proprio, sed non in communi. Quidam abdicant etiam tale ius, & dominium conforme in possessionibus & redditibus magnis, tam in proprio, quàm in communi: sed non paucarum rerum vsui necessarium, vt domorum, librorum, vtensilium. Quidam abdicant omne tale ius & dominium omnium talium rerum magnarum & paruarum retinent tamen quo ad vsum prouisionem certarum rerum in futurum, & cogitationem de crastino. Sed Apostoli tantam obseruabant paupertatem, quod nec haberent æs in zonis, nec peram pro victualibus reponendis, nec cogitationem volebant habere pro crastino, hoc est pro tempore prolixe futuro, pro seipsis, quãdo erãt in locis vbi ex quotidianis laboribus, oblatiõibus, vel eleemosynis poterãt viuere. Et tam altũ gradum pauptatis obseruãt communiter aliqui religiosi modo, nec obseruare tenẽtur. Ex quo ergo religiosi nõ tenẽtur ad illam altam paupertatem expropriatoriam, quam Apli obseruauerũt: cum tñ sint in paupertate expropriatoria Apostolorum successores, & non sic epi ex statu episcopali: sequitur à multo fortiori, quod epi ex statu episcopali, ad illam altam paupertatem, quam Christus & Apostoli seruauerunt, non sunt ex statu episcopali obligati. Et sic ex alio capite patet, q̃d argumentum non concludit. Septimo & vltimo, arguit pro articulo sic:

Aposto-

A Apostoli post missionem spiritus sancti dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbū dei, & ministrare mensis: & hinc constituerunt septem diacones super hoc opus, sed quis dubitat, quin ille p̄latus magis negotijs se secularibus implicat, qui relicto Christi officio in vita quam mundus exigit, se nutriat? Apostolus tamen dicit, q̄ nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus: & cum nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur. Patet inquam, q̄ p̄latus habet illum honorem, puta in possessione terrarum & reddituum à diabolo. Et sic (iuxta primum verbum Lucæ) talis non potest esse Christi discipulus, sed discipulus Antichristi. Et cum p̄sumit esse maior domino nostro Iesu Christo, puta in temporalibus: patet q̄ non est eius discipulus seu seruus, sed discipulus Antichristi. Argumētum wiclephi.

Hic dico primo, q̄ apostoli administrationem & dispensationem temporalium non cōdemnauerunt in viris ecclesiasticis, & in p̄latis, sed approbauerunt: cum ipsimet ad tempus hoc fecerint, & post cōstituerunt septem leuitas, qui intenderunt administrationi temporalium, dum ipsi apostoli orationi insistebant, & p̄dicationi verbi dei, vt patet actuū. 6. ca. Et ideo inepte adducit processum ad cōdemnandum in ep̄is & clericis omnem solicitudinem, & occupationem in rebus temporalibus. Sed bene apostoli cōdemnauerunt solicitudinem circa temporalia in p̄dicatoribus, pro tempore quo necesse est eos p̄dicare, si tunc propter occupationem in rebus temporalibus dimittunt tunc p̄dicationem ad quam obligantur. Vnde ad illum finem ponebant p̄tia domorum & agrorum venditorum ad pedes B apostolorum, vt apostoli vel p seipsos, vel p alios idoneos illa dispensarent. Et apostoli facto ostenderunt, q̄ ecclesiasticos reputabant adhuc magis idoneos quàm laicos, quando cōstituerunt septem leuitas sup hoc opus administrationis. Vnde secundum decretū Anacleti Papæ, qui fuit tempore discipulorum, & sciuit intentionem eorum, Apostoli permisissent agros oblatos remansisse ecclesiæ in Iudæa, & nō exposuissent venditioni: nisi quia sciuerunt ecclesiam in Iudæa nō diu duraturam, vt sæpius declaratum est. Et sic patet primo, q̄ argumentum non valet. Hic dico secundo, q̄ quantum ad aliam authoritatē Apostoli, q̄ nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus, & quantum ad hoc q̄ ponit p̄latos se intricare secularibus negotijs, propter occupationes quas habent circa possessiones terrarum & reddituum. Dico vno modo, q̄ Apostolus loquitur ep̄is & clericis primi generis, qui militant deo perfectissimo genere militiæ, vel quasi p̄fectissimo: & nō de ep̄is vel clericis secundi generis, qui paupertatem nunquam vouerunt. Si loquamur de possessionibus proprietarijs terrarum & reddituum, & si loquamur de possessionibus communibus ecclesiæ annexis, tunc p̄fectissimi possunt occupari aliquando circa illa negotia secularia: si tamen secularia dici debent, nec tamen propter hoc implicāt se negotijs secularibus: quia aliud est implicare se, & aliud implicari à superiori pro bono communi. Qui autem laborat pro honore episcopatus, quantum potest, vt habeat abundantiam possessionum, vt laute & honorifice viuat: ille implicat se negotijs secularibus cōtra Apostolum, & non est militans Christo, sed mundo. Sed si ep̄atus imponatur alicui ab ecclesia propter sufficientiam quam habet in scientijs & moribus, & de prudentia regendi, quantumcunq; sint magnæ possessiones annexæ ep̄atui, ille nō implicat se negotijs secularibus, sed p superiorem cui tenetur obedire, implicatur ad occupationem circa temporalia ecclesiæ, & sic non facit cōtra doctrinam Apostoli. Alio modo dico, q̄ aliud est implicare se negotijs secularibus, C & aliud applicare se ad negotia secularia ad tempus propter necessitatem. Ille implicat se negotijs secularibus, qui voluntarie, & principali intentione inuoluit seipsum in illis, quantumcunq; vacare debet occupationi spirituali. Et hoc nō facit p̄latus, qui militat bene Christo. Sed bonus miles Christi habet applicare se ad negotia secularia: aliàs Paulus nō manibus laborasset pro victu acquirendo: aliàs Paulus nō diceret ep̄o, quod bene prouideat domui suæ, vt intrinsece habitantes habeant sufficientiam: aliàs nō p̄ciperet ep̄is esse hospitales, vt aduenientes habeant sufficientiam: aliàs nō fuisset Paulus ita solicitus pro illis religiosis pauperibus in Hierusalem, qui omnia reliquerant, ad cōgregandum pecuniam pro eis: & pro nullis alijs pauperibus legitur fuisse ita solicitus sicut pro eis. Aliàs Christus nō se occupasset circa comestionem corporalem, seu cibationem temporalem populi in deserto. Aliàs solicitudo Marthæ circa temporalia Christo necessaria, nō fuisset à sanctis commendata. Aliàs Euangelia non commendarent sanctas mulieres, quæ sequebantur Christum, & ministrabant ei de facultatibus suis. Applicatio ergo ad talia negotia secularia, nō est ep̄is p̄fectissimis illicita: sed ipsis, & alijs necessaria. Nec ꝓpter applicationem ad temporalia implicant se negotijs secularibus, vt p̄mittitur: quia libentius in spiritualibus forēt occupati, quando sunt p̄fecti. Alio adhuc modo potest dici, quod ad literam in prima secūdæ ca. ad Timotheum, vbi allegatur authoritas, vocat p̄dicatorem verbi dei militē Christi: & vult dicere, quod nullus militans deo, id est, propter deum p̄dicans verbum dei, p̄dicat principaliter propter lucra secularia, sicut fecerunt pseudoapostoli, de quibus loque- Attende. Responsio ad argumētum.

batur vltimo cap. ad Timotheum. Ille enim proprie implicat se negotijs secularibus militãdo, qui facit opera spũalia propter lucra temporalia. Et sic intelligendo authoritatẽ, vt diuersi postillatores intelligunt, nihil cõcludit argumentũ contra possessiones ecclesiæ. Alio adhuc modo dici potest, ꝙ Apostolus hic vocat negotia secularia illa, quæ sine pctõ mortali exhiberi, aut vix, aut nullatenus possunt, de quibus loquitur Gregorius in homilia paschali, quãdo quærit, quare Petrus post resurrectionem Christi ad piscationẽ redijt, & Matthæus ad telonei negotiũ nõ redijt. & sic loquitur ecclesia de negotijs secularibus, extra, ne clerici vel monachi se secularibus immisceant, ca. 1. Et sic loquendo de negotijs secularibus constat ꝙ nullus militans bene deo, & maxime p̃dicator verbi dei, de quo loquitur Apostolus, implicat se negotijs secularibus, sed nec applicat se talibus. Sed regere & dispensare possessiones cõmunes ecclesiæ potest quis sine pctõ mortali. Et sic fecerunt multi sancti epi, multi sancti abbates, & priores: & ideo regere & dispensare bona communia ecclesiæ non debet inter secularia illa negotia computari, de quibus loquitur Apostolus. Et patet tunc, ꝙ argumentum nõ concludit. Alio adhuc modo potest dici, quod armis intendere, iudicium sanguinis exercere, vel in curijs secularibus iudices & aduocatos esse, incontizare propter lucrum, & cõsimilia, vocantur negotia secularia. Et hoc modo loquendo de negotijs secularibus, nemo militans deo bene p spirituales occupationes p̃dicationis verbi dei, implicat se talibus negotijs secularibus, nec applicat se illis: cum quo satis stat, ꝙ talis regat & dispenset temporalia ecclesiæ. Et ideo multipliciter patet, ꝙ istud argumentum contra possessiones ecclesiæ nõ concludit: & patet ꝙ falso innuit de bonis p̃latis, ꝙ habent honorẽ in possessione terrarum à diabolo: quia in principio quasi ecclesiæ & tempore apostolorũ habuerunt ex oblatione fidelium deuota tales possessiones. licet non legatur de ecclesia Romana, ꝙ habuit p̃dia ante tempora Vrbani Papæ primi: Aliæ tamen ecclesiæ de consensu apostolorum habuerunt: & ideo nõ à diabolo habuerunt epi sic possessiones terrarum, vt falsissime innuit. Et patet vlterius, ꝙ iste articulus ex alio capite est erroneus: quia dato ꝙ esset hæresis vel error, dicere, ꝙ licitũ est sacerdotibus & leuitis legis gratiæ dotari cũ possessionibus temporalibus, tamen adhuc hæresis magis magna esset, ꝙ nullus deus est trinus & vnus: & ꝙ Christus non est deus, & sic de multis alijs. Et ideo licet hoc dictum esset hæreticum, sicut nõ est, sed potius catholicum: adhuc aliquis esset maior hæreticus, quàm ille qui hoc doceret: quia ille qui pertinacius doceret, nullum deum esse trinum & vnum. Et sic patet, ꝙ hic articulus est multipliciter erroneus, & quod argumenta pro articulo facta, non sunt alicuius valoris.

Gregorius

Ecclesia Romã. nõ habuit p̃dia ante tẽpora Vrbani.

D

E



Ertiusdecimus articulus vt hæreticus in suo vniuersali intellectu cõdemnatus est, ꝙ nõ solum domini temporales possunt auferre bona fortunæ ab ecclesia habitualiter delinquente, nõ solum eis hoc licet, sed debent hoc facere sub pœna damnationis æternæ. Quod hic articulus vniuersaliter intellectus sit hæreticus, patet ex hoc ꝙ illa assertio est hæretica, quæ ponit ꝙ quis sub pœna damnatiõis æternæ deberet facere iniustũ, vel ꝙ ad se nõ pertinet, cũ sit assertio cõtra fidẽ. Sed aliqua ecclesia particularis potest habitualiter delinquere, & tamẽ occulte: & potest habitualiter delinquere crimine mere spũali, ita ꝙ non crimine aliquo modo seculari, de quo dñi & iudices temporales nõ debent se aliquo modo intromittere, nisi in maximo defectu p̃latorum. Cũ ergo omnino sit iniustũ, ꝙ domini temporales debent punire iudicialiter pro crimine omnino occulto: & cũ omnino sit iniustũ, ꝙ dñi temporales debent de criminibus mere spiritualibus se intromittere, quamuis manifestis, q̃diu p̃lati ecclesiæ faciunt quod debent circa correctionẽ: sequitur ꝙ assertio est hæretica, quæ ponit vniuersaliter, ꝙ dñi temporales debent sub pœna damnationis æternæ auferre bona fortunæ ab ecclesia habitualiter delinquente. Item patet ex priori articulo, vt ex processu suo lib. 4. Trialogi, & supplemento quarti liquet, ꝙ intentionis suæ est in isto articulo, quod dñi temporales omnino debent sub pœna damnationis æternæ auferre ab ecclesia possessiones ecclesiæ: castra scilicet, maneria, agros, & redditus, & quod ecclesia habitualiter delinquit intentione illaꝝ possessionũ. Et sic ex hoc non committerent sacrilegiũ domini temporales, quod auferrent illa bona fortunæ ab ecclesia quantumcunq; aliunde ecclesia bene viueret, & quantũcunq; nõ esset necessitas illa auferendi. Cuius oppositum est damnatũ in multis Concilijs generalibus, vt patet in Canone palàm. Item ex isto articulo sequitur, quod omnes reges sancti & dñi qui potuerunt sic auferre ab ecclesia talia bona, & nõ fecerunt, nec de hoc pœnituerunt, sunt damnati. Item ex isto articulo sequitur, quod reges & duces, qui antiquitus dederunt militibus simplicibus, & militaribus maneria & redditus

F

A ditus, debẽt à ſucceſſoribus illoꝝ auferre illa maneria ſub pœna damnationis æternæ quã docũq; habitualiter peccauit. Et hoc dicere, eſt dicere eſſe mortale pctm̃ quod nõ eſt mortale pctm̃, & per cõſequens eſt dicere hæreſim. Et patet cõſequentia, quia nõ eſt danda cauſa diuerſitatis. Itẽ ex motiuo principali pro articulo ſequitur, ꝙ populares poſſunt à regibus & ducibus, & eoꝝ ſuperioribus licite auferre poſſeſſiones eoꝝ, quandocũq; habitualiter delinquunt. Nam principale motiuum antiquum ſuum eſt iſtud:

« Deus nõ poſſet eſſe, niſi poſſet permittere eccleſiaſticos ad tantum delinquere, ꝙ mereantur poſſeſſionibus ſuis ſpoliari: nec poſſet ſpoliationem talem cauſare, niſi poſſet facere dominos temporales meritorie exequi cauſam: ergo concluſio. Argumẽtum wiclephi.

Conſimiliter arguitur: Deus nõ poſſet eſſe, niſi poſſet permittere reges, duces, & ſuperiores in poteſtate laicali ad tantũ delinquere, quod mereantur poſſeſſionibus ſuis, & dignitatibus ſpoliari: nec poſſet ſpoliationẽ talem cauſare, niſi facere poſſet populares meritorie exequi illã cauſam: ergo populares poſſunt à regibus, ducibus & ſuperioribus in poteſtate laicali licite auferre poſſeſſiones eorum, & dignitates, quandocunque habitualiter deliquerint. Modus arguendi eſt ſuus ab antiquo, & cõcluſio eſt expreſſe cõtra ſacrã ſcripturam, vt inferius deducetur: quia deus ꝑcepit fidelibus ſuis omnibus, ne auferrẽt à filijs Eſau infidelibus, & publice, & habitualiter idololatris poſſeſſiones. Et dicere, ꝙ pro quocunq; pctõ continuato deberent populares auferre poſſeſſiones, & dignitates à regibus eoꝝ, & Reſponſio ad argumẽtum.

B eoꝝ ſuperioribus, eſt multipliciter cõtra ſcripturã, vt inferius patebit. Et ideo iſte articulus merito inter alios eſt cõdemnandus hæreticus. Et in iſto articulo, & modo arguendi aduerſarius turpiter cõtradicit ſibijpſi: quia ponit ꝙ omne quod erit, abſolute neceſſario erit: & ꝙ ſi hoc nõ erit, hoc nõ poteſt eẽ. Et ideo conſequenter habet dicere, ꝙ ſi deus nõ permittit eccleſiaſticos ad tantũ delinquere, quod mereantur à poſſeſſionibus ſuis ſpoliari: ergo deus nõ permittit eccleſiaſticos ad tantũ delinquere, ꝙ mereantur à poſſeſſionibus ſuis ſpoliari. Et cum antecedẽs ſit ſibi dubium, an deus hoc permittat, patet ꝙ habet iuxta principia ſua negare cõſequentiam iſtã: Si deus poteſt eẽ deus, poteſt permittere eccleſiaſticos ad tantũ delinquere, ꝙ mereantur à poſſeſſionibus ſuis ſpoliari, &c. Pro iſto articulo nõ facit in Trialogo aliquã rationẽ ſpecialem, niſi ſupponendo exꝑdictis argumentis ſuperius ſolutis, ꝙ domini temporales grauiter peccauerunt, dotando eccleſiam, & ꝙ debent de illo pctõ puniri, & ſic auferre temporalia illa ab eccleſia, quæ eccleſiæ dederunt. Sed patet ex dictis, ꝙ aſſumptum vniuerſaliter intellectum eſt omnino falſum. Et dato ꝙ in caſu ſingulari eſſet verum, ꝙ dominus temporalis donando temporalia peccaret, vtputa ex vana gloria, ex hoc nullo modo ſequitur, ꝙ vere pœnitendo debeat ab eccleſia illa auferre, cum hoc non debeat fieri etiam hiſtrioni, &c.

C  Vartuſdecimus articulus pro hæreſi condemnatus eſt: Si corporalis vnctio foret ſacramentum, vt modo fingitur, Chriſtus & eius apoſtoli ipſius promulgationem non tacuiſſent. Quod enim iſte articulus ſit hæreticus, patet: quia ſupponit fictionem eſſe, quod ſacramentum extremæ vnctionis ſit verum ſacramentum: cum tamen oppoſitum in materia de ſacramentis ſit ab vniuerſali eccleſia approbatũ. Item iterum eſt hæreticus, quia aliter ſentit de illa ſcriptura apoſtoli Iacobi: Infirmatur quis ex vobis, inducat ſuper ſe preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto in nomine domini: quàm ſpiritus ſanctus efflagitat, & aliter quàm doctores à tempore apoſtolorum vſq; ad tempora noſtra ſentiebant, quia in illa fundabant hoc ſacramentum. Et tertio eſt hæreticus, quia ſupponit nihil eſſe catholicum, cuius promulgationem Chriſtus & apoſtoli tacuerunt in ſacra ſcriptura, & hoc eſt hæreticum, vt inferius patebit. Pro iſto articulo nullam omnino facit rationem alicuius ponderis, vel dignam recitatione, &c.

 Vintuſdecimus articulus cõdemnatus eſt, quod quicunq; eſt humilior, eccleſiæ ſeruitiuior, & in amore Chriſti quo ad ſuã eccleſiam amatiuior, ille tam in eccleſia militante maior & proximus Chriſti vicarius eſt.

Hic articulus condemnatus eſt pro errore ſapiente hæreſim, & rationabiliter. Primo, quia ſic non certificatur eccleſia ſine ſpeciali reuelatione diuina, quis eſſet in eccleſia militante proximus Chriſti vicarius, quia neſcit eccleſia militans, qualis perſona eſt in illa humilior, eccleſiæ ſeruitiuior, quo ad ſuam eccleſiam amatiuior: nec ſcire hoc poteſt ſine ſpeciali reuelatione. Secundo eſt hæreticus rationabiliter condemnatus: quia dato articulo, ſequitur quod vero vicario pro

ximo Christi mortuo, statim est aliquis alius verus & proximus Christi vicarius absque D
omni electione iuridica cleri vel populi: quia ipso mortuo aliquis est humilior in ecclesia, ecclesiæ seruitiuior, & in amore Christi, quo ad suam ecclesiam amatiuior. Et si sic, errasset ecclesia à tempore apostolorum, vsq; ad tempora nostra circa personam papæ. Tertio est hic articulus rationabiliter condemnatus: quia dato articulo dubitare deberet ecclesia, si vnquam beatus Petrus fuit proximus Christi vicarius in terris, quia dubitare habet ecclesia si Petrus fuit humilior Andrea apostolo vel Iacobo, vel quocunq; alio Christiano humilior: & per consequens habet dubitare, an Petrus vnquam fuit humilior, ecclesiæ seruitiuior, & quo ad ecclesiam amatiuior alio quocunq; Christiano: & per consequens, articulo dato habet etiam dubitare si beatus Petrus vnquam fuit proximus Christi vicarius. Et sic de quocunq; alio papa à tempore apostolorum, vsq; ad tempora nostra. Quarto est hic articulus rationabiliter condemnatus: quia dato articulo cum alia sententia sua sequitur, quod mulier æque potest esse episcopus & sacerdos, sicut vir. Et sic sequitur, quod beata virgo fuit papa, & proximus Christi vicarius, tempore quo Petrus apostolus episcopus Romanus fuit, quia ipsa fuit humilior Petro, & ecclesiæ seruitiuior & amatiuior, secundū quod cōsequenter habet dicere. Quinto est hic articulus rationabiliter cōdemnatus: quia dato articulo sequitur, quod nullus debet credere se esse papam, nec proximum Christi vicarium in terris: quia nullus virtuose credit se esse humiliorem inter omnes viuentes, vel q̄cunq; alio ecclesiæ seruitiuiorē. Cum ergo nullus potest esse papa, secundum articulum nisi sit talis, sequitur quod nullus vnquam debet credere se esse papam: imò credendo se esse papam, esset non papa, & non Christi vicarius: quia non esset tunc inter omnes humilior. E
sed potius præsumptuosior, credendo se omnium aliorum virtuosiorem. Sexto est hic articulus rationabiliter condemnatus: quia dato articulo sequitur, quod quandocunq; subditus papæ fit ipso humilior, & ecclesiæ seruitiuior, papa desinit esse papa, & proximus Christi vicarius, absq; cessione iuridica, & iuridica depositione: quia tunc ille humilior, & ecclesiæ seruitiuior fit papa, & non est primus papa, qa extunc nō est humilior, nec ecclesiæ, &c. Septimo est hic articulus rationabiliter cōdemnatus: quia dato articulo, & posito q̄ essent duo vel tres æque heroice humiles, & in æquali gradu, & nullus alio illorum esset humilior vel amatiuior: sequitur q̄ duo sunt vel tres papæ æqualis p̄eminentiæ, vel q̄ nullus est papa: quia qua ratione vnus esset proximus Christi vicarius, & alius istorū trium. Octauo est iste articulus rationabiliter cōdemnatus: quia dato articulo, sequitur q̄ si ille qui est papa, & Christi proximus vicarius, statim post peccabit in aliqua specie mortalis peccati, quantūcunq; occulto, statim desinit esse papa, & Chri proximus vicarius: quia eo ipso nō est humilior & virtuosior in ecclesia. Et tales ineptiæ & fatuitates magnæ deduci possunt in articulo in magna multitudine. Pro articulo nō facit aduersarius in Trialogo aliquā rationē.



Extusdecimus articulus pro hæresi cōdemnatus est, quod ad verum dominium seculare requiritur iustitia dominantis: sic q̄ nullus in peccato mortali est dominus alicuius rei.
Quod aūt iste articulus sit hæreticus, patet quatuor vijs. Primo, F
quia repugnat sacræ scripturæ. Secundo, quia repugnat determinationi ecclesiæ. Tertio, quia antiqui doctores catholici & sancti, tradiderunt articulū esse cōtra fidē ecclesiæ. Quarto, quia ex articulo sequuntur hęreses diuersæ. Est ergo articulus hæreticus. Primo, quia repugnat sacræ scripturæ. Vnde Gene. 30. patet, q̄ postq̄ peccauerunt primi parentes, & anteq̄ deus viro pœnā imposuit, dixit deus mulieri: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc dictū est pro ea, & pro omnibus alijs vxoribus, q̄ viri & mariti illarū deberent vxoribus dominari, & alio modo, q̄ pro statu innocentiæ fuissent dominati: quia aliàs hoc nō fuisset eis pro pœna iniunctum. Cum ergo multæ vxores habeant maritos paganos, & multæ Sarracænos in mortali pctō, patet q̄ repugnat scripturæ, ponere quod nullus in pctō mortali habet dominium alicuius rei. Secundo patet Idem Deute. 2. cap. vbi præcipitur filijs Israel, ne pugnarent contra filios Esau (aliàs Edom), cui dedit dominus montem Seyr, & filijs suis. Erat autem Esau reprobus in mortali pctō, & filij sui idololatræ. Et ibidem habetur, quomodo præcepit dominus filijs Israel, ne pugnarent contra Moabitas, qui erāt idololatræ. In eodem etiam habetur de eo, quomodo conformiter præcepit eis, ne pugnarent contra Ammonitas, nec occuparent terram illorum, quia illis tanquam filijs Loth dederat eam dominus in possessionem. Cum ergo titulus diuinæ dationis sit verus, & proprie titulus iustus habitationis rei à deo donatæ, & cum isti erant idololatræ, quibus deus has terras dedit, patet quod repugnat scripturę dicta positio aduersarij. Tertio patet idem, quia Gen. 6

habetur

A habetur, q̄ Isaac abijt ad Abimelech regem Palæstinorum, qui tamen fuit idololatra. Et in multis locis eiusdem libri habetur de rege Aegypti, qui tamē fuit idololatra. Exodi etiā primo habetur, de rege nouo super Aegyptum, qui filios Israel odiosos habuit, & persequutus fuit eos. In libro etiam Deuteronomij, & Numerorum habetur de multis idololatris, quomodo scriptura ponit eos reges. Et sic cōformiter in libro Iosue habetur, & libris Regū de Benhadab rege Syriæ, & multis alijs regibus infidelibus. Conformiter in libris Esdræ, Nehemiæ, Iudith, & Hester de regibus infidelibus multa dicuntur. Etiam Danie. 5 cap. dixit Daniel regi: O rex, deus altissimus regum magnificentiam, gloriam & honorē dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et tamen ille fuit pro tempore regni sui valde malus à deo sibi dati. Etiam. 3. Regū. 19. habetur, q̄ deus p̄cepit Heliæ prophetæ, vt vngeret Asael in regem Syriæ, & Iehu in regem super Israel: & tamen vterq; fuit malus, & dominium à deo homini datum, non potest solum esse prætensum, sed est verū dominium: & vnctio per diuinum præceptum in regem & perfectissimum prophetam, non poterat solum esse vnctio in regem prætensa, sed erat vnctio in regem vera. Et ideo dicere, q̄ nullus in peccato mortali est vere rex, vel habet vere dominium, est expresse contradicere scripturę. Vltimo etiam Paralipomenon dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrarum dedit mihi deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domū in Israel: & tamen Cyrus erat in mortali peccato. Quarto patet idē, quia Nehemiæ nono patet, q̄ Esdras sanctus dixit de se & filijs Israel: Nos ipsi serui hodie sumus, & terra quam dedisti patribus nostris, & nos

B ipsi sumus serui in ea, & fruges eius multiplicātur regibus, quos posuisti super nos, propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundū suam voluntatem. Postea etiam dicit: Dominati sunt eorū qui oderunt eos, quos oportuit propter odium esse in peccato mortali. Christus etiam, qui nunq̄ est mentitus, dixit: Principes gētium dominantur eorum, ergo principes gentiles vere dominantur super eorum subditos, quamuis sint infideles. Matthæus asserit Christum natum in diebus Herodis regis, qui tamen fuit malus. Lucas dicit Tyberium imperasse, & tenuisse imperium: & alios infideles tenuisse Tetrarchias in terra filiorum Israel: & quasi locis innumeris consimilia habentur in scripturis. Et apostoli præceperunt, seruos subijci dominis suis: non solum bonis & modestis, sed etiam discolis: ergo iuxta sententiam stat discolos & malos esse dominos. Et ideo dicit de domino scriptura, q̄ regnare fecit hypocritam propter peccata populi. Ille vere rex est, quem dominus regnare fecit: & ideo stat hypocritam in mortali peccato esse verum regem, & dominum: & oppositum dicere, est contradicere scripturæ. Quinto patet idem, q̄ Cain fuit malus & reprobus, maxime postq̄ iratus erat vehementer cōtra fratrem suum Abel: sed post dixit ei deus, vt patet Gene. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ergo ex ordinatione diuina habent peccatores magnū dominium appetituum suorum, & actionum suarū voluntariarum: nec tollitur istud dominium à peccatore qualitercunq; peccante, quamdiu habet vsum rationis, secundum communitatem doctorum. Imō si tolleretur à peccatore illud dominium in actionibus suis, non peccaret. Dicere ergo q̄ nullus existens in peccato mortali habet dominium alicuius rei, est aperte di-

C cere contrarium assertioni sacræ scripturæ. Iterum Christus in parabola euangelica de decem virginibus asserit, quinq; ex eis esse prudentes, id est bonas, & quinq; fatuas, id est malas. Cum ergo virginitas de natura sui, plus dicit virtutem quàm facit dominium ciuile, q̄d ab iniquitate introductum est: sequitur à fortiori, q̄ constat domnium ciuile esse in mala persona. Et patet etiam ex scriptura, q̄ deus dedit, & post hoc dabit malis & peccatoribus faciendi potestatem vera miracula. Fecit em̄ Iudas vera miracula simul cū alijs apostolis, quando fur erat & latro. Et Antichristus, licet multa miracula faciet ficta, multa etiam faciet vera miracula, vt aliàs ostendi. Quapropter Augustinus. 83. quæstionum, quest. 82. dicit, q̄ miracula faciunt Magi per occultos contractus cum dæmonibus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicæ iustitiæ. In tertio de Trinitate, cap. 9. ponit tres causas, quare datur malis potestas faciendi miracula: cum & in eodem libro ponit, q̄ Satan operatus est miracula in afflictione Iob, vt in igne de cœlo descendente, & vento vehementi subito flanti, & in percussione subita ipsius Iob. Ergo ex quo vera potestas faciendi miracula, est maior potestas, & sanctitati propinquior, quàm sit potestas dominandi ciuiliter: sequitur à fortiori, quod constat malos, imò valde malos vere dominari ciuiliter, & quod contrarium dicere, est sacræ scripturæ contradicere, &c. Patet secūdo, quod iste articulus est hæreticus, eo quod contradicit determinationi ecclesiæ. Clemēs papa Petri successor in suo decreto, quod ponit in Canone. 12. q. 1. cap. Dilectissimus. asserit, quod proprietas quæ dicitur dominium ciuile, pro iniquitate introducta est: quia communis vsus omnium quæ sunt in mundo, omnibus hominibus communis esse debuit. Vnde & Cain primus proprietarius fuit iniquus: & quod introductū est ex iniquitate, stat in

Iudas fecit vera miracula.

iniquitate, in eodem qui introduxit. Ex iniquitate ergo proprietas ſtat in eodem cum iniquitate, & per conſequens ciuile dominium ſtat in iniquitate cum ciuiliter dominante. Et oppoſitum dicere eſt contradicere ſententiæ eccleſiæ. Vnde Chriſtus Lucæ. 16. conſilium dedit peccatoribus, vt facerent ſibi amicos de mammona iniquitatis. i. de diuitijs iniquitatis, ſecundum expoſitionem Auguſtini, in de quæſtionibus Euangeliſtarum: pro eo quod non ſunt inquam diuitiæ, niſi iniquis: Iuſti enim (vt dicit) & ſi pecunias poſſident, non ſunt tamen eis aliæ diuitiæ, quàm cœleſtes. Et ideo ſtat peccatores & iniquos diuitias habere, quas iuſte poſſunt diſtribuere pauperibus: & per conſequens, & dominium illorum. Patet idem ſecundo, quia eccleſia approbat, quod Iudæi manifeſte habeant ſeruos: vt extra de Iudæis, patet in diuerſis cap. Ergo eccleſia approbat, quod manifeſte Iudæi, qui ſunt notorie in mortali, ſunt domini, & habent verum dominium ſeruorum ſuorum. Poſſunt etiam habere ſynagogas & cœmiteria, vt patet ibidem. Iterum eccleſia approbat, ꝙ Iudæi ſoluãt decimas, & ꝙ obligantur ſaltem ad decimas prædiales: ergo eccleſia non reprobat, ſed approbat, ꝙ manifeſti Iudæi habeant prædia ad colendum. Aſſumptum patet, extra de decimis cap. de terris. Dicere ergo, ꝙ non eſt poſſibile aliquem in mortali habere verũ dominium, eſt dicere contrarium ſententiæ eccleſiæ. Vnde & eccleſia determinat, ꝙ Iudæi licite poſſunt vendere ſua: ergo & licite habere rerum poſſeſſiones. Patet idem tertio, quia ſecundũ determinationem eccleſiæ papatus verus ſtat in aliquo cum mortali peccato. Vnde papa deponi non debet pro crimine, niſi pro crimine hæreſis, vel alio communitatis deſtructiuo, & nimis ſcandaloſo, ſecundum determinationem eccleſiæ. Eccleſia enim determinat, ꝙ ſtat epiſcopos ſchiſmaticos vere conferre ſacros ordines, & etiam epiſcopos ſymoniacos: quod facere non poſſent, niſi eſſent veri epiſcopi. Eccleſia etiam determinat, ꝙ ſtat ſacerdotem in mortali vere conficere corpus Chriſti: quod facere non poſſet, niſi eſſet vere ſacerdos. Cum ergo dominium ciuile ſit poteſtas temporalis: ſacerdotium, epiſcopatus, & papatus ſunt poteſtates mere ſpirituales: & cum peccatum mortale non repugnet, ſecundum determinationẽ eccleſiæ, poteſtati mere ſpirituali in eadem perſona: à fortiori nec peccatum mortale repugnabit poteſtati temporali, & dominio ciuili in eodem. Contrarium ergo dicere, eſt cõtra determinationem eccleſiæ. Patet tertio, ꝙ iſte articulus eſt hæreticus, pro eo ꝙ antiqui doctores, & ſancti tradiderunt firmiter articulum eſſe contra fidem eccleſiæ. Vnde antiqui doctores ſolicite laborauerunt ad excuſandum filios Iſrael de furto, quando mutuata ſunt ab Aegyptijs vaſa multa & pretioſa, & receſſerunt cum eis de Aegypto in deſertum: niſi enim antiqui doctores credidiſſent firmiter, ꝙ Aegyptij idololatræ potuiſſent habuiſſe verum dominium talium rerũ, nullum colorem habuiſſent excuſandi filios Iſrael à furto: propter hoc ꝙ in hoc non contrectaſſent in aliquo rem alienam domino inuito: & ideo non poterant in hoc furtũ committere. Excuſant enim eos Auguſtinus, & antiqui doctores à furto, propter hoc ꝙ ſic fecerunt deo iubente: ergo ſi ſic feciſſent deo non præcipiente, furtum feciſſent: quod verum nõ eſſet, niſi Aegyptij veri domini fuiſſent. Patet ergo, ꝙ antiqui doctores firmiter crediderunt idololatras eſſe veros dominos rerũ ſuarum. Tobias etiam, vt patet Tobiæ. 2. firmiter credidit idololatras eſſe veros domi nos: cũ vxor ſua adduxiſſet hœdum capraꝝ, & audiſſet vocem balantis, dixit: Videte ne forte furtiuus ſit, & reddite eum dominis ſuis. Credidit ergo firmiter idololatras eſſe veros dominos. Ioſeph etiam ſanctus firmiter credidit Pharaonem dominum Aegypti verum, & nõ ſolum prætenſum, quando recepit ab eo gubernationem regni & bonoꝝ in regno. Si enim non credidiſſet eum fuiſſe regem & dominum, pro eo ꝙ ſciuit eum peccatorem, nunquã recepiſſet illam dignitatem ab eo, & à commiſſione ſua ſancta. Etiam Iohannes & Paulus dixerunt Iuliano apoſtatæ pro Imperatore ſe gerente: Non tibi facimus iniuriam, nec prꝰponimus tibi qualemcunqꝫ perſonam in dominio, ſed deum illum tibi præponimus, qui fecit cœlum & terram. Crediderunt ergo hi ſancti iuxta mortem poſiti, Iulianum non obſtante ꝙ apoſtata erat à fide eccleſiæ, verum dominum. Dauid etiam ſanctus, poſtquam ſciuit ꝙ Saul à deo erat reprobatus propter peccata ſua, fatebatur eum regem, & Chriſtũ domini. Et ſic fecerunt alij ſancti ꝓphetæ de alijs regibus valde malis, vt patet in ſcriptura. Et ideo multi ſancti tradiderũt firmiter hũc articulũ eſſe cõtrariũ veritati fidei, &c. Quarto eſt hic articulus hæreticus, quia ex illo ſequuntur hæreſes diuerſæ. Nam primo ſequitur, ꝙ Chriſtus male & falſe docuit, quando dixit Iudæis, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, reſpondendo ad quæſtionẽ, ſi licet cenſum dare Cæſari. Super quo loco Ambroſius notat, quod Chriſtus prius dixit: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. & ſubiunxit: quæ ſunt dei deo. Super quo loco ſic ſcribit Theophilus: Attende quod non dixit, date: ſed, reddite: debitum enim eſt. Tuetur enim te princeps tuus ab hoſtibus, vitam tuam reddit tranquillam. Pro his ergo teneris ei in cenſu. Cenſus ergo ille ex doctrina Chriſti erat Cæſari debitus, & Chriſtus ſciuit eum tunc infidelem, & in peccato mortali. Si ergo nullus in

Auguſtinus

Decimæ Iudæorum.

pecca

A peccato mortali est verus dominus alicuius rei, nec verus possessor, nec aliqua sunt sibi vere debita tanquam domino, Christus male & falsè docuit. Secundo sequitur, q̃d nulla opera bona de genere facta à peccatore mortali, proficiũt sibi ad acquisitionem vel ampliationẽ temporalis dominij: sequela est manifesta, & falsitas dicti patet multipliciter p̃ Augustinum de Ciuitate dei, in quibus libris ostendit ex processu, q̃ deus dedit Romanis imperium, & dilationem imperij, non obstante quod erant idololatræ, propter hoc q̃d erant minus vitiosi, quàm aliæ Gentes, & enumerat octo genera virtutum, in quibus excellebant Romani, & quia (vt asserit Augustinus) propter virtutes illas non debuerant remunerari in vita æterna, ideo fuerunt remunerati à deo propter illas in dominio. Vnde ponere, q̃ nõ fuerunt remunerati propter illa opera bona de genere, hic per dominium & possessionem rerum fortunæ: & cõsequẽter ponere, q̃d deus nõ remunerat opera bona de genere à peccatoribus facta, neq; hic, neq; in futuro, quod hæresis est dicere. Tertio sequitur, quod titulus donationis diuinæ, non est iustus titulus possidendi dominium: quia vt patet Gene. 7. deus asseruit, vt multiplicaret Ismahelem in bonis terrenis, & quod decem duces generaret. Et manifestum est, quod Ismael fuit malus, & manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & filij eius fuerunt mali idololatræ, & pc̃tores. Si ergo non potest peccator mortalis possidere dominium: titulus donationis diuinæ in rebus temporalibus, & dominio ducatus, non est titulus iustus habendi dominium. Et Catholicus non dubitat hoc esse hæreticum. Quarto sequitur, quod deus maiora bona pro homine peccatore posset dare, sed non minora bona pro ipso dum est in tali statu: quia apud philosophos bona fortunæ exB teriora cõputantur pro bonis minoribus: bona corporis, naturalia bona, maiora: bo naanimæ naturalia inter hæc maiora, sed homo habet de dono dei. quantumcunq; sit peccator, bona naturalia corporis, & bona animæ naturalia: quia ipsam animam intellectiuam à deo creatam, & corpori organico infusam, & in eo à Deo conseruatam. Si ergo Deus non potest dare mortaliter peccãti dominium ciuile bonorum fortunæ: sequitur quod minora bona pro homine peccatore nõ potest sibi dare, vbi multa maiora bona pro peccatore põt sibi dare: quod diuinæ potentię omnino hæreticè cõtradicit. Quinto sequitur, quod deus potest cõcedere mortaliter peccatori ius naturale ad bona fortunę, & ius Gentium ad bona fortunæ, quando nõ põt sibi cõcedere pro eodem statu ius ciuile ad bona fortunæ, q̃d iterꝫ repugnat diuinæ omnipotentiæ. Stat enim hominem peccatorem mortalem esse in extrema necessitate, & tunc iure poli & naturæ p̃t vti rebus sibi necessarijs, sub cuiuscũq; fuerint ciuili dominio. Potest etiam talis inuenire rem vagam omnino derelictam, quæ ad nullũ ius ciuile pertinet, & tunc occupanti conceditur de iure Gentium. Et sic põt peccator magnus habere ius naturale ad bona fortunæ, & ius Gentium ad bona fortunæ de diuina ordinatione, & non potest ius ciuile habere ad bona fortunæ ex dei ordinatione, quia sic dominium staret cum peccato mortali in eodem, quod negat articulus: sequitur ergo hæresis prædicta. Sexto sequitur, q̃ non stat de dei omnipotentia, quod homo in mortali peccato vigeat intellectu, & discretione naturali ad regimen in naturalibus, quando alij iuxta eum positi tali discretione carent. Nam philosophus primo Politicorum ostendit, quod ille est naturaliter dñs, qui viget intellectu & prudentia ad regendum se. Et iste est naturaliter seruus C secundum eum, qui istis caret, & melius est ei regi, quàm regere, vt dicit: & ideo naturaliter est seruus. Si ergo nõ stat aliquem in mortali esse verum dominum alicuius rei, non stat aliquem in mortali sic vigere intellectu & discretione naturali ad regimẽ, q̃ alij iuxta eũ positi tali discretione carent: quia sic peccator mortalis esset naturaliter dominus seruorꝫ naturalium. Septimo sequitur, quod lex Christiana est magis prompta & dispositа ad decipiendum nationes Gentium, & Christianorum in contractibus mutuorum, & mercandizationum, quàm fuit lex Iudaica, vel quàm sit lex Saracenica, vel lex Paganorum. Et scandalosè hæreticum est hoc dicere de lege Christiana: & patet sequela, quod quantamcunque rem Christianus mutuatus fuisset à Iudęo, Pagano, vel Saraceno, vel Christiano, nõ debet restituere quod mutuatus fuit, quia nec mutuatum, nec ęquiualens est debitum tali mutuanti in termino præfixo, ex quo est notorie in mortali, & nihil iuris habet, vel dominij in aliquibus rebus fortunæ, secundum dictamen legis Christianæ, si articulus esset verus, Et ideo secundum legem Christianam, dato articulo, nõ teneretur Christianus sibi reddere termino hoc, quod sibi mutuauit: quod non sequitur ex legibus quas habent aliæ gentes aliarum sectarum. Sequitur ergo ex articulo, quòd lex Christiana est magis prompta & dispositа ad decipiendum natiões Gentium & Christianorꝫ in cõtractibus mortuorꝫ, quàm sit lex Iudaica, Paganica, vel Saracenica. Et conformiter potest deduci de cõtractibus mercandizationum: quia re empta à Christiano p̃ Iudæum, Saracenum, & Paganum, vel Christianum notorie vsurarium, & pecunia Christiano soluta pro re empta, nõ teneat talis Chr̃ianus tali Iudæo, Saraceno, vel vsurario publico, remittam tradere sc̃dm legem Christianam, quia

non est, nec potest eē sua, dum est in tali statu, neq; sibi debita dum est in tali statu, vt ex isto D
articulo, sequitur ergo ex articulo hæc nepharia cōclusio. Octauo sequitur, q̄ illa doctorum antiquorum sanctorum sententia est falsa, & impossibilis de bonis operibus ex genere factis in peccato mortali: quia dicunt, quòd valent ad accelerationem correctiōis, vel ad bona temporalia acquirenda, vel ad minorem damnationem, quia intentionis illorum est, q̄d ad quemlibet istorum trium effectuum possunt valere opera bona de genere facta à peccatore mortali: sed hoc est impossibile, ex isto articulo, cum nō possint valere ad acquisitionem iustam bonorum temporalium in mortaliter peccante: quia sic peccator iuste haberet bona temporalia, quod articulus habet negare. Nono sequitur, q̄ nullum dominium ciuile potest emi vel vendi, nisi simoniace: quia nō potest esse dominium ciuile, nisi sit cōnexum spirituali gratiæ gratum facienti in habente dominium, iuxta articulum. Et licet sacramenta debite & rite suscepta sint causa gratiæ: cōtingit tamen multotiēs sacramenta dari & suscipi, sine tali gratia in cōferente, vel suscipiente, & tamen nō p̄nt sacramenta emi vel vendi, nisi simoniace. Ergo cum nullo modo possit esse dominium ciuile, nisi cōnexum gratiæ gratum facienti & dominanti: sequitur à fortiori, quod dominium ciuile non possit emi vel vendi, nisi simoniace. Decimo sequitur, quòd non stat aliquem esse vere castum, nisi meritorie ad vitam æternam sit castus. Consequens expresse cōtra parabolam saluatoris de decem virginibus: quarum quinq; prudentes erant, & quinq; fatuæ: & cōsequens cōtra philosophiam, quæ ponit aliquos naturaliter esse castos, quos non ponit virtuose castos. Et est similiter contra iura, quæ ponunt aliquos propter frigiditatem, & aliquos propter malefi- E
cia esse castos, quos nō ponunt virtuose castos, sed potius inuoluntarie. Et patet sequela, quia si stat aliquem esse vere castum, & nō meritorie ad vitam æternam: sequitur quod stat aliquem sic eē dominum, quia castitas magis appropinquat virtuti, quàm diuitiæ faciunt temporales. Similiter stat aliquem eē pauperem vere, & non eē virtuose pauperem: ergō & aliquem esse vere diuitem, & non esse virtuose diuitem. Vndecimo sequitur, quòd iudex temporalis sciens aliquem male viuere manifeste, adiudicando sibi secundum iura aliquam rem titulo hæreditatis, titulo doni, titulo emptionis, iniuste & inique agit, & iudicat: quia scienter dato articulo adiudicat sibi rem nō pertinentem suo dominio, quod facere nō potest scienter, nisi inique: & consimile sequitur de iudice Ecclesiastico adiudicante tali rem aliquam titulo legati. Duodecimo sequitur, quòd nō stat hominem habere ciuile dominium super re, nisi habeat originale dominium, & naturale eiusdem rei. Et quia ciuile dominium per aduersarios fundatur in originali, & naturali dominio, & nō potest sine illo. Et sic cum homo bonus minus sapiens & prudens, ad regendum habet plures seruos proprie dictos ciuiles, super quos habet vere ciuile dominium: sequitur quod habet originale & naturale dominium super illos. Consequens manifeste falsum, quia talis seruitus proprie dictus non est de iure naturali: & quia est contra naturale dominium super re, nisi habeat originale dominium, quod minus prudens ad regendum, & minus sapiens dominetur super se prudentiores & sapientiores, & meliores, licet non fit hoc cōtra ciuile dominium. Decimo tertio sequitur, quod illud Ecclesiastes tertio, est falsum, cum dicitur, q̄d aliquis natus in regnum, inopia consumitur: quia quilibet nascitur in p̄cō originali, paucis priuilegiatis exceptis. Et ideo secundum articulum, nullus talis cum nascitur, habet ius ad regnum, ergo nul F
lus talis nascitur in regnum, nec est aliquis talis dñs regni cum nascitur. Et cōsequenter falsum fuit illud Ap̄li, quando primum hoc dixit: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: quia tempore Pauli paruuli nō erant baptizati, & per cōsequens paruuli Christianorum tunc nō erant in gratia, & per cōsequens nec fuerunt domini alicuius rei: & sic multipliciter articulus iste falsificat processus scripturæ, quod hæreticum est dicere. Decimoquarto sequitur, q̄d Iosue implendo per hoc diuinum præceptum, male & iniuste diuisit filijs Israel terram promissiōis: quia ex diuino præcepto indifferenter singulis tribubus alijs à tribu Leui, diuisit terram, cuilibet dando partē suam: sed sciuit bene q̄d nō omnes illi de decem tribubus fuerunt boni: sed q̄d multi mali inter eos, & magni peccatores, ergo adiudicauit partes terræ non dominis suis scienter, quod facere nō potuit, nisi minus iuste. Decimoquinto sequitur, quod deus nō possit creare hominem mortalem, & eum conseruare in puris naturalibus suis sine peccato, nisi infundat sibi gratiam, & dignificet eum ad vitam æternam: quod dicere est, dicere contra omnipotentiam diuinam. Et patet sequela, quia talis ex quo est mortalis, indiget vti bonis temporalibus. Aut ergo vtitur illis iuste, & hoc non secundum articulum, quia non est in gratia: aut iniuste, & hoc non, quia conseruatur à deo sine peccato ex hypotesi, nō potest ergo deus talem creare, & sic cōseruare, quia sequeretur cōtradictio, dato articulo. Decimosexto sequit̄, q̄ oēs dñi temporales, qui cogunt homines, & eos deducunt ad statum seruilem ciuilem, pro eo quòd matrimonialiter descendunt ab illis, qui coacti fuerunt ad seruitutem, primo per infi-

deles iu

A deles iure belli, inique aguntiquia sic primo coacti non fuerunt veri serui ciuiles, & per consequens nec matrimonialiter ab illis descenderunt. Assumptum patet iuxta articulum, quia victores in bello, ex quo fuerunt infideles, non fuerunt veri domini alicuius rei: ergo nec veri domini illorum, quos captos in bello coegerunt ad seruitutem: ergo nec illi sic capti & coacti, fuerunt veri serui: quia non est seruus sine domino, ergo nec verus dominus sine vero seruo. Et consimile sequitur de captis in bello à Christiano in mortali. Multæ & aliæ hæreses sequuntur ex isto articulo, quas omitto causa breuitatis, & quia alias tangam in respondendo & cætera. Pro isto articulo arguit dominus Armachanus primo sic: & concordat cum illo aduersarius.

" Omnis inobediens iustis imperijs domini sui, in his quæ contingunt domini sui debitam " seruitutem, ius perdit omnium pro debito seruitio à suo domino impensorum, & in illa fo- " refacit: sed homo recepit dominium à deo pro præstando sibi debito obsequio: ergo in- " obediẽdo iustis imperijs dei, mortaliter peccando perdit dominium à deo sibi impensum, " & forefacit illud. Argumẽtum Armachani

Hic dico primo, quòd sic arguendo contradicunt dictis suis proprijs. Nam inter omnia homini data, pro præstando deo debito seruitio, quasi principale est vsus rationis. Si ergo homo peccando mortaliter perdit omnia pro debito seruitio domino suo faciendo sibi impensa: ergo quilibet homo, qui peccat mortaliter, perdit vsum rationis. Cuius contrarium expresse docet Armachanns dicens: Quod peccator habet naturale imperium super bruta, quàmdiu habet vsum rationis. Ponit ergo peccatores habere vsum rationis: quia nisi haberent vsum rationis actualiter, non mortaliter peccarent. Item aduersarius in suis determinationibus dicit, quod deus dat peccatori & infideli esse principem corporis, & esse principem animæ. Sed æque dat deus homini esse principem corporis, & esse principem animæ pro debito seruitio sibi impendendo, sicut facit dominium: ergo peccando mortaliter forefacit, & perdit esse principem corporis & animæ, sicut & perdit dominium, cuius contradictorium ipse dicit. Item æque naturale imperium super bruta est homini collatum pro debito seruitio deo, & dominio suo impendendo, sicut & dominium. Cum ergo peccando mortaliter perdit hõ, & forefacit oñia pro debito seruitio deo faciendo sibi impensa: sequitur quod æque perdit peccando mortaliter imperium naturale super bruta, sicut & perdit dominium: cuius contradictorium plane ponit dominus Armachanus. Item dominium super actus interiores voluntatis, & super appetitu peccati est homini collatum à deo pro debito seruitio deo impendendo, vt omni notorium est Catholico. Si ergo peccando mortaliter, perdit hõ, & forefacit sibi oĩa impensa, pro debito seruitio deo impendendo: sequitur, quod eoipso quo peccat mortaliter, perdit dominium super actus interiores voluntatis, & super appetitu, quod est manifeste falsum. Et cuius contrarium docet dominus Armachanus, duodecimo capitulo libri primi de pauperie Christi, tractans illud Gene. dictũ ad Cain: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Itẽ vicesimoquarto primi libri distinguit dominus Armachanus inter bona amissibilia per peccatum, & bona inamissibilia ꝑ ꝑctm̃. Vnde bona amissibilia per ꝑctm̃ sunt, vt dicit, illa quæ cum mõ dantur, vt modo non seruato, eo ipso amittantur: & talia (inquam) sunt dominia. Sed dona (inquam) naturalia, non sunt cum tali modo data, vt cum modus amittitur, perdantur. Nam sunt dona naturalia inamissibilia per peccatum, vt ipse dicit. Cum ergo omnia dona naturalia sint homini à deo impensa pro debito seruitio deo impendendo: sequitur ex dictis suis proprijs, quòd homo mortaliter peccando non perdit ex hoc, vel forefacit omnia à deo sibi impensa pro debito seruitio deo faciendo. Et sic patet ex dictis istorum duorum doctorum, quod assumptum in argumento illorum est falsum, & quod ipsimet habent assumptum negare. Et ideo non concludit argumentum. Non solum ex dictis illorum proprijs patet quod assumptum est falsum, sed etiam ex communi lege dei, & ex communi lege hominum. Nam ex communi lege dei deus solem suum oriri facit super bonos & malos, & dat tam bonis quàm malis lumen solis: & non perdunt peccatores ex hoc quod peccant mortaliter lumen solis, nec fiunt cæci corporaliter propter hoc: & tamen & potentiam visiuam & lumen solis dat deus homini ꝑ debito seruitio impendendo. Ex cõmuni ergo lege dei patet, quod non omnis peccans mortaliter, perdit & forefacit omnia quæ sunt sibi à deo impensa pro debito seruitio deo faciendo. Quia sic peccans videndo corporaliter, perderet potentiam visiuam, & fieret cæcus corporaliter: & peccans mortaliter audiẽdo, perderet potentiã sensitiuã audiẽdi, & fieret eo ipso surdus. Et sic de multis alijs, quę manifeste falsa sunt. Etiam ex cõmuni lege humana, qñ dantur à dominis aliquibus de familia certi redditus ad vitam, vel pro ꝑpetuo, nõ pro quacũq; inobediẽtia in debito seruitio faciẽdo dño qui dedit, forefacit, & ꝑdit inobediẽs ius ad redditũ cõcessum, immo scdm leges humanas milites & militares, qui pro seruitio homagij & seruitio feudi militare soluẽdo tenẽt

maneria

Responsio ad argumentum

maneria ex donatiõe ſuperiorum dominorum: quamuis notati pro homagio faciendo nõ D
faciant, & vocati ad feuda militaria ſoluenda non faciunt, nõ ex hoc forefaciunt ſtatim ſua maneria pro tali ſeruitio faciendo eis data, ſed debent p dominos diſtringi, & ſic compelli ad ſua ſeruitia facienda. Igitur tam lege diuina, quàm lege humana hoc aſſumptum principale in argumento eſt falſum, & ideo non valet argumentum. Vnde & aduerſarius tenet expreſſe, quod prædeſtinatus quamuis peccet mortaliter, non eſt dignus ex hoc pœna æterna: quia deus non vult, quod habeat pœnam æternam, & ideo non eſt iuſtum quod habeat pœnam æternam. Et ſic conſequenter tenet, quod prędeſtinatus licet peccet mortaliter, habet ius ad vitam æternam: quia hoc non obſtante, deus vult quod habeat finaliter vitam æternam, & ideo eſt iuſtum quod ſic habeat. Ex q̃ ergo prædeſtinatus mortaliter peccando, nõ eſt neceſſitatus perdere ius ad vitam ęternam, quomodo perdit ex hoc ius ad bona tẽporalia? Patet ergo cp ſic arguendo aſſumunt falſum, & contradicũt ſibiipſis, &c.

Secundo arguit ſic, & tangit dñs Armachanus argumentum. 4. lib. ca. 4. libri. Et aduerſarius. 6. ca. determinationum ſuarum de dominio.

Argumẽtum Vviclephi. Nullus paterfamilias ſciens, potens, & prudens committeret præpoſituram bonorum »
ſuorum ſeruo proditori, diſſipatori, & inobedienti, dominum contemnẽti, ſpecialiter dum »
nominat ipſum eſſe talem, & habuerit ex vno latere ſufficientiam degradandi ſine expecta- »
tione probationis teſtium, & ex alio latere habuerit copiam ſeruorum fidelium & pruden- »
tium: Non eſt (inquam) dubium, quin ſic facere foret ſuprema fatuitas. Non ergo poteſt »
competere iuſtiſſimo iudici omniſcienti, oñipotenti, habenti omnia bona mundi diſtribu »
enda, & ad manum iſtas duas maneries famulorum, ſic bona proditori, diſſipatori, inobe- »
dienti diſtribuere. »

Reſponſio ad argumentum Hic ſequitur primo ex modo arguendi, quod non eſt dare dæmonem principem dæmo E
niorum contra Apoſtolum, & contra Euangeliſtam: quia præpoſituram & principatum ſuper res deo ſubiectas, non poteſt habere niſi à deo, & à deo nullus talis habet præpoſituram, ſecundum hæc dicta. Hic ſequitur ſecundo, quod Chriſtus fecit ſupremam fatuitatem, quando commiſit Iudæ proditori, quem ſciuit furem & latronem, præpoſituram locorum dominicorũ: quia habuit ex vno latere ſufficientiam eũ deponendi ab illa præpoſitura ſine probatiõe teſtium, & ex alio latere alios Apoſtolos, & diſcipulos ſanctos, & bonos in copia, quibus poterat illam præpoſituram commiſiſſe. Hic ſequitur tertio, q̃d ipſo facto quo epiſcopus aliquis eſt in mortali, etiam occulto, perdit præpoſituram ſup clericos ſuos, & non eſt prælatus eorũ. Hic ſequitur quarto, quod deus nõ permittit aliquos in mortali, ex quo ſunt ſui proditores, & ſibi inobedientes, & diſſipatores, occupare aliqua bona mundi, quæ ſua ſunt, vel illis bonis male vti: quia paterfamilias ſciens, & potens, cum omnibus conditionibus in argumento tactis, nõ magis pmitteret tales occupare bona ſua, & illis male vti in caſu illo, quàm committeret ſibi præpoſituram illorum bonorum: cõſequens eſt tamen manifeſte falſum contra dicta vtriuſq; doctoris. Multa & alia abſurda ſequuntur ex modo arguendi, Dico ergo ad argumentum primo, quod nõ omnis iniuſtus, vel iniuſte agens contra dominum ſuum, eſt eoipõ proditor eius. Poteſt enim inferior contra dominum ſuum iniuſte etiam criminoſe agere, quamuis non proditorie, vt patet in legibus eccleſiæ, in legibus ſeculi, & in legibus priuatarũ religionum. Et ideo dato quod quis vellet concedere, quod deus nõ cõcedit præpoſituram bonorum ſuorum alicui ſuo proditori: ex hoc F
nõ ſequitur, quod non hoc cõmittit alicui iniuſto, vel in mortali. Hic dico ſecundo, quod paterfamilias ſciens, potens, & prudẽs multotiẽs ad cautelam, & ad malũ ſerui iniqui & proditoris committit ſibi præpoſituram, vt occaſionaliter ex præpoſitura puniatur, ſecũdum quod. 2. Mach. 3. ca. habetur de Heliodoro à deo Hieroſolymis flagellato, quem rex prępoſuerat negotijs ſuis, qui poſt flagellationem reſpõdit regi interroganti, quis eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymam mitti? Si quem habes (inquit) hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte eum illuc, & flagellatum eum recipies, ſi non euaſerit. Et paterfamilias, de quo Euangelica parabola, villicum iniquitatis diffamatum de diſſipatione bonorum & poſt magis fraudantem in diminutione debitorum, collaudat de prudentia, non legitur quod eum amauit de præpoſitura, licet antequam reddidiſſet rationẽ villicationis, de amotione à prępoſitura comminationem fecerat: ſed vt prædicitur de prudentia villicũ iniquitatis commẽdat: & ideo nõ generaliter verũ eſt, quod aſſumit in articulo, q̃d nullus paterfamilias, &c. Dico tertio, cp à multiplicatiõis hominũ tpe, p climata mundi vſq; poſt aſcenſionem Chriſti non habuit deus tantam copiam ſeruorum fidelium & bonorum, quibus traderet poſſeſſionem terræ, & dominia rerum, quantum habuit copiam iniquorum. Vnde præter Iudæos pauci fuerunt alij fideles ſerui dei in tempore legis datæ, & per ante plures mali, quàm boni, vt patet ex ſerie ſcripturæ. Nunc autem patet ex deſcriptione beati Hieronymi, quod tota terra, quam occupauerunt Iudæi tempore glorioſi Salomonis, nõ fuit tãtæ latitudinis,

&longitu-

A & longitudinis, quantæ est Anglia nostra. Et ideo quasi sine comparatione plures fuerunt tempore legis infideles, quàm fideles: & ex fidelibus in fide, multi mali vita & conuersatione processerunt. Et sic toto tpe illo plures habuit deus seruos malos & iniquos, q̃ seruos bonos. Et modernis temporibus Sarraceni & alij infideles, hæretici, schismatici, & peruersi Christiani, manentes in fide, sunt quasi sine comparatione plures, quàm boni serui Christi in sanctitate & charitate viuentes. Et ideo non est verum, quod innuit argumentum de maiori copia suorum fidelium. Dico hic quarto, quòd non est similitudo sufficiens ad propositum, inter deum patremfamilias, & hominem patremfamilias: quia homo purus talis prudens, potens, & sciens non multiplicat sibi plures seruos malos, quàm bonos, quod nõ facit deus omnipotens, & omniscies. Est enim numerus præscitorum deo sciente multo maior numero prædestinatorum. Et sicut humanus dominus non potest post hanc vitam præmiare bona de genere, quæ facit malus seruus, pauci sunt enim mali serui, quin multa seruitia bona de gñe faciant dñis suis, propter quæ nõ pñt illos præmiare in futuro post hãc vitam, neq; propter mala seruitia ipsorum, & proditiones ipsos punire post hãc vitam, quod tamen potest deus & facit. Et ideo licet paterfamilias homo prudens nõ communiter committit præposituram bonorum suorum suo proditori, dissipatori, & inobedienti: de quo tamen prudẽter & iuste hoc facit, vt remuneret bona opa de gñe quæ faciũt serui mali, & finaliter mali, quos æternaliter propter malefacta puniet, q̃d nõ potest dñs ciuilis purus homo Et hanc fuisse causam, quare deus dilatauit Imperium Romanorum, multipliciter ostendit

B beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei. Et sic patet, quòd illud argumentum peccat in materia, pariter & in forma. Tertio arguunt sic.

Argumẽtum Vviclephi

Dominus à domo dicitur, eo quòd præsit, aut quod præesse debeat domui. Nullus peccans mortaliter domui præest, quin potius subesse per cupiditatem domui est censendus, & alijs rebus ab eo detentis: & ideo est illorum seruus, non dñs. Et confirmatur per hoc, quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, Iohannis octauo: Et ideo omnis peccator degradatur ad seruiendum inferiori, quàm sit aliqua creatura, quia peccato: & ideo peccator vt hmõi, nulli creaturæ ꝓprie dominatur. Istam rationẽ pro prima parte ponit Armachanus. 4. ca. 4. lib. Et aduersarius pro toto. 5. ca, suaꝝ determinationũ de dominio.

Resp̃sio ad argumentum

Hic dico, quòd contradicunt sibijpsis etiam isto modo arguendi: quia ponit aduersarius alibi duodecimo capite determinationũ illarum, quòd reciproce homines sibijnuicem sunt domini, & sibijnuicem sunt serui. Et ideo nullo modo sequitur: Iste est seruus huius, ergo non est dominus eiusdem: quia sic non essent sibijuicem reciproce serui & domini. Et septimo ponit cap. quod omnis istius dominatur toti mũdo sensibiliter. Et cum serui multi ciuiles sunt iusti: sequitur necessario, quòd multi serui sunt domini, etiam illorum quorum sunt serui ciuiles. Dominus Armachanus ponit etiam pluries, quod non stat aliquem esse pauperem, nisi habeat dominiũ originale, & possessionem alicuius rei paruæ. Et per hoc distinguit inter pauperem & inopem, & cõcedit deum posse esse inopem, sed non pauperem in temporalibus. Et. 3. ca. 6. lib. de pauperie loquendo proprie, & grammaticaliter, de paupertate & pauperie dicit, quod paupertas spiritus, respectu priuationis opum, importat virtutem. Hoc autem verbum pauper seu paupertas p se sumptum, virtutem in sensu non ha-

C bet: sed sustinet vitium. Iuxta illud Salomonis: Tres species odiuit anima mea, pauperem, superbum, &c. Ex quibus aperte concluditur, quod stat proprie pauperem esse superbum, & vitiosum. Et cum nullus sit proprie pauper, nisi habens dominium originale sup aliqua re parua, vt patet ex dictis suis: sequit etiã, ꝙ stat existentẽ in mortali esse seruum rerum qbus dominatur, q̃d hic negat. Hic dico secundo, quod si argumentum esset validum, cõtra euangelium Christi oportet concedere, quod nullus verus Papa est seruus seruorum dei: immo nec Christus voluit in terris esse seruus & minister: quia Christus fuit dominus, etiam discipulorꝝ, si iuxta illud euangelicum: Vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Si ergo hic modus arguendi esset bonus, non fuisset Christus seruus & minister illorum. Item dominus Papa scribit se seruum seruorum dei, ex deliberatione, iuxta illud Matthei secundo: Quicunque voluerit inter vos maior esse, sit vester seruus. Ergo est dominus Papa, verus seruus seruorum dei, quod non esset verum, si nullus Papa eiusdem rei esset seruus & dominus: quia non dubium quando dominus Papa est seruus multorum, communiter loquendo: & proprie etiam habet multos seruos ciuiles. Dico ergo finaliter ad argumentum, quod nullum inconueniens est, quod eiusdem rei quidam sit seruus & dominus in diuersis maneriebus dominij & seruitutis, sicut stat quod dominus ciuilis etiam bonus, si sit non multum prudens ad se regendum, & sua bene regantur per seruum suum ciuilem & prudentem, & multum sapientem: & tunc secundum philosophiam ille seruus ciuilis est dominus naturalis illius domini ciuilis, & sic dominus ciuilis serui est eiusdem seruus naturalis, & econuerso, seruus ciuilis domini ciuilis est eius dominus naturalis.

Seruus seruorum.

Conformi-

Conformiter ſeruus ciuilis quando eſt iuſtus, ſanctus, & bonus, eſt dominus dominio ori- D
ginali inferioris mundi. Et ſecundum aduerſarium & ſecundum veritatẽ eſt dominus euan
gelicus, etiam domini ſui ciuilis, ſi ſit malus. Et ideo non ſequitur: Eſt ſeruus iſtius vno ge-
nere ſeruitutis, ergo non eſt dominus illius alio genere dominij. Quapropter non ſequitur:
Iſte peccator ſeruit domui ſuæ, vel eſt ſeruus domus ſuæ, nimis diligendo terrena: ergo non
eſt dominus illorum, ſed bene ſequitur, quòd non eſt dominus illorum dominio euangeli-
co, vel dominio meritorio vitæ æternæ: cum quo ſatis ſtat quod ſit dominus illorum do-
minio humano & ciuili: & patet, quòd argumentum non concludit, &c.

Quarto dominus Armachanus de quæſtionibus Armenorum, ca. 4. arguit ad argumen
tum, & concordat aduerſarius capite primo, de dominio ciuili, ſic:

Argumẽtum Armachani

Oſee octauo ſcribitur de infidelibus regibus: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes
extiterunt, & non cognoui, & pro cauſa ſubiungitur: Argentum ſuum & aurum fecerunt ſi-
bi idola vt interirent. Qui ex deo non regnant, & quos in principãdo non cognoſcit: nõ du
bium (inquit) quando carent iuſto dominio. Et concludit in fine cap. Manifeſtum (inquit)
videtur, quòd nullus in mortali habet aliquarum creaturarum dominium verum apud de-
um: ſed tyrannus, aut fur, ſiue raptor merito eſt vocandus: quamuis nomen regis, aut prin-
cipis, aut domini propter aliquam legem humanam retineat.

Reſponſio ad argumentum

Hic dico primo, quòd dominus Armachanus nimis ſuperficialiter conſiderauit textum
Prophetæ allegatum: quia ad literam ibi loquitur Propheta de regibus Iſrael, qui regnaue-
runt ſup decem tribus, poſtquàm Roboam filius Salomonis dure reſponderat eis: non ob- E
ſtante quod deus regnum decem tribuum, ſicut & aliam dederat Dauid, & filijs ſuis in ſem-
piternum. Et propter iſtam cauſam dicit dominus de ſolis regibus Iſrael, quod ipſi regna-
uerunt, & non ex me, id eſt, non ex mea ordinatione primaria: quia ordinauerat illud regnũ
pro Dauid & filijs ſuis. Principes extiterunt, & non cognoui, id eſt, non approbaui maliti-
am principum decem tribuum ſeà regno Dauid diuidentium. Argentum ſuum & aurum
fecerunt ſibi idola, vt interirent: quia decem tribus fecerunt ſibi vitulos: & poſtea idolola-
tria fuit cauſa intetitus eorum, & captiuitatis eorum. Vnde ſequitur in textu Prophetę: Pro-
iectus eſt vitulus tuus &c. Quia tẽpore captiuitatis fuerunt ibi vituli proiecti, & deſtructi.
Et ſic ad lr̃am textus allegatus intelligit̃ de regibus Iſrael, qui fuerũt infideles, p magna par
te, & non de regibus alijs infidelibus. Et ideo incongrue eſt iſte textus, p articulo adductus.
Vel ſi dicere generaliter, quod nulli reges infideles fuerunt reges à deo, eſt dicere expreſſe cõ
tra ſacram ſcripturam, vt ſuperius eſt expreſſum. Hic dico ſecundo, ſecundum B. Auguſti
num. 5. de Ciuitate dei, licet deus regnũ cœlorũ det ſolis pijs, tñ regnũ terrenũ dat pijs & im
pijs. Et hoc dicit ſanctus Auguſtinus conformiter ad ſacram ſcripturam. Duplici tamen
cauſa dicuntur impij regnantes non regnare à deo, vel deo non cognoſcẽte. Vna eſt gene
ralis, quia nullius impij dominium approbat deus ad meritum vitæ æternæ: licet aliquorum
impiorum dominia approbet dominus propter alias cauſas, vel propter virtutes morales,
quas habent & excent, vel propter ius hæreditariũ à deo approbatũ, vel ppter electionẽ
populi habentis à deo poteſtatem eligendi, vel propter domandam nequitiam & iniuſti-
tiam moralem in certa gente: vel propter cauſas alias deo notas, propter quas vera dominia
obtinent, licet non vitæ æternæ meritoria, ſicut peccator verum corpus & veram animam
licet non habeat corpus & animam meritorie ad vitam æternam. Alia cauſa ſpeciali dicun- F
tur certi impij non regnare à deo, vel deo cognoſcente: quia aliqui tyrannizant, & tyran-
nice viuunt, & occupant dominium ſine iuſto titulo diuino vel humano, iniuſtitiam mani-
feſtam faciunt ſubditis communiter, & nationibus propinquis. Pacta non obſeruant, ſed ſi
cut male intrant, ſic male regulant, & tyrannice, & ſine dubio de iſtis verificatur, quod re-
gnant, & non ex deo approbante eorum dominium: & principes ſunt, deo non cognoſcẽ-
te quod ſunt veri principes. Sed ex hoc nullo modo ſequitur, quin alij impij, iuſte titulo di-
uino vel humano dominantes, & iuſte moraliter regulantes ſint veri domini vera dominia
habentes: & ſic patet diuerſimode, quod argumentum non cõcludit &c. Quinto ad idem
arguit aduerſarius de ſuo. Et eſt primũ argumentũ, primi ca. de dominio ciuili.

Argumẽtum Vvielephi.

Omne bonum quod peccator mortalis poſſidet, iniuſte poſſidet: ergo deficit à cuiuſcun-
que dominabilis iuſto dominio. Antecedens arguit ſic: Peccator ſolum illo modo quo eſt,
poſſidet: ſed qualitercunque eſt, iniuſte eſt: ergo qualitercunque poſſidet, iniuſte poſſidet.
Minorem arguit ſic: Mortale cum inficit naturam, multo euidentius inficit omnem mo-
dum, vel accidens eiuſdem: vt ſi vita hominis ſit iniuſta, quia iniuſte viuit, quælibet operatio
eius eſt iniuſta: cum non aliter operatur quàm viuit: & ideo ſicut iniuſte viuit, ita iniuſte eſt
dominus, & iniuſte ſubiacet cuilibet ſignabili ſuo accidenti. Et inferius concedit, peccato-
rem in omni operatione ſua mortaliter peccare.

Reſponſio ad argumentum

Hic dico, quòd ex modo arguendi ſequuntur errores diuerſi. Primo ſequitur, quòd oñis

pctõr

A peccator in mortali peccat,& iniuſte agit. Et omnis puer nõ baptizatus actualiter, anhelando aerem, digerendo cibum, expellendo ſuperfluum, multiplicando ſpecies per mediũ, peccat. Conſequens manifeſte erroneum, tamen hi actus nõ ſubijciuntur imperio voluntatis: & ideo exercendo naturaliter & neceſſitate naturæ hos actus, nõ actualiter peccat quis, nec infantes ſic actualiter peccant. Et patet ſequela, quia ſi pctõr ſolum illo modo quo eſt, poſſidet omne quod poſſidet: ergo & ſolũ illo modo quo anhelat aerem, & multiplicat ſpecies naturaliter per medium. Sed ſi modo quo eſt, iniuſte eſt: ergo qualitercunq; anhelat aerem, & multiplicat ſpecies per medium, iniuſte anhelat, & iniuſte ſpecies multiplicat, & peccat actualiter ſic anhelando, & ſic multiplicando: ergo planum ꝙ deficit argumentum. Secundo ſequitur, quod complete fatui non baptizati, & complete furioſi, arrepti peccato mortali, iniuſte agunt & peccant mortaliter in omni operatione ſua: quia non aliter operantur q̃ ſunt, & qualitercunq; ſunt, iniuſte ſunt: ergo qualitercunq; operantur, iniuſte operantur, & peccant mortaliter. Conſequens contra determinationem doctorum & eccleſiæ. Tertio ſequitur, quod omnis maritus poſſidendo vxorem & prolem, dum eſt in mortali, mortaliter peccat poſſidendo vxorem & prolem: quia omnis poſſeſſio eius eſt iniuſta eo modo quo ipſe eſt iniuſtus: quia dicit ꝙ mortale inficit naturam, & omnem modum, & omne accidens eius, & per conſequens omnem operationem eius: ſed ipſe maritus eſt mortaliter iniuſtus, ergo & omnis poſſeſſio mortaliter iniuſta: ergo & poſſeſſio ſua qua poſſidet vxorem & prolẽ, eſt mortaliter iniuſta, & per cõſequens illa poſſeſſio vxoris & prolis eſt ſibi pctm̃ mortale. Quarto ſequitur, ꝙ pctõr mortalis peccat mortaliter credendo
B in deum, & ſignando ſe ſigno crucis: quia qualitercunq; eſt, taliter operatur iniuſte: ergo ſi credit cum ſit iniuſtus, & iniuſte ſe ſic ſignat mortaliter peccando, & ſic faciendo dum eſt in mortali. Quinto ſequitur, ꝙ ſacerdos in mortali, quotieſcunq; dicit aliquam partem officij eccleſiaſtici, toties peccat mortaliter: & ſic quot verba dicit in matutinis, in horis & in exequijs, & alijs, tot committit mortalia peccata, patet ſicut prius. Sexto ſequitur, ꝙ animę in ſantium decedentium ſine baptiſmo fluminis, flaminis, & ſanguinis, cõtinue peccãt mortaliter, patet cõformiter. Septimo ſequitur, ꝙ pctõr mortalis peccat mortaliter poſſidẽdo manus, pedes, caput, vel aliquam partẽ corporis: & cum infinitæ ſint partes corporis proportionabiles, ſequitur quod infinitis pctis peccat continue dum eſt in mortali. Octauo ſequitur, quod pctõr mortalis ſi ſit niger corpore, iniuſte eſt niger: ſi albus, iniuſte albus: ſi alicui ſimilis, iniuſte ſimilis: quia iniuſte ſubeſt cuilibet ſignabili accidenti ſuo: & cum infinitæ ſimilitudines ſint in eodem homine, quaꝝ quælibet eſt accidens reale ſecundum doctrinam ſuam: ſequitur quod infinitæ iniuſtitiæ ſunt in quolibet homine mortaliter pctõre. Nono ſequitur, quod quilibet homo pctõr eſt iniuſte quantus, cum iniuſte ſubſit cuilibet ſignabili accidenti: & conſequenter ſequitur quod pctõr quante eſt, tante iniuſte eſt: quia omnimodo quo eſt, iniuſte eſt, ex modo arguendi: ergo quante eſt, tante iniuſte eſt. Signo ergo duos æquales in naturalibus, & quantitatibus per a & b: quorum vnus peccet peccato intenſo, puta a, & alius remiſſiori, puta b ſolum: & ſequitur, quod a eſt magis iniuſtus quàm b: quia maior pctõr, cum pctm̃ ſuum ſit intenſius & grauius pctõ b: & quod a, non eſt magis iniuſtus quàm b: quia vterq; æqualiter eſt qualitatiue, quantitatiue, & ſubſtan-
C tialiter, & vterq; præciſe quante eſt b, tante iniuſte eſt: ergo a, non magis iniuſte eſt quàm b, ergo contradictio. Similiter ponat, quod Socrates ſit quantitatiue longior quàm Plato, & quod peccet pctõ iracundiæ remiſſe, & Plato pctõ idololatriæ intenſe: & tunc ſequitur, quod Socrates magis iniuſtus eſt, quàm Plato: quia quante eſt, tante iniuſte & iniuſtus eſt, & non eſt magis iniuſtus quàm Plato: quia iniuſtitia peccati ſui non eſt tanta, quãta iniuſtitia Platonis. Et ſic iterꝝ ſequitur contradictio. Decimo ſequitur, ꝙ omnes primi motus in peccatoribus mortalibus ſunt pctã mortalia: quia concedit talia opera talium, eſſe pctã mortalia: conſequens contra determinationem ſanctorum doctorum. Vndecimo ſequitur, ꝙ omnes primi motus in iuſtis viris & ſanctis ſunt opera meritoria vitæ æternæ: quia ſi mortale ſic inficit naturã, quod inficit omnia opera naturæ, & facit ea iniuſta & mortalia: ergo & gratia gratũ faciens ſic perficit naturam, ꝙ facit omnia opera eius iuſta, & vitæ æternæ meritoria. Et ſic cõſequenter infantes baptizati actualiter merentur vitam æternã, anhelando aerem, multiplicãdo ſpecies per mediũ, digerẽdo, egerendo, plorãdo, & in omni operatione ſua naturali, ꝙ nullus ſani capitis vnquam dixit. Duodecimo ſequitur, ꝙ nihil gratificat viatorem ad bona temporalia, niſi ꝙ gratificat eundem ad bona æterna. Conſequẽs falſum etiã per aduerſariũ, qui in eodẽ tractatu de dominio ciuili dicit ca. ſ
« quod nullus præſcitus in gratia, quantumcunq; magna ſecundum præſentem iuſtitiam
« meretur vitam æternam: ſed aliquod bonum citra. Conſequens etiam falſum de operibus moraliter bouis ex genere factis in mortali, per illa meretur faciens bonum temporale: nõ bonum æternum, vt ſanctus Auguſtinus exemplificat de Romanis. Conſequens falſum

etiam, quia multa opera gratificant facientes penes prælatos, & dominos tẽporales ad bo- D
na temporalia: quæ tamen nõ gratificant eos ad æterna prẽmia. Et ſequela patet, qa ſecũ-
dum modum iſtum arguẽdi, ſi qs ſit in mortali, nihil gratificat eum ad aliquod bonũ tem-
porale: ſed oĩa opa ſua ſunt mortaliter infecta, ſi in gratia, tũc erũt oĩa opa ſua iuſta, & vitę
æternæ meritoria. Et ideo ſi aliq̃d opus gratificat eũ ad bonũ morale, illud gratificat eũ ad
bonũ æternũ. Decimotertio ſeq̃tur, q̃d actualiter dãnatus ad pęnã ęternã, à deo iniuſte eſt
dãnatus. Nã qualitercũq; iſte eſt, taliter damnatus eſt: & quicunq; iniuſte eſt, iniuſte ſubeſt
cuilibet ſuo accidenti ſignabili. Ex argumento ergo iniuſte ſubeſt omni pœnæ ſuæ ſenſi-
bili: ergo iniuſte eſt ipſe damnatus actualiter. Et ſic ſeq̃tur e contrario, q̃d Chrũs iuſte fuit
cõdemnatus ad crucis patibulum, & iuſte paſſus eſt pœnas ſibi à Iudæis inflixas. Et conſe-
quenter, q̃d omnis martyrizatus iuſte patitur paſſiones, quas patitur dum martyrizatur: &
conſequẽter, q̃d omnis iuſtus iuſte patitur, quicq̃d à tyranno iniuſto iniuſte patitur, qa ſo-
lummodo quo eſt patitur, & omni modo quo eſt, iuſte eſt: ergo omni modo quo patitur,
iuſte patitur. Multæ ineptę conſimiles poſſunt deduci quæſtiones ex modo arguẽdi, quas
pertrãſeo propter abbreuiationem ſermonis, &c. Reſpondeo igitur primo ad argumẽ-
tum, qa prima propoſitio poteſt habere duplicem intellectũ, cum dicit, q̃d peccator ſolum
illo modo quo eſt, poſſidet aliq̃d, quod poſſidet. Vnũ talem: Peccator ſolum eo modo quo E
eſt vt poſſidet aliq̃d quod poſſidet: & hoc poteſt cõcedi. Aliũ vero talem: Peccator ſolum
illo modo quo eſt, poſſidet omne q̃d poſſidet: & hoc eſt falſum, qa peccator ſubſtantiali-
ter eſt, & nõ ſubſtantialiter, ſed accidentaliter poſſidet accidẽtia ſua ſeparabilia. Fur nõ fur-
tiue eſt, neq; prędo rapinatiue, & tamen fur furtiue poſſidet furata, & prędo rapinatiue de-
prędata. Vnde nec iuſtus ſolum illo modo quo eſt, poſſidet omnia quę poſſidet, quia pri-
mus parens pro tpe paruo, quo fuit innocens ante peccatũ, ſubſtantialiter fuit, & nõ ſub-
ſtantialiter habuit innocentiam, quam tũc habuit primus angelus. Etiam primus angelus
in primo inſtanti ſui eẽ pro morula, antequam peccauit neceſſario fuit, ſic quod fuit ver̃
dicere: Iſte angelus eſt neceſſario neceſſitate reſpectiua, ſic q̃d nec poteſt, nec poterit nõ eẽ
de communi lege, & ſic nõ neceſſario poſſedit innocentiam, qa cito pdidit illam. Similiter
pręſcitus, nũc in gratia naturaliter eſt, & nõ naturaliter poſſidet gratiam gratum facientem
quam poſſidet, ſed miraculoſe à domino dono. Et ideo iuſtus vno modo eſt, & alio mo-
do, & nõ illo modo poſſidet aliqua quæ poſſidet: & cõſimiliter eſt de iuſto. Patet ergo, q̃d
in ſecũdo intellectu vniuerſali aſſumptum eſt ſimpliciter negandũ: & patet apud logicũ,
quod ſi aſſumptũ ſumatur ſolũ in primo ſenſu, qa cõſequẽtia eſt nulla. Reſpondeo ſecũdo
ad argumentum, q̃d minor propoſitio cum dicitur, q̃d qualitercunq; peccator eſt, iniuſte
eſt: eſt ſimpliciter falſa, loquendo de iniuſte, vt ipſe facit, pernitioſe ad demeritum pœnæ
æternæ: niſi enim ſic loqueretur de iniuſte, nõ eẽt ad propoſitum ſuũ de iniuſto dominio.
Sic enim loquendo patet, q̃d peccator naturaliter eſt & ſubſtantialiter, & nõ eſt ſubſtãtia-
liter ſic vitioſe, nec naturaliter vitioſe. Et ad eius probationem cum ſic arguit: mortale cũ
inficit naturam, multo euidentius omnem modum ipſius, & omne accidens eius: vt ſi vita F
hominis ſit iniuſta, quælibet eius operatio eſt iniuſta, cum nõ aliter operatur q̃ viuit. Dico
cõſtanter, q̃d nõ oportet ſi mortale inficit naturam hominis, ita vt faciat eam vitioſam, &
dignam pœna æterna, q̃d propter hoc facit omne accidens eius & omnem modũ eius vi-
tioſum, & dignum pœna æterna. Nam albedo iuſti nõ eſt digna vita æterna, nec nigredo
iniuſti pœna ęterna, ſicut nec multiplicatio naturalis ſpeciei p medium, nec eſt digna vita
ta æterna in iuſto, nec pœna æterna in iniuſto. Et ſic cõſequenter falſum eſt, q̃d ſi vita ho
minis ſit iniuſta, quælibet operatio hominis eſt iniuſta, vt ſuperius patuit, & inferius am-
plius patebit. Et conſequenter eſt falſum vniuerſaliter loquendo, quod nõ aliter operatur
quàm viuit: quia viuit ſubſtantialiter & naturaliter, & multa operatur, quæ operatur mere
actualiter, & multa quæ mere artificialiter. Et ideo iſtud argumentum prudentem nullum
mouere debet, &c. Iterum arguit aduerſarius argumentum ſic:

Argumẽtum wiclephi

Sic cõtingit iniuſtum iuſte ſimpliciter temporalibus dominari, p idem cõtingeret iniu- »
ſtum pure iuſte vti temporalibus, quor̃ habet ſimpliciter iuſtum dominium. Sed contta. »
Facit Petrus iniuſtus eleemoſynam egentibus cum qbuſcũq; circũſtantijs volueris, ipſo ta »
men ſtante iniuſto. Et arguitur, q̃d non pure iuſte diſtribuit. Nam nullũ opus extrinſecum »
eſt iuſtum ſimpliciter, niſi vt procedit à virtute iuſtitiæ, ſed diſtributioni Petri deficit vir »
tus iuſtitię, cum ſit habituatus in iniuſtitia repugnãte, ergo diſtributio data nõ eſt iuſta ſim- »
pliciter. Cõfirmat primo ſic: Deus requirit ab iſto q̃d nihil operetur niſi in gratia, iſte ope »
retur extra gratiam: ergo operatur aliter q̃ deberet, nec iſta alienietas operandi exacta ob- »
ligat Petrum ad aliter operandum ſub quacũq; pœna, ſed ſub pœna mortalis peccati. Ex »
quo patet inquam, q̃d ſi Petrus eſt iniuſtus, quicquã, ſiue comedendo, ſiue dormiendo, ſiue »
q̃dcũq; bonũ opus de genere faciẽdo, peccat mortaliter cõtinue. Cõfirmat ſecũdo p illud »

Aposto-

A Apostoli: Si distribuero in cibos pauperꝫ omnes facultates meas, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest. Et cũ iniustitia & charitas sunt duo immediate opposita, oportet alteram inesse homini. Et si vnũ inest, alterum deest: ergo sicut nõ est possibile iniustũ vti aliquo, nisi iniuste vtatur eodẽ vel potius abutatur: sic nõ est possibile iniustũ alicui dominari, nisi iniuste dominet, vel potius tyrannizet, cũ iniuste extorquet, & occapat aliena. Responsio ad argumẽtum.

Patet ꝙ ex hoc modo arguendi sequuntur multi errores, vt patet ex erroribus adductis cõtra p̃cedens argumentũ. Et nihilominus sequitur vlterius: primo, ꝙ filius in mortali honorando patrem & matrem, eo ipso peccat mortaliter: quia quodcunq; opus bonũ de genere faciendo dum est in pct̃o mortali, peccat mortaliter. Et consequenter sequitur, ꝙ parochianus dans decimas ecclesiæ dum est in mortali, ex hoc ꝙ dat dum est in mortali, peccat mortaliter: & tenentes de dominijs temporalibus, soluentes redditus quos debent, dũ sunt in mortali, peccant mortaliter. Et cõsequenter, ꝙ peccator atterendo de peccatis, & disponendo se ad veram contritionem, peccat mortaliter in hoc: & cõsequenter prodest homini, & expedit homini peccatori multipliciter peccare mortaliter: quia prodest sibi, & expedit facere multa opera bona de genere dũ est in mortali, vt etiam aduersarius cõcedit cap. 2. tractatus de dominio ciuili: & in omni tali opere peccat mortaliter, vt hic dicit: ergo prodest & expedit peccatori mortaliter multipliciter peccare mortaliter. Et sic consequenter sequitur, ꝙ quanto plus peccat mortaliter in certis pct̃is mortalibus, tanto cæteris paribus plus prodest sibijpsi: quia quãto plura bona opera de genere facit in mortali, tanto cæteris paribus plus prodest sibijpsi. Et in omni tali opere mortaliter peccat: ergo conclusio. Cõsequenter sequitur, ꝙ ex hoc quod infidelis obedit diuino p̃cepto, peccat mortaliter: quia in omni operatione sua peccat mortaliter, vt hic dicitur. Et cũ pateat in scriptura, ꝙ infidelibus deus p̃cepit multa, quibus p̃ceptis deo volente obediebãt, & pro quibus obedientijs fuerunt à deo temporaliter p̃miati. Cõsequenter sequitur, ꝙ obstetrices Aegypti, quæ reseruabant masculos Hebræorꝫ ad vitam, & timuerunt deũ, & mentiebant Pharaoni, sic reseruando masculos peccauerũt mortaliter, & timendo deũ peccauerũt mortaliter, & mentiendo Pharaoni peccauerunt mortaliter, contra sententiam ecclesiæ, & antiquorum doctorum. Et patet sequela, quia istæ obstetrices Aegyptiæ erant idololatræ, & in peccatis mortalibus. Et multæ tales ineptiæ erroneæ sequuntur ex his dictis. Dico ergo primo ad argumentum, quod est iustitia naturalis, consequens omnem creaturã essentialiter, vt ipse aduersarius concedit, 3. cap. tractatus prædicti. Et dico quod ista est bonitas qua conformatur voluntati primi principij, & est iustitia moralis, philosophica, quam habuerunt philosophi, pagani, & multi Imperatores Romani, vt docet sanctus Augustinus, & adhuc habent multi in pct̃is mortalibus existentes. Vnde aliqui inueniuntur lubrici, qui in iudicijs publicis sunt multũ iusti, & est iustitia moralis, euangelica siue theologica, & hoc semper est informata gratia. Et tunc consequenter dico, quod stat primam iustitiam esse iustitiam simpliciter in genere suo, & secundam iustitiam simpliciter in genere suo, sicut & tertiam esse iustitiam simpliciter in genere suo. Per hæc dico ad argumentum principale, quod distributionem Petri non deficit virtus iustitiæ moralis, & philosophicæ, licet illi deficiat virtus iustitiæ euangelicæ. Et consequenter dico, quod non est habituatus in iniustitia repugnante virtuti iustitiæ moralis & philosophicæ (aliàs euangelicæ) licet sit humanitus in iniustitia repugnãte virtuti moralis iustitiæ euãgelicæ. Et ideo nõ sequitur, quod distributio data non sit iusta simpliciter: sed solum sequitur quod non est iusta simpliciter iustitia euangelica: cũ quo satis stat, ꝙ sit iusta simpliciter iustitia naturali, & iustitia morali philosophica. Et sic est in casu dato, & sic patet ꝙ nõ valet argumentũ principale. Quantũ ad primam cõfirmationem, patet ex modo arguendi, ꝙ deus non potest creare, & ad tempus conseruare creaturam rationalem sine gratia gratũ faciente, & sine mortali peccato: cuius tamen oppositum magister sententiarum dicit esse verum de primo parente. Et sine dubio, dicere ꝙ deus hoc non posset facere, est dicere contra articulum de omnipotentia diuina. Et sequela patet: tali creatura rationali sic existente & aliquid operãte, patet ex modo arguendi, ꝙ quia operatur extra gratiam, & sine gratia, ꝙ operatur aliter quàm deberet: & per consequens ex modo arguendi sequitur, quod peccat mortaliter: ergo nõ est sine mortali, & est sine gratia: quia nõ dũ est in mortali. Si ergo modus arguẽdi est bonus, non potest esse homo ex dei potentia in tali dispositione, quod hæreticum est dicere. Dico ergo, quod non oportet quod deus requirat à quolibet viatore, vt nihil operetur nisi in gratia: vt patet ex hoc dicto: & etiam quia deus requisiuit à multis infidelibus, quod facerent multa sua peccata: & non requisiuit quod facerent illa in gratia, nec voluit simpliciter quod in gratia illa facerent: & quamuis deus requireret à quolibet viatore ꝙ nihil faceret nisi in gratia, hoc non requirit ab eis sub pœna mortalis peccati, vt ex præmissis palã ostẽditur requirit hoc sub pœna perditionis æterni præmij pro operatione illa. Et ideo cũ

vlterius concludit, quod talis operatur aliter quàm deberet: patet quod non, ex prædictis, D
& quamuis concedatur, quod talis distribuendo eleemosynas operatur aliter quàm debe-
ret: cõcedo pro eo q̃d operatur aliter quàm deberet sub pœna mortalis peccati, vt falsissi-
me in argumento assumũt: & sic patet q̃d argumentum non cõcludit. Quantum ad secun-
dam cõfirmationem ex authoritate Apostoli dico primo, quod authoritas cõcludit oppo
situm propositioni aduersarij, qa Apostolus supponit in authoritate, quod stat existentem
extra charitatem habere vere facultates, quas potest egenis distribuere, sicut & supponit
ibidem, qa vere stat talem extra charitatem corpus suum tradere, ita vt ardeat, & vere ha
bere fidem, qua montes transferat, & vere linguis hominum loqui & angelorũ, & vere ha
bere prophetiam & scientiam, ergo ex authoritate patet, q̃d potest extra charitatem vere
habere facultates, quod tamen vult aduersarius vitare. Dico secundo, quod Apostolus vult
quod talis distributio facultatum nihil prodest distribuenti quo ad meritum vitæ æternæ,
quamdiu est sine charitate, nõ negat tamen quin vere potest habere tales facultates, & ve-
re mereri præmia temporalia, & alia bona à bonis æternis per illarum distributionẽ egę-
nis, & ideo argumentũ non concludit. Dico tertio, q̃d quo ad assumptũ quando dicit, q̃d
quia iniustitia & charitas sunt immediate oppositæ, oportet alterum illorũ inesse homini,
quia doctores q ponũt primũ parentem creatum in puris naturalibus suis sine gratia gra-
tum faciente, habent istud plane negare. Verũ tamen est, quod iniustitia mortalis peccati
contraria est charitati: sic quod non possunt inesse simul eidem homini non multiplicato,
sed quamuis alicui insit iniustitia mortalis peccati respectu vnius actus duorum vel trium, E
non oportet quod iniustitia peccati mortalis insit sibi respectu omnium actuum suorũ. Si-
cut nec econtrario, quamuis charitas insit homini respectu aliquorum actuum suorum, nõ
oportet quod insit sibi respectu omniũ actuum suorũ. Quapropter dicit sanctus Grego-
rius in homilia de apostolis: Sunt nonnulli, q diligunt proximos, sed per affectum cogna-
tionis carnis, qbus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Et subdit: Hi
nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequun-
tur, qa amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt. Patet ergo ex sententia
sancti doctoris, q̃d bonus homo potest in charitate diligere aliquos spiritualiter, & assequi
sublimia dilectionis præmia, & potest diligere proximos de parentela per affectionem co
gnationis, & tamen propter talem dilectionem nõ assequi sublimia dilectionis prę̃mia. Et
ergo charitas potest inesse homini respectu vnius actus sui, quamuis non insit sibi respectu
aliorum actuum suorũ. Et sic econtrario est de iniustitia mortalis peccati, q̃d potest homi
ni inesse respectu aliquorũ actuum suorũ, & nõ respectu omnium actuum suorum. Et sic pa
tet quod argumentum in nullo concludit, &c. Consequenter arguit aduersarius per au-
thoritatem sancti Augustini in epistola. 57. ad Macedonium, vbi sic.

Argumẽtum Wiclephi. Si prudenter intueatur, q̃d scriptum est, fideli homini totus mũdus diuitiarum est, infi- "
deli autem nec obolus: nonne omes q sibi gaudere videntur licite conquisitis, eisq; vti ne- "
sciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc autem alienum non est q̃d iure possidetur: hoc "
autem iure quod iuste, & hoc iuste quod bene: omne ergo q̃d male possidetur, alienum est. "
Male autem possidet, q male vtitur. Iustitiam nemo male habet, & q non dilexerit nõ ha "
bet. Pecunia vero & à malis male habetur, & à bonis tanto melius, quanto minus amatur. "
Hæc Augustinus.

Respõsio ad argumẽtum. Hic dico primo, si aduersarius cõsideraſſet libros beati Augustini omnes, potuisset ad F
duxisse magis prægnãtes authoritates. Nam. 4. de Ciuitate dei, ponit Augustinus expresse
quod quam diu apud Romanos fuit cultus plurimorũ deorũ, nõ fuit apud eos verum impe-
rium, & per cõsequens nec verum dominiũ. Et in. 4. cap. quarti, enumeratis multis mirabi
libus de actis Romanorũ, q poterant videri actus miræ fortitudinis: finaliter cõcludit, q̃d
cum eẽnt tunc infideles, nulla fortitudo vera fuit in eis, nec aliqua virtus alia vera. Et. 5. de
Ciuitate, ponit, q̃d non est vera virtus quæ non intẽdit ad illũ finem, vbi est bonum homi-
nis, quo melius nõ est: & multa consimilia dicit Augustinus in libris illis, quæ prætendere
videntur, q̃d apud infideles, nec est verũ dominium, nec aliqua vera virtus. Hic dico secun-
do, q̃d beatus Augustinus in libris suis valde æquiuoce loquitur de vero dominio, & de ve
ra virtute. Nam aliàs multipliciter cõtradiceret sibijpsi. Nam in multis locis librorũ de Ci-
uitate dei ponit Augustinus deũ dilatasse dominium Romanorũ propter virtutes quas ha-
buerunt. Et enumerat octo virtutes magnas Romanorum, dum adhuc eẽnt infideles. Et
iterum. 9. cap. 5. lib. distinguit Augustinus dominiũ tyrannicum à dominio regali & im-
periali: & ponit q̃d apud Romanos successiue fuit vtrũq; dominiũ dum adhuc eẽnt infide-
les. Item. 11. cap. 4. de Ciuitate, ponit Augustinus, quod Romani potius debuissent coluisse
deam iniquitatis pro dilatatione imperij, quàm deũ Iouem, qa iniqtas aliena, puta aliarum
nationum, fuit causa quare bella illorũ fuerũt iusta. Ergo sentit Augustinus, quod bella Ro

manorum

A manorum infidelium fuerunt iusta, per quæ dilatauerunt imperium. Item. 15. de ciuitate dei. 5. lib. dicit Augustinus, ꝙ felicitatem veram dat deus verus viris solis pijs, regnum vero terrenũ pijs & impijs. In eodem cap. distinguit Augustinus inter quatuor imperatores pessimos, & inter quatuor imperatores paganos bonos, quibus dedit imperium & dominium. Sciebat & sentiebat ergo Augustinus, apud infideles esse verum dominium, & etiã veras virtutes. Patet ergo, ꝙ valde æquiuoce loquitur de vera virtute, & vero dominio. Hic dico tertio, quod ille terminus, verum, sumitur aliquando transcendenter, prout conuertitur cum ente, iuxta illud antiquum, ens verum, & bonum conuertuntur. Et sic omne ens est verum, & omne quod est, vere est, & sic omne ens est verum ens: & à pari omne dominium quod est, sit verum dominium: & omnis virtus, etiam quæ est in pagano, est sic vera virtus. Aliquando iste terminus, vere, sumitur pro esse tali à proprietate idem, & sic dicimus, quod homo naturalis est vere homo, sed non homo pictus. Vnde quandocunq; definitio rei prædicatur de aliquo, ipsum est vere tale. Et sic quia definitio moralis virtutis prædicatur de virtute acquisita ex actibus elicitis in anima philosophi pagani, hinc est, ꝙ illa est vera virtus moralis, etiam in anima pagani, nec hoc negat Augustinus. Aliquando vere tale sumitur pro esse beatifice tale. Et hoc modo loquitur beatus Augustinus. 5. de ciuitate dei, cap. 12. de esse vere, quando ponit, quod diuitiæ æternæ sunt vere diuitiæ: & nõ diuitiæ temporales, quantumcunq; magnæ diuitiæ, sed sunt falsæ diuitiæ, quia non satiant appetitum. Vbi non dubium quin Augustinus sumat vere pro beatifice. Aliquando sumi-

B tur vere pro gratifice esse tale, & hoc vel per gratificationem ad præmia cœlestia, vel per gratificationem ad præmia terrena. Et primo istorum modorum loquitur Augustinus de vera virtute, & vero dominio, quando negat apud infideles fuisse veram virtutem & verum dominium: hoc est, non fuit in eis virtus aliqua gratifica, per quam gratificarentur ad vitam æternam. Nec aliquod dominium gratificum, per quod gratificarentur ad præmium æternum. Cum quo satis stat secundum intentionem sanctorum doctorum, quod fuit in eis vera virtus gratifica gratificans ad præmium temporale: & sic de dominio: cum quo etiam satis stat, ꝙ fuerunt in illis veræ virtutes, & vera dominia, loquendo transcendenter de vere, & etiam loquendo de vere, pro appropriate: & sic possunt cõcordare verba doctoris, & responderi ad infinita argumenta aliorum, &c.

Iterum arguit deducendo longo processu, ꝙ si dominium creaturæ est, est per deum ipsum approbantem. Ex quo vlterius arguit sic: Si deus approbat istud dominium, per idẽ approbat vsum istius dominij, & omnia alia quæ sibi pertinent. Et cum omnis talis abutatur bonis dei, sequitur ꝙ deus approbat hunc abusum: imõ cum quodlibet opus talis iniusti fit peccatum, sequitur quod deus est author & approbator peccati, non solum quo ad esse secundum, sed quo ad esse primum: quia si deus vult quod iste dominetur, & iste solum dominatur tyrannizando: sequitur quod deus vult ꝙ iste tyrannizet, & per consequens, vt peccet, quod est blasphemum dicere. Argumẽtum Vviclephi.

Hic admitto primum consequens, ad quod deducit, quod nullus vere dominetur, nisi deo hoc approbante: quia deus approbat omnes leges humanas suæ legi non contrarias: & ex legibus ciuium & regnorum habent diuersi diuersos titulos ad occupandum iniuste diuersa rerum dominia. Et cum vlterius arguitur, ꝙ si deus approbat dominium, tunc & deus approbat vsum dominij: patet ꝙ argumentum non valet, quia secundum sentẽtiam ecclesiæ & sancti Augustini, & etiam sacræ scripturæ, contingit multoties vti iniuste iusta potestate. Et ideo non sequitur: Deus approbat potestatem vel dominium, ergo approbat vsum dominij. Satis tamen stat, ꝙ deus in aliquibus iniuste habentibus dominium, approbat vsum eius: vt quando peccator vtitur dominio suo ciuili ad correctionem delinquentium, ad promotionem virtuosorum, ad elargitionem eleemosynarum, ad defensionem patriæ. Et cum vlterius assumit, omnis talis abutitur bonis dei: & ex hoc concludit, ꝙ deus approbat abusum rei. Si loquatur modo iuristarum de abusu, & modo philosophorũ de abusu, satis potest concedi, ꝙ deus approbat abusum rei. Nam iuristæ dicunt, ꝙ vsus est ius vtendi re aliena, salua rei substantia. Et abusus secundum iuristas, est rei consumptio, suæ substantiæ destructio. Vnde bonus homo comedendo panem, bibendo vinum, & digerendo licite, abutitur pane & vino secundum iuristas, & hoc licite & iuste. Et ideo abusum iuristarum multoties deus approbat. Philosophi distinguunt vsum contra dissuetudinem: & est vsus secundũ philosophos, frequens operatio secundũ aliquã potentiam: & aliquando loquitur scriptura sic de vsu. Nã Dauid nouiter armatus ad pugnandũ contra gigantẽ, dixit: nõ possum sic incedere, quia nõ habeo vsum. Et modicũ ante præmittitur, primi Regũ. 17. Non em̃ habebat consuetudinem. ita ꝙ vsus sumitur pro consuetudine operandi secundũ aliquã potentiam, & abusus pro dissuetudine operandi secundũ aliquam potentiam: & cum deus approbet illam dissuetudinem multoties, vt dissuetudinem operandi

Responsio ad argumentum

ſecundum potentiam generatiuam in perpetuis virginibus,& poſt votũ caſtitatis:& ſic de D
multis alijs patet,loquẽdo philoſophice de abuſu,quod deus multotiens approbat abuſum
rei. Et itez loquendo,modo quo alibi loqtur ſacra ſcriptura de abuſu,ſatis poteſt concedi,
quod deus approbat abuſum rez,cũ deus ipſe poſſit hoc modo rebus abuti. Nam Hiere-
miæ.18.ſic loquitur propheta ad deũ de impijs:Ne propitieris iniqtati eorum ,fiant cor-
ruentes in gladio,& in tempore furoris tui abutere eis. Siue hæc Hieremias dixit impetra
tiue,ſiue pronuntiatiue,quod eſt magis veriſimile,manifeſtum eſt quod intendebat deum
creaturis poſſe abuti,& ſic deum poſſe abuſum approbare. Loquendo etiam vulgariter de
vſu & abuſu,ſtat deum multotiens approbare abuſum rerum. Nam vulgariter loquendo,
vtitur re,qui eam tractat ad finem,ad quem per naturam vel artem ordinata eſt. Et abuti
tur,q rem tractat ad finem contrarium,vel notabiliter alium,quàm ad ipſum,ad quẽ per
naturam,vel artem ordinata eſt. Et ſic q ſcindit cum ſerra, abutitur ſerra, qa ordinata eſt
finaliter ad ſerrandum,nõ ad ſcindendum. Et ſic loqtur Apoſtolus de vſu & abuſu,& ſcri-
ptura multotiens. Et ſic etiam abutitur deus hominibus damnatis, qa ho mo factus eſt ad
vitam æternam habendam, & ideo quando deus tradit malũ hominem ad mortem æter-
nam,abutitur eo,hoc modo vulgari loquendo,& ſatis licite,quia iuſte loquendo de vſu &
abuſu,vt loquitur dominus Armachanus.2.cap.3.lib.de pauperie . Sic dico, quod aſſum-
ptum eſt falſum,& etiam concluſio inducta,qa ille dicit ibidem,quod vſus eſt rationalis,&
vtilis rei tractatus,& abuſus eſt irrationalis,& inutilis rei tractatus. Et non oms iniuſtus ir E
rationabiliter,& inutiliter tractat omnem rem quam tractat,vt ex præmiſſis patet multi-
pliciter. Et ideo non oms talis abutitur ſemper bonis dei,conformiter loquendo de abuſu
vt deus approbat talem rei abuſum,vt ex prima authoritate concluditur. Sed beatus Au-
guſtinus non ita loquebatur de vſu, quando dixit quod ſumma peruerſitas eſt, vti fruen-
dis & frui vtendis,qa ad modum loquendi domini Armachani,nullus poteſt eſſe vſus per-
uerſus. Patet ergo,quod argumentũ non eſt alicuius euidentiæ,vt cum concludit in fine,q̃d
quia omne opus iniuſti eſt peccatum mortale,ideo eſt deus author & approbator peccati.
Patet quod aſſumit falſum, vt pluries eſt oſtenſum. Itez arguit ſic.

Argumẽtum wiclephi — Non eſt poſſibile deum aliq̃d præſtare alicui, niſi digno:nullus iniuſtus eſt dignus eſſe dei præſtarius,ergo nullus pro tempore quo eſt iniuſtus præſtat vel donat deus aliq̃d. Ma-
iorem probat ex hoc,q̃d deus nõ poteſt niſi volũtarie & rationabiliter præſtare, & ideo eo
ipſo quo præſtat aliq̃d alicui creaturæ,dignificat ipſam,vt ſit dei præſtarius. Et cũ hoc ſit
magna gratia,ſeqtur quod prius vel ſimul gratificat creaturã,quando aliq̃d ſibi donat.

Reſponſio ad argumẽtum. — Hic ſeqtur primo,quod deus nõ præſtat puero in primo inſtanti animationis ſuæ in vẽ-
tre matris,corpus & animã,cũ tunc ſit in originali. Sed iſtam concluſionem concedit ad-
uerſarius cap.2.de dominio ciuili,vbi facit argumentum,pro eo quod præſtare & donare,
præſupponunt exiſtentiam præſtarij,& per conſequens nulli hominum præſtat ſubſtan- F
tiam animæ. Ex quo ſequitur primo,quod puer in ventre matris,quando primo habet ani
mam & vitam,non habet illam à deo, quia tunc haberet illam animam ex diuina præſta-
tione vel donatione. Nec habet tunc animam intellectiuam ab aliqua creatura,ergo à nul-
lo habet animam,quando primo habet eam. Item ipſe ponit,quod primus parens creatus
fuit in gratia,ergo deus in primo inſtanti ſui eſſe præſtitit,& donauit ſibi gratiam, ergo p̃e
ſtare & donare non præſupponũt exiſtentiã præſtarij. Et ſic hæc concluſio contradicit ſi-
bijpſi. Vnde non habuit à ſe gratiã in primo inſtanti ſui eſſe ,& habuit illam in primo in-
ſtãti ſui eſſe, vt dicit:ergo ab alio,& à nullo ſi non à deo,ergo habuit à deo gratiã in primo
inſtanti ſui eſſe ipſam ſibi præſtante & donãte,& ideo falſum eſt q̃d præſtare & donare p̃-
ſupponũt,generaliter loquendo exiſtentiam præſtarij. Secũdo ſeqtur, quod nulli infideli
dat deus animam vel corpus,vel aliquod bonũ naturæ vel fortunæ. Quam concluſionem
negat aduerſarius cap.prædicto:ſed bene concedit,quod deus nihil donat eis. Et dicit,q̃d
datio eſt æquiuoca ad traditionẽ,ſecundũ legẽ naturæ,& ad eſſe primum ac ad bonum gra
tiæ,& ad perfectionẽ ſecundã. Primo modo dat deus omni animato vel iniuſto quicquid
habet. Sed ſecundo modo dationis,quæ eſt donatio, non dat aliq̃d niſi iuſtis, qa donatio
(vt dicit)importat gratuitam donationẽ ad præmium & bonũ tẽporale vel naturale: aliàs
nihil præſtaret irrationali creaturæ,aliàs non præſtaret gratiã gratum faciẽtem ,niſi prius
grato. Et ideo patet,quod argumentum non concludit maledicti Viclephi hæretici,ad-
uerſarij ſanctæ veritati. Iterum arguit ſic.

Argumẽtum wiclephi — Nullum dominium ciuile eſt iuſtum ſimpliciter,niſi in naturali dominio fuerit fundatũ,
ſed nemo habet naturale dominium pro tempore q̃ eſt in mortali,ergo nullum dominium
ciuile eſt iuſtum pro tempore quo eſt homo in mortali. Minorem arguit ex hoc,quod iu-
ſtiſſimus iudex expulit primum hominem de paradiſo poſt peccatum:& cum dominatus
fuerit paradiſo,iniuſte hoc feciſſet,niſi homo naturale dominium perdidiſſet,eo quod non

poteſt

A potest punire nisi ratione peccati, ergo cum sit eadem ratio de quolibet naturaliter peccãte: sequitur quod naturale dominium est incompossibile peccato mortali. Maiorem principalis argumenti arguit sic: Adam vel aliquis de filijs suis habuit verum dominium ciuile in hac valle miseriæ, ergo aliqua fuit causa inceptionis huius dominij veri: & cũ nuda occupatio non sufficit, relinquitur quod restitutio naturalis dominij post gratiam datã pœnitenti, est causa inceptionis huius dominij, aliter non posset iustificari quomodo dominia ciuilia originaliter fuerũt iusta, vt capto primo ciuili dominio, cum ipsum non sit iustũ ex sola ordinatione hominum, cum homines ideo ordinant, qa requiritur iustũ, quod deus prius iustificet: quod tamen facere non potest, nisi dando gratiam & dominium naturale: requiritur ergo veritas naturalis dominij ad humanum dominium.

Hic dico primo, quod minor in argumento principali est falsa, quando dicit, quod nemo habet naturale dominium pro tempore quo est in mortali: quia hic sequitur, quod nemo habet actus voluntatis elicitos naturaliter, & est hoc dominium naturale in omi habẽti vsum rationis quantumcũq; sit peccator: falsum ergo est, quod nullus habet naturale dominium, dum est in mortali. Secũdo, qa potẽtiæ sensitiuæ inferiores quo ad diuersa, naturaliter obediunt volitiuæ superiori, nã cũ voluntas præcipit manui se mouere, manus naturaliter obedit volũtati, & sic de alijs, & hoc in peccatoribus æque sicut in iustis, vt docet experientia: falsum est ergo, q̃d nullus in mortali habet dominium naturale. Tertio, quia in omi mixto elemento, vnũ elementorũ se habet per prædominiũ naturaliter, & ideo omnis homo peccator habet in corpore suo vnum naturale dominium vnius elementi super alia: B falsum est ergo, quod nullus in mortali habet naturale dominium. Quarto, quia (vt Christus dicit) filij huius seculi prudentiores filijs lucis sunt: signo ergo filios huius seculi prudentes multos, & filios lucis nescientes se regere, sed quodammodo fatuos cum eis. Et patet ex philosophia, quod illi filij lucis fatui, sunt naturaliter serui illorum prudentium, & per consequens illi prudentes naturales domini illorũ sunt. Et cũ sic filij huius seculi distincti à filijs lucis sunt peccatores: patet ergo falsum esse nullũ in mortali peccato habere dominiũ naturale. Quinto, qa illi qui ponunt primum parentem creatũ sine gratia gratũ faciente, vt multi doctores ponunt, habent consequenter dicere, quod prius habuit originale, & naturale dominium exteriorum, quàm habuit gratiam talem, ergo non requiritur talis gratia ad dominium tale naturale. Sexto, quia sine tali gratia leo habet quoddam naturale dominium super animalia alia, & aquila quoddam naturale dominium super aues alias: ergo peccator potest à pari habere sine tali gratia dominium naturale. Et sic patet multipliciter, q̃d minor est falsa. Hic dico secũdo, quo ad probationem minoris, cum assumit quod deus iniuste expulisset primũ hominẽ de paradiso, nisi homo p pctm̃ naturale dominiũ pdidisset, quod à pari habet dicere, quod detentio hominis extra paradisum in hac valle miseriæ eẽt iniusta, nisi sic detentus perdidisset per peccatum, naturale dominiũ. Consequens de Christo falsum, & expressissime loquendo de illo secundum hominem: & consequens falsum de primo parente postquam restitutus fuit ad gratiam, & ad completum suum originale dominium, vt aduersarius fatetur. Nihilominus continue post extra paradisum fuit detentus, C & non iniuste: & consequens falsum de omni innocente detento in hac valle miseriæ, qui est dominus naturalis paradisi, etiam secundum aduersarium, & totius mundi. Et sic consequenter dico, quod quamuis primus parens nunquam peccasset, nec perdidisset naturale dominium, deus nihil faciendo iniuste potuit eum posuisse extra paradisum in hoc nostro habitabili. Erat enim hæc terra antequam fuisset maledicta, amœna valde, sicut paradisus, & secundum sententiam diuersorum doctorum ponentium Adam fuisse creatum in agro Damasceno: prius fuit Adam in hac terra antequam in paradiso sequestrato, non obstante quod in primo instanti sui esse habuit dominium originale paradisi, & totius terræ etiam per aduersarium. Et cum deus in primo instanti sui esse, non fecit cum eo iniuste: verisimile est quod ipse, vel aliqui ex suis positi fuissent in hac terra, dato quod nullus eorũ peccasset, quia omnia ligna pomifera huius terræ data fuerunt sibi, & suis pro statu innocentiæ in alimentum & consolationem corporalem, & ideo sine iniuria & sine peccato eius potuit poni tunc in hac terra tunc multum amœna, sicut Christus sic fuit positus hic sine suo peccato, vel aliqua iniuria sibi facta. Enoch etiam & Helias, q modo sunt in paradiso, habentes dominium originale eiusdem, tempore Antichristi erũt emissi extra paradisum sine peccato ex parte illorum, & sine iniustitia eis facta ex parte summi iudicis. Et Helias de facto sic fuit missus extra paradisum, tẽpore transfigurationis Christi, hic in terris, sine culpa ex parte sui, & sine iniuria ex parte dei. nõ obstãte quod protunc fuit dominus naturalis paradisi. Et ideo constanter dico, quod primũ assumptũ pro probatione minoris est falsum. Et cõsequenter cũ dicit, q̃d deus nõ potuit punire aliquẽ, nisi ratione peccati: aut intelligit ratiõe peccati sui, aut ratiõe peccati alterius. Si primo modo, patet q̃d est falsum, qa deus puniuit

Responsio ad argumẽtum.

Christum multis pœnis, non pro peccato suo. Et tempore passionis Christi, punivit beatam virginem multis pœnis, non pro peccato eius: & multi innocentes manentes cum iniquis puniti fuerunt, & non pro peccatis suis propriis. Filij etiam contrahunt multotiēs multas pœnas debilitatis, deformitatis, & infirmatis à parentibus, non propter peccata sua, sed magis propter peccata parentum. Et ideo est assumptum sic intellectum, omnino falsum. Si autem intelligat, ꝙ deus non ꝑt punire aliquem, nisi ratiōe peccati sui, vel alterius, patet ꝙ cōsequentia sua est nulla: quia licet Adam non fuisset expulsus propter peccatum suum, potuit tamen ꝓpter pc̄tm̄ vxoris vel filiorꝫ, ipō in innocentia remanente. Et tamen multi negant hoc vltimo dictum: quia (vt dicunt) quamuis nullus homo peccasset, fuissent bestiæ mortales & aliquæ naturaliter rapaces, & sic sustinuissent, & intulissent pœnam sine peccato suo vel alterius: peccat ergo argumentum vndequaqꝫ. Hic dico tertio, ꝙ loquendo de naturali dominio, q̄d includit gratiam gratum facientem ad vitam æternam (vt loquit aduersarius) q̄d maior propositio est simpliciter falsa, quando assumit q̄d nullum dominium ciuile est iustum, nisi in naturali dominio fuerit fundatum. Dico ergo ad probationem eius: admittendo primo quod Adam vel aliquis de suis habuerit verum ciuile dominium in hac valle miseriæ: admittendo secundum, quod aliqua fuit causa inceptionis huius dominij: & admittendo tertium, quod nuda occupatio non sufficit ad iustificationem dominij, vel ad causandum illud, sed cum assumit, quod restitutio naturalis dominij perditi, post datam gratiam pœnitenti, est causa inceptionis huius dominij, simpliciter nego, & quod sit vt falsum negandum ostendo: quia si restitutio dominij naturalis post gratiam datam pœnitenti, esset causa veri dominij ciuilis: & sic grato & pœnitenti, cum nō magis sit causa ciuilis dominij in vnam partem terræ, q̄ in aliam ex se: sequit, ꝙ sic gratus est dñs ciuilis cuiuslibet partis terræ. Consequens falsum, qa sic nullus ciuilis dñs esset proprietarius. Quicq̄d em̄ habet habet cōmuniter cum omni alio iusto, q̄d est cōtra rationem dominij ciuilis. Item probato legitime, ꝙ quis sit naturaliter fatuus, quantumcunq; sit iustus & in gratia, priuari debet dominio ciuili: quamuis dominio originali non priuetur: ergo restitutio ad dominium originale & gratiam, nō est causa restitutiōis ciuilis dominij, & tamen nō habent dominium ciuile rerꝫ mundi, & ideo talis restitutio nō est sufficiens causa ciuilis dominij. Sed causa primi dominij ciuilis erant hæc tria: ius ab homine cōditum, & à deo approbatum: occupatio rei quę nullius fuit propria, & capacitas occupantis. Modo tamē multis alijs modis acquiritur dominium ciuile à iustis & iniustis. Hic dico quarto, ꝙ licet omne artificiale dominium in homine præsupponat naturale dominium in eodem, vt patet ex diuersis dominijs naturalibus in primo dicto tactis: nō tamen oportet propter hoc q̄d præsupponat naturale dominium, respectu rerum extrinsecarum artificiali, siue ciuili dominio subiectarum, & maxime loquendo de naturali dominio includente gratiam gratum facientem ad vitam ꝛternam. Et cum arguit aduersarius, q̄d dominium artificiale nō est iustum, nisi deus prius iustificet illud, placet mihi de prioritate naturæ, sed cum addit q̄d deus hoc facere non ꝑt, nisi dando gr̄am, & dominium originale, si loquatur de gratia gratum faciente ad vitam æternam, hoc est simpliciter falsum, & hæreticum contra sententiam sacræ scripturæ, & ideo nimis multipliciter peccat istud argumentum. Hic dico finaliter, ꝙ data conclusione quam inducit, nō sequitur propositio probāda: nam nihil aliud infert, nisi q̄d naturale dominium est incompossibile mortali peccato, q̄d concedo, quia suppono quod intelligat hoc de eadem psona, quia aliās conclusio esset nimis manifeste falsa, & conclusio sic sumpta est vera de dominio naturali dei, quod non stat cum mortali peccato, nec cum naturali dominio hominis beati. Et licet quis vellet dare, quod hæc conclusio esset vera pro certo dominio naturali viatoris: nullatenus tamen sequitur, dominium naturale viatoris est incompossibile peccato mortali in eodem: ergo nullus habet dominium naturale pro tempore quo est in mortali, quia dominia naturalia sunt diuersarum manerierum. Et licet cum dominio naturali vnius maneriei, non stet mortale pc̄tm̄ in eodem, cum dominio tamen naturali alterius maneriei bene stat mortale pc̄tm̄ in eodem, vt primo dicto ad istud argumentum est ostensum. Habet ergo istud argumentum numerum magnorum defectuum. Iterum arguit sic:

Argumētum Vviclephi.

Nulla creatura potest esse dominus alicuius rei, nisi deus ipsi donauerit: sed deus non potest quicquam dare, nisi optimo modo donatiuo possibili: ergo si creatura sic dominus est dominus titulo huiusmodi donationis, ita quod est dominus optimo modo sibi possibili, secundum suam capacitatem: ergo est in gratia. Maiorem supponit, & minorem probat sic: Sicut deus est quo maior cogitari non potest, ita deus est cui non potest competere melior modus dandi, & cum oporteat omnem magnificum, seruando virtutem dare proportionaliter ad sui magnificentiam: sequitur, quod oportet deum donare optimo modo possibili capacitati sui donatarij. Aliter enim redundaret in defectionem modi donationis, ac in partialitatem donantis, quod non potest deo competere.

Hic dico

A Hic dico primo, quod distinguendo inter donare & dare, vt ipse distinguit, & ponēdo quod deus non donat aliquid alicui, nisi gratificet eum ad vitam æternam, vt ipse ponit: patet quod primum assumptum in argumento est falsum, & q̄d petit quod probare debuit, & contradicit sibi ipsi, quia superius dixit secūdum veritatem scripturæ, quod Cain peccator & malus habuit dominium appetituum suorum, iuxta illud Geñ. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, & hoc dominium habuit ex dono dei, quem tamen deus nō gratificauit ad vitam æternam, sicut nec multos alios, qui habent consimilia dominia super appetitus suos. Cōtradicit etiam veritati in hoc, vt superius in primo dicto cōtra argumētum præcedens est deductum. Hic dico secundo, quod in minori similiter assumit falsum, loquendo de optimo modo passiue, vt ipse loquitur: nam de optimo modo actiue donandi & dandi, nullus dubitat Theologus, quin deus donat, & dat optimo modo. Ex quo nullo modo sequitur, q̄d propter hoc donat quiuis sit in gratia, vt manifestū est. Sed si donat optimo modo passiuo, donatiuo, possibili: bene sequitur conclusio. Sed quod sic loquendo assumptum sit falsum, patet primo. Nam à pari nō posset deus aliq̄d dare, nisi optimo modo donatorio, siue illi cui datur possibili: & sic non posset deus dare peccatori in mortali corpus & animam, vel aliquod bonū naturæ: quod ipsemet negat, & quod veritas catholica negat. Et patet conclusio omni eo modo quo ipse probat assumptū suū, vt intuenti patet: sic ergo loquendo & arguendo contradicit sibi ipsi. Patet secūdo, qa sic non posset deus creare rationalem creaturam sine peccato, & extra gratiam, qa non donaret sibi eē optimo modo donatorio possibili, secūdum suam capacitatem, consequens tamen contra ar-
B ticulum de diuina omnipotentia. Tertio patet, qa sic si deus donaret alicui gratiam gratū facientem, tantam daret sibi gratiam quantæ est capax, qa non donaret sibi gratiam optimo modo sibi possibili secūdum sui capacitatem, nisi tantam donaret gratiam quantæ est capax, qa si melioris gratiæ eēt capax, meliorem modum posset habere in sua capacitate. Et sic nullus adultus rite baptizatus, est maioris gratiæ capax, quàm gratiæ sibi protunc collatæ: & sic nullus posset de communi lege mereri sibi vel alteri maiorem gratiā quàm habet, & sic indebita susceptione aliorum sacramentorum nō daretur augmentum gratiæ. Quarto sequitur, quod deus non dat alicui gratiam, nisi donet illam cum confirmatione, sic quod omnis existens in gratia, est cōfirmatus in gratia, qa gratia cum sui cōfirmatione est donatorio possibilis, & est eius capax: cum ergo nō donet gratiam nisi optimo modo donatorio possibili, & melius est habere eam modo cōfirmato, quàm non cōfirmato. Sequitur ergo, q̄d non donat gratiam, nisi donet illam cum cōfirmatione. Et sic nullus præscitus eēt in gratia: & sic nullus prædestinatus in gratia peccare posset post, etiam mortaliter, cū tunc non fuissent in gratia confirmati, q̄rum vtrūq; erroneum est secundum aduersarium. Quinto sequitur, quod deus nullum in hac valle miseriæ gratificat ad vitam æternam, nisi quem finaliter beatificat. Consequens plane hæreticum, & patet sequela, qa meliori modo gratificatur, q gratificatur glorioſe & beatifice, pro perpetuo, quàm qui gratificatur in
C miseria huius vitæ, & nō glorioſe: sed deus non potest gratificare, nisi meliori modo gratifico possibili, secundum prædicta in argumento: ergo nō potest gratificare aliquem, nisi finaliter beatificet eundem. Sexto sequitur, quod nulli deus donat baroniam vel comitatū, nisi det sibi ducatum, regnū & imperiū, si sit valens miles, & capax regni & imperij, qa deus non potest sibi donare dominiū ciuile, nisi det sibi dominium ciuile optimo modo suæ capacitati compossibili secundum prædicta, ergo nō potest quis ex donatione dei eē dñs ciuilis, nisi sit dñs ciuilis optimo modo cōpossibili suæ capacitati. Ex q̄ ergo donatarius, de quo loqmur, est capax regni & imperij: & melius est eē regē & imperatorē, cęteris paribus quàm baronem vel comitem solum: sequitur conclusio, quod nulli donat deus baronatum vel comitatum, nisi det sibi ducatum, regnum, & imperium, si sit capax illorum dominiorum: consequens manifeste falsum. Septimo sequitur, quod nullus contritus de peccatis horribilibus in hora mortis, habebit pœnam purgatorij post mortem ipsius finalem, qa deus donat contrito remissionem peccatorum meliori modo contritionis compossibili secundum hæc dicta: & contritus in articulo mortis est capax remissionis plenariæ omniū peccatorum, & quo ad culpam, & quo ad pœnam: ergo deus dat sibi remissionem omnis culpæ & pœnæ peccato debitis post hanc vitam. Ex quo melius est sibi sic habere remissionem, quàm solum remissionē pœnæ æternæ, & nō pœnæ purgatorij. Et ex quo post hāc vitam non meretur quis sustinere pœnam maiorē, vel gaudiū in vita æterna. Sequitur ergo cōclusio illa satis hæretica: multæ & aliæ hæreses sequūtur ex modo arguēdi, quas omitto tangere propter breuitatem sermonis. Dico ergo ad argumentum, quod maior est falsa ad sensum suum sumpta, & quod minor est figura secundum sensum suum sumpta. Si em̄ verterentur verba contra sensum loquentis ad optimum modum actiuum donandi, non ad optimum modum passiuum, tūc nullo modo concluderet argumētum, quia stante dicit

Responsio ad argumētum.

Baronia.

Catho-

Catholicus, quòd quamuis optimo modo actiue donet deus aliquod dominium ciuile, nõ D
tñ optimo modo passiue, & ideo non oportet q̃d cum gratia, vnde ex hoc quòd deus est ille cui non potest competere melior modus dandi actiue, non sequitur quòd deus non dat, nisi optimo modo passiue illi cui datur possibili, vt etiam dicit aduersarius. Et si non sequitur, deus est ille cui non potest melior modus creandi actiue cõpetere: ergo deus creat optimo modo passiue, illi possibili quod creatur. Et subdit, nõ sequitur deus est ille cui nõ potest melior modus actiue conseruationis rei competere: ergo deus conseruat meliori modo passiue compossibili conseruato. Consequenter dicit: Nullus à deo conseruatus esset cæcus, vel surdus, vel claudus, vel infirmus, vel in peccato mortali: sic non sequitur, deus est cui non potest cõpetere melior modus donandi actiue: ergo deus dat optimo mõ donatiuo compossibili passiue. Et ideo ad illum intellectum cõsequentia est nulla, & q̃d ad primum intellectum propositio est simpliciter falsa. Et cõsequenter dico, quòd nõ semper oportet magnificum seruando virtutem in dando proportionabiliter ad sui magnificentiam dare, vel donare cuilibet, cui dat vel donat, quantum iste cui dat vel donat, est capax. Nam sicut potius esset prodigus quàm virtuose magnificus, si modicum diues & magnificus tantum daret alicui, quantum multum diues, & magnificus eidem virtuose: sicut rex regi aduenienti nõ plus magnifice daret, quàm militi suo vel armigero: quæ sunt falsa plane, & ideo patet debilitas istorum argumentorum. Aliqua alia argumenta magis debilia facit aduersarius p
articulo. Sed triplici de causa illa pertranseo. Vna, quia per hęc dicta patet quid sit dicendũ ad illa. Secundo propter abbreuiationem sermonis. Tertio, quia intendo super isto articulo facere tractatum specialem, & ibi ad singula respondere. Habet enim iste articulus plures E
defensores, & ideo nolo circa istum amplius laborare.

DEcimusseptimus articulus pro hæresi cõdemnatus est, quòd omia quæ euenient, absolute necessario euenient. Quod autem iste articulus sit hæreticus, patet primo: quia aliâs fuit vt hæreticus in Cõcilio solenni cõdemnatus: nec fuit cõdemnatio post reprobata à sapientibus. Patet secundo, quia est cõdemnatus antiquitus inter hæreses Alkindi philosophi: vt in libello philosophorum est de eroribus manifestum. Patet tertio, quia cõdemnatus est per sententiam sancti Augustini approbatam ab ecclesia, & quę posita est in Canone .23. q. cap. 4. Nabuchodonosor. Patet quarto, quia iste articulus multipliciter repugnat sacræ scripturæ: quòd patet primo Ecclesiastici. 33. De viro iusto scriptum est, quod potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Sed si omnia quę euenient, absolute necessario euenient: ille qui non transgredietur, non posset transgredi: nec ille qui mala non faciet, non poterit facere mala: & à pari nec vnquam fuit verum de aliquo quòd potuit transgredi, & nõ est transgressus: facere mala, & nõ fecit: & sic falsificatur sacra scriptura. Secundo patet, quòd repugnat sacræ scripturæ, scilicet, quia dato articulo sequitur: iste nõ resistet tentationi, sed erit victus à tentatione: ergo non potest resistere illi tentationi, nec vincere illam: quia absolute necessario erit victus à tentatione, & absolute necessarium est quòd nõ resistat tentationi. Quan F
tumcunq; ergo aliquis sit prædestinatus, si peccet mortaliter, ex tentatione tentatur, & permittitur tentari vltra id q̃d potest, nec habet cum tentatiõe prouentum, vt possit sustinere, quod est expresse cõtra Ap̃lm ad Corinth. 10. Tertio sequitur, q̃d deus pater nõ potuit saluum facere Christum à morte, id est, facere quod nõ moreretur: quia ex articulo sequitur, q̃ absolute necessario moriebatur. Cõsequens tamen cõtra Ap̃lm ad Hebræ. 5. cap. expresse. Quarto patet de illo euangelico vnguento effuso super caput Christi. Nam illud nõ poterat vęnundari multo, & dari pauperibus, vt scriptura dicit, ex quo nõ fuit vęnundatum, neq; datum pauperibus, & per consequens iuxta datum non potuit vænundari & dari pauperibus. Quinto patet, quòd repugnat sacræ scripturæ: quia dato articulo sequitur quod deus nunquam misericorditer egit cum peccatoribus, ex hoc q̃d puniendo nõ cõsumpsit eos simpliciter: quia impossibile absolute fuit, deum puniendo eos simpliciter conseruare, ex quo non fuerunt conseruati. Et ideo deus puniendo & nõ conseruando, nullam pœnitentiam remisit, quam potuit infligere: ergo ex hoc quod non cõsumpsit eos in puniendo, cum hoc non potuit, nõ misericorditer cum eis in hoc egit. Consequens cõtra illud scripturæ: Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti. Et contra multa loca sacræ scripturæ, quæ loquunt̃ de dei misericordia in punitione. Sexto patet, q̃ repugnat sacrę scripturæ: quia dato articulo sequitur, Deus non conseruabit istos sine peccato mortali: ergo non potest conseruare istos sine peccato mortali, contra scripturam in fine epistolæ sancti Iudæ expresse. Et multis alijs modis potest deduci, quod articulus repugnat sacræ scripturæ: sed omitto

propter

A propter abbreuiationem. Septimo principaliter patet, q̃d articulus est hęreticus, qa ex illo sequũtur hæreses. Sequitur enim primo, q̃d nullus peccat demeritorie, nisi peccato, quod nullo modo vitare põt. Nam si peccat demeritorie iuxta articulũ, absolute necessario peccat demeritorie. Sed si absolute necessario sic peccat, nullo modo potest vitare sic peccare. Vnde Augustinus, 3. de libero arbitrio, abominatur istam sentẽtiam, asserẽdo multipliciter, quod nemo peccat saltem demeritorie in eo quod nullo modo vitare põt, & idem de quæstionibus veteris & noui testamẽti, sic scribit: Vt quid prohibet quod sciuit auerti non posse, aut quẽadmodũ damnat hominem, qa non fecit quod facere nõ potuit? Et sequitur: Quid enim tam iniquum, q̃ vt credatur neminẽ aliud potuisse facere quàm fecit? Hoc autẽ ponit articulus iste, ergo articulus valde iniquus & hæreticus. Secũdo sequitur, q̃d nullus peccat mortaliter & demeritorie agendo cõtra diuinum pręceptum, cũ nec vnquam fecit vel facere põt. Consequens multipliciter hæreticum, & sequela patet sic: Nullus peccat mortaliter & demeritorie in hoc, q̃d facit oñino ex naturali necessitate, vel omnino ex facto: si ponatur modo antiquo, loquendo vt doctores cõcordãt. Sed quicqd homo agit cõtra diuinum p̃ceptum, agit ex tanta vel maiori necessitate, ex quanta hoc faceret omnino naturali necessitate, vel omnino ex facto: sequitur, qa secũdum articulũ omne q̃d agit vel faciet, absolute necessario agit vel faciet, ergo nullus peccat mortaliter, & demeritorie agẽdo cõtra diuinũ pręceptum. Tertio sequitur, q̃d primus parẽs in prima sui creatione antequã peccauit, nõ potuit nõ mori: nec fuit in tali plasmatus statu, q̃d potuisset nõ mori. Cõsequens tamẽ cõtra communes expositores sacræ scripturę, & specialiter cõtra Augustinũ in Enchiridio, cap. 73. & patet sequela ex articulo, qa absolute necessario tũc fuit casurus, & absolute necessario moriturus, & p̃ consequens tunc non fuit in tali statu, quod potuit nõ mori. Et sic sequitur consequenter alia hæresis, q̃d primus parens nũquam propter peccatũ perdidit immortalitatem, qa non illam quam non potuit habere, vt constat: nec illam quã potuit habere, qa nulla erat tunc possibilis. Quarto sequitur, q̃d nullus iustus viator purus, erat laudandus de iustitia sua. Consequens multipliciter cõtra sacram scripturam, & cõtra moralem philosophiã. Quia secũdum Anshelmũ. 2. Cur deus homo, nullus est laudãdus viator purus, ex hoc q̃d tenuit, quod nõ potuit amittere: sed nullus viator iustus potuit amittere iustitiam, quam tenuit: quia absolute necessario nõ tenuit ex articulo. Quinto sequitur, quod Chrũs nõ loquebat de corporibus & animabus apostolorũ, quãdo dixit apostolis: Nolite timere eos q occidũt corpus, animã aũt nõ possunt occidere, sed potius eum timete, q̃ potest & animã, & corpus mittere in gehennam. Consequens plane cõtra processum Euangelij, & patet sequela ex articulo, qa corpora apostolorũ nõ erant mittenda in gehẽnam, nec animæ eorũdem, cum eẽnt prædestinati, ergo deus nõ potuit corpora eorum, & animas mittere in gehennam. Si ergo loquutus fuisset de corporibus & animabus apostolorum, tunc falsè hoc dixisset Chrũs. Sexto sequitur, quod deus nõ põt creare alium mũdũ: consequens damnatur inter errores Astrologiæ. Et patet consequentia, qa non creabit aliũ mundum: absolute necessario nõ creabit alium mundum ex argumẽto, & per consequens

C non potest creare alium mũdum. Septimo sequitur, quod nullus q̃ benefecit, potuit melius fecisse quàm fecit: nec aliquis qui male fecit, potuit peius fecisse quàm fecit, qa quilibet qui bene fecit absolute necessario, sic & non melius fecit: & quilibet qui male fecit necessario, sic & nõ peius fecit. Octauo sequitur, quod tam necessario producit deus ad extra, quàm necessario producit ad intra. Consequens contra sententiam communiter omnium sanctorũ doctorũ: & patet sequela, quia producit ad extra, ergo absolute necessario producit ad extra secundum articulum, & non magis necessario producit ad intuitum intra: ergo conclusio. Nono sequitur, quod nulla est libertas contradictionis in deo, angelo, vel homine. Cõsequens contra sententiam ecclesiæ, & sanctorum doctorum, & specialiter Hieronymi in epistola de filio prodigo. Et patet sequela, quia quilibet istorum est absolute necessario determinatus ad vnam partem contradictionis, in quocunq; opere suo, ergo in nullo eorum est libertas ad oppositа, & per consequens nec libertas contradictionis. Decimo sequitur, quod quilibet homo, qui mere spontanee eligit aliquid, tam necessario eligit illud quàm necessario sol lucet in meridie, vel homo non potest mere spontanee aliquid eligere: quorum primum contradictionem includit, & secundũ expresse contra scripturã, quæ in multis locis ponit permulta eẽ facta mere spontanee. Et patet sequela, quia nulla necessitas naturalis in creaturis est maior necessitas, quàm fit necessitas absoluta: sed absolute necessario quilibet, qui mere spontanee eligit, eligit partem quam eligit: & sol non magis necessario lucet in meridie, licet naturali necessitate luceat, quando est in meridie, ergo cõclusio. Vndecimo sequitur, quod non magis potest qs vitare peccatũ suum futurũ, quàm potest vitare peccatum suum præteritum: quia æque absolute necessario faciet hoc futurum, sed absolute est necessarium quod fecit hoc præteritum secũdũ istum articulũ. Duodecimo sequitur,

quod

quod quilibet Catholicus viator, quantum est de communi lege habet dubitare, si deus po- D
test eum à malo liberare, si deus potest sibi dare augmentum gratiæ, si deus potest sibi debi
ta sua dimittere, qa sine speciali reuelatõe habet dubitare, an deus hoc velit: & nemo scit, an
odio vel amore est dignus, quantum est de communi lege. Et si deus hoc nõ vult, deus hoc
non potest, secundum sententiam istius articuli. Et sic quilibet viator talis deberet deũ ora-
re, vt fecit ille incredulus, habens filium lunaticũ, Marci nono: Domine si quid potes, adiu
ua me. Vbi Glossa ordinaria dicit: Manifestat in verbis se de eius potentia dubitare, & hoc
habent facere de dei potentia, omnes huiusmodi sententiam tenentes: quod hæreticum est
dicere. Tredecimo sequitur, quod deus alio modo quàm per incarnationem filij, & mor-
tem eius non potuit humanam creaturam saluare. Consequens plane contra determinatio
nem sancti Augustini, decimotertio de Trinitate, cap. x. Et patet consequentia per eum, qa
ponit illum modum ibidem esse conuenientissimum, & quod non alio modo voluit deus
humanam naturam saluare, nisi per incarnationem, passionem, & mortem filij: igitur secũ-
dum istum articulum non potuit deus alio modo, quàm per incarnationem & mortem fi-
lij, naturam humanam saluare. Cuius contrarium determinauerunt Augustinus, & alij
doctores sancti. Decimoquarto sequitur, quòd præscitis non magis debuit deus dare libe-
rum arbitrium, pro vitatione peccati, quàm brutis: quia non magis ex libero arbitrio pos-
sunt vitare peccata quàm bruta: immo multo minus, quia necessario absolute præsciti pec-
cabunt, non sic bruta: frustra ergo datum est eis liberum arbitrium pro vitatione peccati.
Consequens contra Augustinum secundo de libero arbitrio ex processu. Decimoquinto E
sequitur, quod distinguendo voluntatem contra necessitatem, & econuerso, vt facit san-
ctus Augustinus tertio de libero arbitrio, dicens, ea quæ volumus necessitate, & non vo-
luntate: sicut senescimus necessitate, & non voluntate: quia æque necessario volumus quic-
quid volumus, sicut necessario senescimus. Consequens in toto contra processum Augusti
ni ibidem, vbi sic: Non voluntate senescimus, sed necessitate: non voluntate infirmamur,
sed necessitate: non voluntate morimur, sed necessitate: non voluntate volumus: quis vel
delirus audeat dicere: quasi dicat, nullus. Hoc tamen habet dicere, tenens istum articulum,
non distinguendo voluntatem à necessitate, vt facit Augustinus: quia necessitate volumus,
vt patet ex articulo, & per consequens non voluntate, sic distinguendo, & per consequens
sic sentiens, est peior quàm delirus. Vnde & Anshelmus de libero arbitrio, posito casu com
minationis, quod aliquis mentiri debeat vel occidi: dicit, quod non est necesse istum occidi,
quia potest mentiri: nec necesse est eum mentiri, quia potest occidi. Et dicit, quod ventu-
rum est determinatum in necessitate, sed vtrunq; est in sua potestate. Sed manifestum est,
quod totus iste processus Anshelmi esset falsus, si articulus esset verus. Decimosexto sequi-
tur, quod deus non potest creaturas annihilare: & tamen iste articulus est condemnatus pro
hæresi, aliâs in Concilio Londoniarum prouincię Anglicanæ. Et contra istum articulum
est expresse Anshelmus de libero arbitrio, cap. 4. vbi docet, quod deus omnem creaturam
potest annihilare: & tamen patet sequela, quia deus nunquam annihilabit creaturas suas.
Consequentia patet ex articulo.

Responsio Vviclephi. Sed hic & in consimilibus respõdet aduersarius, quod possibile est deum annihilare crea- "
turas si vult: sed quia non constat sibi, q deus hoc vult, ideo non admittit quod ẽ possibile, "
quousq; sibi constiterit, sed admittit quod hoc est possibile, si deus vult. "

Sed contra istam responsionem arguitur sic: Omne illud deus potest, quod potest si ve- F
lit: sed potest annihilare creaturas, si velit: ergo potest annihilare creaturas. Assumptum pa-
tet de quocunque homine, quod omne illud potest, quod potest si velit: ergo à fortiori sic
est de deo, quod omne illud potest, quod potest si velit. Admittendo ergo, quod deus po-
test hoc si velit, incidit in contradictionem. Item si deus non annihilabit creaturas, absolu-
te impossibile est quod deus annihilabit creaturas, secundum istum articulum. Et si sic abso
lute impossibile est deum velle annihilare creaturas: cum ergo ex responsione non est pos-
sibile deum annihilare creaturas, nisi sub conditione si velit eas annihilare: ergo non est pos
sibile deũ annihilare creaturas, nisi sub cõditione impossibili, quæ pro non adiecta capien-
da est, vt dicunt iura, extra de pactis cap. vltimo, & extra de conditionibus oppositis, cap.
vltimo. Ex quo igitur hoc non est possibile, nisi sub conditione impossibili: sequitur abso-
lute, quod hoc non est possibile. Item æque posset dici, quod hoc est impossibile, si de-
us hoc velit, sicut esse chimæram: cum æque sit impossibile Deum hoc velle, sicut esse
chimæram. Item si non potest omne illud, quod deus non posset absolute, quod tamen
posset sub conditione, si vellet: tunc signo vnum impossibile quod non potest, quod tamen
deus posset, si vellet iuxta responsionem: & cum eadem sit ratio de omni sibi absolute im-
possibili, sicut de isto signato absolute impossibili: ergo omne impossibile est deo possibile,
si deus vellet: ergo deum annihilare deum secundum diuinitatem est deo possibile, si deus

vellet

A vellet:& deum facere hominem esse,& nullum hominem esse,est etiam deo possibile,si deus vellet:& omnis contradictio est deo possibilis,si deus vellet:ergo deum annihilare deum,secundum diuinitatem est deo possibile,si deus vellet. Item si deus nõ potest hoc facere aliquo modo, deus nõ potest hoc facere sub aliqua conditione. Ex quo ergo omnino impossibile est deum annihilare creaturas aliquo modo:igitur nec potest illas annihilare creaturas sub cõditione,si velit. Item iste modus respondẽdi est expresse cõtra sententiam Augustini,de cõsensu Euangelistarũ,tractando illud Marci.14. Et orauit,vt si fieri posset transiret ab eo hora. vbi distinguit Augustinus inter,si facere posset,& si fieri posset:& post sic adiungit,ne quis putaret eum minuere patris potestatẽ,manifestat quo intellectu accipiendũ sit quod dictũ est. Nã sequitur:Abba pater,omnia tibi possibilia sunt. in quo(inqt) ostendit satis,nõ ex impossibilitate patris dictũ esse,si fieri potest,sed ex voluntate. Ponit ergo Augustinus patrem potuisse facere horã transisse à Christo,& fecisse Christũ mortẽ non sustinuisse:sed quod hoc nõ voluit. Possibile ergo erat patrẽ præseruasse Christum à morte secundũ Augustinum,patre hoc nõ volente:imõ patre nolente eum sic ꝑseruare:& ideo hoc erat possibile deo volente hoc,& nõ si deus hoc noluit. Itẽ nec philosophice,nec iuridice,nec theologice cõuenienter dicitur,ꝙ potentia dependeat à suo actu sub conditione,& maxime sub cõditione impossibili. Dicere ergo deum posse hoc facere, dependet ab actu volitionis diuinæ,& maxime sub conditione impossibile est omnino inconuenienter & irrationabiliter dictũ. Item si hoc esset absolute impossibile,ergo est verũ & absolute necessarium quod est absolute impossibile:& per cõsequens deus absolute necessario vult
B ꝙ hoc sit absolute impossibile:ergo absolute impossibile est deum velle hoc esse possibile:ergo hoc nõ est possibile,si deus vult. Patet ista vltima consequentia sic:Si absolute impossibile est deum velle hoc esse possibile:ergo tam impossibile est deum velle esse hoc possibile,ꝙ impossibile est deum velle hoc esse possibile,& hoc nõ possibile:quia tunc esset possibile sub cõditione,ꝙ deus vult ipsum non eẽ possibile:igitur si absolute impossibile est deum velle hoc esse possibile,hoc nõ est possibile,si deus vult hoc eẽ possibile. Item si absolute impossibile est possibile,si deus voluerit,vt patet ex responsione:ergo absolute impossibile non est absolute impossibile,si deus voluerit:igitur à pari simpliciter & absolute necessarium nõ est necessarium,si deus voluerit:& sic deus non est deus,si deus voluerit:& deus nõ est trinus & vnus,nec omnipotens,si deus voluerit. Et similiter asinus est deitas & diuina essentia,si deus voluerit:& per cõsequens omnis creatura,si deus voluerit. Et similiter omne non iustum est iustum,si deus voluerit:& omne non ens,est ens:& omnis damnatus est beatus,si deus voluerit:& non est bonus deus,si deus voluerit:& tales conclusiones ineptæ sequuntur ex friuola ista responsione. Iterum,si quod nõ est possibile,est possibile,si deus vult,vt dicit responsio:& quod non est absolute necessarium,est absolute necessariũ,si deus vult:& per consequens omnis creatura,etiam essentia diabolica,est essentia diuina,& deus,si vult. Et tales infames conclusiones sequuntur multæ ex hac ratione,ꝙ omne iniquũ est bonũ,si deus vult:& omne non ens,est ens,si deus vult:& consimiles nimis multæ. Et ideo est hæc responsio friuola. Iterum per articulum istum aduersarius contradicit dictis suis proprijs,quasi nesciens quid diceret. Nam(vt patet superius in fine articuli.14)ponit
C arguendo,ꝙ si deus est deus,potest permittere ecclesiasticos intantũ delinquere,ꝙ mereantur à suis possessionibus spoliari:cum ergo in primo instanti mundi fuit ita,sicut consequens primo & primarie significat,& in primo instanti mundi deus nõ permisit ecclesiasticos ad tantũ delinquere,ꝙ mererentur à suis possessionibus spoliari:quia tunc nõ fuerunt tales ecclesiastici qui deliquerunt. Igitur dicitur secundũ istum articulum,absolute necessario non permisit deus ecclesiasticos ad tantũ delinquere,ꝙ mererentur à suis possessionibus spoliari in primo instanti mundi,& si absolute necessario non permisit hoc tunc:ergo non potuit permittere hoc tunc:ergo nõ sequitur deus est deus,ergo deus potest permittere ecclesiasticos ad tantum delinquere,ꝙ mereantur à suis possessionibus spoliari:quia in primo instanti mundi fuit antecedens verum,& consequens falsum,si tunc fuisset formatum. Et sic potest argui pro omni instanti,in quo ecclesiastici non sic deliquerunt:quia nõ pro omni instanti pro quo possessiones non habuerunt,& ideo hoc dicendo sibijpsi contradicit. Iterum dicit arguendo,ꝙ deus non posset talem spoliationem causare,nisi posset facere dominos temporales meritorie exequi illam:cũ ergo deus nõ posset spoliationẽ causare,nisi talem immediate per se,vel per angelos,vel per tyrannos,qui non possunt eẽ domini,stante tyrannide,secundũ aduersarium:ergo stat deum causare spoliationem illã,licet nõ meritorie per dños temporales exequatur illam,& licet per dños temporales illã non causet,nec vnquam causabit. Et si causabit illam spoliationem,& nõ per dominos tẽporales modo,vel in futurum causabit illam,vt patet per articulum istum:ergo falsum est ꝙ deus non posset spoliationem talem causare,nisi posset facere dominos temporales exe-

qui illam. Et sic aduersarius non attendit, quomodo sibi ipsi contradicit. D

Iterum. 7. cap. 2. Trialogi, ponit casum, ꝙ de dei potentia exhinc vsq; ad Romam figurantur naturæ corpora, quæ ad organizationem intellectus humani successiue disponantur, & ꝙ idem immortalis spiritus successiue cum talibus corporibus hypostatice copuletur. Et ex hoc posito arguit, ꝙ idem homo mouebitur de vno loco ad alium, puta ab hinc vsq; ad Romam, & non corporaliter, cum omnia corpora stabunt fixa.

Et cum non erat sibi certum, quod sic erit, vel quod vnquam sic fuit, admisit hoc quod ex sibi dubio non est possibile de dei potentia absoluta. Et contradicit in hoc sibi ipsi, admittendo hunc casum eē possibilem, & non admittendo consimiles eē possibiles, imō destruēdo positionem & depositionem in arte obligatoria. Vnde valde verisimile est, quod nunquam idem spiritus humanus informabit tot corpora organica fixa successiue, quod possunt esse sic fixa hinc vsq; ad Romam. Et ideo secundum articulum absolute impossibile est casus, quem de possibili recipit.

Iterum. 8. cap. 2. Trialogi arguit, ꝙ intellectiua hominis est immortalis, sic: Homo sentit in seipso, ꝙ habet naturale desiderium semper esse: cum ergo natura nō potest frustrari tanto proposito, sequitur quod aliquis intellectus hominis potest naturaliter semper esse: sed æque sentit homo in seipso naturale desiderium semper bene esse, sicut sentit in se naturale desiderium semper esse: ergo quocunq; homine demonstrato, cum habet naturale desiderium semper bene esse: sequitur quod quocunq; homine demonstrato, ipse potest semper bene esse: ergo omnes præsciti possunt saluari, quod ipsemet negat, & habet secundū articulum negare, & sic iterum contradicit sibi ipsi. E

Itez cap. 11. eiusdem libri dicit, ꝙ corpus glorificatum potest per dotes agilitatis & subtilitatis intrare ianuis clausis: & cum non sit sibi euidens ex scriptura sacra vel aliunde, quod per hoc aliquod corpus glorificatum sic intrabit ianuis clausis: patet quod concedit eē possibile, quod ex sibi dubio est absolute impossibile: quia si nunquam sic intrabit, absolute impossibile est quod sic intret, & sic contradicit sibi ipsi.

Itez. 3. cap. 3. Trialogi ponit, ꝙ spes differt à fide, p hoc ꝙ spes nō est; nisi de bono possibili sic speranti. Fides aūt est tam de bono, q̄ de malo credenti pertinēte, & de multis quę impertinentia sunt credenti. Et statim post dicit, ꝙ si proponatur p̄lato vtrum sit hæreticus, debet sperare, & sperare eius oppositū: sed nō debet hoc dubitare, cōcedere vel negare. Et probat, ꝙ nō debet hoc negare: quia necessario omnis p̄scitus est hæreticus: & ideo ille quem alloquitur, nō debet omnino negare simplicitur ꝙ est hæreticus: quia non debet sine obligatione negare vez, quod à deo est ordinatum: & à deo est forsan ordinatum, ꝙ sit præscitus: ergo secundum hæc dicta prælatus debet sperare & supponere, ꝙ nō sit hæreticus vel præscitus: sed hoc non debet sine obligatione dubitare, concedere, vel negare. Cum ergo (vt præmittitur) spes non est, nisi de bono possibili sic speranti: ergo est bonū possibile huic prælato, ꝙ non sit hæreticus vel præscitus: ergo possibile est hunc prælatum non eē præscitum: ergo non est præscitus secundum argumentum: ergo absolute necessario non est præscitus secundum argumentum: ergo vel nullus est prælatus præscitus, q̄d ipse multipliciter negat: vel præscitus potest non eē præscitus, quod ipsemet negat: & sic sibi ipsi iterum' contradicit. Confirmatur. hic innuit, ꝙ propter obligationem debet aliquis negare vez, ergo aliquid potest eē verum, quod tamen non est vez: quia nihil debet admitti in positione obligatoria, nisi possibile: & à pari aliquid potest eē verum, quod F nec est, nec fuit vez: & à pari & consimiliter aliquid potest eē verum, quod nec fuit, nec est, nec erit verum: & hoc repugnat dictis suis proprijs.

Et itez inferius in fine. 8. cap. illius tertij Trialogi destruit positionem, & depositionē in arte obligatoria: ergo non debet quis per artem obligatoriam artari ad negandum verum: cuius oppositum hic innuit. Confirmatur iterum: quia. 6. cap. 3. Trialogi dicit, ꝙ omnis peccator superstes de dei misericordia debet confidere, & deletionem sui criminis sperare: & non debet sperare, nisi bonum sibi possibile, vt dicit. 5. cap. 3. Trialogi. Ideo nō est peccator superstes, quin possibile sit quod habeat deletionem sui criminis: quod ipsemet negat, & sic sibi ipsi contradicit.

Itez. 22. cap. 3. lib. dicit assertiue, ꝙ procreans secundū fornicationē simplicem natū ex fœmina, potest in eodē tempore secundū ligamenta matrimonij ex eadem eundē puerū procreare: & constat ꝙ procreans secundum fornicationem natum ex fœmina, non procreat eundem puerū ex eadem fœmina, secundū ligamenta matrimonij: ergo procreatio huius pueri nō est secundū ligamenta matrimonij in hoc tempore dato, & tamē potest eē secundū ligamenta matrimonij procreatio eiusdem in eodē tempore. Et consequenter sequitur, ꝙ procreatio secundū fornicationem huius pueri est in hoc tempore dato ex hac fœmina, & tamen potest eē non procreatio secundum fornicationem in eodem tempore: ergo

A ergo non omne q̃d est, absolute necessario, est, &c. Nec omne q̃d est pro tẽpore, absolute necessario est pro eodem tempore: & à fortiori, nec omne quod erit absolute, absolute necessario erit: hæc ergo dicendo contradicit sibiipsi.

Itez. 24. cap. 3. Trialogi ponit, ꝙ homo in paradiso habuit dispositionẽ corporis naturalem, secundũ quam potuit pro perpetuo sine morte durare: ergo fuit verum pro statu innocentiæ, ꝙ homo potest perpetuo sine morte durare: ergo nõ fuit verum tunc, ꝙ absolute necessario homo morietur, loquẽdo de eodẽ homine: quia si tunc fuisset verum, ꝙ absolute necessario morietur: ergo nõ fuit verum tunc ꝙ non potest perpetuo sine morte durare, cuius contrarium dicit hic: ergo dicendo contradicit sibiipsi.

Iterum eodem cap. allegat dictum Aristotelis, quo dicit, ꝙ quadratura circuli est scibilis, & si nondũ tamen scita est: & dicit ꝙ posset corrigi dictum quod nõ à nobis obscure viantibus adhuc scita est, est tamen scita à prima veritate. Sed est manifestum, ꝙ Aristoteles intellexit ꝙ ipsa est scibilis à nobis viantibus, quamuis quod à viantibus fuit scibilis. Et ideo Aristoteles posuit possibile fore de certo, quod tamen ex sibi dubio nunquam foret, cuius contradictorium ponit aduersarius.

Iterum. 25. cap. 3. Trialogi, ꝙ personam verbi assumere plures humanitates simul, est simpliciter impossibile: & etiam quod multæ personæ eandem humanitatem assumant, est similiter impossibile: ergo neutrum istorum est possibile, si deus voluerit: cuius contradictorium sequitur ex prædictis in hoc libro. & patet consequentia: quia si deum eẽ est simpliciter & absolute necessarium, deum eẽ non est contingens, si deus voluerit. Et si deum esse trinum, est simpliciter & absolute possibile, deum eẽ trinum non est impossibile, si deus voluerit. Igitur si vtrunq; istorum prædictorum est simpliciter & absolute impossibile, neutrum est possibile, si deus voluerit.

Iterum eodem cap. ponit, ꝙ omne possibile est verum: ergo omne possibile sub conditione est verum: ergo cum vtrunq; fit possibile sub conditione, si deus voluerit, vt ibi concedit: ergo vtrunq; istorum non solum possibile est, sed verum, quod tamen ibidem negat. Et patet prima consequentia, quia sic sequeretur, quod possibile sub conditione est ita absolute impossibile, sicut contradictio est absolute impossibile: & sicut aliud impossibile sine contradictione est absolute impossibile.

Itez. 5. cap. 4. Trialogi ponit, ꝙ quotquot hostiæ possunt insimul eodem verbo domini consecrari: & vinũ potest in quocunq; vase, & quacunq; quantitate cõsecrari. Sed hæc dicta contradicunt huic articulo. Nam signo vas quod nõ continet, nec vnquam continebat vinum: & sequitur ex articulo, ꝙ non potest continere vinum: ergo nec vinum potest in hoc vase consecrari. Iterum: Aliqua est maxima quantitas vini, in qua vinum consecratur, vel consecrabitur: & sequitur ex articulo, ꝙ non potest vinum in maiori quantitate cõsecrari: cum igitur quantitate data non potest eẽ quantitas vini maior, sequitur ꝙ non potest vinum in quacunq; quantitate consecrari: & sic signanda est maxima multitudo simul eodem verbo dei consecratarum, & qua maior non erit: & sic sequitur ex articulo, ꝙ non B potest eẽ maior multitudo hostiarum insimul in eodem verbo dicto consecratarum: ergo non est verum, ꝙ quotquot hostiæ, &c.

Iterum. 4. cap. 4. Trialogi, loquens de seipso, sic scribit: Confido de misericordia domini, ꝙ post hanc vitam breuem & miseram, ero superabundanter præmiatus: & scio ex fide Euangelij, quod Antichristus ex suo consilio non potest nisi corpus occidere: & Christus (cuius partem sustineo) potest tam corpus, quàm animam mittere in gehẽnam ignis. Et hoc ibidem de seipso fatebatur.

Sed secundũ istum articulum hoc nõ poterat Christus, nisi hoc esset futurum: & secundum alia dicta sua, si hoc est possibile, hoc est vez: ergo corpus suum & anima sunt in gehenna ignis, saltem pro cap. suo ad viam suã loquẽdi in alia opinione: in qua dicit, ꝙ omne quod erit, est. Vana ergo fuit confidentia, quam habuit de misericordia domini, de superabundanti præmio post hanc vitam: & sic destruit nõ solum dicta sua propria, sed etiã seipsum. Consimiles cõtradictiones possent deduci ex edictis suis in multitudine magna; quaz deductionẽ omitto causa breuitatis. Nõ solum iste articulus est antiquitus cõdemnatus, nõ solum repugnans sacræ scripturæ, nõ solum ex illo sequuntur hæreses multæ, cõtradictiones: sed tenentes articulũ multas scientias habent destruere. Primo dialecticã, quia destruit artem obligatoriã, quæ est magna pars dialecticæ. Et ꝙ illud destruit aduersarius, fatetur in fine. 8. cap. 3. lib. quo ad artem positionis & depositionis in eadem. Destruit etiã dialecticam Aristotelis in libro Perihermenias, vbi deducit tanquam ad magnum inconueniens, ꝙ nihil fit à casu, nec contingens ad vtrumlibet. Destruit secundo philosophiam naturalem, quæ ponit plura euenire à casu & fortuna. Et vna pars philosophiæ est naturalis, de his quæ sunt à casu, & à bona fortuna. Destruit etiam philosophiam moralem,

cuius.3. Ethicorum docet philosophus, ꝙ electio & consilium non est nisi de his, quæ ad D
vtranq; partem contradictionis in nostra consistunt potestate: & nihil tale est vel potest
esse secundum tenentes istum articulũ. Destruit etiam Astronomiam: nam vna pars astro
nomiæ est de electionibus, quam partem annullat iste articulus. Alia pars est de significa-
tione super fortuna, & impedimento super substantia, & negotiatione super principatu,
& prælatione super coniunctione, & separatione super infirmitate & sanitate. Et docet
Cancellarius Parrhisiẽsis, magister Philippus in libello suo de his, in quibus licet fidelibus
iudicio astrorum vti: & qui libri astronomiæ suscipiendi, & qui non: & quod intantũ pro-
dest præscire futura iuditia astrorum propter dispositionem sui corporis: quia potest va-
riare dispositionem suam, & sic vitare infirmitatem: quia idem ignis operatur in luto ad cõ
densationem, & ad arefactionem, & liquefactionem in cæra. Et sic est de actionibus cor-
porum cœlestium in corpora nostra secundum eorum diuersas dispositiones. Istam tamẽ
partem astronomiæ multum diminuit articulus iste: quia præscius infirmitatis futuræ iu-
dicio astrorum. Alia pars astronomiæ est de interrogationibus non super rebus necessarijs
vel impossibilibus, vt docet dominus prædictus: sed de futuris possibilibus, de quibus distin
guit ibidem, ꝙ interrogatio potest fieri de rebus possibilibus, quæ libero arbitrio penitus
sunt suppletæ: vel de rebus possibilibus, quas non potest cuiusquam puri hominis liberum
arbitrium impedire. Et ad interrogationem primarum, duo sunt modi: vt interrogationes E
futuri, quid fiet de assumpto, an si dabit substantiam vel non dabit. Et sunt interrogatio-
nes consilij, vt quid melius conueniat, hoc an illud. Interrogationes (inquit) consilij nõ de
struunt arbitrij libertatem, sed potius eam dirigunt & rectificant, quod oportet consilia:
& vnum (inquit) ex medijs vrgentibus: per quæ ostenditur nõ omnia esse ex necessitate,
sed quædam à casu & ad vtrumlibet. Ponens ergo omnia ex necessitate euenire, destruit
hanc partẽ astronomiæ, quæ est de interrogationibus consilij, de interrogationibus primi
modi, quid fiet de his q̃ pertinẽt ad lib. arbitrium, vt vtrum dabit vel nõ dabit substãtiam.
Dicit consequenter, quod si millesies significatum fuerit, quod non dabit, nihilominus po
terit illam dare: & ideo peritus Astronimus non iudicat quod dabit, sed quod per figuram
interrogotionis significatum est quod dabit, quo non obstante potest non dare, & econ-
uerso. Et si dicatur, ꝙ si significatum non erit magisterium, est falsum: & ideo oportet dice
re, quod significatum erit, & per consequens nõ potest non esse. Sed respondet Cancella-
rius prædictus, adducendo pro se Albumasar, quod nõ sequitur, hoc erit, ergo hoc nõ po-
test nõ esse: quia cõtingens siue fit natum in pluribus, siue in paucioribus, siue ad vtrumli-
bet, semper antequam sit, potest esse & non esse. Ponens ergo nihil contingenter fore, sed
omnia absoluta necessitate, destruit istam partem astronomiæ. Et in eodem libello docet,
quomodo ex hac positione destruitur magisterium medicinæ. Et non est difficile vide-
re, quomodo destruit etiam magnam partem iuris Canonici, & etiam iuris Ciuilis: & quo-
modo repugnat sacræ scripturæ multipliciter est ostensum. Merito est ergo iste articu-
lus pro hæresi, non solum de nouo, sed ab antiquo condemnatus. F

Pro isto tamen articulo arguit aduersarius, primo per antiquum argumentum tale: "
Christus asseruit hoc esse futurum: ergo hoc est, fuit, vel erit. antecedens est necessarium, "
Argumẽtum Vviclephi. ergo & cõsequens. Non enim est in potestate creaturæ, quando Chrũs talia multa asseruit, "
nec assertio animæ Christi per accidens est huiusmodi: & ideo sicut necessario Chrs illud "
asseruit, ita necessario illud eueniet. Confirmat hoc: quocunq; futuro signato ante mundi "
constitutionem deus determinauit hoc fore, ergo hoc erit: quãta ergo erit necessitas in an "
tecedente, tanta est necessitas in cõsequente. & quis eñ potest facere vel impedire, quin de "
us determinauit hoc ante mundi cõstitutionẽ? quasi diceret, nullus. Quo ad istud argumẽ "
tum dicit aduersarius cap. 9.3. Trialogi, dñm Armachanum per duos annos studuisse pro "
eius dissolutione, & finaliter nescisse (vt dicit) aliter euadere, nisi cõcedendo ꝙ Chrũs er- "
rasse potuit, & ecclesiam decepisse: quam cõclusionem nullus catholicus (vt dicit) concede- "
ret, & sic videtur ponere dominũ Armachanum extra numerũ catholicorum. Alij sequa- "
ces Aristotelis, quo ad istum articulũ dicerent, ꝙ in futuris contingentibus ad vtrumlibet, "
& maxime in illis quæ plenariæ subsunt hominis libertati, nõ est veritas determinata apud "
deum, vel apud homines. Et ideo dicerent illi, ꝙ tali futuro signato, deus ante mundi con- "
stitutionem nõ determinauit hoc fore, nec Chrũs de aliquo tali futuro asseruit hoc esse fu- "
turum, & sic leuiter expediuerunt se discipuli Aristotelis, istis argumentis.

Responsio ad argumentum Dico ergo ad argumentũ primo, admittendo contra sententiam articuli, Christum asse
ruisse hoc futurum esse, loquendo de tali futuro, quod subest hominis libero arbitrio, & cõ-
cedendo consequentiam, & conclusionem primam, quod hoc fuit, vel erit: & cum dicit, ꝙ
antecedens est necessarium, loquendo de absolute necessario, vt facit aduersarius in argu-
mẽto de Christo secundum humanitatem, vt consequenter loquitur. Dico quod hoc sim-

pliciter

A pliciter est falsum: quia absolute necessarium est, quod nec potuit, nec poterit non esse: sed antequam Chrūs erat incarnatus, Chrūs sic non asseruit secundum humanitatem, & tunc poterat hoc nunquam asseruisse: & ideo est manifestū, quod hoc antecedens non est absolute necessarium. Et ideo non sequitur ex illo, quod consequens sit absolute necessarium, licet consequens sit verum: & sic patet ad argumentum principale. Quantum ad confirmationem, cum dicitur, quocunq; futuro signato ante mundi constitutionem deus ordinauit hoc fore, ergo hoc erit: quanta ergo est necessitas in antecedente, tanta est in consequēte. Sed in antecedente est tanta necessitas, ꝙ nullus potest impedire dei ordinationē, quando sic ordinauit: ergo nullus potest impedire quando hoc erit: ergo articulus. Quantū ad ista concedo, ꝙ nulla creatura potest impedire dei primam ordinationem per se: dicendo tamen, quod quicquid deus ordinauit fore de talibus futuris subiectis libertati humanæ, potest nunquam illud ordinasse fore sine omni sui mutatione. Et ideo licet deus ordinauit ante mundi cōstitutionē hoc fore, non est absolute necessarium, deum ante mūdi cōstitutionem hoc ordinasse: cum possit sine sui mutatione hoc nunquam ordinasse, & sic posse est proprium solius dei: & ideo ex tali ordinatione non sequitur necessitas absoluta immediate consequentis, sed necessitas suppositionis, quæ satis stat cum contingentia effectus futuri. Vnde & reprobos potest deus facere prædestinatos secundum sententiam Apostoli ad Romanos. 11. vbi loquens de Iudæis infidelibus & reprobis: Potens est (inquit) deus iterum misereri, hoc est, saluare eos secundum doctores. Et Augustinus de bono perseue- Augustinus
B rantiæ, sic ait: De reprobis certe poterat deus eos præscius esse lapsuros, antequam illud fieret, auferre de hac vita: ergo non obstante illa præscientia, poterat facere quod non laberentur. Et ideo hic modus loquendi fundatur in apostolica sententia, & sententia Augustini, & sententia antiquorum doctorum: & sic patet responsio ad argumentum. Per hæc ad omnia quæ adducit pro articulo, poterit esse satisfactum. & finaliter dico circa istum articum, quod non solum repugnat sacræ scripturæ, nō solum ex eo sequuntur hæreses multæ, nō solum est destructiuus multarum scientiarum: sed ex eo sequuntur vulgares fatuitates diuersæ. Nam sequitur primo, ꝙ dolium magnum non potest continere tantum de vino, quantum continet ista pinta signata. Ponatur enim quod hæc pinta sit plena vino, & ꝙ de dolio magno totum vinū sit extractum, & quod nunquam post continebit vinum, & sequitur: Nunquam post continebit vinum, ergo absolute necessarium nunquam post continebit vinum: ergo simpliciter impossibile est quod continet vinum: ergo nō est possibile, quod illud dolium magnum, tantum contineat de vino, quantum continet ista pinta: quod vulgares deriderent. Secundo sequitur, quod cultellus bonus & acutus non potest ita scindere panem, sicut iste cultellus obtusus: quia ponatur quod cultellus obtusus scindat panem, & quod iste cultellus acutus & bonus nunquam scindet panem, sed continue erit in cista. Et sequitur conclusio modo prædicto. Et sic ex articulo possunt deduci tales fatuitates vulgares in magno numero: & ideo est articulus merito despiciendus.



C Decimus octauus articulus & vltimus, pro hæresi cōdemnatus est, ꝙ quicquid Papa vel Cardinales sui sciunt ex sacra scriptura deducere clare, illud dumtaxat est credendū, vel ad sua monita faciēdum. Et quicquid vltra præsumpserint, sit tanquam hæreticum cōtemnendum. Quod sit merito pro hæresi cōdemnatus, patet primo ex hoc, quod est cōtra sacram scripturā, & ex ipsa condemnatus. Secundo ex hoc, quod est in Canone ab ecclesia condemnatus. Tertio ex hoc, quod est ab antiquis doctoribus condemnatus. Quarto ex hoc, quod fuit diuersaꝝ hæresium fundamentū. Quinto ex hoc, ꝙ nō recipirentur interpretationes sanctorum doctoꝝ, de propositionibus ambiguis sacræ scripturæ, quæ nō possunt ex scriptura sacra per ꝑlatos clare deduci. Sexto ex hoc, ꝙ ex articulo sequuntur hæreses multæ. Primo ergo deduco, ꝙ iste articulus est cōtra sacram scripturam, & per consequens est ab ea damnatus. Nam in sacra scriptura habetur, ꝙ multa sunt vera & credenda, quæ in ipsa literaliter nō continentur: nec possunt ex literali sensu scripturæ deduci: quia de tali modo loquitur aduersarius, vt patet ex processu. Vnde in fine Euangelij Iohannis ad excludendū falsam opinionem, ꝙ nō plura fecerat Iesus, quàm sint scripta, sic dicit Euangelista: Sunt etiam alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundū capere eos, qui scribēdi sunt libros, ergo multa fuerunt facta Christi, quæ nō sunt scripta, & maxime in sacra scriptura: & per cōsequens multæ sunt veritates etiam de Chr̄o, quę ex sacra scriptura minime possunt deduci. Apostolus etiam Paulus, secunda ad Thessal. 2. ca. in fine, expresse distinguit inter traditiones quas tradidit sermone, & quas tradidit per

scripturam, præcipiendo vtrasq; teneri, sic dicens: Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolã nostram. Ex ipsa ergo patet scriptura sacra, ꝙ multæ sunt traditiones tenendæ & credendæ, quæ solummodo sermone sunt traditæ per apostolos, quæ nõ sunt in sacra scriptura ad literam cõtentæ. Vnde istam authoritatem Apostoli tractat Damascenus quarto sententiarum suarum, cap. 8. & totius libri cap. nonagesimoquarto, deducẽs per illam, & alias Apostoli authoritates, ꝙ plurima sancti apostoli ex nõ scripto tradiderunt, quæ tamen obseruare debemus. & hoc docet cap. nonagesimoprimo, quod intitulatur de adorando secundũ orientem, vbi cõcludit ꝙ traditio de adorando versus orientem, est traditio apostolorꝫ nõ scripta: & in fine dicit, ꝙ multa nõ scripta tradiderunt. Patet ergo ex ipsa sacra scriptura, ꝙ multa nõ scripta in sacra scriptura sunt credenda & obseruanda: & ideo hic articulus est cõtrarius sacræ scripturæ. Iterꝫ ex sacra scriptura, & notorie veris, quæ nõ possunt tergiuersari, patet, ꝙ multa sunt authentice vera, quæ nõ sunt cõtenta literaliter in sacra scriptura: & per cõsequens patet ex sacra scriptura, ꝙ multa sunt authentica & credenda, quamuis nõ possint per Papam & Cardinales clare deduci ex sacra scriptura. Assumptum patet primo ad Colossen. vltimo cap. vbi Apostolus fatetur se scripsisse epistolã, & ibi præcepit Colossensibus illam legere ad Laodicen. Sed notorium est, ꝙ illa epistola ad Laodicenses nõ est cõtenta in sacra scriptura, nec est in Canone Bibliæ. Assumptum patet. 2. Machabæorum vltimo, vbi allegatur liber sacerdotij Iohannis: & notorium est, ꝙ iste liber nõ est in Canone Bibliæ. Assumptũ patet tertio, quia in libris Regum tractat sacra scriptura de Achab, notando eum de curiositate pro domo eburnea quam fecit, sic dicendo. 3. Regum vltimo: Reliqua sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Iste liber hic allegatus, nõ est aliquis liber Regũ: quia nõ allegat seipsum. Et quia nullibi scribitur in illis alibi, quàm hic de domo illa eburnea: nec est aliquis liber Paralipomenon in quo fieret mentio de domo illa eburnea: & ideo (vt dicit doctor de Lyra) erat liber authenticus Anabuzardan combustus, nec post reparatus. Assumptum patet quarto, quia. 2. Machabæorum. 2. cap. allegantur descriptiones Hieremiæ prophetæ, descriptiones etiam & cõmenta Nehemiæ prophetæ: & manifestum est, ꝙ illos libros nõ habemus in Canone Bibliæ, sed nec hàbent Iudæi, vt dicit doctor de Lyra. Ibidem etiam allegat textus quinq; libros Iasonis Cyrenei, ex quibus secundus Machabæorum est abbreuiatus: & notorium est ꝙ illi libri in Canone Bibliæ nõ sunt positi. Assumptum patet quinto, quia. 2. Regum primo allegatur liber iustorum. & notorium est, ꝙ ille nõ ponitur in Canone Bibliæ. Assumptum patet sexto. 3. Regum. 4. fit mentio expressa de descriptionibus bestiarum, arborum, & herbarum, quas scripsit rex Salomon, & illas scripturas nõ habemus in Canone Bibliæ. Assumptum patet septimo, quia. 2. Paralipomenon fit mentio de libro Achiæ Sylonitis, & de libro Nathan prophetæ, qui libri nõ habentur in sacra scriptura. Et ideo ex ipsa sacra scriptura, & notorie veris quæ nõ possunt tergiuersari, patet, ꝙ multa sunt authentice vera, quæ nõ sunt literaliter cõtenta in sacra scriptura, nec ex cõtentis in sacra scriptura possunt clare deduci: & ideo iste articulus est cõtra sacram scripturam dogmatizatus, & per consequens est hæreticus. Secundo est iste articulus in Canone cõdemnatus: quod patet prima dist. 11. cap. Ecclesiasticarum. Vbi habetur, ꝙ cõstitutiones ecclesiasticæ sunt in triplici genere. Nam quasdam à sacris scripturis, quasdam apostolica traditione cõfirmatas accepimus, quasdam cõsuetudine roboratas approbat vsus, quibus par ritus, & idem vtriusq; pietatis debetur affectus. Ex quibus manifestũ est, ꝙ nõ solum Canon obligat ad ecclesiasticas cõstitutiones, quæ ponuntur in sacra scriptura: sed præter illas ad institutiones apostolica traditione cõfirmatas, de quibus in eodẽ cap. fit mentio, quæ nõ continentur in sacra scriptura, & præter istas & illas ad institutiones quas cõsuetudine roboratas approbat vsus. Dicere ergo, quod nõ est credendum vel admonita Papæ faciendũ, ni quod sciunt clare deducere ex sacra scriptura, est plane cõtradicere sententiæ Canonis & ecclesiæ. Hoc idem habetur eadem dist. cap. In his rebus. vbi sic: In his rebus, in quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores legis diuinæ, ita & cõtemptores cõsuetudinũ ecclesiasticarꝫ coercẽdi sunt. Ex qbus patet, ꝙ ecclesia supponit multa eẽ instituta ecclesiæ, quæ nõ sunt in scriptura sacra contenta, & quæ nõ licet contemnere, sicut nec legem dei præuaricari. Multas etiam consuetudines ecclesiæ esse in sacra scriptura non cõtentas, quas oportet obseruare, & nullatenus contemnere: habetur expresse eadem distin. cap. Catholica. vbi sic: Catholica ecclesia per orbem diffusa, tribus modis probatur existere: quicquid in ea cotinetur, aut authoritas est scripturarum, aut traditio apostolica, aut propria & particularis institutio ad ea quæ authoritate scripturæ, & quæ vniuersali traditione to

Damascenus

A ne tota constringitur ecclesia. Priuatis autem constitutionibus, & proprijs informationibus per locorum varietates, ecclesia subsistit & regitur. Ex quibus omnibus patet, quod multa tenemur credere, & multa facere, quæ ex sola sacra scriptura deduci nõ possunt. Patet ergo ex definitione ecclesiæ, quod articulus iste est falsus. Secundo patet idem. 19. distin. cap. Si Romanorum. cap. Sic omnis. cap. Nulli fas est. cap. In Canonicis scripturis, quia in omnibus istis cap. 19. distincti. habetur id idem. Quorum recitationem remitto causa abbreuiationis, & quia liber iste est communis. Tertio patet idem dist. 89. 15. & dist. 18. quasi per totum. Quarto idem. 23. quæst. 4. cap. Non inuenit. Et de Conse. dist. 4. cap. Si eos. Et in alijs cap. diuersis. Quinto patet idem, extra de celebratiõe missarum, cap. Cum Marthę. de forma, qua vtit ecclesia Romana in consecratione sanguinis: quia illa (vt ibi patet) nõ habetur in sacra scriptura: & constat cuicũq; respicienti textum euangelij, & textum Apostoli, quod nullibi in scriptura habetur completa forma cõsecrationis sanguinis, qua vtitur ecclesia: & tamen patet ibidem, quod illa est vna forma consecrationis, & quod hoc credi debet. Condemnat ergo sententiam quæ ponit, quod nihil est credendum, nisi quod clare potest deduci ex sacra scriptura. Patet ergo, quod hic articulus est in Canone ab ecclesia condemnatus. Tertio principaliter dixi, quod iste articulus ẽ ab antiquis doctoribus reprobatus. Nam primo Dionysius Ariopagita, Apostolorum contemporaneus, primo cap. sui libri de ecclesiastica Hierarchia, versus finem cap. asserit. Quoniã & non scriptas doctrinas, & traditiones, seu leges Apostoli tradiderunt, quas oportet susc ipere: ergo multa nõ contẽta in sacra scriptura oportet credere: quia ipse sanctus Dionysius multa docet credenda de institutio-
B ne Apostolorum circa sacramenta ecclesiæ, quo ad orationes ecclesiæ, circa monachos ecclesiæ primitiuæ: de quibus nulla fit mentio in sacra scriptura. Secundo Iohannes Damascenus in libro sententiarum suarum, tam in cap. De adorando versus orientem, quàm etiam in cap. De sacris imagnibus, hoc idem docet. Vnde traditio de adorando versus orientem, & traditio de imaginibus sanctorum, sunt traditiones Apostolicæ, non scriptæ, secundum eundem. Tertio patet idem per Iohannem Cassianum de institutis Monachorum, asseuerantem multa per Apostolos instituta, de quibus constat, quod nihil literaliter continetur in sacra scriptura. Et quarto patet idem de diuersis libris sancti Augustini, de quibus cap. Canonis prius allegata diuersa sunt accepta, de quibus plura inferius erunt inserta. Quinto patet idem ex diuersis libris beati Gregorij, & specialiter ex registris eiusdem. Sexto patet idem multipliciter ex sententia doctoris de Lyra, qui egregie literaliter scripsit super totam Bibliam, & deducit super multis locis multas veritates esse tenendas ab ecclesia, quæ non continentur in sacra scriptura, vt consideranti poterit esse manifestum, &c. Quarto principaliter est iste articulus iuste pro hæresi condemnatus: quia fuit fundamentum diuersarum hæresium. Fuit enim primo fundamentum hæresis Arrianæ, quæ pessima fuit. Docet enim manifeste historia Tripartita, quod Arriani insultabant Catholicis, eo quod ponebant dei filium consubstantialem patri, pro eo quod sacra scriptura hoc non exprimit. Vnde & ponebant hoc verbum esse barbarum, pro eo quod scriptura sacra non ponit hoc verbum, in diuinis. Et Catholici doctores concesserunt Arrianis, quod tunc de verbis, consubstantialis, vsia, & omousion, quod idem significãt in diuinis, de deo, in sa-
C cris scripturis nihil repertum est: sed dixerunt, quod fides illa accepta est ex antiqua traditione recepta ab initio ecclesiæ: vt partim libro quinto, capite octauo, & complete libro sexto, capite vicesimo patet. Patet ergo, quod articulus iste fuit fundamentum hæresis Arrianæ. Nolebant enim Arriani aliqua recipere, maxime circa diuina, nisi contentã in sacra scriptura: & ideo inciderunt in illam hæresim. Fuit secundo huiusmodi articulus fundamẽtum hæresis Donatistarum. Donatistæ hęretici tenebãt, quod baptizati ab hęreticis, quantumcunque baptizati ab eis sub forma ecclesiæ, non essent vere baptizati: sed quod venientes ad ecclesiam Catholicam deberent rebaptizari. Vnde & baptismum hæreticorum vocabant lauachrum diaboli. Et illius opinionis fuit aliquando sanctus Cyprianus, & multi magni prælati cum eo: vt patet in libris sancti Augustini, de vnico baptismo. Sed ante Cyprianũ recepit ecclesia baptizatos ab hęreticis, sub forma ecclesię, sine nouo baptismo: quã consuetudinem Cyprianus cum magno consilio reprobauit. Postea illa determinatio Cypriani & sui consilij fuit ab ecclesia condemnata, & reprobata. Et tunc Donatistæ conquæsti sunt de ecclesia, quod reprobauit sententiam illam vt hęreticam, ex quo contrarium eius non habetur in scriptura sacra. Quibus respondit magnus Augustinus: concedendo quod oppositum illius sententiæ non reperitur in sacra scriptura, sed consuetudo recipiendo baptizatos ab hæreticis, sub forma ecclesiæ, sine nouo baptismo, licet non fundatur in sacra scriptura, fundatur tamen in Apostolica traditione: sicut & multa sunt (inquit) quæ vniuersalis tenet ecclesia, & ob hoc ab Apostolis bene pręcepta creduntur, quàmuis scripta nõ inueniantur, & hæc ponit Augustinus libro quinto contra Donatistas cito post mediũ libri.

Patet ergo, quod ſententia iſtius articuli fuit fundamentum hæreſis Donatiſtarum: quia D
nolebant aliquid eſſe hæreticum, niſi cuius contrarium in ſacra ſcriptura eſſet repertum. Et
beatus Auguſtinus cum eccleſia Catholica reputat hæreticum, quod contrariatur traditio-
ni Apoſtolicæ: quamuis illa traditio ſcripta non ſit pure in ſacra ſcriptura. Ex quibus patet
quod ſententia huius articuli fuit velamen, & fundamentum hæreſis Donatiſtarum: &
quod beatus Auguſtinus cum eccleſia Catholica reputat eam hæreticam. Eſt ergo hic ar-
ticulus merito pro hæreſi condemnatus. Fuit etiam fundamentum hæreſis Leonis Impe-
ratoris, & Conſtantini filij ſui, qui damnauerunt imagines ſanctorum, & ipſas combuſſe-
runt. Quibus Papa Gregorius, & Germanus Conſtantinopolitanus vniuerſaliter reſtite-
runt, allegantes morem antiquorum, & approbatam ab eccleſia conſuetudinem. Cuius hę
reſis Philippus Imperator eorum prædeceſſor, erat fundator, quem Siſinnius Papa, circa
annum domini ſeptuageſimũ ſextum, propter hoc denuntiauit hęreticum, vt in hiſtoria Po
lichronica, & aliis ẽ manifeſtum, & aliarum multarum hæreſium fuit ſententia huius articuli
fundamentum & velamen: & ideo eſt merito condemnatus. Quinto principaliter ẽ articu-
lus pro hęreſi condemnatus: quia dato articulo nõ eſſent recipiẽdę interpretatiões ſanctoꝝ
doctoꝝ de propoſitionibus ambiguis ſacrę ſcripturæ, quæ nõ poſſent per Papam & Car-
dinales ex ipſa ſacra ſcriptura deduci clare: patet enim ſequela, & eſt hoc dictum occaſio &
velamen diuerſarum antiquarum hæreſium. Nam propter hoc quod Chriſtus dixit in euan
gelio: Fures fuiſſe & latrones, omnes quotquot ante ipſum venerunt: & propter quod Fau
ſtus noluit recipere interpretationes ſanctorum doctorum, ſed verba illa intelligere, ſecun
dum quod grammaticaliter ſonabant: ideo incidit in hæreſim, quod non ſint à Catholicis E
recipiendi Moſes & Prophetæ: quia fuerunt fures & latrones, vt aſſerebat, male intelligen-
do verba Chri contra interpretationem ſanctorum doctorum. Hæc patent per beatum
Auguſtinum decimoſexto contra Fauſtum. Item propter hoc quod æque negatiue ſecun-
dum vocem dr: Non occides, ſicut dr: Non furaberis: dicebant hęretici, quod ſicut non eſt
licitum furari hominem bouem, aut ouem, ſic non ẽ licitum occidere hominem, bouem, aut
ouem. Quam hęreſim deſtruit Auguſtinus in libro de Ciuitate dei. In hanc hęreſim prola
pſi ſunt: quia vtrobiq; verba ſcripturæ ſicut ſonabant prima facie, & adſenſum grammati-
calem, & nõ ſecũdum interpretionem Apoſtolicoꝝ viroꝝ, intellexerũt. Item dixerunt alij
hæretici, quod non eſſet licitum iurare in aliquo caſu propter hoc quod Chriſtus dixit: Ego
autem dixi vobis, nolite iurare omnino. Et propter hoc quod dicit Iacobus: Ante oñia fra
tres chariſſimi, nolite iurare neq; per cœlum, neq; per terram, nec paliud quodcũq;. Iſta vt
ſonãt grammaticaliter intelligentes, & nõ ſecũdum ſenſum & interpretatiões ſanctorum do
ctorum, errauerũt. Conſimile eſt de multis aliis, de quibus pertrãſeo. Itęm Chriſtus oftẽ
dit Lucæ. 6. cap. & Matthæi. 15. quod mãdata & præcepta habent interpretari multotiens
per modum alium, quàm ſonant prima facie & grammaticaliter. Nam præceptum erat in
lege, quod nulli mãducarent de panibus propoſitionis, niſi ſoli ſacerdotes. Pręceptum erat
etiam in lege, quod cibaria præpararentur die præcedenti diem ſabbati, non in ſabbato. Et
quia diſcipuli Chriſti euellebant ſpicas in die ſabbati, & fricabant, ac propter eſuriem come
debant: ideo Iudæi reprehendebant Ieſum, dicentes: Quare diſcipuli tui faciunt quod non
licet in ſabbatis? Quibus Chriſtus reſpondit: Nónne legiſtis quid fecerat Dauid, quando F
eſurijt, & qui cum eo erant: & quomodo intrauit in domum dei, & panes propoſitionis co
medebat, quos non licebat comedere, niſi ſolis ſacerdotibus? Vbi Chriſtus excuſauit diſci-
pulos, quod propter neceſſitatem poterant euellere, & fricare ſpicas in ſabbato licite, ſicut
& Dauid ac ſui licite comederũt propter neceſſitatem de panibus propoſitionis: non obſtã-
te quod erat diuinum præceptum, quod non comederent de eis niſi ſacerdotes. Illud er-
go diuinum præceptum, iuxta doctrinam Chriſti aliter debuit interpretari, quàm prima
facie, & grammaticaliter ſonabat. Et ideo non recipientes interpretationes ſanctorum do
ctorum de propoſitionibus ambiguis ſacræ ſcripturæ, ſed intelligentes illas vt ſonãt pri-
ma facie, in hæreſes multas oportet incidere, & ſunt cõtrarię Chri doctrinæ, vt ex dictis pa
tet plane. Tales tamen interpretationes deſpicit articulus iſte: & ideo eſt merito cõdemna-
tus. Sexto principaliter dico, quod articulus pro hęreſi merito eſt cõdemnatus: quia ex ar-
ticulo ſequuntur hęreſes multę. Sequitur enim primo, quod doctrina illa eſt tanquam hęre
tica condemnanda, quæ ponit quod ſanctus Petrus fuit epiſcopus Romanus, Romæ do-
cuit, & Romæ martyrizatus fuit. Hoc enim docent Papa & Cardinales, & omnes commu-
niter Catholici: & tamen hãc doctrinam nõ poſſunt clare deducere ex ſacra ſcriptura, quia
in tota ſacra ſcriptura nullibi fit mentio, quod ſanctus Petrus Apoſtolus vnquam fuit Ro-
mæ. Sed quod ſic fuit, habetur ex fide patrum, & Apoſtolicorum virorum, per ſucceſſio-
nes patrum vſque ad nos deſcendentium, & nullatenus ex Canone bibliæ. Et cum nihil ſit
credẽdum, niſi quod Papa & Cardinales ſciũt ex ſacra ſcriptura clare deducere, & quicquid

vltra

A vltra præsumpserint docere, sit tanquam hæreticum condemnandum: ex isto articulo sequitur, quod ista doctrina sit tanquam hæretica contemnenda, quæ ponit quod sanctus Petrus fuit episcopus Romanus, & Romæ docuit. Ex isto sequitur secundo, quod ista doctrina est tanquam hęretica contemnenda, quæ ponit Apostolos condidisse symbolum. Et sequitur conformiter, quia in tota sacra scriptura non fit mentio, quod Apostoli symbolum condiderunt. Hæc tamen doctrina est Papæ & ecclesiæ Romanæ, quæ ad nos descendit p successiones patrum à tempore Apostolorum. Sequitur ergo conclusio. Tertio sequitur quod illa doctrina est tanquam hęretica contemnenda, quæ ponit quod illud quod incipit: Liber generationis Iesu Christi, sit euangelium Matthæi. Et illud quod incipit: In principio erat verbum, sit euangelium Iohannis: quia licet illa euãgelia sunt in sacra scriptura contenta, non est tamen contentum in sacra scriptura, quod illud sit euangelium Matthæi, vel istud Iohannis. Sed habef ex rubricis propositis, & prologis: quę rubricę, & qui prologi nõ sunt de sacra scriptura, nec partes eius, nec ab ipsis Euangelistis ibi positę, sed à successoribus eorum. Cum ergo hęc sit doctriua Papæ & Cardinalium, sequitur ex articulo, quod hęc vt hęretica contemnenda est. Quarto sequitur, quod hęc doctrina est vt hęretica contemnẽda, quæ ponit quod deus est tres personę. Nam illa est doctrina Papæ & Cardinalium, & ecclesiæ Romanæ, quæ non potest ex sacra scriptura clare deduci per eos, dicente Augustino magno, septimo de Trinitate, vbi quærit, quare tres res in diuinis dicuntur tres personę quàm tres dij. Et dicit quod propter necessitatem disputandi dicuntur tres personæ. Non (inquit) quia sacra scriptura hoc dicit, sed quia sacra scriptura non contradicit: sicut contra-
B dicit de tribus dijs, ibi: Dominus deus tuus vnus est. Hæc Augustinus. Ex quibus patet, q̃ Augustinus nescivit ex sacra scriptura inuenire, quod deus est tres personę: & à fortiori, nec Papa, nec Cardinales sciunt hoc ex sacra scriptura clare deducere: & per consequens iuxta articulum est hęc doctrina vt hęretica contemnenda. Quinto sequitur, quod est tanquã hæreticum contemnendum, quod filius in diuinis est patri consubstantialis. Nam (vt præmissum est) Arriani hoc negabant, propter hoc quod non reperitur in sacra scriptura: & Catholici illius temporis hoc concesserunt Arrianis: ergo non potest clarę deduci ex sacra scriptura per confessionem vtriusque partis, quod filius in diuinis est patri consubstantialis: & per consequens iuxta istum articulum, est hoc vt hæreticum contemnendum. Sexto sequitur, quod doctrina ponens alios Apostolos à Paulo baptizatos fuisse sacramentaliter, est vt hęretica contemnenda. Licet enim de Paulo legatur, quod fuerat sacramentaliter baptizatus, hoc tamen non legitur in sacra scriptura de alijs Apostolis. Vnde Augustinus magnus epistola quinquagesima scda, quæ est ad Seleutianã, sic ait: Non omnia quæ facta sunt scripta reperiuntur. Scriptum est, quoniam baptizatus est Paulus apostolus, & non est scriptum, quoniam baptizati sunt alij apostoli. Veruntamen (inquit) ipsos baptizatos intelligere & credere debemus. Ex quo ergo deduci non potest ex sacra scriptura, quod alij Apostoli à Paulo fuerunt sacramentaliter baptizati: sequitur per articulum istum, quod ista doctrina sit, vt hæretica contemnenda. Septimo sequitur, quod doctrina sit, vt hæretica cõtemnenda, quę ponit, quod signare se signo crucis sit actus bonus Christianus, cum tamen dicit magnus Augustinus, quod signare se signo crucis sit actus Christianissimus: & tamen
C ad sic se signandum signo crucis, sunt pueri Catholicorum ab antiquo primitus edocti, & tamen patet sequela: quia vt patet in Canone distin. 11. cap. Ecclesiarum, talis doctrina non habetur ex scriptura sacra, ergo iuxta istum articulum ẽ, vt hæretica contemnenda. Octauo sequitur, quod doctrina ẽ vt hæretica contemnenda, quę ponit Chm̃ conceptum, octauo Calend. Aprilis, & natum. 8. Calen. Ianuarij. Hæc enim doctrina non p̃t clare deduci ex sacra scriptura, prout testatur magnus Augustinus. quarto de Trinitate, cap. 5. Dicit enim, quod hæc non habentur ex sacra scriptura, sed authoritate susceptа à maioribus. Et ideo non obstante quod hanc doctrinam tenet vniuersalis ecclesia, est ipsa secundum istum articulum vt hæretica contemnenda. Nono sequitur, quod doctrina ecclesiæ est vt hæretica contemnenda, quæ ponit quod diebus dominicis est ordinarie solennizandum, quia q̃d sic ordinarie debemus solennizare diem dominicum, non habemus per sacram scripturam, immo iuxta sensum scripturæ grammaticalem, quem prima facie prętendit, potius deberemus solennizare ordinarie dies sabbatinas: cum sic de ferijs festis ordinarie solẽnizandis nõ habeatur præceptum in scriptura aliquo præcepto scripturæ, sed ex traditione Apostolica vsque ad nos per successiones patrum descendente. Igitur secundum istum articulum erit hæc doctrina vt hæretica contemnenda, quæ ponit quod debemus solennizare festum Natiuitatis Christi, festum Ascensionis Chri, festum Assumptiunis virginis Mariæ, festa Apostolorum, vel aliorum sanctorum. Decimo sequitur, quod doctrina est vt hæretica contemnenda, quæ ponit quod tenemur ieiunare ieiunia quatuor temporum, prima hebdomada quadragesimæ, hebdomada Pentecostes, & in mensibus Septembri & Nouembri.

Nam

Nam quod illis temporibus debemus ieiunare ieiunia quatuor temporum, non habemus in ſacra ſcriptura: quia ieiuniũ quatuor temporum impoſitum à ſacra ſcriptura fuit ieiuniũ quarti, ieiunium quinti, ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi: vt patet Zachariæ octauo capite. Et ſic ieiunia ſcripturę fuerũt in Iulio, Auguſto, Octobri, & Ianuario, vt docet Hieronymus in commentario. Et ideo ex ſacra ſcriptura non habemus, quod debemus ieiunia quatuor temporum ieiunare, prima hebdomada quadrageſimæ, in hebdomada Penteco-ſtes, in menſibus Septembri & Nouembri: & per conſequens ſecundum articulum, doctri-na quæ ſic docet, eſt vt hæretica contemnenda. Vndecimo ſequitur, quod illa doctrina eſt vt hęretica contemnenda, quę ponit quod Chriſtiani adulti & ſani debent abſtinere à carnibus per quadrageſimam immediate ante Paſcha: quia illa doctrina non poteſt clare deduci ex ſacra ſcriptura. Vnde Chriſtus non legitur ieiunaſſe, niſi vno anno quadrageſi-mam: & illam non ieiunauit immediate ante Paſcha, ſed immediate poſt feſtum Epipha-niæ. Nec aliunde facit ſcriptura ſacra mentionem de tali abſtinentia facienda tali tempore. Eſt ergo iuxta iſtum articulum hęc doctrina vt hęretica contemnenda. Duodecimo ſe-quitur, quod non fuerit in eccleſia Romana vera conſecratio ſanguinis Chriſti, à tempore, quo vtebatur forma, qua vtitur quando nititur ſanguinem conſecrare: quia illa forma non reperitur in tota ſacra ſcriptura, vt ſuperius allegatum eſt, ex cap. Cum Marthæ. Et vt ex-perientia docet textus euangeliorum, & textus Apoſtoli Pauli, in locis vbi materia tracta-tur. Vnde nec verbum æterni teſtamenti, nec verbum myſterium fidei reperitur in aliqua forma tradita in ſcriptura ſacra. Cum ergo nulla ſit vera forma conſecrationis, niſi tradita in ſcriptura ſacra, iuxta hunc articulum: ſed omnis alia eſt vt hęretica contemnenda: ſequitur quod ab illo tempore, quo eccleſia Romana vtebatur forma qua vtitur, non fuit vera conſe cratio ſanguinis in eccleſia Romana, quę ſententia eſt ſatis hęretica. Decimotertio ſequi-tur, quod ab illo tempore, quo eccleſia Romana firmiter ſtatuit & definiuit, quod ſeparan-dum eſt matrimonium, ſcilicet contractum ſine diſpenſatione in tertio vel in quarto gra-du conſanguinitatis vel affinitatis, vel ſolummodo propter cognationem ſpiritualem, vel legalem: vel ſolummodo propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: vel ſolummodo, quia vir prius polluit mulierem per adulterium interpoſita fide de matrimonio futuro, cum machi-natione mortis mariti primi: quod ab illo tempore eccleſia Romana fuit hæretica, quia nul-la iſtarum cauſarum eſt cauſa diuortij ex ſacra ſcriptura, vt fatetur aduerſarius: nec eſt ali-quod ex prædictis legitimum impedimentum matrimonij: vt aduerſarius habet dicere, cum hoc non poſſet clare deduci ex ſacra ſcriptura. Cum ergo omne matrimonium, quod ſine legitimo impedimento eſt contractum, eſt verum matrimonium, & à deo: ſequitur, quod à tempore, quo eccleſia Romana hoc firmiter ſtatuit, & definiuit firmato propoſito, ſtatuit & definiuit contra illud Euangelicum pręceptum: Quos deus coniunxit, homo non ſeparet: & per conſequens ab illo tempore fuit eccleſia Romana hæretica. Decimo-quarto ſequitur, quod omnis religioſus legitime profeſſus: & omnis ſacerdos, qui in ſuſce-ptione ſacri ordinis fecit votum caſtitatis, credens firmato propoſito, quod matrimonium ab ipſo contractũ, poſt votum annexum ſacro ordini, vel profeſſioni religionis approbatę, ipſo facto potius nullum, quàm poſt votum in manu epiſcopi, quod faciunt viduæ. Si ergo omnis traditio eccleſiæ, quæ non poteſt deduci clare ex ſacra ſcriptura, ſit vt hæretica con-temnenda: ſequitur, quod hæc traditio de voto ſolenni, annexo ſacro ordini, vel religionis approbatæ profeſſioni, quod impediat ipſo facto matrimonium: poſt contractum, ſit vt hæreticum contemnendum. Et per conſequẽs omnis religioſus legitime profeſſus, & oñis ſacerdos qui in ſuſceptione ſacri ordinis fecit votum caſtitatis, credens firmato propoſito, quod matrimonium ab ipſo poſt contractum propter votum ſuum ſit ipſo facto nullum, hæreticus eſt firmiter credendo: quia firmato propoſito, à quo non vult recedere, cre-dit eſſe verum, quod tamen eſt vt hæreticum reſpuendum. Decimoquinto ſequitur, quod iuramenta conſueta Regum in ſuis coronationibus: prælatorũm primo intrantium ſuas eccleſias: iuſtitiariorum, in receptiõe ſuorum officiorum: doctorum, baccalaureorum in vniuerſitatibus, quando recipiunt ſuos gradus: collegiatorum, quando recipiuntur ad ſua collegia: & omnium qui iurant obſeruare leges humanas, vel conſuetudines in ſacra ſcri-ptura non contentas, ſunt iuramenta pernitioſa. Quia omnes tales leges humanæ in ſacra ſcriptura non contentæ, non ſunt veræ leges, ſecundum iſtum articulum, & ſecundum do-ctrinam aduerſarij in pluribus locis, ſunt leges Luciferinæ, & Antichriſtianæ. Et ideo omne iuramentum ad obſeruantiam talium legum, eſt iuramentum pernitioſum, imò ha-bet dicere, quod omnia talia iuramenta ſunt iuramenta ad ſeruiendum diabolo, & ad ſer-uiendum Antichriſto. Et conſequenter, quod Iuſtitiarij regni, doctores iuris ciuilis, & doctores iuris Canonici, non ſunt veri doctores legum: ſed potius doctores Antichriſti, & diabolicarum traditionum.

Aeterni teſta-menti

Myſteriũ fidei

Luciferinæ le-ges

Decimoſexto

A Decimosextosequitur,quòd nulli archiepiscopi deberent esse in ecclesia dei magis,quàm Corepiscopi:& consequẽter,quod nulli suffraganeisuis archiepiscopis deberent obedire: quia licet de ipsis magna fit mentio in sacra scriptura,de archiepiscopis non magis fit mentio,quàm de corepiscopis.Bene tamen habentur traditiones Apostoli Petri de institutione archiepiscoporum:vt superius erat dictum circà articulum sextum. Si ergo traditionibus apostolicis,non scriptis in sacra scriptura,non sit fides adhibenda,sed sunt tales vt hæreticæ contemnendæ iuxta istum articulum sequitur,quod nulli archiepiscopi deberent esse in ecclesia dei magis,quàm Corepiscopi,& quod nulli tenẽtur eis obedire suffraganei,sed q̃d sunt ab eis,tanquam hæretica traditione instituti,contemnendi. Decimoseptimo sequitur,quòd tanquam hæretica est contemnenda Paschalis obseruatio Christiana:quia Christiani non obseruant festum Paschale eo tempore,quo præcipiebatur obseruari in lege veteri,vt est theologis notum:nec de tempore,quo Christiani obseruant hoc festum,vel obseruare debent,est in nouo testamento aliquid determinatum. Vnde super obseruatione Paschalis festi,magna fuit aliquando disceptatio in ecclesia dei,quousq; per miraculum materia fuit decisa. Si ergo modo non debemus credere,nisi quæ ex sacra scriptura possunt clare deduci,vt dicit articulus iste:& si omnes aliæ doctrinæ Papæ & Cardinalium sunt vt hæreticæ contemnendæ,vt dicit etiam articulus:sequitur,quòd tanquam hæretica contemnenda est Paschalis obsertio Christiana.Et est hæc sententia satis iniquà. Decimooctauo sequitur, quòd Ecclesia Romana à tempore Gregorij tertij fuit & est hæretica. Nam cũ tpe suo Leo Imperator,& Constantinus Imperator cõburerent & destruerẽt imagines B sanctorũ,& à Gregorio Papa reprehensi,se non corrigerent: congregauit Papa ille Gregorius Concilium geenerale,quasi mille episcoporum,vt patet in multis Chronicis,in quo imagines sanctorum confirmauit,& opinionem contrariam vt hæreticam reprobauit. Et tamen quod illa opinio sit hæretica vel falsa, non habetur ex scriptura, cum antiqua dicat sacra scriptura: Non facies tibi sculptile. Sed hoc habetur ex traditione Christi,non scripta in sacra scriptura:quando Christus ipse impressit imaginem faciei suæ in sudario, quæ adhuc Romæ habetur:& ex traditione ecclesiæ primitiuæ, non scripta in Canone Bibliæ, vt docet Damascenus loco superius allegato: Vbi etiam dicit sanctum Lucam Euangelistam depinxisse imaginem domini,& aliam Virginis gloriosæ, quæ adhuc est Romæ,& quam Gregorius magnus tempore pestilentiæ fecit deportari ante processionem solennem,& quieuit extunc pestilentia. Habuit etiam Syluester Papa imagines antiquas Petri & Pauli,quas fecit ante Constantinum Imperatorem deportari:vt ex Chronicis multis patet manifeste.Ita ecclesia contra illos Imperatores processit,ex traditionibus ecclesiæ primitiuæ,non scriptis in Canone Bibliæ,& non per deductionem ex sacra scriptura. Si ergo est contemnendum vt hæreticum omne illud quod Papa cum clericis suis non potest clare deducere ex sacra scriptura quando aliquid magni docet:vt articulus iste ponit,sequitur q̃d ecclesia Romana,sic hęreticando sententiam Imperatoris,hæreticauit quod hęretĩcare non debuit,nec licite potuit:& per consequens est hęretica. Et cum vsque ad hæc tempora tenuit ecclesia Romana prædictam sententiam,sequitur,quod adhuc est: Propter hoc hæreC tica,& maledicta est talis sententia. Decimonono sequitur, quod temporibus Petri, Lini,Cleti,Clementis,Anacleti,& Euaristi episcoporum Romanorum non tenebantur Christiani ad prædicationem eorum credere eà, quæ solus ponit Iohannes Euangelista in suo Euangelio.Nam vt patet ex Prologo Hieronymi,super Euangelium Iohannis,Iohannes scripsit Euangelium suum postquam scripserat Apocalypsim tempore exilij sui in insula Pathmos:& postquam rediit de exilio,ita quod inter libros scripturę sacrę euangelium Iohannis,vltimo fuit scriptũ.Rediit aũt de exilio,anno gr̃æ cẽtesimo,vel post:quia illo anno secundum Chronicas mortuus est Domitianus,qui ipsum misit in exilium,& post mortem eius rediit de exilio.Iohannes vero Euangelista,secundum Chronicas,mortuus est anno gratię centesimo decimosexto: & ideo prope finem recessus sui scripsit hoc euãgelium, & non fuit statim positum in Canone bibliæ,sed processu temporis fuit hoc factum,& ideo nec tempore Petri,nec tempore Cleti,nec tempore Lini,nec Clementis,nec Anacleti fuit hoc euangelium scriptum: sed prope finem Euaristi Papę,vt patet Chronicas considerãti. Ex quo ergo Christiani tunc non tenebantur credere ad prędicationem Papæ vel cleri sui,nisi ea quę poterant clare deducere ex sacra scriptura:& cum illa, quę solus Iohannes ponit in sacra scriptura,euangelica non erãt temporibus illorum in sacra scriptura: sequitur,quod Christiani tunc non tenebantur ad prędicationem illorum ea credere. Et si dicatur ex parte aduersarij, quod tunc tenebantur credere multa non continentia in sacra scriptura:quia sacra scriptura nondum erat completa:sed modo cum sit completa, non tenentur credere non contenta. Et ita patet ex superius dictis,quod multa prędicabant tunc, quę nõ adhuc sunt posita in sacra scriptura,vocando Canonem bibliæ, sacram scripturam.

Corepiscopi.

Euangelium Iohannis.

Sacra scriptura non fuit olim cõpleta.

Et cũ

Et cum omnia per Apoſtolos dicta de Chriſto & factis eius ſint credenda à Chriſtianis. D
Patet quod adhuc multa ſunt credenda, quæ non ponũtur in ſacra ſcrip. Vnde & veritates euangelicæ, erant veritates euangelicæ diu antequam poſitæ erant in ſacra ſcriptura, ſic loquendo de ſacra ſcriptura: & poſſunt adhuc eſſe veritates eccleſiæ euãgelicæ, & Catholicæ, quamuis non ponerentur in Canone Bibliæ. Nam quamuis omnes libri noui teſtamenti eſſent per inimicos fidei combuſti, ſicut aliquando fuerunt combuſti omnes libri veteris teſtamenti, adhuc fideles Chriſtiani tenerentur de neceſſitate ſalutis tales veritates à Chriſto euangelizatas, & ab Apoſtolis, credere tanquam Catholicas, propter hoc quod per ſucceſſiones patrum à tempore Apoſtolorum, tales doctrinæ ab eccleſia Catholica fuerunt dogmatizate. Vigeſimo ſequitur, quòd omnes experientiæ de præpoſitura Papæ, & ordinia Apoſtolorum, & aliorum clericorum, & experientiæ quæ in ſacra ſcriptura non ſunt contentæ, ſunt tanquam hæreſes contemnendæ: quãuis illi ad ad quos pertinet electio Papæ, & omnes clerici mundi docerent firmiter, quod talis eſt vere Papa, & vere electus, ex quo non probatur ex ſacra ſcriptura, quod ſit Papa, non tenentur Chriſtiani laici hoc credere, iuxta iſtum articulum: ſed reſpuere hoc tanquam hæreticum, & ſic conformiter debent reſpuere hoc, tanquam hæreticum, quod dominus Thomas Arundellis eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, & contemnere vt hæreticum, quod Robertus Braizbroke eſt epiſcopus Londoniẽſis: reſpuere etiam vt hæreticum, quod dominus Henricus eſt rex Angliæ. Et ſic de ſimilibus, quantumcunque Papa & Cardinales hæc affirment, ex quo non poſſunt iſta clare deducere ex ſacra ſcriptura. Et ſic eſt articulus deſtructio & ſpiritualis politiæ & temporalis. Et poſſent ex illo multæ aliæ hæreſes, & alij errores multi deduci, ſed propter E
abbreuiationem omittuntur. Patet ergo primo, quod iſte articulus eſt iuſte condemnatus, quia repugnat ſacræ ſcripturæ. Secundo, quia eſt multipliciter condemnatus ab eccleſia in Canone. Tertio, quia eſt ab authoribus antiquis condemnatus. Quarto, propter hoc quod fuit fundamentum diuerſarum hęreſium. Quinto, propter hoc quod non recipit interpretationes ſanctorum de propoſitionibus ambiguis ſacræ ſcripturæ, niſi illas quas ex ſcriptura clare doctores deducunt. Sexto & præcipue, quia ex articulo ſequuntur hæreſes multæ. Et nihilominus iſte articulus deſtruit ſeipſum: quia qua ratione nullus Chriſtianus tenetur credere Papæ & Cardinalibus in ſuis doctrinis, niſi ſciant doctrinas ex ſacra ſcriptura clare deducere: eadem ratione nec tenetur aliquis Chriſtianus doctrinas aduerſarij credere, niſi deductas clare per ſacram ſcripturam. Sed iſtum articulum non deducit ex ſacra ſcriptura, nec deducere poteſt, cũ multipliciter repugnet ſcripturæ, & multipliciter veritati: ergo iuxta ſeipſum articulum, eſt articulus vt hæreticus à Chriſtianis contemnẽdus. Et ſic articulus deſtruit ſeipſum, & condemnat. Merito ergo iſte articulus eſt condemnatus. Et æſtimo quod iſtius articuli credulitas eſt magna cauſa, & maxima doctrinarum Lollardorum. Et æſtimo, ſi eſſent curati de iſta mala credulitate, quod faciliter reducerentur in omnibus ad Catholicam veritatem. Et mirum eſt de iſtis hominibus, qui credunt hunc articulum, qui multa valde docent, quæ in ſacra ſcriptura non continentur, & quę nec ſciunt, nec poſſunt ex ſacra ſcriptura clare deducere, vt de multis contentis in libris aduerſarij patet manifeſte. Vnde vt de innumeris fatuitatibus, quas in ſcriptis reliquit, vnam tan F
gam quæ eſt de quatuor ordinibus mendicantium, quam omnino impoſſibile eſt ex ſacra ſcriptura clare deducere. Dicit enim, quod in Cain fuerunt quatuor ordines mendicantium inchoati, iuxta quatuor literas iſtius nominis Caim, vt per C, Carmelitæ, per A, Auguſtinenſes, per I, Iacobitæ, per M, Minores. Vbi patet, quod frater Abel malus non dicitur in ſacra ſcriptura Caim p m, ſed Cain p n, vt patet in antiquis libris, & in libris correctis. Ex quo loquitur de illo fratre Abel, vt patet ex proceſſu, manifeſtum eſt, quod accipit ſcripturam omnino incongrue. Et quod in hoc docet, quod non poteſt ex ſacra ſcriptura oſtendi. Vnde dato quod ſcriptura ſacra haberet Caim, quod tamen non eſt verum: poſſet ſic dici, quod Canonici, Apoſtoli Chriſti, iuſtitiarij iuſti, & monachi inchoati fuerunt per Caim quia per C literam æque poſſunt intelligi Canonici, ſicut Carmelitæ. Et per A, Apoſtoli Chriſti æque ſicut Auguſtinenſes. Et per I, Iuſtitiarij iuſti, ſicut Iacobitæ. Et p M, Monachi æque ſicut Minores. Et tamen nec m litera inuenitur in illo nomine, nec fratres Prædicatores dicebantur Iacobitæ in principio, ſed poſterius valde caſualiter: quia Pariſius morabantur iuxta portam ſancti Iacobi. Et tales fatuitates multæ poſſent deduci ex conſimili modo loquendi: vtpote quod Cardinales, Archiepiſcopi, Iudices ordinarij, & Magiſtri vniuerſitatum inchoati fuerunt in Caim, vt ſuperius. Et conformiter poſſet dici, quod ij boni ſtatus inchoati fuerunt à dæmone, & omnia quaſi mala conformiter poſſent dici. Et ſicut dicit iſtam fatuitatem, quam non poteſt ex ſacra ſcriptura clare deducere: ſic & multas quaſi innumeras ponit alias, quas non poteſt ex ſacra ſcriptura deducere: ideo in iſto articulo contrarius eſt ſibijpſi. Dico ergo finaliter, quod non ſolum debemus credere contentis in ſa-

CAIN
Stultitia wiclephi.

Iacobitæ

A tis in ſacra ſcriptura, ſed etiam traditionibus apoſtolicis per ſucceſſiones patrum à tempo re apoſtolorum vſq; ad nos deſcendentibus, quamuis non ſcriptis, ſicut & illis quæ ſcribun tur in ſacra ſcriptura. Debemus etiam credere multis veritatibus, ab vniuerſali eccleſia rece ptis, ſiue ſcribantur, ſiue non. Debemus etiam credere multis veritatibus, quæ ex conten tis in ſacra ſcriptura non ſequuntur, nec ex traditionibus apoſtolicis: eo quod ex prædictis vel aliqua illorum, & quibuſdam alijs, quæ in facto notorio conſiſtunt, ſic quod rationabi liter non poſſunt tergiuerſari, ſequuntur. Et tales ſunt iſtæ veritates, Symbolum Athana ſij eſt catholicum ſymbolum, Nicænum eſt catholicum. Sancta quatuor Concilia genera lia hæreſes condemnauerunt, & fidem catholicam docuerunt. Arriani, Pelagiani, & Dona tiſtæ fuerunt hæretici. Debemus etiam credere interpretationibus doctorum catholico rum approbatorum, de propoſitionibus ambiguis ſacræ ſcripturæ. Debemus etiam cre dere determinationibus Concilij generalis, legitime & vniuerſaliter congregati: quando ſapientibus non reclamantibus eccleſia perſeuerat longo tempore in illa determinatione: & conformiter decretis eccleſiæ Romanæ, & epiſtolis decretalibus. Debemus etiam cre dere veritatibus oſtenſis certitudine miraculorum. Vnde per miracula oſtenſum eſt eccle ſiæ, quando Paſcha debet celebrari, poſt magnam diſceptationem in materia in eccleſijs diuerſis. Debemus etiam credere veritatibus expertis, quamuis nõ ſcriptis in hiſtorijs, quas homines veraces conſcripſerunt, quamuis in ſacris ſcripturis minime ſint contentæ. Et

Veritates ca tholicæ.

Paſcha mira culoſe celebra tur.

B ideo aduerſarius artando credulitatem Chriſtianorum ad illa, quæ ſolummodo continen tur in ſacra ſcriptura, vel ex illa ſequuntur, turpiter errauit, & propriæ doctrinæ multipliciter contradixit. Nec pro articulo aliquam euidentiam adducit, niſi authoritatem Auguſtini, ponentem, quod omnis veritas in ſcriptura ſacra eſt contenta. Patet tamen ex ſuperio ribus, quod hanc vniuerſalem non intelligit Auguſtinus vniuerſaliter: quia ſic multipliciter contradiceret ſibijpſi, vt ex ſuperioribus eſt manifeſtum. Nec iſtam authoritatem Auguſtinus deducit vel aduerſarius ex ſacra ſcriptura, prout ſimpliciter vniuerſaliter ſumitur. Et ideo ſic ſumendo ſecundum iſtum articulum, eſt dictum vt hæreticum reſpuendum. Vult ergo Auguſtinus, quod pro maiori parte omnis veritas, quam catholicus tenetur cre dere de neceſſitate ſalutis, eſt in ſacra ſcriptura contenta explicite vel implicite. Multæ tamen ſunt veritates credendæ de neceſſitate ſalutis, quæ ex ſacris ſcripturis deduci non poſſunt, vt ipſemet concedit, & vt eccleſia concedit: & ideo argumentum non valet ad propoſitum. Et iterum multæ ſunt veritates propheticæ in ſacra ſcriptura contentæ, quas nec

C papa, nec Cardinales, nec maiores doctores eccleſiæ ſciunt ex ipſa clare deducere: & tamen illæ veritates propheticæ, de futuro ſic contentæ, non debent contemni vt hæreticæ, cum ſint in ſacra ſcriptura contentæ. Igitur dato, quod ſimpliciter vniuerſaliter intelligi poſſit authoritas Auguſtini, adhuc non ſequeretur articulus ex authoritate, vt eſt manifeſtum. Nihil ergo validum adducit aduerſarius pro articulo. Et ideo hic ſtatuo finem negotij, proteſtando domine reuerende, quod ſtabo correctioni veſtræ & eccleſiæ, ſi in his dictis alicubi receſſi à via veritatis.

Finis tractatus magiſtri Wilhelmi Widefordi, de ordine Minorum, contra errores Wiclephi in Trialogo, qui damnatus eſt in Concilio prouinciali Londoñ. ſub domino Thoma Canthuarienſi Archiepiſcopo. Anno domini M. CCC. XCVI.

¶AD LECTOREM.

SI Romanæ ecclesiæ fidelis filius esse volueris, quemadmodũ & nos oẽs, in omnibus, quæ honesta, sancta & euangelica sunt, esse oportebit, hosce subsequentes Vviclephi articulos, à patribus nostris in Concilio Constantiensi condemnatos, tanquam qu .dam pestem fuge. Pestiferi enim sunt & sacro digni anathemate.

¶Cæterum r. .s roget quis, quam igitur ob causam, aut qua ducti ratione, illos ipsos in publicum ædiderimus? Vt suo (inquam) forex inditio pereat. Venenum quippe præsentissimum est, quo se ipsum quis è medio tollit. Nam qui sibi malus, cui (obsecro) bonus? Fœnum cornu gerit Vviclephus, & suo ferox iumento, velut suo plaustro, læthale sibi inuehit malum, & Polypi mentem callenter habens, genio satis siniſtro multa corrasit. Tu igitur lector albis illum præcedens equis, & perfrictæ hominẽ frontis, visuq; terrificũ, non Vviclephum, sed basiliscum, non Anglum, sed tartareum, in malis qbus oberrauit opinabere. Non mirum si male loquatur. Nam alia (vt in prouerbio est) voce pſitacus, alia coturnix loquitur. Itemq;, quo nam (precor) alio, aut ordine, aut modo hosce Vviclephi articulos æderemus, quàm ab alijs fide dignis impressos inuenimus? Integritas nobis seruãda fuit. Quæ si hoc loco neglecta esset, aliud nos multi, pro nostra libidine posuisse, aliud pro nostra nos temeritate suppressisse, proclamarẽt. Melius .nq; fuit fraudare doctos notis (vt sanctissimo Leoni placuit) quàm defraudare rudes incognitis. Non araneorum in cunctis malitiam, sed apum rectius bonitatem sequeris, vt mel potius asperis exugas carduis quàm venenum. Si malus est Vviclephus, sibi ipse soli, & non tibi malus erit, vt suo sic (quẽadmodum statim diximus) inditio pereat forex. Ex impugnatiõibus tãdem & redargutionibus in Vviclephum æditis, pessimis quibusq; hæreticis respondere disces & ecclesiæ rebelles conuincere. Vale lector feliciter.

ARTICVLI IOHANNIS VVICLEPHI ANGLI, DAMNATI per Concilium Constantiense, in qbus pfidi hominis vesaniã cognosces.

¶Articuli contra deum, & potentiam eius.

Deus nihil potest annihilare, nec mundum maiorare, nec minorare; sed animas vsq; ad certum numerum creare, & non vltra.

Deus non est alicuius potentię intensiue.

Item oẽis pars mũdi corporea cõtinuatur cũ alia, cũ mũdus sit maxima creatura possibilis, mole magna cõstãs ex oẽi possibili materia subiecta situi, tẽpori, & alijs accidẽtibus.

Impossibile est duas substantias corporeas coextendi, vnam continue quiescentem localiter, & aliam corpus quiescens continue penetrantem.

Impossibile est multiplicare corpus per diuersa.

Credere debet catholicus, quod nec Imperator, nec deus, nec vniuersalis ecclesia de potentia absoluta ordinare potest, q̃d eo quod qs succedit, & post Petrũ vocatur in facie ecclesiæ Romanus episcopus vel Papa, eo ipse sit caput vel pars ecclesiæ, cui obediendum est.

Vbiq; omne ens est, cum omne ens sit deus.

Quælibet creatura est deus. Quodlibet est deus.

Item non sequitur: Quælibet creatura est deus, ergo deus est aliqua creatura.

¶Contra sacramenta, & primo cõtra sacramentũ corporis Christi.

Cum mendacium hæreticum de hostia consecrata, inter hæreses singulas teneat principatum, vt ipsa ecclesia extirpetur, secure denuntio modernis hæreticis, quod non possunt declarare nec intelligere accidens sine subiecto, & ideo omnes istæ sectæ hæreticæ sunt, ignorantium illud Iohannis. 4. cap. Nos adoramus quod scimus.

Mouere debet fideles principes, atq; regna, quod dum talia capita sunt hæretica, vel ex errore proprio, vel consensu in materia de hostia consecrata, non sunt actualiter membra ecclesiæ Iesu Christi.

Non dubium quin Christus suffragabitur fidelibus pie laborantibus in illa materia, cũ non fuerit materia martyrij plus laudanda.

Fratres

A Fratres isti, qui ex defectu suæ fundationis à fidelibus recitandi non essent, sunt recentes hæretici plus stulti, q̃ mures, qui diligunt quod ipsi comedunt, accidens sine subiecto.

Quidam pronosticant probabiliter, ꝙ regna non erunt, vtpote sine perturbatione notabili, dum ista hæresis venenosa fuerit dominata.

Audacter pronostico omnibus istis sectis, & suis complicibus, ꝙ non defendent fidelibus, ꝙ sacramentum sit accidens sine subiecto, antequam Christus & tota triumphans ecclesia venerit equitans, in finali iudicio super flatum angeli Gabrielis.

Quando fidelis communicandus, panem postulat, moderni hæretici, secundũ falsam fictionem ei porrigunt peius, q̃ lapidem: quia accidens sine subiecto.

Si albedo posset per se existere, tunc ipsius vnio ad subiectum foret accidens, quo subiectum foret accidentatum, immediate formaliter, & non illa albedo: & talis vnio esset vere qualitas, & non albedo data.

Substantia panis manet in altari post consecrationem, & non definit esse panis.

Item, sicut Iohannes Baptista figuraliter fuit Helias, & non personaliter: sic panis in altari figuraliter est corpus Christi. Et absq; omni ambiguitate, hæc est figuratiua loquutio, Hoc est corpus meum. Sicut illa, Iohannes ipse est Helias.

Item in cap. Ego Berengarius. Romana ecclesia determinauit, ꝙ sacramentum eucharistiæ est naturaliter verus panis: loquendo de pane materiali, albo & rotundo.

Nullum accidens potest esse aliquid per se existens, sicut in eucharistia manet vnum corpus subiectans accidentia panis, quod voco corpus mathematicum & abstractum. Sicut
B enim substantia panis prius natura est corpus quàm panis: sic idem esse quod prius est panis, manet corpus sub illo gradu quiditatis generalis.

Altaris sacramentum sensibile est accidens, sicut quælibet creatura. Sed est substantia quæ per se accidentibus, quæ videmus, est subiecta.

Hostia consecrata est naturaliter verus panis, & sacramentaliter corpus Christi.

Cum via ponẽs panem manere, fit plus cõsona scripturæ, rationi, sensui, q̃ via fingens accidens manere sine subiecto, deus verax nõ est author huius operis somniati.

Panis ille qui est corpus Christi, & vinum illud quod est sanguis Christi, quandoq; fit muscidus & acidum.

Corpus Christi nõ est substantialiter in sacramento altaris, attendendo ad corpus Christi secundum naturam suam: sed est ibi substantialiter, corporaliter, & dimensionaliter, attendendo ad modum hostiæ secundum naturam suam.

Corpus Christi in sacramento altaris est quantumcunq; varie quantificatum ibi, cum fit quælibet pars quantitatis hostiæ consecratæ.

Sacramentum altaris est naturaliter panis, & vinum sacramẽtaliter corpus Christi: quãuis alij finguntipsum esse accidens sine substantia subiecta.

Oportet deponere infundabilem blasphemiam de fictis miraculis accidentis.

Fructus istius dementiæ, qua fingitur accidens sine subiecto, foret blasphemare in deũ, scandalizare sanctos, illudere ecclesiæ per mendacium accidentis.

Papa, prælati, & quicunq; nominant se Christianos, contrarij dictæ fidei de quiditate
C hostiæ cõsecratæ, dum pertinaciter illud defenderint, sunt hæretici manifesti.

A principio millenarij vsq; hodie regnauit hæresis de hostia consecrata: vt patet legẽti Decretales cum suis glossationibus, & sectis pertinaciter consentientibus huic hæresi postquam ipsam diabolus introduxit.

Sicut Chrũs est simul deus & homo, sic hostia consecrata est simul corpus Chri, & verus panis: quia est corpus domini in figura, & verus panis in natura. Vel, quod idem sonat, est verus panis naturaliter, & corpus Chri figuraliter.

Prætermissa p̃dicatione materiali & formali, oportet catholicũ p̃dicationes habitudinales cõcedere in scripturis, vt septem boues, septem anni sunt. Et ad Corinth. Petra aũt erat Chrs. Et Matthæi. 11. Si vultis scire, Iohãnes Baptista ipse est Helias. Sic dicitur catholice, ꝙ panis sacramentalis est corpus domini, & vinum in calice sanguis eius.

¶Contra sacramenta in communi.

Dubitare debẽt fideles, si moderni hæretici cõficiunt, vel rite ordinãt, vel ministrant alia sacramẽta. Quia nõ est euidentia, ꝙ Chrũs assistit tali pontifici, propter hæc, ꝙ tã hianter super, illam hostiam sic mentitur: & in sua cõuersatione dicit contrarium vitæ Chri.

Populus cõduceret tales prælatos, ne benedicant, vel ministrẽt ecclesiæ sacramẽta: quia eorũ benedictiones, maledictiones sunt, secundũ illud: Maledicã benedictionibus vestris.

Omnes operationes concernentes sacerdotes Cæsareos, inquantum tales, nõ proficiũt

directe ad beatitudinem, sed impediunt vel retardant. Et ita est de tribus dignitatibus, vel officijs, quæ episcopus sibi reseruat, quæ sunt iuuenum confirmatio, clericorum ordinatio & locorum consecratio. D

Conuersatio mala prælati subtrahit acceptationem ordinum, & aliorum sacramentorum à subditis. Qui tamen necessitate vrgente possunt hæc ab eis capere, supponendo pie quod deus supplet per ministros suos diabolos opus, vel finem officij ad quod iuuant.

¶Contra baptisma.

Christus in baptismo suo non chrysma huiusmodi, sed aquam simplicem requisiuit. Et sic difficultatur ecclesia infideliter propter solennizationē talis consuetudinis introductæ.

Definientes, paruulos fidelium sine sacramentali baptismo decedentes non fore saluādos, sunt stolidi & præsumptuosi.

Baptismus delet omne peccatum originale, vel actuale, mortale, aut veniale quod inuenit: sed de veniali omissionis non oportet.

¶Contra sacramentum pœnitentiæ, seu confessionem.

Confessio vocalis facta sacerdoti introducta per Innocentium tertium, non est tā necessaria homini, vt definit: Quasi non solum cogitatu, verbo, vel opere sufficiat pœnitere. E

Papa Latinus erubescere debet de ista moderna pœnitentia sine fundatione posita, cū non liceat mortalibus, etiam apostolis difficultare legē domini, hoc q̄d ipsemet limitauit.

Diuina sapientia Hebræorum & Græcorum, deridet istam stultitiā Latinorum. Graue est & infundabile, presbyteros audire cōfessiones populi, modo quo Latini vtūtur.

Sicut Christus iniunxit adulteræ, quod nolit amplius peccare: ita videtur & confessores debere iniungere pœnitentiam confitenti, quia nulla est ars pœnitentiaria, à qua capi potest certior pœnitentia iniungenda.

Quia tam gratiosus est deus, & alligationem astringentem homines tantum odiens, sicut in primitiua ecclesia: ideo dicunt fideles nostris satrapis: Disrumpamus vincula eorum & proiciamus à nobis iugum, &c.

In verbis istis: Vos mundi estis, sed nō omnes. Posuit diabolus pedicam infidelem, in qua pedem caperet Christiani. Introduxit enim confessionem infundabilem & priuatam. Et postquam illa cōfessori nota fuit, vt legē statuit, q̄d non prodatur populo malitia sic cōfessi.

¶Contra matrimonium.

Antiqui, q ex cupiditate tēporaliū, vel ex spe mutuorum iuuaminū, aut ex causa excusandæ libidinis, licet desperēt de prole, copulātur adinuicē, nō vere matrimonialiter copulantur. F

Causa diuortij rōne affinitatis vel cōsanguinitatis, sunt infundabiliter hūanitus ordinatæ.

Item hæc, Accipiam te in vxorem, eligibiliora sunt in contractu matrimoniali, quàm illa, Ego accipio te in vxorē. Et q̄d contrahendo cū vna p hæc verba de futuro, & post cum alia p hęc verba de præsenti, non debēt frustrari verba prima, p verba secūdaria de p̄senti.

¶Contra sacramentum ordinis.

Experimēto cognoscimus, quod mortuo Papa deposito cū suis Cardinalibus, & prælatis Cæsareis, non minus sed amplius prosperaretur ecclesia. Nam quantum ad sacramētum confirmationis, cum sacramento ordinis, & benedictionum charismatis, cum ecclesiis dedicandis, quæ appropriantur episcopis, videtur quod Christus perpēdiculariter residens in cœlis, super iustos presbyteros daret illis potestatem faciendi talia.

Cum plus credi debeat operibus, quàm atramento vel chartis episcopi: magis est operibus presbyteri attendendum, quàm scripto episcopi ordinantis. Et ideo mille tales literæ testimoniales non darent fidem fidelibus, quod quis foret sacerdos, siue episcopus: sed vita Euangelica hæc probaret.

Non ex testificatione hominis ordinantis, sed ex iustificatione operis capiēda est probabilis euidentia talis status. Deus enim potest sine tali instrumento digno, vel indigno personā aliam in tali statu constituere. Nec est probabilior euidentia, quàm ex vita: ideo habita vita sancta, & doctrina catholica, satis est ecclesiæ militanti.

Status, statuta, & ritus adiecti secundum traditiones humanas, omnes inseparabiliter sapiunt peccatum.

Quantum

A Quantum ad consecrationes locorum dicitur, quod episcopi consecrantes capiunt cõmuniter quinq; marcas. Sed longe minus malum foret celebrare sub diuo, quàm in loco taliter benedicto. Lepra enim spiritualis inficit preces, & loca distantia, cum deus pro leuiori peccato subuerterit Sodomam & Gomorrham.

Talis consecratio episcopi, non est vera consecratio, sed execratio, & maledictio retardans fideles à ministerio debito deo suo.

Non occurrit ex scriptura, quare sanctus laicus, vel sacerdos, non posset talia benedicere & consecrare.

Deficientibus prælatis, vt cifris, Chrũs ordinat quamcunq;, quemcunq;, quandocunq; voluerit. Sequens igitur Christum in moribus, secure potest de ipso confidere, quod deficiente prælato Cæsareo, sit à Christo legitime ordinatus.

Coniectura probabilis est, quod talis qui rite viuit, est diaconus, vel sacerdos. Sicut enim conijcio, quod iste est Iohannes, sic probabili coniectura cognosco, quod iste sancte viuendo, constitutus est in tali officio siue statu.

Videtur sanctis doctoribus, quod superfluerit in sacramento ordinis, ponere plures, q̃ duos gradus, scilicet diaconos vel leuitas, & presbyteros siue episcopos: nam illi duo gradus sufficerant in lege veteri, vbi multiplicius fuit mysterium dei.

Ad quid oportet ponere illos tres gradus, scilicet clericum primæ tonsuræ, acolythum,
B & subdiaconum: cum nec authoritas faciat euidentiam, quod in statu cleri isti tres gradus clerici sint distincti.

Videtur irrationabile, & infundabile, quod ecclesia militans sit cum istis tribus ordinibus onerata.

Monstruosa videtur ordinis noui conglobatio, per hoc quod diabolus ditat & honorat vocatum falsè clerum domini: cum talis conglobatio non sit honoris, sed oneris, nec institutioni Chri consona, sed contraria.

Tempore Pauli sufficiebant ecclesiæ duo ordines clericorum, sacerdos videlicet & diaconus: quia certum videtur, q̃ superbia Cæsarea alios gradus adinuenit.

¶Contra sacramentum confirmationis.

Quantum ad oleum, quo episcopi vngunt pueros, & peplum lineum, quod complexũ est capiti, videtur quod sit ritus leuis infundabilis ex scriptura. Et quod illa confirmatio introducta supra apostolos blasphemat in deum.

Leuis & breuis confirmatio episcoporum cum adiectis ritibus solennizatis, est ex motione diaboli introducta, vt populus in fide ecclesiæ illudatur, & episcoporum solennitas aut necessitas plus credatur.

Collatio sacramenti confirmationis non est episcopis.

Experimẽto cognoscimus, &c. prout positũ est in primo arti. cõtra ordinis sacramẽtũ.

C

¶Contra sacramentum extremæ vnctionis.

Si corporalis vnctio foret sacramentum, vt modo fingitur, Chrũs & eius apostoli promulgationem eius minime tacuissent.

¶Contra venerationes reliquiarum, & sanctorum.

Sepulchra mortuorum sunt tripliciter illusionis obiecta. Lapides enim politi sunt obiectum primum. Aurum & argentum commassata super suprema istorum lapidum, sunt secundum. Et lapides pretiosi cum alijs iocalibus sunt tertium illusionis obiectum: vt patet de sepulchris nouiter canonizatorum à Romana ecclesia.

Ratio necessitat, q̃ fideles credant plus viuis operibus sanctorum spirituum, quàm mortuis illusionibus, quæ fiunt communiter per diabolum in præsentia cleri sepulchrorum.

Et damnatur illa conclusio, propter venenum multiplicatum in cauda.

¶Contra Orationes.

Sciamus orationem dominicam, Decalogum, & Symbolum, cum medijs facientibus ad eorum notitiam: & quæcunque alia notitia viantium, nedum est superflua, sed nociua.

Vtile foret ecclesiæ poni in pristina libertate, & sic cessarent missarum superadditarum

solennia,& orationes cum horis canonicis adinuentæ. Licet enim istæ tres adinuentiones humanæ per accidens profint ecclesiæ: non tamen tantum, quantum peccatum diaboli. D

¶Contra cæremonias.

Sic cæremoniæ legis veteris, propter suam grauedinem,& multitudinem cessare debuerunt in lege gratiæ: quãto magis tales traditiones hominum, quæ sunt infundabiliter fictæ, isto tempore legis gratiæ deberent soluiꝰ

Circũcisio & cæremoniæ legis veteris, non sunt à fidelibus obseruandæ: multo magis hodiernæ cæremoniæ præter legem nouam & veterem introductæ.

¶De testamentis.

Inutile est (vt plurimum) condere testamentum.

Omnes existentes in purgatorio, communicatiue participant merita ecclesiæ militãtis, proportionaliter secundum suam capacitatem. Sic quod qui decessit in maiori gratia, magis participat,& citius liberabitur. Et ideo diuites mundi errant, putantes habere de bonis ab executoribus suis distributis appropriate suffragium. Contingit enim pauperes, quantũlibet illis ignotos, plus illis participare, ex quo apud deum fuerint maiores. E

¶De peccatis mortalibus.

Quando clericus repetit aliquid in foro contentioso, vel facit quicquam contra Christi consilia, ex certa scientia, peccat mortaliter.

Loqui verbum otiosum ex certa sciẽtia, est peccatum mortale.

Ira quantumlibet leuis ex passione animi, non pia intentione colendi deum,& ædificãdi proximum, est peccatum mortale.

Aliquod peccatum mortale simpliciter, quod infert mortẽ secundam: & sic nullus prædestinatus potest peccare mortaliter.

Nescio excusare peccata sanctorum, qui traditiones illas missarum, & horarum Canonicarum,& orationum variarum inuenerunt: cum melius occuparetur ecclesia,& deuotius, si deum coleret libere seruando consuetudines apostolicas, licet non fuerint cum humanis ritibus dispensatæ.

Multa sunt licita & meritoria, quorum dispensatio & obligationis infundatio est peccatum, sicut de istis traditionibus hominum adinuentis. Et sic est sentiendum de ieiunijs per ecclesiam institutis.

Ex principijs fidei est per se notum, quod quicquid homo in peccato mortali fecerit, peccat mortaliter. F

¶Contra Eleemosynam.

Nos nõ debemus præstare, aut donare aliquid peccatori, dum cognoscimus ipsum esse talem: quia sic foueremus proditionem domini nostri.

Peccator sicut nec meretur protunc beatitudinẽ, sic nec meretur protunc, vt aliquis mereatur sibi gratiam, nec bonum aliquod temporale

Omnes existentes in purgatorio, &c. Quære supra de testamentis.

Puræ & perpetuæ eleemosynæ sunt præsumptiones stolidæ per artem diaboli vsurpatæ: imò nomen puræ,& perpetuæ eleemosynæ est ex sophismate diaboli adinuentum

Non videtur magna prudentia eleemosynantis dare eleemosynã diuturniorem, quàm sit tempus quod deus ei donauit ad merendum.

Cum deus æternus limitet ad panem quotidianum dandum hodie, non debet quis secundum rationem eleemosynæ perpetuæ recipere quicquam ab homine.

¶Contra ecclesiam, & contra structuras.

Qui peccator est aliqua sorde maculatus, non potest de Christi ecclesia appellari.

Euidentius foret ad vtilitatem ecclesiæ, quod & basilicarum & sumptuosarum structurarum,& sectæ nouorum ordinum, sicut in die iudicij, iam cessarent.

Vtile esset ecclesiæ, quod non foret Papa vel prælatus Cæsareus: ac decens foret, ac vtile, sicut erit post diem iudicij, quod ecclesia foret ab eorum traditionibus expurgata.

Vtile

A Vtile foret ecclesiæ poni in pristina libertate. Istum quære contra orationes.
Nescio excusare peccata sanctorum. Istum quære supra, de peccatis mortalibus.

¶Contra censuras ecclesiasticas.

Omnes censuræ Antichristi non sunt nisi falsæ vmbræ, à via domini timidos exterrẽtes. Et loquitur de censuris ecclesiæ.

Vnum solatium est ecclesiæ fideli, quod excõmunicatio & suspensio, & oẽs tales cẽsuræ, mẽdaciter & ficte, nõ sunt in Chri lege sua fundatæ, sed ab Antichristo callide machinatæ.

Si scripturæ sacræ, & rationi debemus credere: patet quod discipuli Christi nõ habẽt potestatem coacte exigẽdi temporalia per cẽsuras: sed hæc tentãtes, sunt filij Heli, & Belial.

¶Contra dotationem ecclesiæ.

Domini temporales debent subtrahere à viris ecclesiasticis seculare dominium, ad dãnum suæ animæ, contra fidem scripturæ stolide occupatum.

Domini temporales possunt licite auferre temporalia ab ecclesia delinquente, nec oportet in istis expectare Decretum Romani pontificis. Absit quod fallacia Antichristi seducat mundi principes, & claudat tela araneæ manus suas, ne ex defectu sui iuuaminis vadãt præcipites ad infernum.

B Domini temporales sunt hæresiarchæ, qui in ista materia tacent, contra iuramentum factum ecclesiæ, atq; suum officium limitatum à deo.

Omnia bona istorum hæreticorum possessionatorum mobilia, confiscarentur principibus, qui hærefim ipsorum destruerent, & omnia bona eorum immobilia, vt redditus & prædia, quibus dotati redirent in manus secularium, sicut prius.

Licet progenitores superstitum priuauerint se vero dominio talium prædiorum & reddituum, quo ad deum: tamen posteri contriti de sui & suorum progenitorum stultitia, acquirerent corrigendo errores titulum iustitiæ quo ad deum, & quo ad homines: qui quidẽ titulus foret longe iustior, quàm titulus gladij ex conquestu.

Stante dotatione ecclesiæ, quæ est mater & fotrix hæresis simoniacæ, miraculum foret manifestum, quod hæresis simoniaca foret extincta.

Intoxicata, & excommunicata sunt regna per prælatos hęreticos in omni genere sacerdotum. Affectare nãq; copiosam adiacentium multitudinem temporalium, vt largius ministretur egentibus, & studiose appetere officium laicale.

Apostoli laborabant quandoq; manibus, vt parce susciperent eleemosynas à populo, præcise quantum fuerat eis necessarium, & vtile populo ad spirituale ministerium rependendum. Vnde videtur mihi indubie, quia quicunq; clericus intentione alia, vel mensura,
C à populo benedictionem acceperit, simoniacus est censendus.

Dominus Papa, episcopi, oẽs religiosi, vel puri clerici titulo perpetuæ possessionis dotati, debent renuntiare illis in manus brachij secularis. Quod si pertinaciter noluerint, per seculares dominos cogi debent.

Præcipitur simpliciter negatiue, quod nec sacerdotes Aaronici, nec leuitæ haberent partem hęreditatis cũ alijs tribubus: oportet ergo, ꝙd primi viuant de decimis & oblatiõibus.

Non est maior hæreticus vel Antichristus, quàm ille qui docet quod licitum sacerdotibus & leuitis gratiæ sit, dotari in possessionibus & temporalibus: & si sunt aliqui hæretici vel blasphemi, sunt illi clerici qui hæc docent.

Non possunt solum domini tẽporales auferre bona fortunæ ab ecclesia habitualiter delinquente: nec solum eis hoc licet, sed debent hoc facere sub pœna damnationis æternæ.

Cum clericus non debeat seculariter dominari, sed esse pauper, similis statui innocentiæ ad instar Christi: manifeste videtur quod clerus, qui tam pertinaciter in temporali dominio obuiat legi dei, est hæreticus maledictus.

Patet ex facto, quod Romana curia dogmatizans in opere tam pertinaciter & falsę, dictæ sententiæ contrarium, est hæretica manifeste: & in eo potentius, quo approbat hæresim de cleri dominio, per ecclesiam militantem.

Non est potentior Antichristus, quàm qui huic fidei de dicta pauperie cleri Christiani est contrarius tam opere, quàm sermone. Nec solum isti prælati Antichristiani, sed mũdani domini consentiẽtes isti facinori, sunt capitales inimici domini nostri Iesu Christi.

Quantum ad chartas, & concessiones secularium dominiorum, patet quod clerus erubesceret inniti tam culpabili fundamẽto: quia in nullo valet humana concessio, nisi præhabita licẽtia à domino capitali: & cum nõ possint docere, quod dñi de hoc habeãt licẽtiam à

Christo, patet quod lege tam humana quàm diuina, est talis donatio stulta sentienda (aliâs D
causanda) & ita illicita, & Catholicis respuenda.

Quantum ad leges & bullas Papales, patet quod sint contrariæ legi Chr̃i: quia cum non sit in Chr̃o est & non, patet quod impossibile est ratione vel scriptura traditiones istas Papales, vel leges hominum in hac materia de dotatione ecclesiæ stabilire.

Si fiat obiectio contra impugnantes dotationem ecclesiæ, de beato Benedicto, Gregorio, & Bernardo, qui pauca temporalia in pauperie possidebant, dr̃ quod illi finaliter pœnitebant. Si itez̃ obr̃cias, quod fingo istos sanctos de illa declinatione à lege domini finaliter pœnitere: doce quod sunt sancti, & ego docebo quod finaliter pœnitebant.

Nimis abusiue, & pharisidice vocantur temporalia ecclesiasticis appropriata, vel mortificata, vel quod sint domino consecrata.

Omnes puri clerici debent esse pauperes euangelici, in specie altissimæ paupertatis, quia debent renuntiare omni proprietati ciuili, pro suo perpetuo.

Omnes Chr̃iani sacerdotes tenentur imitari Chr̃m, in specie altissimæ paupertatis, & p consequens omnem dominationem pro suo perpetuo abdicare.

Chartæ clericis possessionatis superfluunt, cum chartæ charitatis per se sufficiunt. Chartæ enim humanæ sunt semina litium, & faciunt homines præsumere, quod titulus humanus sufficit sine titulo charitatis.

Videtur mihi impossibile leges humanas & diuinas dotationem cleri in temporalibus, quo ad ciuilitatem perpetuam vel instantaneam stabiliri: quod patet, tum in capacitate ciuilitatis in clericis, tum secundo quia cadendo à gratia, non obstantibus omnibus munimẽ- E
tis possibilibus, cadit à possessione & dominio.

Nec in proprio, nec in communi debent clerici ciuiliter dominari.

Cum pertineat ad Imperatorem & alios reges, qui contra legem domini ecclesiam stulte dotauerint, sibi satisfacere, videtur quod ad illos pertineat, bona data potestatiue restituere brachio seculari: cum propter hanc causam gladium suum portent.

Videtur quod quicunque Papa vel prælatus ecclesiæ isti restitutioni dissenserit, est manifestus hæreticus, legi Christi contrarius, & per consequens tanquam perturbator pacis ecclesiæ à fidelibus remouendus.

Quantum ad leges singulas de raptoribus, & spoliatoribus ecclesiarum æditas, credo quod spiritus sanctus intelligat per has leges, quod illi qui spoliant ecclesiam, quæ est homines excellentia status & virtutum, non dotationes cæcas instinctu diaboli exortas, sunt sacrilegi, & à triumphante ecclesia maledicti.

¶Contra Papam.

Papa non dispensat cum simonia, vel voto temerario: cum ipse sit capitalis simoniacus, vouens temere seruare statum summe damnabilem hic in via.

Papa est hæresiarcha fundans & authorizans nouos ordines contra Christum: & mirum foret, quod deus cooperaretur cum talibus dispensationibus friuolis, quas intendunt.

Papa qui se falsè nominat seruũ seruoz̃ dei, sub nullo gradu est in ope euangelij̃, sed mũ- F
dano. Et si sit in ordine aliquo, est in ordine dæmonum, deo plus culpabiliter seruientium.

Papa ille est Antichr̃us, qui in scriptura exprimitur, cum sit specialis procurator diaboli, procurans promere datam proditionem annue contra Chr̃m: & sic est patulus Antichr̃i. Non solum illa simplex persona, sed multitudo Paparum à tempore dotationis ecclesiæ Cardinalium, Episcoporum, & suorum complicium aliorum est Antichristi persona composita, monstruosa. Non tamen repugnat quin Gregorius, & alij̃ Papæ, qui in vita sua fecerunt multa bona de genere, fructuosè finaliter pœnitebant.

Genus humanum specialiter in Europa profundat in illa hæresi nimis cæca, quod oportet totam militantem ecclesiam duci per regimen Antichristi.

Si fuit expediens ecclesiæ militanti, quod careret corporali præsentia capitis Iesu Christi, sicut contigit quando creuit ecclesia post Ascensionem, secundum illud Iohannis: Expedit vobis vt ego vadam, quanto magis prodesset ecclesiæ, quod careret Papa capitaneo, qui æquiparatur in virtutibus Iesu Christo? Tunc enim descenderet gratia perpendiculariter in homines, vt sint digni.

Papa est abominatio desolationis in abstracto, cum ex ficta antiquata malitia sit in peruersitatem diaboli induratus.

Papa immediatus vicarius, princeps huius mundi, ruinam celerem ex sua fallacia necessario patietur, secundum illud: Inimici vero dei mox vt honorificati sunt &c.

Ex isto textu: Expedit vobis vt ego vadam &c. eliciũt fideles, quod Chr̃us qui promisit

fideli-

A fidelibus,quod maneret cum ipsis vsq; ad consummationem seculi:voluit perpetue sine tali vicario in cœlestibus residere:vt conuersatione atq; affectatione aspirando ad cœlestia, colligant suam affectionem in domino Iesu Christo.

Papa Clemens cum cæteris adiutoribus in fide non fuerunt Papę,sed dei adiutores,ad ædificandam ecclesiam domini Iesu Christi.

Papa & Cardinales non fuerũt ordinati à domino,sed per diabolum introducti. In cuius signum nomen Papæ,vel Cardinalium non inseritur in scriptura,sed vt Chronicantes referunt,quando venenum effusum est in ecclesiam,est intantum.

Rationi consonat & scripturæ,quod non existente Papa aliquo, vel Cardinali, vel aliqua persona de quatuor sectis,non minus,sed probabiliter magis staret ecclesia militans in fide & virtutibus,quàm stat modo. Et intelligit vtrobiq; per quatuor sectas, prælatos Cæsareos,monachos,bifurcatos canonicos,atq; fratres.

Licet Papa præcipiat in bullis: Nulli ergo hominum liceat paginam illam infringere, sed eo ipso quo præsumant,incurrunt,&c. Fideles tamen audacter exponũt igni bullas tales,tanquam hæreticas,contra fidem,secundum illud: Quod si sal euanuerit,&c. Et multo minus valent tales bullæ hæreticæ, quas asportant discoli de nido illo.

Est contra æternum iudicium sancti sanctorum,quod talis inhabilis refuga,id est Papa, populo taliter præfigatur.

Non est alius color quare Roma sit locus aptus vt Papa ibi resideat,nisi ex altera infamiB istarum causarum. Primo,quia Papa ibi infideliter perdit vitas animaꝝ,sicut Cæsar prius infideliter pdidit ibi vitas corporꝝ martyrꝝ dñi nostri Iesu Christi. Secũdo, qa Cæsar resedit in illa villa,q dotauit Papam cõtra legem,quam Chrũs suis discipulis ordinauit.

Papa & sui complices sunt scribæ & pharisæi,claudentes regnum cœlorum,nec ipsi introeunt,nec alios intrare permittunt. Et principalis huius ratio est nequitia traditionum, quas ædidit Antichristus.

Siue clericus vadat,siue mittat etiam in rotulis studiorum ad Papam pro beneficijs ecclesiasticis,vt fit,seipsum ad ministerium dei indisponit.

Sicut non sequitur,Petrus fuit vocatus à Christo singulariter satanas: ergo Petrus cũctis fuit abiectior. Ita non sequitur,Petrus habuit singulariter hæc priuilegia,vt sibi dicere tur: Tibi dabo claues regni cœlorum,&c. Duc in altum,&c. Rogaui pro te,&c. ergo Petrus debuit post ascensionem esse Papa, & sic caput esse militantis ecclesiæ.

Certum videtur ex Chronicis,quod non à Christo,sed à Cæsare Constãtino Romanus episcopus accepit,vel potius vsurpauit potestatem.

Quod ex fide Euangelij, ista Papalis præeminentia cœpit ortum, est æque falsum,sicut quod ex prima veritate quilibet est exortus.

Exisio textu,Si non abiero:elicitur quod fuit expediens Christum ascẽdere, & nõ perpetue cum sua ecclesia conuersari. Sed multo magis repugnat legi & ordinationi Christi, quod sit vnus talis fictus vicarius illicite in ecclesiam introductus. Et vocat generaliter PaC pam fictum vicarium.

Nullus potest fundare,quod talis vicarius intrauit per ostium in ecclesiam: sed quod seculariter ex cautela diaboli ascenderit aliunde.

Videtur q̃d nullus Christianus debet tali vicario,siue ꝓposito,nisi in obediẽtia resistiua.

Si prælatus præcipiat,quod lex dei non præcepit,obediendum est mandatis istius prępositi resistendo.

Quicunq; est humilior,seruitiuior,& in amore Christi quo ad suã ecclesiam amatiuior, ille est in ecclesia militante maior,& proximus Christi vicarius reputandus.

Quicquid Papa vel sui Cardinales sciunt ex sacra scriptura deducere, istud dũtaxat est credendum,vel ad sua monita faciendum:& quicquid vltra præsumpserint,sit tanquã hæreticum,contemnendum.

Credere debet Catholicus,quod nec Imperator,nec vniuersalis ecclesia,nec deus de potentia absoluta ordinare potest,quod eo quod quis succedit,& post Petrum vocatur in facie ecclesiæ Romanus epũs vel Papa,eo ipso sit caput vel pars ecclesiæ cui obediẽdum est.

Non promisit,quod quicunq; in officio pastorali Petro Romæ successerit,gaudebit dignitate,vt sit caput ecclesiæ.

Sicut rex,princeps vel dominus,tempore quo est in peccato mortali, non sortitur nomẽ illius officij,nisi nominetenus,& satis æquiuoce:sic nec Papa,nec episcopus,vel sacerdos dum lapsus in mortale.

Papa fingit mendaciter,quod est summus vicarius Iesu Christi in terris. Sed benedictus deus,qui istud caput ecclesiæ in parte contriuit,& diuisit in partes contrarias,caput huiusmodi benedictum.

Debe-

Debemus credere, quod nullus Papa Cæsareus, est per ordinationem Iesu Christi, sed p D
cautelam diaboli in ecclesiam introductus.

Principes & potentatus debent potenter iuuare, quod non sit talis Papa Cæsareus, & nul
lo modo expensis vel laboribus fouere talem diabolum, vel iuuare.

Quid aliud quàm obedientiam faciendam huic diabolo, sonat illa lex: Omnis vtriusque
sexus. Et sic de multis legibus Luciferinis ei similibus.

Quod Papa sit summus Pontifex, est ridiculum. Et Christus, nec in Petro, nec in alio ta-
lem approbauit dignitatem.

Papa non habet potestatem condendi hanc legem. Omnis vtriusque sexus.

Papa, prælati, & quicunq; nominant se Christianos, contrarij fidei de quid ita te hostiæ,
dum pertinaciter illud defendunt, sunt manifesti hæretici.

¶Contra Cardinales.

Electiones Cardinalium cum cæteris humanis traditionibus, non sunt dignæ memo-
ria: Cum non sit maior color quod deus ipsas perficit, quàm sequitur, quod ex sua vesi-
na deus Papam statuit socium.

Quicquid Papa vel sui Cardinales sciunt ex sacra scriptura deducere, &c. patet vt supra.

Quæ maior infidelitas, quàm approbare electiones Cardinalium, qui ex nobis indubie
sunt diaboli incarnati. Hæc autem hęresis loco sortis Apostolorum, qua elegerunt Matthi E
am, per diabolum introducta, ponit zizania ad Catholicos in fide Catholica discordandũ.
Medicina ergo foret, tales electiones cum non sint Apostolicæ, refutare.

Non propter electionem Cardinalium est quis Christi vicarius, vel membrum eccleſiæ
plus quàm propter garritum auium, vel signum quodcunq; impertinens, quod contingit.
Et idem est iudicium de quibuscunque electionibus hodie celebratis.

¶De Schismate in eccclesia dei.

Deus nõ finẽs apostema illud. s. Papã in ecclesia sua amplius pdurare, illã putredinẽ in ni
do illo diabolico congregatam, diuisit in duo capita, vt melius pateat sanies Antichristi.

Dissensione Pontificum de Papatu magnum bonum prouenit: quia iam debilitato An-
tichristo confortantur fideles publicare sententias multas euãgelicas, quas stante ipso in suo
robore differere non auderẽt. Et si placeret domino iam mouere brachium seculare, vt tem
pore huius debilitationis Antichri nitat efficaciter reducere ecclesiam ad ordinationem dñi
nri Iesu Chri: fructus valde notabilis proueniret ex diuisione huius capitis Antichristi.

Si fideles vnquam concordati fuerint, necesse est quod in breui temporis articulo sint vi
riles: quorum consolatio ad viriliter agendum, est Antichristi potentiæ memoratio; qui in
Papas diuiditur, & sui satellites sunt sæpissime contrarij sibijpsis.

¶Contra potestatem, iurisdictionem, vel authoritatem Prælatorum. F

Potestates quæ finguntur à Papa, & alijs quatuor nouis sectis, sunt fictæ ad seducendos
subditos diabolice introductæ: vt prælatorum Cæsareorum excommunicatio, citatio, in-
carceratio, & redditus pecuniarum venditio.

Superiores istarum sectarum fingunt se habere potestatem à domino ad subditos tali-
ter puniendos: vt Papa fingit se habere potestatem ad excommunicandum: quam tamen
potestatem non plus habent, quàm diaboli ad maledicendum populo Christiano.

Videtur fidelibus, quod talis ficta potestas prælatorum simul creuit cum hęresi de ho-
stia consecrata. Nam moderni prælati sunt de numero illorum, de quibus dicitur per Pro-
phetam: Maledicam benedictionibus vestris.

Multi sacerdotes simplices superant prælatos in huiusmodi potestate: immo videtur fi-
delibus, quod magnitudo potestatis spiritualis plus sequitur simplicem imitatorem Chri-
sti in moribus, quàm prælatum, qui per Cardinales & tales apostatas est electus.

Intendat fidelis rationi & fidei scripturæ, & non credat talibus extrauagantibus fabulis
infundabilibus, de potestate prælatorum: quia benedictio eorum est similis benedictioni,
qua benedicunt hostię, & maledictio sua è contrario in benedictionem dñi est conuersa.

Prælato, quem subditi impium & improbum iudicant probabiliter ex vita sua, nec de-
bent retribuere honores mundanos solitos, nec temporalia tanquam debita, nec tanquàm
redditus aut prouentus, sed debent sibi talia subtrahere, ne offendant in Christum.

Conuersa

A Conuersatio mala prælati subtrahit acceptionem ordinum,& aliorum sacramentorum à subditis,&c. Hunc quære circa sacramenta in communi.

¶Contra priuilegia,& bullas Papales.

Priuilegia vel libertates,quas Papa cõcedit hominibus,sunt deliramenta à fidelibus deridenda:in cuius signum populus cui isti maledicunt,benedicitur à deo,& econtra.

Nisi adsit lex charitatis intrinsecus,nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem plus vel minus.

Chartæ clericis possessionatis supfluunt,&c. Quære circa dotationẽ ecclesiæ.

Quantum ad leges& bullas Papales,&c. Quære circa dotationem ecclesiæ.

Licet Papa præcipiat in bulla,quod nulli hominum,&c. Quære contra Papam.

¶Contra indulgentias.

Consulendum est fidelibus,quod non petant curiam Romanam,vel Auionam,ad Papales indulgentias,vel absolutiones à pœna& à culpa sibi vel alijs impetrandas,quia dominus totius mundi non vult in tali breui loco vel angusto coartari,sed in cœlo existens, perpendiculariter cuilibet vigilanti est paratus ad lumen suæ gratiæ influendum.

Defecit audax doctor,sententia publicans hypocrisim istam ecclesiæ:non,seductus po
B pulus pedibus talis hypocritæ propinquet.Si enim petitio sua sit rationabilis,summa dementia foret credere,quod aliquis talis refuga hanc concederet.

Quantum ad indulgentias,priuilegia,& regulationem ecclesiæ in lege noua,patet quod foret expediens toti ecclesiæ,quod omnes nouitates huiusmodi sunt sopitæ.Omnia em̃ talia videntur esse phantasmata,nec fundata rationibus, nec scriptura.

¶Contra decimas,,& iura debita prælatorum.

Duodecim sunt procuratores,& discipuli Antichristi,Papa,Cardinales,Patriarchæ, Archiepiscopi,Episcopi, Archidiaconi,Officiales,Decani,Monachi,bifurcati, Canonici,Pseudofratres introducti iam vltimo,& Quæstores.

Non est potior Antichristus,quàm qui illi fidei de paupertate clerici Christiani est cõtrarius,tam opere quàm sermone.Nec solum isti prælati Antichristiani, sed mũdani domini consentientes huic facinori,sunt capitales inimici domini nostri Iesu Christi.

Curia Romana est minus disposita ad conuincendum aliquos super hæretica prauitate, quod tamen præsumit temere,quia ad sensum mysticum est castellũ quod est contra apostolos Iesu Christi.

C In mendacitatem inciderent sacerdotes,antequam pro temporalibus placitarent.

Religiosi& clerici possessionati,ex dotatione quam contra Christi legem suscipiunt& defendunt,sunt dæmonium meridianum,& ad damnum ecclesiæ diabolice indurati.

Quantum ad bullas& leges Papales,&c. Quære circa dotationem ecclesię.

Chrũs in scriptura nõ docet aliquam speciẽ ordinis de capitulo Antichristi,& ideo non est de suo beneplacito,q̃d sunt tales.Capitulũ aũt illud in istis speciebus duodecim continet,quæ sunt Papa,Cardinales,Patriarchæ,Archiepiscopi,Episcopi,Archidiaconi,Officiales,Decani,Monachi,Canonici,Fratres de quatuor ordinibus,& Quæstores.

Ex fide & operibus quatuor sectarum,quæ sunt clerus Cæsareus, Monachus varius,Canonicus atq; fratres,audenter elicio,quod nulla persona istarum est membrum Christi in sanctorum Catalogo, nisi in fine dierum deseruerint acceptam stolide sectam suam.

Augũstinus,& Hieronymus cũ cæteris deseruerũt istas sectas: & sic religiosi nostri possent religionẽ suã merdosam deserere,& Christi religionẽ relicta sua apostasia accipere sa-

Approbabile creditur,quod vocata beneficia ab episcopis,& vocatis recto- (pienter. ribus,forent omnino suspensa:& gratis euangelizantes haberent stricte victus necessaria, suspensis omnibus traditionibus Antichristi.

¶Contra iura,& decimas in communi prælatorum.

Subtrahat populus decimas,oblationes,& alias priuatas eleemosynas ab indignis Antichristi discipulis,cum hæc facere debeat de lege dei.Sed non est timenda,sed gaudenter acceptanda maledictio vel censura,quam inferunt discipuli Antichristi.

Sufficit laicis,quod dent quandoq; seruis decimas suorum prouentuum,& cæteris paribus sem-

bus ſemper dent eccleſię: licet ſemper clero Cęſareo à Papa, vel ſuis ſubditis ſint aſſignatæ. D

Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & parrochiani poſſunt propter peccata ſuorum prælatorum ad libitum ſuum eas auferre.

¶Contra dominium in communi.

Nec teſtium depoſitio, nec iudicis ſententiatio, nec cõrporalis poſſeſſio, nec deſcenſus hæreditarius, nec humana commutatio, ſiue deuotio confert homini ſine gratia dominium vel ius ad aliquid, vel omnia illa ſimul.

Si deus deus det homini bonum quodcunq; ſtatim dũ ipſe abutitur, deficit ſibi iuſta vendicatio ex titulo donationis dei. Et reuera ſi titulus ille deficiat, neſcio alius quis valebit.

Omnis iniuſtus, occupans quodcunque bonum dei, capit rapina, furto, vel latrocinio.

Succeſſio hæreditaria eſt impertinens ad ciuile dominium, niſi forte pater meruerit filio gratiam ſequendo eum in moribus.

Quacunque communitate, vel perſona eccleſiaſtica habitualiter abutente diuitijs, domini temporales poſſunt legitime, & valde meritorie ipſas auferre, etiam quantumcunque traditionibus humanis eis fuerint confirmatæ.

Deus non poteſt dare homini pro ſe & ſuis hæredibus in perpetuum ciuile dominium.

Titulus ſucceſſionis hæreditariæ, non ſufficit ad fundandum verum dominium, ſed per ſe titulus charitatis.

Omnis habituatus in mortali peccato, caret quocunque vero dominio, & vſu operis li- E cite, etiam boni de genere.

¶Contra Reges & Principes.

Virtus ſuperexcellens in rege, eſt præcipua cauſa regendi ciuiliter. Ipſe enim per ſe ſufficit ad regnandum euangelice, & eſt ſufficiens cum approbatione populi ad regnandum ciuiliter.

Sicut Rex, Princeps, vel Dominus terræ, qui eſt in mortali peccato, non ſortitur nomẽ illius officij, niſi nominetenus & ſatis æquiuoce: ſic nec Papa, epiſcopus, vel ſacerdos ſi lapſus fuerit in via mortaliter.

Adueniente depopulatione patrię, etiam per barbaros, melius foret pati humiliter quàm reſiſtere, & debellare viriliter.

Dominus non approbat, quenquam ciuiliter dominari, vel ciuiliter iudicare.

¶Contra Miſſas & Horas.

Qui peccator eſt aliqua ſorde maculatus, non poteſt Chriſti eccleſia appellari.

Vtile foret eccleſiæ, poni in priſtina libertate: & ſic ceſſarent miſſarum ſuperadditarum ſolennia, & orationes cum horis Canonicis adinuentę. Licet enim iſtæ tres adinuentiones humanæ, per accidens profint eccleſiæ, non tamen tantum, quantum peccatum diaboli. F

Neſcio excuſare peccata ſanctorum, qui illas traditiones inuenerunt.

Multa ſunt licita, &c. Iſtos duos quęre ſupra de peccatis mortalibus.

¶Contra Iura. Vide (ſi placet) ſupra, contra cenſuras.

Euerſa eſt cleri religio à Chriſtiana in Cæſariam, & dimiſſo titulo recipiendi à populo ædificato eleemoſynas gratis datas, ſtatuuntur leges quædam Chriſtianæ ad pecunias extorquendas.

Leges Papales multæ ſunt hæreticæ, vt patet de lege Bonifacij. viij. lib. vi. de reſcriptis. Si duobus. Et alijs huiuſmodi.

Omnes humanæ traditiones, quas lex Euangelica non docet facere, ſunt ſuperfluæ, & iniquæ.

Solam legem Chriſti licet practicare, diſcere, vel docere: & quicunq; practicauerit legẽ aliquam, quæ non dirigit directe ad beatitudinem, ex praxi facit ſeipſum damnabilem.

Non licet Chriſtiano poſt plenam publicationem legis Chriſti, extraneas ſibi leges condere ad regimen eccleſiæ Chriſti.

In adulterio, hæreſi, & quolibet crimine tali, poſſunt iudices ſeculares ſine confuſione iuriſdictionem cognoſcere.

Cum Chriſtus legem Euangelicam non tradiderit diminute, videtur quod de ſenſu Chriſti

A Christi sit, nullum discipulum suum pro aliquo bono fortunæ debere contendere.

A tempore quo curia Romana declinauit à Christi sequela, est demonstrabile, ꝙ si curia Romana ex nuda authoritate sua hæc afferat: ergo hoc est falsum.

In omnibus suis legibus non stat profectus ecclesiæ, plus quàm in Ethnicis.

Quid aliud est q̃ obedientiam faciendam huic diabolo, id est papæ, sonat illa lex ipsius: Omnis vtriusq; sexus. Et sic de multis legibus Luciferinis & similibus.

Quod doctrina Christi præcepit suis discipulis, haberi omnia communia, possunt seculares conijcere quomodo bona possessionatorum, non timẽdo vocatum sacrilegium, possunt meritorie pauperibus ministrare.

Omnes censuræ Antichristi, non sunt nisi falsæ vmbræ, à via domini timidos exterrentes. Et loquitur de censuris ecclesiasticis.

¶ Contra dominos temporales.

A deo in seculare dominium requiritur iustitia dominantis, sic ꝙ nullus existens in peccato mortali, est dominus alicuius rei.

Dominus ciuilis si tractet seruum suum non eadem mensura, qua sibi vellet metiri in casu consimili, excidit à charitate, & per consequens à ciuili dominio; & ex consequenti seruus excidit respectu illius à seruitute ciuili.

Successio hæreditaria est impertinens ad ciuile dominium. Quære de dominio.

B Non est possibile ordinare, ꝙ si quis ex seruo ciuili processit, tunc sit seruus ciuilis.

Nisi adsit lex charitatis intrinsecus, nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem, vel iustitiam plus vel minus.

Oīs iniustus, occupãs quodcũq; bonũ, &c. Quære supra de dominio in communi.

¶ Contra Electiones.

Deficit humana regula de eligendo p̃positos. Apostoli em̃ deficiente reuelatione, elegerunt Matthiam per sortem. Sed factum eo; debet in illo esse exemplar euidẽtius, q̃ sequẽs dictum, vel factum Romani pontificis. Quare adhuc ecclesia debet intendere huic formæ.

Implicans se electionibus secundum traditiones humanas, vbi posset secundum legem dei supersedere, peccat grauiter. Et sic videtur mihi, ꝙ omnes adinuentiones hominũ p̃ter fidem scripturæ, sunt secundum plus vel minus culpabiles.

Non propter electionẽ Cardinalium, &c. Quære contra Cardinales.

Quæ maior infidelitas, &c. Quære contra Cardinales.

¶ Contra religiosos in communi.

Nec papa, nec angelus de cœlo habet potestatem difficultandi media, quæ Christus instituit viatoribus ad beatitudinem promerendam.

C Si non in isto textu euangelico: Nemo accendat lucernam, &c. & non reperi vbi anatonice inclusi in lapidibus, vt claustrales, in lege domini fundarentur: & cum hoc non fundatur ista religio, sed patenter eius oppositum patet, quod non est Christi religio, quam describit Iacobus: sed religio diabolica vel hypocritica, quę ab ipso vana religio nuncupatur.

Cum nõ tantũ prosint illæ religines sanctæ matri ecclesiæ indirecte, quantũ prodest casus diaboli: sicut diabolus non deberet taliter peccare, sed à pctõ continere: sic ordines isti priuati, qui nõ sunt authorizati à dño, nõ se debent introducere in ecclesiam militantem.

Omnes religiosi moderni seipsos necessitant, vt hypocrisi maculentur. Ad hoc enim sonat professio, vt sic ieiunent, vt sic se induant, & vt sic faciant, quanquam differenter ab alijs obseruant.

Causa totius mali in ecclesia militante, est peruersa introductio illorum nouorum ordinum contra Christum.

Religiosi fideles debent ex verbis Christi colligere, ꝙ constanter exeant suos priuatos ordines, cum Paulus exierit ordinem pharisæorum. Et cum deus ex sua communi gratia concedit fidelibus suis, vt potiora eligant, renuuant minus bona.

Religiosi nostri præter ordinationem domini introducti, habent obseruantias hypocriticas: vt cantum in medijs noctibus, & ieiunium in electis temporibus, & alia talia, quę nõ sonant in religionem domini Iesu Christi.

Religio priuata, est religio præter religionem domini expressam in Euangelio adinuentam: & illa priuatur omni fundatione laudabili.

Omnis priuata religio ſapit, vt ſic imperfectionem, & pc̃tm̃ quo homo indiſponitur ad deo libere ſeruiendum. D

Ritus ſenſibilis, ad quem religioſi priuati ex ſuo ordine obligantur, eſt traditionum ſuarum obſeruantia vltra mandata decalogi, & conſilia domini noſtri Ieſu Chriſti. Et traditio iſta neceſſitat ipſos eſſe hypocritas, & infringere mandatum domini.

Si ſecundum prophetiam Ezechielis, pc̃tm̃ Sodomæ duplex fuit iniquitas: quanto potentius aggregatio ex his priuatis traditionibus, ac priuilegijs eſt colligatio impietatis, quæ iubetur diſſoluiꝛ

Cum dominus dicit per prophetam: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe: videtur tales priuatos ordines præcipiendo diſſoluere.

Sicut diuo influentia cœleſtis eſt liberius recepta, ſic religionis oratio penetrat liberius cœlum ſub diuo, q̃ venit ad aures domini in clauſtris.

Paulus quondam phariſæus, propter meliorem ſectam Chriſti, ex eius licentia illam ſectam dereliquit. Et hæc eſt ratio quare clauſtrales, cuiuſcunq; ſectæ fuerint vel obligationis, aut quocunq; iuramento ſtulto aſtricti, debent libere exire ex mandato Chriſti illa vincula, & induere liberam ſectam Chriſti.

Laruati diaboli, id eſt religioſi, ex noua ſimulata religione domeſticati, non poſſunt in filios lucis, cum neceſſario ſunt filij diaboli.

Religio, ſiue regula priuata ſapit præſumptionem, blaſphemiam, & arrogantiam ſupra deum. Et religioſi talium ordinum per hypocriſim defenſionis ſuæ religionis, præſumunt ſe ſupra apoſtolos exaltare. E

Non ſaluat imperfectionem religioſorum, q̃ incarcerẽtur in clauſtris materialibus ſuis, vel q̃ habeant Priores, qui debent ipſos regere & docere, nec hoc conſonat rationi.

Chriſtus in ſcriptura non docet aliquam ſpeciem ordinis, de capitulo Antichriſti. & ideo nõ eſt de ſuo beneplacito, q̃ ſint tales, &c. Vide contra clericos in communi.

Euidentius eſſet ad vtilitatem eccleſiæ, quod baſilicarum præſumptuoſarum ſtructuræ, & ſectæ nouorum ordinum, ſicut in die iudicij, iam ceſſarent.

¶Contra patronos religionum.

Cuncti patroni iſtorum ordinum, vt ſic peccaueruntꝫ licet iſti ordines occaſionaliter faciunt multa bona.

Si fiat obiectio de beato Benedicto, Gregorio, Bernhardo, &c. Quære circa dotationem eccleſiæ.

Auguſtinus & Hieronymus cum cæteris deſeruerunt iſtas ſectas: & ſic religioſi noſtri poſſent religionem ſuam merdoſam deſerere, & Chriſti religionem, relicta ſua apoſtaſia ſapienter acceptare.

¶Contra religioſos poſſeſſionatos. F

Ex doctrina Chriſti, quæ præcepit ſuis diſcipulis habere omnia communia, poſſunt ſeculares conijcere, quomodo bona poſſeſſionatorum (non timendo vocatum ſacrilegium) poſſint meritorie pauperibus miniſtrare.

Ex proprietate viuentes vt fratres, ſunt hæretici, qui ſuis prædicationibus, exhortationibus, vel confeſſionibus in prædictæ concluſionis materia obmuteſcunt.

Omnia bona iſtorum hæreticorũ poſſeſſionatorum mobilia confiſcarentur principibus, qui hærefim ipſorum deſtruerent, & omnia bona eorum immobilia, vt redditus & prædia quibus dotati ſunt, redirent ad manus ſecularium, ſicut prius.

¶Contra religioſos mendicantes.

Quis excuſare poſſet iſtas ſectas fratrum, qui dimiſſo Chriſti ordine, blaſpheme eligunt minus bonum? imò tota ſua religio blaſphemia eſt permixta.

Inter omnia monſtra, quæ vnquam intrauerunt eccleſiam, monſtrum horum fratrum eſt ſeductiuius, infundabilius, & à veritate & charitate diſtantius.

Quatuor ordines mendicantium ſunt diſpoſiti realiter, vt inferant ingratitudinem maximam ſeu peccatum.

Cum fratres ſint alieni à ſecta Chriſti, probabile eſt quod ſua merita non plus valent, quàm opera paganorum.

Secta

A Secta fratrũ non fundatur ex lege dñi, sed ascendunt aliunde tanquam fures & latrones.

Diabolus non solum defraudat simplices per hos fratres, sed per sectas alias infundabiliter introductas: vt sunt monachi, & canonici cum clero Cæsareo, qui auferunt dominia, quæ haberent seculares domini.

Globus fratrum, sicut non habet fundationem à domino, sed eius oppositum: sic trahit fratres ad peccatum.

Introducentes & sibi perpetue dispensantes nouas sectas, nimis ingrate recusant sectã liberam Iesu Christi, innuentes ꝙ ipsa ex imperfectione sui authoris fiunt incompleta.

Istæ sectæ volunt aduersari voluntati dei: quia volunt de secta Christi & sua regula cõtentionari, sed vnam nouam & friuolam, & legi Christi contrariam machinantur.

Intrantes nouas sectas, de hoc non pœnitent, sed lætantur vsq; ad mortem cum male fecerunt. Et hæc est ratio quare tam sæpe inueximus contra eos, vt de sua hæresi resipiscãt, & ad meliorem sectam redeant.

Damnabilis esse videtur consectatio istarum quatuor sectarum, qua peruertuntur fideles de simplici secta Christi ad sectam friuolam Antichristi.

Sarracæni sunt grauiter increpandi ex hoc, quod tollunt iugum Christi per sese, sed ambulant per sectas alias ad infernum: sic sectæ istæ quatuor infra Christianismum sunt amplius increpandæ.

Nemo haberet conscientiam omnes illas sectas friuolas relinquere: imò infidelitatis fi-
B gnum foret, licentiam papæ vel alterius de hoc petere: quia in hoc videretur quis petere de illo licentiam ab Antichristo, quod generaliter concedit discipulis Iesu Christi.

Sicut quæcunq; discrasiæ in humano corpore prosunt corpori, sic istæ sectę prosunt sanctæ matri ecclesię, quę sunt per diabolum introductæ.

Cum maior militia in sectis quàm personis singularibus radicetur, videtur sequendo Christum, quod illæ sectę sunt plus quàm personæ simplices reprobandæ. Et ideo reprobationes sectales acute debent exerceri.

Si impossibile doceri posset, quod aliquæ illarum quatuor sectarum à deo sumpserũt originem, tunc de tanto foret color fidelibus illas sectas de conditione laudabili approbare. Cum autem non sic à domino sumpserunt originem, Christianis licet ipsas redarguere: quia qui non intrat per ostium, fur est & latro.

Cum fidelis debeat ex mãdato domini honorare corpus sanctę matris ecclesiæ: & istæ quatuor sectę tanquam quatuor humores infecti inficiunt & mortificãt ipsam ecclesiam: omnes fideles debent niti ipsam ab istis humoribus expurgare.

Hypocrisis est fundamentum istis quatuor sectis, & ideo sic loquitur Esaias: Et erũt qui beatificant, & qui beatificantur, ꝑcipitat & disperdet deus ab Israel caudam cũ capite. Intelligendo per caput, Romanum pontificem: & per caudã sectas fratrum.

Ex fide & operibus quatuor sectarũ, quæ sunt clerus Cæsareus, Monachus varius, Canonicus atq; fratres, euidenter elicio, ꝙ nulla persona istarũ est membrum Christi in sanctorũ catalogo, nisi ex fine dierũ deseruerint acceptam stolidã sectam suam.

C

¶Contra ius patronatus.

Periculosum est quenquam dominum patronatum ecclesiæ occupare: quia nisi ꝑficiat plus habilem, vel prudenter id intendat, damnabiliter cadit à iure patronatus.

¶Contra vniuersitates studiorum, & Collegia.

Cum Christus non ordinauit istas vniuersitates, siue collegia: manifestum videtur, ꝙ sicut graduationes in illis sunt vana gentilitate introductæ, sic dicta obiecta cõtra seculatia dominia clericorũ, & approbationes ecclesiarũ, stant viuaciter contra ipsos.

¶De futura contingentium necessitate.

Sicut deus necessitat futuritiones instantium, sic necessitat & omnes euentus, qui in illis instantibus sunt futuri.

Vt fidẽ assero, ꝙ omnia q̃ eueniunt, necessario eueniẽt. Et sic Paulus ꝑscitus non potest vere pœnitere, hoc est cõtritione peccatũ finalis pœnitentiæ delere, vel ipsum nõ habere.

Infans præscitus & baptizatus, necessario viuet diutius, & peccabit in spiritum sanctum, ratione cuius merebitur, vt perpetue condemnetur: & ita nullus potest ipsum comburere pro hoc tempore vel instanti.

¶Errores in philoſophia.

Quælibet eſſentia incorporea,ſiue corporea eſt communis tribus ſuppoſitis:& omnibus illis inſunt communiter proprietates, accidentia,& operationes.

Contradictionem includit,aliquam eſſentiam creatam excedere,vel deficere à ternario ſuppoſitorum parium,quo ad omnia in quibus communicat.

Deus nō eſt alicuius potentiæ intenſiue. Nullū accidēs poteſt eſſe aliud per ſe exiſtēs.

Si albedo poſſet per ſe exiſtere,tunc ipſius vnio ad ſubiectum foret accidens,quo ſubiectum foret accidentatum,immediate,formaliter,& non illa albedo. Et talis vnio eſſet vere qualitas,& non albedo data.

Nihil agit proprie niſi eſſentia abſoluta,cuiuſmodi eſt ſubſtantia habēs propriā inclinationē naturalē,à qua procedit actio extrinſeca,quod alienū eſt à quocunq; accidente.

Quælibet eſſentia habet vnum ſuppoſitum,ſecundum quod producit aliud ſuppoſitum par priori,& illa eſt actio immanens perfectiſſima poſſibilis naturæ.

Impoſſibile eſt multa puncta,vel ſubſtantias punctuales eſſe ſimul in eodem ſitu indiuiſibili:ponendo ſitum & puncta metaphorice,error eſt.

Impoſſibile eſt duas ſubſtantias corporeas extendi,vnam continue quieſcentem localiter,& aliam corpus quieſcens continue penetrantem.

Imaginandum eſt vnam eſſentiam corpoream in principio productam eſſe ex indiuiſibilibus compoſitam,& occupare omnem locum poſſibilem.

Vbiq; omne ens eſt,cum omne ens ſit deus.

Solū deus cognoſcit ſeipm,& tñ non cognoſcit oīa:qa nō cognoſcit ens q̄d nō eſt ipſe.

Impoſſibile eſt deo multiplicare corpora per diuerſa loca.

Quāuis nec tunc,nec accidens aliquod poſſit agere:poteſt tamen facere multa bona.

Linea aliqua mathematica continua componitur ex duobus,tribus,vel quatuor punctis immediatis,aut ſolum ex punctis finitis ſimpliciter,vel quāuis eſt,vel fuit,vel erit cōpoſitū ex inſtātibus immediatis. Et damnat cōcluſio ſimpliciter vt error in philoſophia

Quælibet creatura eſt deus.

Non ſequitur,Quælibet creatura eſt deus:ergo deus eſt aliqua creatura.

Quodlibet eſt deus.

FINIS ARTICVLORVM IOHANNIS WICLEphi Angli,damnatorum in Concilio Conſtantienſi.

RATIONES ET MOTIVA, AC REPROBATIONES ARTICVLORVM Wiclephi,& ſequacis ipſius Iohannis Huſs,in Concilio Conſtantienſi damnatorum.

1 ¶Subſtantia panis materialis,& ſimiliter vini,manent in ſacramento altaris.

Iſta cōcluſio eſt falſa,erronea,& hæretica. Patet primo per illud Matth.26. Accepit Ieſus panē,&c.& ait:Hoc eſt corpus meū,&c. Vbi beatus Ambroſius in libro de ſacramentis dicit:Iſte panis ante verba cōſecrationis,panis eſt vſitatus:vbi aūt acceſſerit cōſecratio, de pane fit corpus Chriſti. Patet ſecūdo per determinationē ſacri Concilij Lateranēſ.extra de ſum.trin.& fid.cath.cap.Firmiter,vbi ſic habetur infra:Vna eſt fideliū vniuerſalis eccleſia,extra quā nullus omnino ſaluatur. In qua idē ipſe ſacerdos,& ſacrificiū Ieſus Chriſtus corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter cōtinetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus,& vino in ſanguinem,poteſtate diuina,&c.

2 ¶Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in ſacramento altaris.

Hæc eſt falſa & erronea,& ſapiens hæreſim vniuerſaliter intellecta:quia tunc quantitas quæ fuit quantitas panis,non manet ſine ſubiecto in ſacramento altaris. Et tunc vel in corpore Chriſti,vel in pane,vel in vtroq;,vel in aere circumſtanti. Non primum,quia corpus Chriſti nō eſt quantum tali quantitate:eſſet enim tūc monſtruoſum:quia talem formā habet,qualis in iudicio apparebit,ſecundū magiſtrum in.4.diſt.10.cap.Si aūt quæritur. Nec ſecundum,quia tunc panis ille non eſſet conuerſus in corpus Chriſti,nec tranſſubſtātiatus

A stantiatus,contra Decretalem de sum.trin.& fid.cath. Essent etiam falsæ propositiones demonstratiuæ,Hoc est corpus meum,&:Hic est sanguis meus. Matth.26.quod est hæreticũ:Non tertiũ:nulla est substãtia,quæ remanet substãtia in sacramento altaris, nisi corpus Christi,de conse.distin.2.cap.Omnia.vbi sic dicitur,& sunt verba Ambrosij,&recitantur à magistro in quarto,distin.11.cap.Quidam vero.Illum panem,quem sumimus in mysterio:illum vtiq; intelligo,qui manu spiritus sancti formatus est in vtero virginis,& igne passionis decoctus in ara crucis.ideo Iohan.6.Ego sum panis viuus.& Iohannis quinto:Panis quem ego dabo,&c.Ex ijs duabus sententijs aperte potest intelligi,quod panis iste & ille non sunt duo,sed vnus.Nec quartum,quia aer circumstans est locus istius quantitatis,vel vltima superficies eius.Patet etiam hæresis istius conclusionis:quia qui aliter sentit de sacramentis ecclesiæ,quam Romana ecclesia sentit,hæreticus est.Romana autem ecclesia sentit accidentia esse sine subiecto in sacramento altaris,vt extra de cel.miss.cũ Marthæ,de hær.Ad abolendum.igitur,&c.

¶Christus non est in eodem sacramẽto identitate realiter in propria essentia corporali. 3

Ista conclusio est falsa,erronea,& hæretica.Tum primo probatur de conse.dist.2.cap.Quia corpus.vbi sic habetur:Nam inuisibilis sacerdos,visibiles creaturas in substantiã corporis & sanguinis sui,verbo suo secreto,potestate diuina conuertit,dicens:Accipite & comedite,hoc est corpus meum.Et Augustinus in libro seu prosperi:Fateamur ante consecrationem panem esse & vinum,quod natura formauit:post consecrationem vero carnem Christi esse & sanguinem,quod quidem benedictio consecrauit.Secundo,quia qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi aliter sentire vel docere non metuunt,quàm sancta Romana ecclesia prædicat & obseruat,hæretici sunt censendi.extra de hæret.Ad abolendum.Sed Romana obseruat & docet corpus Christi idem esse in sacramento:vt de conse.distin.2.cap.In quibus.vbi dicitur,quod sancta synodus in vrbe Roma congregata sub Leone papa,fatetur quod in sacramento sicut caro domini vere est cibus,& sanguis vere potest.Et est illud idem corpus,de quo dictum est:Caro mea vere est esca,& sanguis meus vere est potus.Circa quod corpus aquilæ sunt,quæ alis circũuolant spiritualibus,Glossa.i.virtutibus.Vnde & idem corpus Christi edimus,vt vitæ æternæ possimus esse participes.Et secundum magistrum dist.10.cap.Sunt & alij,iste est error insania transcendens.Et Richardus dist.eadem:Summe debent omnes catholici detestari & prosequi istum errorem pessimum impiorum,qui dicunt corpus Christi non contineri realiter in sacramento altaris,sed tantummodo ibi esse sicut in signo:quem errorem retractauit Berengarius Romæ coram centum tredecim episcopis:vt patet de consec.dist.cap.Hos autem,&c.

¶Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali,non ordinat,non conficit, 4
non consecrat,nec baptizat.

C ¶Ista propositio videtur temeraria & hæretica,quia ex ea sequeretur omnẽ ordinẽ,aut collationẽ eius in ecclesiastica Hierarchia esse incertũ & dubium:cũ nullus de cõmuni lege sciat,an episcopus ordinans vel sacerdos cõsecrans,vel baptizans,sit in peccato mortali,vel nõ:quia nõ scit homo vtrũ amore vel odio dignus sit,Ecclesiastes.14.Item Apostolus prima ad Corinth.4.Nihil cõscius mihi sum,sed in hoc non iustificatus sum.Prædicta etiam propositio repugnare videtur dictis beati Augustini.Nam loquens in epistola contra Parmeniam,dicit,ꝙ sicut habent in baptismo,ꝙ per eos dari possit:sic in ordinatione ius dandi.Item Augustinus,vt allegatur.1.q.1.cap.Quod quoddã.dicit sic:Sacramentoꝝ sanctitatem in peruersis hominibus,siue qui intus sunt,siue qui foris,cõstat impollutã,immobilemq; permanere.Item Augustinus primo super Iohannẽ,tractatu quinto circa finẽ loquens de collatione baptismi,dicit sic:Non timeo adulteꝝ,non ebriosum,nõ homicidam qui cum columbam attendo,per quam mihi dicitur:Hic est qui me baptizat in spiritu sancto,Iohãnis primo.Præterea præmissa propositio repugnat illi,quod habetur in legenda de corpore Christi,vbi dicitur:Nihil à bono maius,nihil à malo minus perficiatur sacerdote.Item prædicta propositio videtur cõtra determinationem ecclesiæ.Nam dicitur extra de hæreticis.Ad.quod sentiendum est de sacramentis,sicut Romana cõsentit ecclesia.Sed ipsa sentit episcopos ordinare,& sacerdotes consecrare,& baptizare,siue sint boni,siue mali:vt patet discursim.1.q.1.per totum,&c.

¶Non est fundatum in Euangelio,ꝙ Christus missam ordinauerit. 5

Ista cõclusio est falsa & erronea. Patet primo per illud quod habetur Lucæ. 22. Hoc est D
corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationem. Item secundo per illud quod habetur prima Corinth. 11. Ego enim accepi à dño, & infra: Hoc facite in meam cõmemorationem. vbi Ambrosius in libro de sacramentis: Ipse Christus est istius sacramenti sacerdos, cuius typum sacrosancta seruat ecclesia.

6 ¶Deus debet obedire diabolo.

Ista cõclusio est falsa, male sonãs, piarũ aurium offensiua, necnõ simplicium ad obedien dũ diabolo inductiua. Primũ patet: Nam sequitur ex ipsa, q̃ deus est debitor, & tenetur ex debito, & est alligatus diabolo obedire. Et cõsequenter, q̃ diabolus licite posset sibi p̃cipere & imponere legem: quia secundũ Ambrosium de virginitate lib. 2. super illo verbo: De virginibus p̃ceptum dñi nõ habeo, cõsilium autẽ do, &c. Vbi exponit, p̃ceptum in subditos fertur, cõsilium & in amicos. Nam vbi p̃ceptum, ibi lex. Cum secũdum regulam iuris (quam allegat Gregorius. 9. in determinatione regulæ fratrum Minorũ) non habet imperium par in parem, neq; à fortiori subditus in superiorem. Et sic in hoc casu, in nomine Iesu nõ deberet omne genu flecti, cœlestium videlicet, terrestrium & infernorũ, cõtra Apostolum ad Philippenses. 2. nec esset sibi data omnis potestas in cœlo & in terra, Matthæi vltimo. Imò etiam sequeretur, q̃ deus posset peccare: quia posset nõ facere quod deberet, & quod teneretur. Secundum patet, quia si deus deberet obedire diabolo, posset credere quisq; simplex, quod à fortiori quælibet creatura rationalis.

7 ¶Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior esset sibi superflua & inutilis. E

Ista cõclusio videtur falsa, erronea, & hæretica. Tum primo, quia cõtra determinationẽ doctorũ Chrysostomi, Augustini, Leonis, ex quorũ sententijs cõcludit magister dist. 17 cap. 2. quod sacerdotibus indubitanter: oportet deo primũ, & deinde sacerdoti offerre cõfessionem, nec aliter posse perueniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas. Tum etiam, quia scriptum est Iacobi. 5. Infirmatur aliquis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & sequitur: Cõfitemini alterutrum peccata vestra. Christus etiam hoc p̃cepit implicite in figura, cũ dixit leproso mundato: Vade, ostende te sacerdotibus, Matth. 8. vt patet in glossa: Tũ tertio, quia in determinatione ecclesiæ præcipientis confessionem fieri, & quantum ad alia cui sit confitendum, scilicet proprio sacerdoti: & quantum ad tempus confitendi, scilicet semel in anno, in pascha: & quantum ad medium, scilicet integre cum cordis contritione vni sacerdoti, extra de pœnit. & remiss. Omnis vtriusq; sexus.

8 ¶Si papa est præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte à Cæsare.

Ista propositio est falsa & erronea: quia nõ minorẽ potestatem habent à deo sibi datã sacerdotes nouæ legis, q̃ antiquæ ratione officij, siue existant in peccato siue nõ, siue etiã sint F
præsciti, quod soli deo, & quibus reuelauit notum est. Sed Caiphas malus fuit, & (vt præsumitur verisimiliter) præscitus: quia eius malitia legitur, & non pœnitentia: tamẽ habuit potestatem à deo sibi datam super fideles synagogæ, & ratione dignitatis pontificij prophetauit, vt patet per textum, & glossam Iohannis. 11. Cum esset pontifex anni illius, prophetauit, &c. Multo magis papa officio habet potestatem à deo datam sibi, & non à solo Cæsare: etiam si in peccato mortali existat, prout habetur in figura, quando apostoli in cœna domini respondentes Christo, dixerunt: Ecce duo gladij hic. & ipse dixit: sufficit, Lucæ. 22. Habes etiam figuram in veteri testamento, Gene. 1. vbi deus fecit duo luminaria magna: vnum, quod præesset diei, & alterum nocti. Item cum præscientia sit viatoribꝰ ignota de communi lege, nullum haberemus papam certum & indubitatum, si papa præscitus nullam haberet potestatem super fideles.

¶Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum more Græcorum, sub legibus proprijs.

9 ¶Ista conclusio est falsa, male sonans, erronea, & contra bonos mores, & hæretica, maxime quo ad primã partem. Probatur primo, quoniam istud est cõtra determinationẽ & processum sacri Concilij Pisani, quod quidem vniuersalem ecclesiam representabat, & vices eius gerebat, quæ spũ sancto regit, & errare nõ potest: in quo electus sanctæ memoriæ

Alexan

A Alexander quintus,& à dicto Concilio ſacro, vt verus & Canonicus Papa receptus. Item ſecundo,quo ad ſecundam partem:quoniam nullus debet imitari ſchiſmaticos & hæreticos ab eccleſia præciſos,maxime in eo quo male agunt, ſecundum determinationem eccleſiæ. Igitur.&c. Patet etiam iſtud tertio per authoritates ſacræ ſcripturæ: Primo per illud quod habetur ſecunda Corinthiorum ſexto: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Gloſſa,id eſt eos imitari in legibus malis:quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate,aut quæ ſocietas lucis ad tenebras; quæ autem Chriſti ad Belial; aut quæ pars fidelis cum infideli;&c.

¶Contra ſacram ſcripturam eſt,quod viri eccleſiaſtici habent poſſeſſiones. 10

Iſta concluſio eſt falſa,ſcandaloſa,& erronea. Sacra enim ſcriptura non contradicit:aliâs aliquid ſacræ ſcripturæ neceſſario foret falſum. Habetur enim Actuum quarto, qualiter in multitudine credentium nemo eorum quę poſſidebat,dicebat eſſe ſuum:ſed erant illis oīa communia. Inter quos conſtat quod erant diſcipuli,& multi alij viri eccleſiaſtici. Legimus etiam de Chriſto,quod ipſe habuit loculos. Item ad Timotheum tertio. Et ad Titum primo:Oportet epiſcopum bene eſſe præpoſitum domus ſuæ,& eſſe hoſpitalem. Quod eſſe non poſſet,niſi domum poſſideret & hoſpitium. Vnde Auguſtinus ad Bonifacium, loquēs de ſe & Bonifacio coepiſcopo ſuo, ſic ait: Si priuatim quæ nobis ſuffecerint poſſidemus,
B non ſunt illa noſtrum,ſed pauperum, quorum gerimus procurationem. Item Hieremias fuit ſacerdos,cui præceptum ex parte dei fuit poſſidere agrum Ananehel ſacerdotis, Hieremiæ triceſimoſecundo, vbi Gloſſa interliniaris, ager ille ſacerdotalis, cuius emptio atque poſſeſſio Hieremiæ defertur. Item eſt ſeditioſa,& incitatoria ſecularium ad recipiendas poſſeſſiones eccleſiaſticorum & clericorum,&c.

¶Nullus prælatus debet aliquem excommunicare,niſi prius ſciat ipſum excommunicatum à deo:& qui ſic excommunicat,fit hæreticus ex hoc,vel excommunicatus. 11

Illa concluſio videt eē temeraria: Tum quia primo nullus eſt dei ſecretarius & conſiliarius,cui infallibiliter innoteſcat aliquem eſſe excommunicatum à deo, cum apoſtolus ſecūdo Corinthioꝝ dicat:Nihil mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Tum ſecundo, quia dei excommunicatio,eſt gratiæ ſubtractio:quis eſt qui p medium infallibile noſcat deum alicui gratiam ſubtraxiſſe,ſicut nec gratiam contuliſſe; quia hoc ſciri non poterit p medium infallibile,niſi à reuelatione(teſte Alexandro de Hales) quia quādoq; excommunicat innocens,cum probetur crimen contumaciæ contra ipſum in foro iudicij: nec tamē in hoc iudex reprehenditur ſecundum Richardum:vnde tertia quęſtione,ſeptimo cap. Iudice,vbi dicitur,quod bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit,& dynaſtice propoſitæ voluntatis, ſed iuxta iura & leges pronuntiat:& ſicut audit,ita iudicat. Tum quarto,quia Ambroſius ſuper Beati immaculati &c. Bonus iudex nihil paratum & meditatum de domo refert:& ſicut audit,iudicat:& ſicut ſe habet cauſa,ita diſcernit, ſed in iudicio ſtat exteriori contra innocentem & iuſtum, per malos teſtes deponi & allegari. Igitur. &c. Tum quinto,iſta concluſio eſt ſcandaloſa,& pacis turbatiua,& pœnarum eccleſiæ ſcilicet excommunicationis,ſuſ-
C penſionis,& interdicti conculcatiua,& vilipenſiua: vt patet intuenti.

¶Excommunicans clericum,qui appellauit ad regem & ad conſilium regni, eo ipſo eſt traditor regis & regni. 12

Iſta propoſitio videtur falſa,& peruerſa. Nam poteſtas ſpiritualis conuenit epiſcopis in ſuis ſubditis ex ordinatione,nec in hoc ſubſunt regibus,aut principibus temporalibus quia ex officio ſpirituales ſunt:ſpiritualis enim iudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur, vt dixit Apoſtolus, prima ad Corinthios ſecundo. Ideo in Concilio Chalcedoneñ. Imperatores Valentius,& Martianus ſacro Concilio reliquerunt deciſionem:ipſi vero eorum quę deciſa ſunt,ſuſceperunt tuitionem:vt patet per Chronicas ſummoꝝ Pontificū & Imperatoꝝ.

¶Illi qui dimittunt prædicare, ſiue verbum dei audire, propter excommunicationem prælati,ſunt excommunicati,& in die iudicij traditores Chriſti habebuntur. 13

Iſta concluſio eſt falſa,temeraria,contra bonos mores,iniurioſa. Probatur primo,quia ,p iuſta cauſa iuncta cum bona intentione,ordine iuris ſeruato,prælatus poteſt præcipere ſub pœna excommunicationis ſuis ſubditis ne prędicēt,& ne aliquis eum audiat,maxime propter falſam & erroenam doctrinā:ergo ſic præcipiēoo & obediēdo, tales non ſunt excom

municati,nec in die iudicij Christi traditores habebuntur. Probatur consequẽtia,quia talis D
sic obediens conformat se dictis sacrę scripturę,& sanctorꝫ, videlicet primo illi dicto Mat
thæi vicemotertio: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Et per illud He-
bræorum decimotertio: Obedite prępositis vestris,& subijcite vos eis. Ipsi enim peruigi-
lant pro animabus vestris rationem reddituri. Et p illud ad Romañ.10.qũo p̃dicabunt,nisi
mittent? Secũdo patet p doctores,qm̃ sententia pastoris,iuste vel iniuste lata,timenda est.

14 ¶ Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici,& dantes eis eleemosynas,sunt ex-
communicati.

Ista copulatiua quo ad primam sui partem est hęretica,scandalosa,& seditiosa. Primo,
quia ex ipsa sequeretur,quod Christus & Apostoli fuerunt hæretici,quod nedum est hęre-
ticum,sed blasphemum,& auribus perhorrendum. Christus enim fuit mendicus ipso teste
in Psalmo quadragesimoprimo,dicens de seipso: Ego autẽ mendicus & pauper sum. Vbi
Glossa: Mendicus est,qui ab alio petit: Pauper vero,qui non sufficit sibijpsi. Idem habetur
Psalmo centesimooctauo: Et persequutus est hominem inopem & mendicum,& compun
ctum corde mortificare. Qui quidem Psalmus secundum magistrum Nicolaum de Lyra,
ad literam exponitur de Christo à Iuda tradito,& à Iudæis occiso. Etiam patet per allega-
tionem beati Petri,exponentis hunc psalmum ad propositum prælibatum: vbi Glossa or-
dinaria: Persequutus est(inquit)hominem inopem & mendicum,id est,Christum. Item si E
omnes religiosi sunt hęretici,aut vt religiosi,& suam religionem obseruantes, aut non obser
uantes,aut inquantum consentientes oppositis articulorꝫ fidei,vel determinatiõis ecclesię.
Non primum,quia sic sunt virtuosi,vota sua & religionem obseruando: nec secundo mo-
do,quia tunc ex sola transgressione voti,regulę,vel statuti,diceretur quis hęreticus: quod est
falsum. Nec tertium,quoniam asserens huiusmodi conclusionem,nesciat assensum,quem
habent omnes religiosi,deberet dubitare,& potius oppositum affirmare: cum vbi non con
stat,semper est in meliorem partem interpretandum. &c.

15 ¶ Nullus est dominus ciuilis,nullus est prælatus,nullus est episcopus,dum est in pec-
cato mortali.

Ista conclusio est falsa,erronea,& temeraria. Tum primo, quia contra eius partem pri-
mam est sacra scriptura. Nam ad Romanos tertio: Omnis anima potestatibus sublimiori-
bus subiecta sit. Glossa: Non tantum bonis,sed etiam malis. Et prima Petri secundo: Serui
subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.
Et ad Roma.3. Qui potestati resistit,dei ordinationi resistit: Glossa,id est,habenti potesta-
tem dei ordinatione. Et de potestate subdit, quod patet,quia eam deus pręfecit rationabi-
liter de malis,etiam dum boni per eos male damnantur. Et Saul cum à domino esset repro-
batus,dei populum iudicabat,& eius iudicium vniuersus populus expectabat. Vnde Dauid
post reprobationem Saulis profitens ipsum dominum, dixit: Propitius sit mihi dominus, F
non extendam manum meam in Christum dñi, primo Regum vicesimoquarto: Tum
Dauid cum esset adulter & homicida,interrogatus à Propheta sententiam: In diuite cędit,
qui ouẽ pauperis rapuit,dicens iudicium mortis: Mortis viro hic ouẽ reddit in quadruplũ
Et Salomon,cum propter amorem mulierum deos Gentilium coleret, sicut dicitur,tertio
Regum vicesimoprimo: vniuersus Israel ad iudicium eius confluebat. Tum secundo, quia
quo ad eius secundam partem de malis prælatis Iudęorum dicebat dñs: Quæcunq; dicũt fa
cite &c. falsitas enim patet in Caipha,Anna,& alijs in veteri testamẽto senioribus & p̃latis.

16 ¶ Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia,&
possessiones habitualiter à delinquentibus.

Ista videntur fauere auaritiæ,& hæresi Iuliani apostatæ dicentis,vt Christus dixit in euã
gelio: Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet,non potest meus esse discipulus. Et sic
colorabat auaritiam suam,auferendo bona à Christianis, vt habetur in legenda sanctorum
Iohannis & Pauli. Sic & asserens istam propositionem,incitat dominos temporales ad aua
ritiam,rapinã,& sacrilegiũ,contra bonos mores. Nam viri ecclesiastici possunt habere bo-
na tpalia,vt per Glossam sup illud Iohan.12.loculos habens,dicit Glossa: Exemplũ domi-
ni accipite conuersantis in terra: quare habuit loculos,cui angeli ministrabant? nisi quia ec-
clesia ipsius loculos habitura erat. Ex quo patet,q̃ licet eis habere temporalia. Et Beda sup
Canonicã Iohan.3.exponẽs illud verbũ Iohãnis euãgelistæ,nos debemus suscipere huiusmodi

A modi vt cooperatores simus veritatis. Glossa: Qui possumus implere indigentiam illorum Et sic qui omnia relinquit, diuitibus se comparat: hoc ideo facit, vt alacriores eos reddat, & promptiores ad inferendum pauperibus, vel quia bona omnia ecclesiæ in manu sua erant. Ex quibus sequitur, quod qui auferunt bona temporalia ab ecclesia, non solum episcopis & ecclesiasticis possessionatis nocerent, sed etiam pauperibus Christi, quod est crudele, &c.

¶ Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere. 17

Ista conclusio est falsa, scandalosa, pacis turbatiua, contra bonos mores, & erronea. Patet primo, quoniam si sic, tunc peruerteretur ordo politicus & ciuilis, quod patet, quoniam tunc dara hypothesi subditi possent exercere in suos superiores & dños iudicium, potestatem iurisdictionis. Et si sic, tunc sequeretur, quod subditi possent esse superiores, & nõ inferiores respectu dominorũ, quod est falsum. Patet secundo, quoniam istud est contra dictũ Christo, Matthæi decimo, dicentis: Non est seruus supra dominum suum. Item est contra dictum Apostoli. 1. Corinth. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrent. Et prima Petri secundo: Serui subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiã discolis. Itẽ ad Ephesios. 6. Serui obedite dominis carnalibus in timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut in Christo.

B ¶ Decimę sunt purę eleemosynæ. & parrochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum eorum eas auferre. 18

Ista copulatiua pro prima parte est falsa & erronea, & contra determinationem ecclesiæ vniuersaliter intellecta. Ad secundam partem est falsa, contra bonos mores, & seditiosa. Primum patet, quia tunc nullæ decimæ soluere caderent sub præcepto: quod est contra illud quod habet Malachiæ. 3. Decimas inferte in honorem meum. Et Leuitici: Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, vel pomis arborum domini sunt. Et Numeri decimo octauo: Filijs Leui dedit deus decimas in possessionem Israhelis pro ministerio, quo seruiunt in tabernaculis fœderis. Item hoc est contra Glossam super illo verbo: Decimas & primitias non tardabis offerre, vbi sic dicitur: Si tardius dare peccatum est, quanto magis peccatum est non dedisse? Item est contra Glossam super illo verbo Christi: Væ vobis scribis & pharisæis, qui decimatis mentham & cuminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis. Hoc oportet facere & illa non obmittere, vbi sic ait Glossa: Præcepit deus omnium rerum decimas propter alimoniam sacerdotum. Item hoc est contra Decretalem Alexandri quarti, extra de decimis. Mandamus (inquit) quatenus parrochianos ad soluendum decimas mouere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis sententia compellatis. Item est contra Decretalem Innocentij. 3. in Concilio Lateranen. taliter continentis: Illæ (inquit) decimæ necessario sunt soluendæ, quæ debentur lege diuina, vel consuetudine approbata. Secundum patet, quia per istam secundam partem inducunt debentes decimas ad non solC uendum, vt incitantur inferiores contra prælatum. Et econtra. Et facit inferiorem & subditum, iudicem supra superiorem, & prælatum suum siue rectorem, peruertendo ius naturale & etiam positiuum.

¶ Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus 19
prosunt eidem, quàm generales, cæteris paribus.

Ista propositio est falsa, & erronea. Tum quia sequitur primo, quod oratio beati Gregorij applicata Traiano, non plus profuisset eidem, quàm alijs. Consequens est inconueniens quia meritis illius est resuscitatus, & à gehenna pro sua infidelitate, quam meruerat, præseruatus. Et tamen hæc oratio non valuit alijs. Idem de prælatis vbi commisisset subditis, cæteris paribus. Tum sequeretur secundo, quod in consimili casu oratio beati Stephani in sua lapidatione non plus valuisset Paulo, quàm alijs: qui forte erant dispositiores ad illam, secundum potestatem iustiorem. Consequens est falsum secundum Augustinum in sermone de beato Stephano, dicentem: Processit Stephanus trucidatus lapidibus Pauli, illuc Paulus sequutus est adiutus orationibus Stephani. Sequitur tertio, subditum qui etiam ex iniuncto prælati pro alijs orat, non plus sibi proficeret, quàm alijs. Consequens est falsum. Nam secundum Gregorium, quisquis pro illo mercede nititur, sibi potius ex ipsa charitate suffragatur. Sequit quarto, quod iste qui ex iniuncto prælati pro vno defuncto tenet dicere vnam missam, & pro alio aliam: si dixerit pro illis duobus, cuilibet illorũ solueret illud ad quod tenetur, quod est falsum. Sequitur quinto, orationem quæ ex iniũcto sufficeret ad

plenam

plenam liberationem vnius animæ de purgatorio, sufficeret ad liberationẽ aliarꝫ ad æqua- D
lem pœnam obligatarum. Sequitur sexto, ecclesiæ consuetudinem esse erroneam, quæ
orationes ad deum fundit prospecialibus personis, quod non est sanum credere, ac pium.

20 ¶ Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.

Ista assertio videtur consonare hæresi Diotrephis, qui prohibebat eleemosynam dare
pauperibus: vt patet in tertia Iohan. in textu & in Glossa, vbi dicitur: Quia primatum amat
gerere in vobis Diotrephes, non recipit nos. Et sequitur paulopost: Quasi non ei ista suffi-
ciant, nec ipse suscipit fratres: Glossa, id est, indigẽtes. Et eos qui suscipiunt prohibet: Glos
sa, id est, ne impendant curam humanitatis. Et subiungit ibidem Glossa: Tu autem perse-
uerare debes in operibus, quoniam scriptum est: Beatus qui intelligit super egenum & pau-
perem, in die mala liberabit eum dominus: Psalmo quadragesimo. Ex hoc satis apparet,
quod conferre eleemosynam fratribus est opus pietatis: & per consequens, qui hoc facit,
non est excommunicatus eo facto. Et confirmatur, quia mulier Sareptana quæ pauit He-
liam petentem ab ea aquam & panem, non propter hoc vituperatur. Et dominus Iesus di-
xit discipulis ad prædicandum missis: In quamcunque domum intraueritis, & susceperint
vos: in eadem manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: Dignus est enim operarius
mercede sua, Lu. 10. Matth. 10. Quicunqꝫ potum dederit vni ex minimis istis calicem aquę
frigidæ tantum in nomine meo: amen dico vobis, non perdet mercedem.

21 ¶ Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunqꝫ, tam possessionatorum quàm E
mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruantiam mandatorum dei.

Ista conclusio est falsa & erronea, contra bonos mores, & hæretica, vt patet primo, quo-
niam per ingressum cuiuslibet religionis priuatę, de qua ipse loquitur, potissime mendican-
tium, quilibet talis intrans, fugit mundum, & per consequens occasionem illorum quę sunt
in mundo, quę sunt peccata iuxta illud prima Iohannis secundo: Omne quod est in mũdo
aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quæ nõ sunt
ex patre. Sed intrans religionem aliquam de supradictis, potissime mendicantium: per vo
tum castitatis, fugit concupiscentiam carnis: p votum paupertatis, fugit cõcupiscẽtiam ocu
lorꝫ: & p votum obedientiæ, fugit supbiam vitæ, vt patet de se. Igitur. Item talis intrans re-
ligionem priuatam de supradictis, conformat se dicto Apostoli ad Romañ. 12. Nolite con
formari huic seculo, &c. Ergo non redditur p ingressum religionis ineptior & inabilior ad
obseruandum mandata dei. Item talis etiam intrans religionem, accipit per hoc statum pfe
ctionis, & attingit, iuxta illud Matth. 19. Si vis pfectus esse, vade & vende omnia quæ habes
&c. quæ quidem ad votum, seu ad consilium paupertatis ptinent. Item ẽ istud etiã contra
determinationem ecclesiæ, quę religionem mendicantium approbauit, & confirmauit, ac
diuersis priuilegijs dotauit. Item istud est expresse contra doctrinam Christi: quia consiliu-
um Christus trium votorum prędicauit & docuit. Et ad hæc sic arguit: Christus nihil con
suluit, quo quis redderetur inhabilis & ineptus ad obseruantiam mandatorum dei: sed ipse F
expresse docuit, & consuluit seruare consilia tanquã perfectionis causam: quę quidem con-
silia, fundamenta, & principia sunt religionum mendicantium: patent omnia supradicta p
casum, seu textum euangelicum: qui habetur Matthæi decimonono de iuuene, qui Christo
dixit: Quid faciam, quod vitam æternam possidebo? Respondit Iesus: Serua mandata. Di-
xit ei adolescens: Hæc omnia custodiui, quid mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse,
vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Item diuitiæ hu-
manæ difficultant hominem ad ingressum regni cœlorum, quod per obseruantiam manda
torum acquiritur. Patet etiam istud Matthęi decimonono, quàm difficile est diuitem intra
re regnum cœlorum. Sed per ingressum religionis potissime mendicantium, fugiuntur di-
uitiæ humanæ. Igitur. &c. Item sequeretur, quod religio Apostolica à Christo instituta, Lu
cæ decimo: quę quidem est priuata, & non omnibus communis, esset causa quo ad suum in-
gressum, qua aliquis redderetur ineptior & inhabilior ad diuina præcepta seruanda: quod ẽ
manifeste falsum. Item illa conclusio fauet errori Arriani, qui pro nihilo ponit tria consilia,
vt puta obedientiam, paupertatem, & castitatem.

22 ¶ Sancti instituentes religiones præfatas, sic instituendo peccauerunt.

Ista conclusio est falsa, erronea, hæretica, & piarum offensiua aurium. Ex ipsa enim seque
ret, quod instituendo vt aliquis voueat & obseruet deo obediẽtiam, pauptatem & castitatẽ

peccat,

A peccat. Item instituendo obseruantiam euangelij, & imitationem vitę Apostolorum, peccaret, quod est blasphemũtimò etiam sequeretur, ꝙ episcopus sanctoꝝ peccauit instituendo religionem euangelicam, & Apostolorum, quo nihil blasphemius esse potest. Item sequeretur, quod Innocentius quartus, Nicolaus quartus, Clemens octauus, & alij multi summi Pontifices, prædecessores, & successores approbando religiones, & confirmando, sicut Nicolaus tertius de verbo illo: Exit qui seminat. Et in Sexto. & Clemens in cle. cum de Paradiso peccassent. Videtur etiam malesonans ex virtute vocabuli, religio, quod semp sonat in bonum, eo quod habet religare virtutibus, siue votis: & opponitur dissolutiõi, quę semp sonat in malum. Inde dicitur religio Christiana, de qua Iacobi primo: Religio munda & immaculata apud deum & patrem, hoc est, visitare pupillos & viduas in tribulationibus eoꝝ, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, & supra: Si quis putat se religiosum esse, nõ refrenans linguam suam, huius vana est religio. Idcirco ironice Iesus filius Syrach .4. Ecclesiastici sic dicebat: Cum viro religioso tracta de sanctitate. Vbi Glossa: Præuidenda est Cõcilio rum prudentia, religio & voluntas &c.

¶ Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana. 23

B Ista est falsa, & temeraria. Tum primo, quia vitæ pfectio secundum Augustinum in apostolica, consistit in amoris eleuatione ab infimis, in cordis reformatione, ac libidinum cohibitione, in adhęrendo deo & suis. Sed in ijs tribus consistunt religiones priuatæ: quia in voluntaria paupertate, eleuantur ab infimis, dicentes cum Apostolis: Ecce nos reliquimus oĩa, &c. Et syncera charitate, qua motus carnis cohibent libidines: quia (vt ait) commentator sup veræ euangelicæ Hierarchiæ: Castis intellectus oculis castitas & summus amor: omnino de prauitate corruptionis & integritatis. Et in obedientia, quæ est voluntatis subiectio, (teste Damasceno libro tertio) quæ est melior quàm victimæ. Et ideo dicit melior Gregorius morum nihil: quia p victimas aliena caro, p obedientiam voluntas propria mactat. Igit. &c. Tum secundo, quia cum vera religio sit, qua vnus deus colit, vt purgatissima pietate cognoscit secundum Augustinum de vera religione: vbi verius contingit ista reperiri, quàm in religionibus priuatis conformibus vitæ Christi & Apostolorum eius, præsertim in abdicatione proprietatis: dicente Nicolao tertio, vt ponit in .6. cap. Exijt. Hęc est via perfectionis, quam Christus ostendens verbo docuit, exemplo confirmauit, & quam militantis ecclesiæ primi fundatores, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere per doctrinæ ac vitæ ipsorum alienos deriuauerunt. Tum tertio, quia Ecclesiam Catholicam errare non contingit. vt habetur in Glossa super illud: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Et Ecclesia Catholica approbat religiones priuatas, & regulas earundem: vt patet de Augustino, Basilio, Benedicto, & Frãcisco, cuius regula incorporatur in iure in sexto Decretalium, sub tamen vero signo &c.

¶ Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, non autem per mendicitatem. 24

C Ista ppositio est falsa, temeraria, & erronea, si intelligat vniuersaliter. Patet. Repugnat enim Glossa, quod sancti merito auibus comparantur, cœlum petunt: & quidam ita remoti sunt à mundo, vt iam in terris nihil agant, nil laborent, sed contemplatione iam cœlo degant. Item Gregorius super Ezechielis .3. in secunda parte Homiliæ secũdæ dicit, quod contemplatiua vita est, charitatem dei & proximi totaliter retinere, & ab exteriori actione quiescere, soli conditori inhærere. Ex ijs sequitur, quod fratres ducentes vitam contemplatiuam, non tenentur per labores manuum victum acquirere. Item vacantes prædicationi euangelij, licet de prædicatione euangelij viuere. Vnde secundum Apostolum prima Corinthiorum nono: Dominus ordinauit ijs, qui euangelium nuntiant, de euangelio viuere. Item licet eis Christum sequi, in cuius persona dicitur per Psalmistam: Ego autem mendicus sum & pauper, dominus solicitus est mei. Igitur licet eis mendicãdo dictum acquirere. Item est contra regulam fratrum Minorum incorporatam in sexto, vbi dicit: Vadant pro eleemosyna confidenter, nec oportet eos verecundari: quia dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Item est contra Decretalem Nicolai tertij vbi eximuntur à labore fratres modo dicti diuinis officijs occupati, & contemplationem cœlestium degustantes, & Christo fratres tribus prędictis fratrum generibus ministrantes & seruientes.

¶ Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro alijs, eis in temporalibus subue- 25
nientibus.

Ista conclu-

Iſta concluſio ſi vniuerſaliter intelligat, eſt falſa, temeraria, contra bonos mores, & erro- D
nea. Patet primo, quoniam eſt contra charitatem & recognitionem beneficij accepti. Item ſecundo, quia tales ſubuentiões temporales recipiens obligat ex debito deum orare pro cõferentibus. Item eſt cõtra doctrinam Chri, qui docuit pro beneficio temporali recepto dare ſpirituale beneficium. Patet Lucæ. 10. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. In quãcunq; ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, mãducate quæ apud illos ſunt, & curate infirmos, quæ in illa ſunt. Et Matthæi. 20. Voca operarios & redde illis mercedem. Item tertio patet per illud, quod habet, ſecundo Timoth. ſexto: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, nõ magnum eſt ſi nos carnalia vra metamus. Item prima ad Corinthios nono: Quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis nõ mãducat? Itẽ Gregorius ſup illo verbo: Dignus eſt operarius &c. ait: Sumunt enim iam de mercede operarij ipſa alimenta ſuſtentationis. Et infra: qua in re conſiderandum eſt, quod vni operę noſtro duæ mercedes debent: vna in via, quæ nos in labore ſuſtentat: & alia in patria, quę nos in reſurrectione remunerat. Item Chriſtus exemplo etiã reddere pro temporali ſpirituale docuit, Lucæ. 19. Dum Zachæus publicanus eum hoſpitio recepit, Chriſtus idem Zachæo dixit: Hodie huic domui ſalus à deo facta eſt, venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat &c.

26 ¶Oratio præſciti nulli valet.

Iſta eſt falſa, erronea, ſi vniuerſaliter intelligat: quia tunc ſequeret, quod opus bonum de E
genere factum, in charitate factum & ex charitate, non eſſet meritorium alicuius temporalis præmij, vel æterni, contra illam regulam vulgarem. Sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irremuneratum. Præterea bona opera facta in pctõ mortali ad aliquid valent, ſaltem ad præmium temporale. Igit à fortiori bona opa in gra & ex charitate. Hęc eñ cõcluſio eſt cõtra Auguſtinum ad Permenias ſic dicentem: Verba quæ populo dicunt in precibus, & ſi à malis dicantur epiſcopis: exaudiunt tamen, non ob peruerſitatem prępoſitorę, ſed pro deuotione populorę. Item Lucæ quinto ſic inquit: Infirmat quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent pro eo, vngentes oleo ſancto, & oratio fidei ſaluabit infirmum. Vbi conſtat ſecundum doctores. ſ. magiſtrum diſti. 24. quarti, & Hugonem de ſacramentis, quod Iacobus inſtituit ſacramentum vnctionis extremæ, quod datum in pceptum ſaltem ne contemnat vel negligat ſecundum magiſtrum diſt. 24. quod eſſet difficile ad implendum, immo impoſſibile, niſi ex reuelatione diuina, cum ſine illa neſciatur quis eſt præſcitus, aut quis prædeſtinatus. Igitur &c.

27 ¶Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt.

Iſta propoſitio eſt falſa & erronea: quia ex ipſa ſequit primo ſuperflua eſſe pręcepta, prohibitiones, leges, Concilia, & monitiones, omnia iſta ſunt abſurda. Nam de monitione dicit Auguſtinus in de libe. arbit. Qui æſtimat non eſſe monendum hominem bene viuere, de hominum numero non eſt exiſtimãdus. Et ita conformiter de præceptis, prohibitionibus & ſimilibus. Et cõſequẽtia patet, quis enim pcepit, prohibet, conſulit, aut monet ſolem oriri, cras pluuiam non eſſe, hyemem, & ſic de cæteris, quæ neceſſitate abſoluta legi naturę inuitabili currunt? Sequit ſecundo obliquitas, deformitates, & peccata tolli, teſte beato Auguſtino: Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Et. 34. quæ. 1. nullo modo ad opprobriũ malæ voluntatis trahit, quod conditio neceſſitatis extorſit. Sequitur tertio, omnem actum laudabilem, virtuoſum, meritorium, etiam præmium, & liberum arbitrium excludi. Oñia iſta abſurda: nam de præmijs diſtinctione ſecunda liberij arbitrij, condidit nos deus, nec ad virtutes, nec ad vitia trahimur aliquando, vbi authoritas & corona non eſt. Et Tullius de fato & diuinatione: Qui dicunt neceſſitate euenire, quæ futura ſunt, fati neceſſitatem confirmant. Et ſequitur ſtatim ibidem: Hi hominem voluntate ſpoliant, neceſſitate deuincunt: quod tolerabile non eſt. Conſequentiæ patent, quia non laudamur, nec vituperamur, meremur aut præmiamur, niſi de ijs quæ ſunt in poteſtate noſtra ad vtranque partem contradictionis flexibilia: quę non contingerent ſi omnia de neceſſitate abſoluta euenirent. Præterea, ſicut memoria noſtra non cogit facta eſſe quæ prætereunt: ſic dei præſcientia nõ facienda quæ futura ſunt, per Auguſtinum de libero arbitrio. Sed propter aliud nihil, teſte Richardo. 53. quàm propter diuinam præſcientiam monentes homines errantes ad concedenda omnia futura de neceſſitate euenire &c.

28 ¶Confirmatio iuuenũ, clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur Papę & Epiſcopis, propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

Iſta eſt

A Ista est iniuriosa & erronea. Infamat enim prælatos de cupiditate lucri & honoris, contra illud quod dicitur Exodi. 22. Diis ne detrahas: Glossa, id est prælatis. Quod etiam sit falsa, patet per illud: quod est in iure diuino & ecclesiastico, attribuit cupiditati. De iure enim diuino soli episcopi possunt sacros ordines conferre: nam dominus habuit discipulos quosdam in numero duodenario, Lucæ. 11. Quosdam in numero septuagenario, Lucæ. 4. Primos apostolos nominauit, supra quos ecclesiam fundauit, ad Ephesios. 2. Superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum. Et ipsis primo fuit collata potestas imponendi manus, & consecrandi Aaron, & simplices discipulos: vt patet in textu & glossa actuum. 8. Apostolis vero succedunt episcopi, & episcopis simplices sacerdotes, vt habetur. 21. cap. in nouo testamento: patet autem quod potestas ordinandi & manus imponẽni, seu confirmandi secundum formam ecclesiæ primitiuæ episcopis approprietur: nimia enim esset confusio, si quilibet sacerdos posset sacros ordines conferre, & potestatem Hierarchicam: sed cuilibet presbytero liceret officia ecclesiasticæ Hierarchiæ exercere, distribuendo ordines ecclesiasticos, officia & gradus. Item consecranda est ecclesia per episcopum, vt patet de cõse. dist. 2. cap. 1. Igitur, &c.

Vniuersitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus. 29

B Ista conclusio est falsa, iniuriosa, scandalosa, contra bonos mores, in fide suspecta. Patet primo, quia illud quod recta & iusta intentione, ac in sancta dei ecclesia pro vtilitate reipublicæ ecclesiç est introductũ, nõ debet censeri quis modo vana gentilitate introductũ: sed vniuersitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria sunt huiusmodi, igitur, &c. Maior est nota de se: & minor probatur, quoniam non est verisimile, nec etiam ecclesiæ credẽdum, quod ecclesia sancta vniuersitates, studia, &c. fundaret & approbaret, & priuilegijs dotaret, nisi ipsa forent talia, sicut & sunt: igitur. Item omne illud quod est authoritate ecclesiæ introductum, non est vana gentilitate introductum: sed vniuersitates, studia, &c. sunt authoritate ecclesiæ introducta: igitur, &c. Maior est nota de se: minor probatur, quoniã vniuersitates, studia, &c. authoritate sedis apostolicæ, & nullius alterius sunt introducta. Item per vniuersitates & studia, graduationes & magisteria, & talia collegia valentes, & notabiles personæ vita & scientijs, maxime sacræ paginæ fuerunt dotatæ, & in illis educatæ: quarum doctrina, scientia, libris, vita, ecclesia dei fulget vt sol & luna: vt patet inter alios de doctoribus, scilicet sanctis Bernhardo, Anshelmo, & Thoma de Aquino, & pluribus alijs doctoribus. Istud etiam patet per generale Concilium ecclesiæ, extra de magistrorum super specula. Item in antiqua lege fuerunt doctores & magistri, qui non fuerunt vana gentilitate introducti, Lucç secundo. Inuenerunt Iesum in templo, in medio doctorum sedentem, & audientem illos, & interrogantem. Item Iohannis tertio, de Nicodemo, cui Christus dixit: Tu es magister in Israel, & hęc ignoras. Super quo Hieronymus
C in prologo. 4. Oportet laudare Israelis doctrinam & sapientiam, & ita hortor, itaq; fomentum beneuolentia, attentione, & studio lectum facere. Item in lege noua fuerũt etiã doctores, quos Christus istituit, qui non fuerunt vana gentilitate introducti, vt patet ad Ephesios: Ipse, supple Christus, dedit quosdam doctores & pastores ad consummationẽ sanctorum, & opus ministerij. Actuum. 13. Erant in ecclesia, quę erat Anthiochię, prophetę & doctores, in quibus Barnabas, Simon, Lucius, & Saulus. Ipse etiam Saulus, siue Paulus fuit ecclesię vniuersalis doctor, &c.

Excommunicatio papæ, vel alterius prælati non est timenda, quia est censura Antichristi. 30

Ista causalis quantum ad eius primam partem est falsa & erronea, & contra determinationem ecclesiæ, & clauium, & iurisdictionis ecclesiasticæ, & gladij spiritualis damnabiliter contemptiua. Quo ad secundam partem est falsa, iniuriosa, & etiam scandalosa. Primũ patet in Decretali Gregorij, de Sen. excõmunicationis: cum excõmunicatio sit medela. Itẽ quia tũc Paulus optasset Antichristi censuram, cũ optauit pseudoapostolis anathema. Itẽ Apostolus præcepit Corinthijs vsum huiusmodi censuræ, vnde mandauit turpem fornicatorem extra communionẽ poni, Corinth. 6. Item princeps spiritualis debet vti gladio principaliter ad correctionem malorũ, aliàs frustra haberet gladium: quidem gladius est potestas excommunicandi. Cæterum excommunicatio etymologice est à communione ecclesiæ separatio. 11. q. 2. cap. Nihilq;. Prodest interdũ excõmunicatio vt erubescat, & ne sacramẽtis se indigne immisceat, expedit etiã excommunicatio: quia punitio eius trãsit cæ

teris in exemplum,& ne alios inficiat.24.quæſt.3.cap.Reſecandæ.Et ſunt putridæ carnes D
& ſcabioſa ouis à caulis eſt repellenda,ne tota domus,maſſa,corpus& pecora ardeat,cor-
rumpantur per eas,& intereat.Arrius in Alexandria,vna ſcintilla fuit,ſed quoniam nõ ſta-
tim oppreſſa,per totam vrbem flamma eius propalata eſt.Secũda pars patet,qa per eam
contẽnitur eccleſiaſtica cenſura,ſcilicet excõmunicationis,quæ eſt maior,imò maxima ec
cleſiæ pœna.Etiã eſt iniurioſa,videlicet excõmunicationẽ Papalem attribuere Antichri-
ſto:quaſi volẽs innuere ꝙd Papa ſit Antichriſtus,& vlterius ꝙ Antichriſtus talẽ cenſuram
exercere non poteſt,cum non habuerit iuriſdictionẽ in eccleſiaſtica hierarchia,&c.

31 ¶Peccant fundãtes clauſtra,& ingrediẽtes ſunt viri diabolici.

Iſta concluſio eſt falſa,erronea,& ſapiens hæreſim. Nã ex iſta ſeqtur primo,Samuelem
prophetam fuiſſe diabolicum.Secundo prophetas fuiſſe diabolicos.Tertio Iohannem Ba-
ptiſtam fuiſſe diabolicum.Quarto Chriſtum & apoſtolos fuiſſe diabolicos:omnia iſta ſunt
nephanda.Primum patet,quia religioſorum conuentus primus Samuel conſtituit iugiter
pſallentium domino.Et magiſter in hiſtorijs ſuper illo : Ebrium herbis gregem prophe-
tarum.Secundum patet,quia religioſorum perſonam geſſerunt prophetæ,& eoꝝ ſequa-
ces,vt patet in eodem,& Hieronymus.62.filij quidem prophetaꝝ,quos monachos in ve
teri teſtamento legimus,ædificabant ſibi caſulas prope fluenta Iordanis,& vrbibus dere-
lictis,polenta,& herbis agreſtibus victitabant. Tertium patet,quia Iohannes Baptiſta in E
hæremo vixit,cui veſtis aſpera,zona pellicea,mel ſilueſtre,omnia virtuti & cõtinentiæ p̃-
parata.Vnde Hier.in epiſtola.60.ad Euſebiũ,refert Ioſephũ taliũ in ſecunda Iudaicæ ca-
ptiuitatis hiſtoria ſcripſiſſe vitã.Anachoritaꝝ author fuit Paulus & illuſtrator,ante Chri-
ſtum princeps Iohannes Baptiſta.Quartum patet,quia filius dei cum eſſet diues omnium,
factus eſt tamen propter nos egenus:qui ſacram religionem veritatis inſtituit,& auctẽ-
ticauit quando pauperes elegit,diuites iuſſit vt relictis omnibus eum ſequerentur,Matt.4.
Venite poſt me,&c.Et de qua apoſtoli gloriantur. Matth.19.Ecce nos reliquimus cm̃ia,
& ſecuti ſumus te,quod eſt apoſtolici veſtigij,vt ait Hieronymus epiſtola.8.Ex hoc fecit
apoſtolos,ait Chryſoſtomus ſuper Matthæum in homilia.46.Magna ergo apparet in-
ſania detrahentium religionibus priuatis imitantibus vitam Chriſti,& apoſtolorum reli
gionem,quam Chriſtus diſcipulis tribuit,& alijs prędicauit,Matth.4.Si vis perfectus eẽ,
vade & vende omnia quæ habes,&c.

32 ¶Ditare clerum,eſt contra regulam Chriſti.

Iſta videtur falſa & erronea,cum regula Chriſti extendat ſe non ſolum ad contempla-
tiuos,ſed etiam ad actiuos,vt patet per gloſſam Lucæ.10.vbi comparat Mariam vitæ cõ-
templatiuæ,& Marthã actiuæ.Prælati nanq; vtrãq; vitam debent exercere,quia exem- F
plo Moyſi qui ſæpe ingrediebatur tabernacula fœderis,& ibi vitam contemplatiuam du-
cebat,& ſæpe egrediebatur ad populum per vitam actiuam regendam,vt patet in libris Le
uitici,& Numerorum.Similiter Iohannes laudat Gaium virum religioſum in tertia cano-
nica dicens:Fideliter facis,quicquid operaris in fratres,& hoc in peregrinos,qui teſtimo-
nium reddiderũt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ,quos benefacies deducẽs digne deo.
Et ſequitur poſtea:Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi,vbi gloſſ.videtur innuere,ꝙd
viri eccleſiaſtici tenentur & dicuntur ſuſcipere fratres peregrinos,quod pro nomine dei
profecti,& eiſdem humanitatem impendere prouidendo de neceſſarijs.Vnde ſicut præ-
cipue ſacerdotes tenentur omni poſcenti rationem de ea quæ in nobis eſt ſpe.1.Petri.3.ad
confortandum fidem puſillorum:ſic valde vtile eſt ad confortandum charitatem infirmo-
rum,habere diuitias quibus ſuſtententur:exẽplo beati Clementis,qui non ſinebat paupe-
res quos vnda baptiſmatis renouauerat,publicæ mendicitati eſſe ſubiectos,ne donis gen-
tilium coinquinarentur,&c.

33 ¶Syluester Papa & Cõſtãtinus Imperator errauerũt,eccleſiã ditando.

Iſta concluſio eſt temeraria,ſcandaloſa,in fide ſuſpecta,contra bonos mores,& erronea.
Patet,quoniam quilibet homo tenetur de iure obſequi deo,ſiue ſeruire de bonis fortunæ:
igitur &c.Maior eſt nota de ſe,& minor probatur per illud quod habetur Matth.10.Qui
vos recipit,me recipit,loquebatur Chriſtus de diſcipulis:& qui recipit,recipit illum qui me
miſit.Item Chriſtus ſuæ eccleſiæ factum,ſibi putat factum fore,patet Acto.9.de Paulo,q
perſequebatur eccleſiam,cui Chriſtus dixit:Saule Saule,quid me perſequeris?Igitur ſi hoc.

quidem

A quidem per Constantinum & Siluestrum ditando ecclesiam factum fuit, non ex hoc ipsi errauerunt, cum Chrūs sibi factum fuisse putet, etiam per illud Matth. 16. Quod vni ex mi nimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Item patet per illud: Quoniam ecclesiam ditare nō est erra re: patet, quoniam aliàs sequeretur, ꝙ Moses ex prȩcepto diuino decimis, primitijs, & alijs oblationibus ditando synagogam, quæ erat signū & figura ecclesiæ, errasset: quod est mani feste falsum. Item etiam & vir fortissimus Iudas. xij. milia drachmas argenti, mittendo Hie rosolymam sacerdotibus errasset: quod falsum est. Item & Patritius Romanus ditando de omnibus bonis suis ecclesiam in honore virginis Mariæ, errasset: q̄d est falsum. patet, quo niam beata virgo Maria mater Christi oblationem acceptauit, & miraculo niuis appro bat. Item papa Christi vicarius, est dominus omnium temporalium, sicut est spiritualiū, vt patet. 22. distin. cap. Omnis. vbi supra. Deus beato Petro æternæ vitæ clauigero, terre ni simul & cœlestis imperij iura commisit. alicui dare quod suum est, non est errare: patet de se. ergo tempore apostolorum ditantes ecclesiam, nō errauerunt, vt patet Actuū. 4. Ne ꝙ enim quisquis egens erat inter illos, supple apostolos & discipulos, in quibus tamē erat ecclesia: quotquot enim possessores agrorum erant, vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Item Ananias & Saphira vxor eius, dum fradarent de pretio agri, ꝙ multi tudinis credentium erat, subitanea morte extincti sunt, Act. 5. igitur, &c.

¶ Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum dei absq; authoritate aposto 54
B licæ sedis, vel episcupi authoritate.

Ista conclusio est falsa, & contra determinationem ecclesiæ, erronea, & temeraria. Vn de extra de hære. cum ex iniuncto, expresse ista conclusio damnatur, allegando illud Apo stoli ad Corinth. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Vbi respondet papa antipho rice illis, qui p̄tenderent se à deo inuisibiliter missos, cap. p̄allegato sic dicens: Non sufficit cuiq̄ asserere, ꝙ ipse sit missus à deo, cū hoc quilibet hæreticus asseueret. Sed oportet ꝙ asse uerat suam inuisibilē missionē, vel per operationem. Vnde cū dominus vellet mittere Mo sen in Aegyptum ad filios Israel, qui vt crederent ei ꝙ mitteretur ab ipso, dederat ei signū ꝙ conuerteret virgam in colubrum, & iterum informaret in virgam. Iohannes quoq; Ba ptista suæ missionis speciale testimonium protulit & scriptum, respondens sic sacerdotib⁹ & leuitis, qui missi fuerant ad interrogandū eum quis esset, & quare officium baptizandi as sumpsisset: Ego vox clamantis in deserto, &c: Non ergo ei credendum qui dicit se missum à deo, nisi de se testimonium proferat speciale de scripturis, vel euidens miraculum opere tur. Nam de his qui missi dicuntur à deo, Euangelista loquitur & testatur, quod prædicaue runt vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Item ex ista conclusione sequeretur, ꝙ quicunq;, nō obstante inhibitione sedis apostolicę, sacerdos vel diaconus possit p̄dicare: & sic hæretici nō possunt à p̄dicatione arceri: quod est temera rium dicere, & ecclesiæ periculum ex hoc nō modicum imminere.

C ¶ Ingredientes ordinem vel aliquam religionem, eo ipso sunt inhabiles ad obseruan 55
dum diuina præcepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cœlorum, nisi apo statauerint ab eisdem.

Ista conclusio est falsa, & erronea, & ad malum inductiua. Tum primo, quia via consili oꝝ difficilior est via præceptorum, propter quod Christus de consilijs ait: Qui potest ca pere, capiat, &c. De virginibus p̄ceptum domini non habeo, cōsilium autem do. & Hiero nymus in epistola. 96. Grandis virtus, & solicitæ diligentiæ, seruare quod natus sis in car ne non carnaliter viuere, tecum perpugnare quotidie, & inclusum hostem Argi, vt fabu læ ferunt, centū oculis obseruare. Sed ingredientes religionē ad huiusmodi cōsilia se obli gant, vt patet in tribus votis, & illa obseruare possunt, aliàs se ad impossibilia obligarēt: igitur & à fortiori & præcepta. Tum secundo, quia Matthæi quinto: Beati pauperes spiri tu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Insinuat Christus per hoc paupertatem fun damentum esse virtutum & beatitudinum: sed ingredientes religionem, ad hanc se obli gant, secundum exigentiam sui status propter Christum, quod melius quàm monasteria construere, & pauperes sustentare, vt ait Hieronymus in epistola. Qualem vitam habue re credentes Alexandriæ sub Marco Euangelista, vt narrat Eusebius vir doctus libro pri mo Ecclesiasticæ historiæ, cap. 16. Primo (inquit) omnium, renuntiabant cunctis facultatibus, & extra vrbem egressi, in hortulis vel exiguis agellulis degebant: & effugientes impiorum propositā, & vitæ dissimilis contubernia, scientes impedimento esse arduum volentibus iter virtutis incedere: multa ibi sequuntur stipendia, quorum nonnulli seruan-

tur à religionibus seruatis. Tum tertio, quia extremæ dementiæ est, dicere ingredientes religionem non posse peruenire ad regnum, nisi apostatauerint: cum scitur quod per ecclesiã approbati, & canonizati ad ingressum eorum mutentur: vt patet in epistolis beatorũ Bernardi, Augustini & Hieronymi. Vnde Hieronymus in epistola. 35. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet crine, & scissis vestibus vbera quibus te nutriuerat mater ostẽdat: licet in luto pater iaceat: procalcato patre progredere, & oculos ad vexillum eleua: nã solum pietatis genus in hac re est crudelissimum. D

36 ¶Papa cũ oñibus clericis suis possessionẽ habẽtibus, sunt hæretici, eo q̃d possessionem habent, & oñes consentientes eis domini seculares, & cæteri laici.

Ista falsa videtur & temeraria, quia non omnes clerici vouerunt paupertatem, nec videtur aliqua regula generalis data à Christo quæ eos obliget, quoniam ipsi possunt saltem vt dispensatores recipere diuitias, dicente Augustino super Iohannem: Habuit (inquit) dominus loculos, à fidelibus oblata conseruans, vt suorum necessitatibus & alijs indigentibus subueniret. Et tunc primum ecclesiastica pecunia instituta est, vt intelligeremus q̃d præcepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt potestate nihil seruaretur à sanctis: sed ne deo propter ista non seruiretur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Vnde sanctus Paulinus episcopus non contempsit facultates, vt patet in eius legenda. Similiter sanctus Hilarius Acelaceñ. episcopus, non solum ille quæ tunc habebat ecclesia possedit, sed etiam acceptis fidelium munerum hæreditatibus, ampliauit: vt. 12. q. 1. Expedit. Item sanctus Ambrosius de vita & obitu in libro Theodosii, dicit, quod Cõstãtinus eo quod hæreditatem fidei principibus reliquit, magni locum meriti reperit. Item quis præsumeret hæreditare beatissimos Sixtum Papam, & Laurentium archidiaconum, Romanam ecclesiam, qui habuerunt thesauros ecclesiæ, vt patet in eorum legendis. Item leuitæ erant figura cleri nouæ legis, & tamen dicit dominus Moysi: Præcipe filijs Israel, vt dent leuitis de possessionibus suis, Numeri. 35. Igitur à simili, clerus potest habere possessiones: & per consequens non sunt hæretici, dummodo aliàs à fide non deuient. E

37 ¶Ecclesia Romana est Synagoga satanæ, nec Papa est immediatus & proximus vicarius Christi, & apostolorum.

¶Ista conclusio est falsa, scandalosa, erronea, & hæretica. Primo patet quo ad primam eius partem, quoniam omne illud extra quod non est salus, supple animæ quo ad vitã æternam, non est synagoga satanæ, sed ecclesia Romana est huiusmodi: igitur &c. Maior nota est de se, minor probatur extra de summa trinitate & fide catholica capite. Firmiter. vbi primo sic habetur: Vna est fidelis vniuersalis ecclesia, extra quã non est salus, & est Romana ecclesia, vt patet. 12. dist. cap. Non licet. vbi sic dicitur: Non decet à capite membra discedere, sed iuxta scripturæ testimonia, omnia membra caput sequantur: nulli vero dubiũ est, quod apostolica & catholica ecclesia, mater sit omnium ecclesiarum, à cuius regulis nullatenus conuenit deuiare: & sicut filio conuenit facere volũtatem patris, sic & nos oportet replere voluntatem nostræ matris, quæ est ecclesia, cuius caput Romana consistit ecclesia: igitur, &c. Item secũdo, omne illud cuius de necessitate salutis oportet sequi regulas, nõ est synagoga satanæ: sed ecclesia Romana est huiusmodi: igitur, &c. Maior nota est de se, minor probatur dist. 2. quæst. 6. cap. Sacrosancta, vbi sic dicitur: Sacrosancta Romana, & apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. Secunda pars probatur sic: Non aliter est sentiẽdum, quam quod Romana sentit ecclesia: sed sancta Romana ecclesia sentit, quod Papa est immediatus & proximus Christi, & apostolorum vicarius: igitur, &c. Maior est extra de hoc, cap. Ad abolendum, minor nota est de se, maxime cũ sit caput Romanæ ecclesiæ, quæ est caput vniuersalis ecclesiæ: ex iam dictis, & etiã per illud quod habetur lib. 6. de pœnis. ecclesia Romana omniũ ecclesiarũ caput est, & magistra. & in Decretis dist. 12. cap. Romana ecclesia caput est omnium ecclesiarũ. Itẽ minor patet per illud, quod habetur Iohannis vltimo: Simon Iohannis diligis me plus ijs, &c. Et dixit Iesus: Pasce oues meas. Cum igitur iam ex dicta Decretali, cap. Ad abolendũ. vniuersalis ecclesia, cuius caput Romana ecclesia, sentit Papã esse proximũ & immediatũ Petri, & verum vicarium Iesu Christi: vt patet de se, & ex cap. præallegato: igitur, &c. F

38 ¶Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seductiuæ à fide Christi: & clerici sunt stulti, qui eas studẽt.

Ista cõ-

A Ista conclusio habet tres partes. Prima pars est contra determinationem ecclesiæ, extra de const. vbi dicitur: Cuius constitutiones summorum pontificum sunt seruandæ, etiã est contra dictum Hylarij papæ. 24. q. 1. cap. Nulli phas. vbi sic dicit: Nulli phas sit sine sui status periculo contra diuinas constitutiones, vel apostolicæ sedis Decretales temerarie loqui. Est etiam contra dictum Damasi papæ cap. Violatores. vbi sic dicit: Violatores Canonum voluntarie, à sanctis patribus grauiter iudicantur: & à sancto spiritu, cuius instinctu conscripti sunt, damnantur: quoniam blasphemare spiritum sanctum, congrue iudicantur. Est etiam contra dictum papæ hoc, in eadem causa, cap. Prima salus. vbi sic dicit: Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à cõstitutionibus patrum nullatenus deuiare. Est etiam contra Decretalem Adriani papæ, ibidem cap. Generali. vbi sic ait: Generali decreto sic statuimus, vt extunc anathema fiat, & velut prævaricator fidei orthodoxę, semper apud deum reus existit quicunq; regum, seu episcoporum, vel potentum, deinceps Romanorum pontificum, Decretorum censuram, quemquam delere, aut violare permiserit. Ex quibus omnibus patet, ꝙ Decretales non sunt apocryphæ summorum pontificum. Secunda pars est hæretica, cum Decretales permaneant, & profiteantur Christi fidẽ illæsam, vt de sum. trin. de cel. miss. de bap. & de alijs sacramentis insurgentes hæreses condemnando, vt patet Decretalium volumina perlegendo. Vnde summus iurium vertex Franciscus de Zabarellis in sermone quem fecit Paduæ, Anno dñi. M. CCC. XCII.
B pro principio lectionis suæ ibi in laudem huius scientiæ pulchre sic inquit: Quid enim legis maxime Canonicæ potissimum, nisi vt illabefactam & incontaminatam mentem, à terrestri contagione conseruans, ducat in dei notitiam, dilectionem, & inhærentiam? hæc est sola sapientia, præcipue Canonica, quæ ab altissimo ante secula prodiens, & in statũ pauperum ad creaturarum regimen delata hominibus, hominem glorioſe sublimat, à luxuq; præseruat, quibus vtatur instruit, & quo ordine temporalia regantur suadet, cerimoniasq; & eaꝝ cultus instituit: qualiter vrbi quoq; moderationem, parentibus, cognatis, affinibus, amicis, notis, & ignotis omnibus per officia paremus. Et idem in sermone anni sequentis sic concludit: Hanc igitur amate, hanc exquirite, hæc conuersorum: quoniam cæteræ partes erudiunt hominem: hæc secũdum omnem modum perficit, per quam omnes gradus virtutum prompti redduntur & faciles: quemadmodum deus colẽdus, qualiter diligẽdus proximus, honore quo celebrandi parẽtes, quali fide obseruanda, tutanda, regendaq; patria, quis diuinaꝝ & humanaꝝ rerum sit ordo, quis modus, quicquid deniq; secundũ omnes ætatum distinctiones hominẽ deceat, hac sacratissima sapientia canonica tradit vberrime: in hac em̃ est perfecta ætas, virtus & sapientia: & quicquid alibi quæritur, hic perfectissime inuenitur. 37. dist. 1. Sed ecõtra tertia pars est erronea, blasphema, & iniuriosa, impingens cõtra sentẽtiam Innocentij. 3. Gregorij. 9. Bonifacij. 8. Clementis. 5. & Iohãnis. 8 hi præcipientes vniuersitatibus, clericis, doctoribus, & scholaribus, tam Bononiẽn. quàm Auionẽn. quatenus eorum Decretales aliqui legerent & studerent. Item patet quod De-
C cretales, quæ parti suæ philosophia morali pro sui magna parte subalternãtur, fugiunt vitium & stultitiam, vt supra plene secũda parte demonstratum est: & per consequens studendo in eis, tales nõ sunt stulti, &c.

¶Imperator & domini seculares seducti sunt à diabolo, vt ecclesiam dotarent de bo 39
nis temporabus.

¶Ista propositio est falsa & erronea: quia Prouer. 3. dicitur: Honora deũ de tua substantia, &c. Imperator ergo honorãdo deũ in dotatione sponsæ Christi, de sua substãtia non est seductus à diabolo, imò fecit quod debuit, nam testãte Gregorio: Tanto quis debet esse humilior, atq; ad seruiendũ promptior: quãto se obligatiorem cõspicit. Tum secũdo, quia ratio dictat ꝙ dei minister sustentaretur de substãtia diuitum & potentum: & quod seminantibus spũalia debent ministrare. 1. Corinth. 13. Si nos vobis spũalia seminamus, nõ est magnum, si carnalia vestra metamus. & super illud Psalmistæ. Sumite psalmum, & date tympanum: Glossa, id est sumite spiritualia, & date temporalia. Igitur Imperator & principes seculares, ac alij ordinatione diuina in temporalibus abundantiores, nõ fuerunt seducti, igitur, &c. Tum tertio, quia prælati sunt dispensatores ecclesiæ bonorum, teste Augustino ad Bonifaciũ: Si priuatim quæ nobis sufficiũt possidemus, nõ illa nostra sunt, sed pauperꝝ, quoꝝ procurationẽ gerimus, nõ propritatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus: seculares igitur principes ecclesiam de bonis tẽporalibus ad finem p̃missum dotantes, fecerunt opus pium & meritorium. Præterea cum sine fide saluatoris implicita vel explicita, nulli hominũ poterat esse salus. Actuũ. 4. & in tẽporis processu fuerit maius & minus mõstrata, secũdũ Alexãdrũ de Hales in sum. li. 3. Et primo in natura deitatis, hinc honorari

debuit primitijs & primogenitis gregis Abel, vt significaretur quod ille qui erat principiũ conditionis, & primogenitus dei filius, esset principiũ reparationis. Secũdo, quia reuelabitur in natura creata, in qua sumunt officium redemptoris, offerentis per oblationem prælationis pro hominibus ad deum, hinc honorari debuit in victimis & sacrificijs. Et tertio, quia in natura humana, & non angelica expleuit officium redemptionis, hinc honorari debuit in decimis, quibus designatur natura humana, vt patet Lucæ. 15. igitur in tempore gratiæ, omnia de saluatore completa sunt, debuit honorari in amplioribus à fidelibus Christianis bonis tẽporalibus, maxime ab imperatore & principibus: cum illi magis abundẽt, iuxta dictum Christi, nisi abundauerit iustitia. Et Numerorum. 25. præcepit deus filijs Israel, vt dent leuitis de possessionibus vrbes ad habitãdum, & suburbia pecoribus ac iumẽtis, Leuitici vltimo. Si quis agrum possessionis vouit domino, sanctificatus domino erit, & possessio consecrata, & ad ius sacerdotum pertinebit. Seculares ergo principes sic faciẽtes, zelo dei conformiter egerunt. Et igitur sic agendo, seducti non fuerunt à diabolo, &c. D

40 ¶Non est de necessitate salutis, credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

Ista conclusio est falsa, temeraria, erronea, & hæretica, si intelligatur pro tempore præsenti, probatur primo sic: Omne illud quod Christus fundauit, & instituit tanquam summum in via omnium ecclesiarum, est de necessitate salutis credendum: sed Romana ecclesia est huiusmodi: igitur, &c. Maior nota est de se, & minor probatur. 22. dist. cap. Omis. vbi sic dicitur: Omnes cathedras, vel ecclesiarum cuiuscunq; ordinis dignitatatem instituit Romana. Illam vero solus Christus fundauit, & supra petram fidei mox vastantis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero, terreni simul & cœlestis imperij iura cõmisit. Itẽ secundo sic: Omne illud cuius oppositum credere est hæreticum, est de necessitate salutis credẽdum, sed Romanam ecclesiam sic credere, est huiusmodi: igitur, &c. Maior nota est de se, & minor probat dist. 19. vbi sic dicitur: Qui nõ obedit statutis Romanæ ecclesiæ, est hæreticus & excommunicatus: hoc est dictum Iohannis ibidem, si talis dicat Romanã ecclesiam, totaliter credat non esse caput vniuersalis ecclesiæ, nec posse Canones condere. Ista eadem conclusio ad suam falsitatem & condemnationem, patet ex iam immediate allegatis Decretis tribus: igitur, &c. Item & per Decretum, quod habetur. 12. quæst. 1. c. Romana. vbi sic dicitur: Romana ecclesia caput est omnium ecclesiarum: igitur, &c. Itẽ oñe illud est credendum, quod est de necessitate salutis, ad cuius iudicium maiores ecclesiæ causas, vt principia fidei oportet referre, secundum illud est sedes Petri, qui est Romana ecclesia: igitur, &c. Maior nota est de se, minor probatur extra de bap. & eius effec. cap. Maiores, &c. Item dist. 2. Decreti, cap. Omnis. vbi sic dicitur: Omnis qui Romanæ ecclesiæ priuilegijs ab ipso summo omnium ecclesiarum in hæresim labitur, est hæreticus, &c. E

41 ¶Fatuum est credere indulgentijs Papæ. F

Ista est erronea, & contra bonos mores: ex ipsa enim sequitur, quod ecclesia non haberet potestatem in remittendo peccata, & consequenter non esse verum verbum Christi, videlicet, Quodcunq; ligaueris super terram, &c. Matth. 16. & Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata, quod nedum intelligitur de reatus culpæ remissione, sed etiam de pœnę immutatione. Secunfio similiter conclusio ad episcopos de relaxatione, &c. Item sequeretur, q̃d sponsus vniuersalis ecclesiæ, & sponsi peculiarium ecclesiarum, suscitãtes semen fratris sui, scilicet Christi eosdem, & earum sponsi priorum non possent distribuere de bonis sponsi priorum, scilicet de merito passionis eiusdem relictis ad vsum sponsæ. Sequeretur etiam, quod non possunt de bonis sponsæ, & de peculio filiorũ & filiarum eiusdem, scilicet de meritis supererogationis sanctorũ martyrum, confessorũ & virginum, q̃ sunt thesauri ecclesiæ sponsæ Christi: quod asserere, est contra leges diuinas pariter & humanas.

42 ¶Iuramenta quæ fiunt ad humanos contractus, & ciuilia commertia, sunt illicita.

Ista videtur falsa & erronea: tum quia licitum est quod nulla lege vel iure prohibetur per Augustinum in sermone apostolorum: sed iurare in contractibus licitis & honestis, & cõmertijs ciuilibus politiæ vtilibus, nulla lege & iure prohibetur: igitur, &c. Tum secũdo, q̃a iurare est actus virtutis & latrię, dum transeat super debitum obiectum per Hieronymum in glossa super illo, Reddas domino iuramenta tua, sed iusta cõmertia licita & honesta sunt super debitum obiectum, cum sint vtilia politiæ: igitur, &c. Tum tertio, quia secundũ Au

A guſtinum in ſermone de periurio, Iurare eſt deum inuocare ad teſtimonium. Et ſecũdum Richar. implicite eſt facere in deo infallibilem veritatem, & omnem cognitionem & prouiſionem. Et ſic iurando, deo exhibet honorem debitum: igitur in contractibus & commertijs honeſtis iurare eſt licitum, dum cauſa aſſit vtilis, neceſſaria & honeſta. Legimus enim deum & ſanctos in veteri teſtamento iuraſſe in pactis, & fœderibus: quibus forte ad bonum politiæ mundanæ non ſunt minores contractus, & commertia ciuilia.

¶Auguſtinus, Benedictus, Bernardus damnati ſunt: niſi pœnituerint de hoc, quod habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones: & ſic à Papa vſq; ad infimum religioſum, omnes ſunt hæretici.

B Iſta propoſitio infert blaſphemiam, contra Chriſti conſilia, dictis ſanctis. Nam ſancti prænominati fundauerunt religiones ſuas, & inſtituerunt ſecundum vitam apoſtolicam, & conſilia Chriſti, relegando eos qui venerunt, ad certas cæremonias, & circũſtantias, per quas melius, ſyncerius, & ſecurius poſſent ſeruare mandata dei, vnà cum conſilijs. Patet p diſcurſum regularum ipſorum ſanctorum, & per omnes conſtitutiones ab ipſis introductas. Item quare homo debet dici damnatus, ex eo quod offert votum deo de oñibus ſuis bonis? Sed inſtituens religiones, prædicans, & eas intrantes, de omnibus bonis ſuis offerũt votum deo. Nam per votum caſtitatis offerunt deo corpora ſua, iuxta illud ad Roñ. 12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam. Per votum paupertatis offerunt deo omnia bona exteriora, iuxta illud Roñ. 15. Obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieroſolymis ſanctis. Per votum vero obedientiæ offerunt deo liberius quod habent, ſcilicet voluntatem, ac ſpiritum contribulatum, de quo pſalmus: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, &c. Quod vero dicit, Papam, & omnes intrantes religionem eẽ hæreticos, falſum patet ex præmiſſis & præcedentibus. Et ita patet eſſe abſurdum, quod iuxta ſententiã Iohannis Euangeliſtæ, ex quo non affert doctrinam euangelicam, & incidit in peccatũ graue, non pro eo orandum arbitror, ſed igne conſumendum.

¶Omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à diabolo.

C Illa cõcluſio eſt falſa, inſana, ſcandaloſa, temeraria, erronea & hæretica. Patet primo ex ſuperius allegatis in cõdemnatione vigeſimæ primæ concluſionis. Item ſecũdo, quoniam ſi ſic, vt dixi in ſupradicta concluſione, ſequitur quod religio Chriſtiana ſit introducta à diabolo: quod eſt abſurdum & hæreticum dicere, cum conſtat quod à Chriſto ſit introducta. Item tertio, quoniam ſi ſic, vt dicit antedicta concluſio, ſequitur, quod omne illud q̃d eſt vitæ æternæ meritorium, eſt introductum à diabolo: quod eſt abſurdum. Sed ſequela ita patet, quoniam ingreſſus religionis Chriſtianæ, & religionũ approbatarũ, eſt vitæ æternæ meritorius, vbi ſaltem concurrunt omnia requiſita ad ingreſſum religionis. Item quarto, quoniam ſi ſic, ſequitur, quod omne illud quod eſt mũdum & immaculatum apud deũ eſt introductum à diabolo: ſed illud eſt falſum & erroneum. Falſitas patet per illud q̃d habetur Iacobi primo: Religio munda & immaculata apud deum & patrem, hæc eſt, viſitare pupillos & viduas, &c. Conſequentia vero patet de ſe: igitur, &c. Et hoc principaliter dicitur propter illum terminum, indifferenter, poſitum.

FINIS.

QVONAM PACTO DOCTRINA IOHANNIS VVICLEPHI IN BOHOEMIAM venerit, & de Iohanne Hus, ac Hieronymo Pragensi, ex historia Bohœmorum, cuius author fuit Aeneas Syluius.

SVB Wenceslao rege, nostra demũ (inquit) memoria, ætatis vero suæ anno circiter quinquagesimo, pfida Hussitarũ insania ortum habuit: cuius originem & progressum, hoc loco prosequi animus est: quando ea pestis omnem penè Germaniam cõturbauit, neq; adhuc extincta, regni Bohœmici magnam partem occupat. Rexerunt scholam Pragensem vsq; in ea tẽpora Theutones. Id molestissimũ Bohœmis fuit, hominibus natura ferocibus, atq; indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam putridi piscis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem literis studens cum Iohãnis Vviclephi libros offendisset, quibus de realibus vniuersalibus titulus inscribit, magnopere illis oblectatus, exẽplaria secũ attulit. Inter q̃, de ciuili, de iure diuino, de ecclesia, de diuersis quæstionibus contra clerum, pleraq; volumina, veluti pretiosum thesaurum, patriæ suæ intulit. Imbutus iam ipse Viclephitarum veneno, & ad nocendum paratus: tum, quod erat familiæ suæ cognomen, putridũ piscẽ, id est, fœtidũ virus, in ciues suos euomuit. Commodauit autem scripta quæ attulerat, his potissime qui Teutonicorum odio tenebantur. Inter quos Iohannes eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, quod anserem significat, cognomentum mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multum q̃ dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniões amaret, auide admodum Viclephitarum doctrinam arripuit: eaq; Theutonicos vexare magistros cœpit, sperans eo modo confusos Theutones, scholas relicturos. Quod cum succederet, à Wenceslao impetratum, vt Pragense gymnasium ritu Parisiensi gubernaretur. Ea res magistratum scholæ Theutonibus abstulit. Quam ob causam commoti magistri, ac discipuli Theutonici generis, iureiurando adacti, vno die supra duo milia sequuti, apud Lipsicam Misniæ ciuitatem, trium dierum itinere à Praga distantem, vniuersale studium erexere. Bohœmis scholæ suæ gubernatio liberè patuit, quorum princeps est habitus Iohannes Hus, lingua potens, & mundioris vitæ opinione clarus. Qui vbi satis fidei comparatum sibi existimauit, venenum quod iampridem occulte conceperat, palàm euomuit. Fundauerat opulẽtus quidam ciuis in vrbe Pragensi, sub nomine sanctorum Matthiæ & Matthæi haud ignobile tẽplum, quod Bethlehem appellauit, redditibus additis, ex quibus duo prædicatores alerẽtur, qui festis profestisq; diebus verbum dei Bohœmico sermone plebibus insinuarent. Horum alter Iohannes assumptus est. Qui cum se libenter audiri animaduerteret, multa de libris Iohannis Vviclephi in mediũ attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri: adijciensq; crebro inter prædicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quæ Vviclephi anima peruenisset, quem virum fuisse bonum, sanctum, cœloq; dignum non dubitaret. Sequebantur Iohannem clerici ferè omnes, ære alieno grauati, sceleribus ac seditionibus insignes, qui rerum nouitate euadere pœnas arbitrabantur. His & nonnulli doctrina celebres iuncti erant, qui cum in ecclesia consequi dignitatem non potuissent, iniquo animo ferebant, sacerdotia maiorum censuum his commiti, qui quamuis nobilitate præirẽt scientia tamen viderentur inferiores. Excæcauit eos inuidia, vt qui viderant, & qui intellexerant, non intelligerent. Proruperunt in blasphemias, & cum aliquibus ignaris fortasse ac vitiosis, maledicere possent, in omnes latrare sacerdotes cœpere, & ab ecclesia Catholica recedentes, impiam Vvaldensium sectam atque insaniam amplexi sunt.

Iohãnes Hus

E

F

Vviclephitarum dogmata

Huius pestiferæ, ac iampridem damnatæ factionis dogmata sunt. Romanum præsulem reliquis episcopis parem esse. Inter sacerdotes nullum discrimen. Presbyterum, non dignitatem, sed vitæ meritum, efficere potiorem. Animas è corporibus excedentes, aut in æternas euestigio pœnas mergi, aut perpetua consequi gaudia: purgatorium ignem nullum inueniri. Vanum esse orare pro mortuis, & auaritiæ sacerdotalis inuentum. Dei & sanctorũ imagines delendas. Aquarum, palmarumq; benedictiones irridendas. Mendicantium religiones, malos dæmones inuenisse. Sacerdotes pauperes esse debere, sola contentos eleemosyna. Liberam cuiq; prædicationem verbi dei patere. Nullum capitale peccatum, quantũuis maioris mali vitandi gratia, tolerandum. Qui mortalis culpæ reus sit, eum neq; seculari, neq; ecclesiastica dignitate potiri, neq; parendum ei. Confirmationem quã chrismate Pontifices inducunt, & extremam vnctionem, inter ecclesiæ sacramenta minime contineri. Auricularem confessionẽ nugacẽ esse, sufficere sua quenq; deo in cubili suo confiteri peccata

Baptisma,

A Baptiſma fluuialis vndæ, nulla interiecta ſacra olei mixtura, recipiẽdum. Cœmiteriorum inanem vſum, quęſtus cauſa repertum: quacunq; tegantur tellure humana corpora nil diſtare. Templum dei late patentis ipſum mundum eſſe: coartare maieſtatem eius, qui eccleſias, monaſteria, oratoria q̃ conſtruunt, tanquam propitior in eis diuina bonitas inueniatur. Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vaſa q̃ huiuſmodi, nil habere momenti. Sacerdotem quocunq; loco, quocũq; tempore, ſacrũ Chriſti corpus conficere poſſe, petentibus q̃ miniſtrare: ſufficere ſi verba ſacramentalia tantum dicat. Suffragia ſanctorum in cœlis cum Chriſto regnantium, fruſtra impetrari, quæ iuuare non poſſunt. In canonicis horis cantandis, dicẽdis q̃ fruſtra tẽpus teri. Nulla die ab opere ceſſandum, niſi quæ Dominica nunc appellatur: celebritates ſanctor& rurſus reiẽciendas. Ieiunijs quoq; ab eccleſia inſtitutis, nihil ineſſe meriti. Subinco, cognomine Lepus, cla Subinco Lepus epũs Pragenſis.
ris parentibus apud Bohęmos ortus, per idem tẽpus Pragenſem eccleſiam pontificio retinebat conſilio & animo illuſtris. Qui orienti calamitati obuiam ire cupiens, priuſquã amplius debaccharetur, libros Iohannis Viclephi ad ſe ferri, omnes q̃, doctorum viror& cõſilio adhibito, publice concremari iuſſit. Supra ducenta volumina fuiſſe tradũtur, pulcherrime conſcripta, bullis aureis, tegumentis q̃ pretioſis ornata. Iohanni prædicatio interdicta, & adiectæ minæ, ſi quando priores in populo errores vulgare auderet. Ipſe Praga excedens, apud villã, vbi ſibi origo fuit, ac cognomen, permittente loci domino, qui eius inſaniæ fauebat, vocare plebes ac docere non deſiſtit: multa in Romanũ præſulem, multa in reliquos eccleſiæ pontifices maledicta congerens. Vt q̃ populi animos ſibi magis ac ma-
B gis conciliaret: Decimas haud aliter quàm eleemoſynas ſacerdotibus debitas aſtruit: liberum prædia poſſidentibus, ſi velint eas dare: ſi nolint, nullo iure cogi poſſe. Nondum error de ſacramento altaris irrepſerat. Sed attulit nouam peſtem Petrus Draſenſis: id oppidum Petrus Draſenſis.
Miſnæ ſuper Zicium: qui cum alijs Theutonibus pauloante Bohœmiam reliquerat. Cognitus inter ſuos, quia Valdenſi lepra infectus eſſet, patria pulſus, velut hæreticor& aſylum Pragam repetijt, puerorum q̃ docendorum curam accepit. Apud eccleſiã ſancti Michaelis, per id temporis populum prædicando inſtruebat Iacobellus Miſnenſis, litera& doctri Iacobellus Miſnenſis.
na, & mox& præſtantia iuxta clarus. Petrus hunc aggreſſus, mirari ſe ait, doctum & ſanctũ virum, qui diuina eloquia plebibus exponeret, errorem illum nõ animaduertiſſe communionis Euchariſtiæ, qui iampridem eccleſiã peſſundaſſet. In qua ſub vna tantum ſpecie dominicum corpus populo miniſtrat: cum apud Iohannem euangeliſtã & apoſtolũ Chriſto dilectiſſimum, ſub duplici ſpecie, panis vini q̃ ſumi iubeatur, dicente apud eum ſaluatore: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habetis vitam in vobis. Cõmotus his Iacobellus, cum perquiſitis vetuſtis ſanctorum doctor& codicibus, Dionyſii præſertim & Cypriani, cõmunionem calicis laudatã inueniſſet: prohibitus apud
C ſacellum archangeli Michaelis prædicare, in tẽplo maiore ſancti Martini cathedram ſortitus, publice cõmonere populũ cœpit, ne deinceps cõmunionem calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, quoquo pacto negligerent. Huic omẽs hæretici conſenſerunt, haud modica geſtientes lætitia, quod articulũ inueniſſent in euangelica lege fundatũ, per quẽ Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia argui poſſet. Odioſo quãuis hæc animo rex intelligeret, deſidia tamen corruptus, & inertia torpens, impune debacchari ſinebat hæreticos.

Subinco archiepiſcopus, vbi nullum aduerſus tantum emergens malum in Venceslao præſidium inuenit, ad Sigiſmundum Hungariæ regẽ confugit: obſecrans atq; obteſtans, vt negligentiam fratris emendet, neq; labefactari orthodoxæ fidei ſacramenta permittat. Dat fidẽ Sigiſmundus petitur& ſe breui Bohœmiam, eccleſiæ catholicæ conſulturũ. Sed dũ dies die ducitur, Subinco apud Poſtiniũ in Hungaria moritur: & Albicus ei ſufficitur, na- Albicus
natione Bohœmus, arte medicus, & Sigiſmundo propterea charus, vnicũ extremæ auaritiæ barathrũ. Qui claues cellæ vinariæ nulli alteri q̃ ſibi ipſi credidit: & animalia viuẽtia dono accepta, mox vẽdidit. Et qa ſumptuoſos eſſe coquos didicerat, abiectã anũ popinæ ſuæ præfecit. Interrogatus aliquando, ſonor& omniũ quẽ moleſtius audiret: maxillar&, inquit, oſſa frangentiũ. Idoneus profecto pontifex, qui ſurgenti fomentũ hæreſi daret. Infeſtabat ea tempeſtate Romanã eccleſiã Ladislaus rex Neapolitanus: aduerſus quẽ Iohãnes Plenaria remiſſio peccatorum datur his, q̃ ad tuendam Ro. eccleſiam arma ſumunt.
Papa tertius & viceſimus, bellũ decernens, plenariã peccator& remiſſionẽ indulſit his, q̃ ad tuendã eccleſiam arma induerent. Recitabatur in eccleſia Pragenſi decretum pontificis. Quod cum quidam ſordidæ artis homines audiſſent, Iohannem Papam Antichriſtũ eſſe magna voce clamauerunt, qui crucem contra Chriſtianos decerneret. Eos eueſtigio Senatus in carcerem rapi iuſſit: populus vero ſuſceptis armis, dimitti omẽs petijt. Sed placatus oratione Senatus, tanquam vita captiuor& in tuto eſſet, ſuam quiſq; domũ rediere, de illis clàm ſupplicĩ ſumptũ. At cum ſanguis extra prætorij ianuam defluens, inditium necis feciſſet: iterum occurrẽs populus interemptor& corpora rapuit, & aureo circũuoluta pãno, p

omnes

omnes vrbis ecclesias detulit, clamãtibus eiusdem sectæ sacerdotibus: Isti sunt sancti, qui p D
testamento dei sua corpora tradiderunt. Exin cadauera insacrario in Bethlehem reposita quasi martyrum reliquiæ aromatibus condita. Dum hæc aguntur, generale Concilium apud Constantiam Sueuorum vrbem cogitur. In quo de rebus Bohœmicis sermo habitus patrum mentes ingenti cura confecit: voluẽtium animo, quo nam modo sanari prouincia posset. Placuitq; tandem, Sigismundo Imperatore suadẽte, Iohãnem & Hieronymum ad Synodum vocari: qui tum cæteris eiusdem regni doctiores, tum populi ductores, ac hæresum principes habebant. Venerũt ambo, nõ tã verecũde aliena discere, quàm sua impudẽter ingerere parati: docẽdi quippe quàm discẽdi cupidiores, & populares amantes aures. Auditi sunt in cõsessu patrum. Iohãnes ætate maior & authoritate habitus: doctrina ac facundia superior Hieronymus. Lecti ex omni natione patres, diuini atque humani iuris doctores. Sæpe cum his colloquium habuere: dogmata eoꝝ à lege diuina aliena esse mõstrarunt, neq; bonis cõducere moribus. Rogauerũt, ne plus sapere q̃ ecclesia vellẽt, sed saperẽt ad sobrietatem. Peregrinas opiniones relinquerẽt: ingenia sua, quę quidem essent nobilissima, Vviclephitaꝝ insania ne fœdarẽt. Eloquẽtia, qua prędit essent, in corroborãdis ecclesiæ institutis, nõ euertẽdis: in edocẽdis populis, non dedocẽdis, exercerẽt. Posse eos & in conspectu dei, & in ecclesia militante, sublimem consequi locum, si reiectis nouitatibus, patrum vestigia sequerentur, inuentionesq; suas vniuersali Concilio submitterent. Stetere in proposito ꝑtinaces Bohœmorum animi: neq; victi rationibus vinci voluere. Seueraces, se sancti Euangelij æmulatores, se Christi discipulos esse. Romanam ecclesiam, cæterasq; per orbem dispersas, longe à traditionibus Apostolorum abijsse: quę opes & delitias sectarentur, dominatum in populos, & primos in conuiuijs accubitus exquirerent: canes, equos alerent: ecclesiarum bona, quę Christi pauperibus deberẽtur, per lasciuiam luxumq; consumerent. Aut nescire prorsus diuina mandata, aut scientes contemnere. Primores magnæ Synodi, vbi pertinaciam, & immutabiles animos perditoꝝ hominum animaduerterunt: membra ecclesiæ putrida, quæ sanari nõ poterant, ne reliquum corpus inficerent, resecanda censuerũt. Lata est in consessu patrum aduersus contumaces sententia, cremandos esse, qui doctrinam ecclesiæ respuerẽt. Prior igitur Iohannes combustus est: Hieronymus diu postea in vinculis habitus, cum resipiscere nollet, pari supplicio affectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem: & quasi ad epulas inuitati, ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur, quàm isti incendium. Poggius Florentinus, ætatis nr̃æ nobilis scriptor, de morte Hieronymi, ad Nicolaũ Nicoli cõciuẽ suum, elegãtẽ scripsit epistolam: quamuis paululum sua consuetudine in mores cleri inuectus videatur. Cineres exustorum, ne raperent à Bohœmis, in lacum proiecti. Discipuli eorum ex eo solo terram abstulere, in quo ignis fuit, eamq; veluti sacrã secum attulere in patriã. Iohãnes ac Hieronymus ad Bohœmos martyrum honores meruere, nec minores quàm Petrus & Paulus apud Romanos habiti. Nuntiatis enim in Bohœmia, quę Constantię gesta fuerunt de Iohanne ac Hieronymo, discipuli eoꝝ, sequacesq; omnes, in vnum cõueniẽtes, memoriam in primis F
defunctorum consecrant, celebrandamq; quotannis omnes decernunt. Exin per amicos nonnullas sibi ecclesias à rege tradi extorquent, in quis suæ prædicare plebi, sacramẽtaq; ministrare libere possint. Neq; hoc modo contenti, apud Slauoniam nobile monasterium fratrum prædicatorum, extra mœnia oppidi situm, à fundamentis dejiciunt. Eaq; prima ecclesiarum ruina in Hussitarum nouitate facta, decurritur in ecclesias, monasteriaq; passim: nobilissima superis dicata templa, ferro atq; igne vastãtur. Nullum ergo regnum ætate nostra, tota Europa, tam frequẽtibus, tam augustis, tam ornatis templis ditatum fuisse, q̃ Bohœmicum reor. Templa in cœlum erecta, longitudine atq; amplitudine mirabili, fornicibus tegebãtur lapideis: altaria in sublimi posita, auro & argento, quo sanctoꝝ reliquię tegebãtur, onusta: sacerdotum vestes margaritis tectę: ornatus omnis diues, ꝑtiosissima suppellex, fenestræ altæ atq; amplissimæ cõspicuo vitro, & admirabili ope, vt lucem præbeãt. Neq; hęc tãtum in oppidis atq; vrbibus, sed in villis quoq; admirari licebat. Fuit inter cętera monasteriũ aulæ regię, apud ripã Multauię, qua Mosa fluuius illi iungit, situ, in quo regum corpora condebãtur, singularis excellẽtiæ. Nam pręter ædem magni, & memorabilis operis, amplum dormitorium, cæterasq; monachoꝝ officinas magnifice cõstructas, habuere circuitum, qui non paruum conclusit hortum, ambitũ vocauere. In huius lateribus vetus nouumq; testamẽtum, ab initio Geneseos vsq; ad Apocalypsim Iohãnis, literis maiusculis in tabulis scriptum continebat, notis quo altius irent, paulatim crescẽtibus: ita vt à summo vsq; deorsum facilis lectio ꝑberet. Sed hoc decus post Venceslai mortẽ, Hussitaꝝ rabies deleuit. Qui postq̃ ecclesias quàmplurimas deiecerũt, monasteria incẽderũt, castellum

peten

Contra fastũ prælatoꝝ ecclesiasticorũ loquentes putrida ecclesiæ membra censentur.

Folio 152 quę re Epistolam Poggij

A petentes,cui Bechingne nomen est,octauo ferē miliario ab oppido,quod nunc Thabor appellant,triginta circiter milia hominum conuenere:atq; ibi trecentas mensas in patētibus campis erexere,ex quibus populo sacramentum calicis ministrarunt. Terruit ea congregatio Venceslaum,verentem ne tumultu facto,in se arma conuerterēt,regnūq; sibi adimerent. Nec suares periculo caruit. Venceslaus ei saluti fuit cognomento Coranda,singulari facundia presbyter,& in plebibus auditus. Qui dū populū de republica admoneret,inter cætera quæ loquutus est: Quanquā,inqt,viri fratres,ebriosum atq; inertem sortiti regē fuimus:si tamē cæteros expēdere principes pergimus,nemo est quē nostro regi anteferamus:quē recte omniū regū specimen dixerim,quietū,benignū,nostri amantē. Nā quis eo regnāte,nos lacessere audet? licet nos ex voto viuere nostro. Si nō est eadem sibi quę nobis de religione sentētia,ritum nostrum neq; ipse perturbat,neq; alios perturbare finit. Quibus par esse arbitror,preces pro eo ad deū fundamus:vtq; singuli ei vitā rogemus,cuius desidia,nostra salus,nostra quies est. Quod cū ab exploratoribus rex cognouisset,quieto animo fuit:& factus ex tepido frigidus,Corandam inter amicos habuit.

Venceslaus Corāda presbyter.

Per idem ferme tempus surrexit & alius pseudosacerdos apud Pragam,Iohannes quidā ex ordine Præmonstratensium impius monachus,& ad omne scelus audax. Qui cum prædicaret apud sanctum Stephanum in piscina,neq; bene sapere videretur,inde amotus,monasterium Carmelitarum inuasit. Hoc suasere hæretici,vt suam potentiam ostentarēt. Singulis ferme diebus sacram Eucharistiam per suas ecclesias circūuectabant. Quas cū paucas
B esse dicerent,ductore Nicolao viro nobili,eius loci domino,vnde Iohannē Hus originē trahere diximus,in regiam tumultuarie prorūpentes,Venceslaum orauere,sibi vt ampliores ecclesias elargiretur,qui iam populi maiorem partem obtinerent. Audiuit rex benigne Nicolaum pro multitudine loquentem,vtq; in posterum diem rediret,iussit. Dein misso oppulo,ad Nicolaum,qui remanserat,conuersus: Tu,inquit,qua me regno ejiceres,ordius es telam:at ego laqueum inde efficiam quo te postea strangulem. Ille è regis cōspectu abiens,populares magis ac magis incendit. Rex in arcem Visegradensem vrbi vicinam,paruoq; tantum fluuio disiunctam,sese recepit:& paulo post in castellum nouum,qd ipse construxerat,quinto distans lapide,cum paucis adijt:missis ad fratrem oratoribus,qui eius auxilium implorarent. Consulibus autem nouæ ciuitatis Pragensis,ne vlterius ab hæreticis dominicum corpus in pompa deferri finerent,imperauit.

Iohānes Præmonstratēsis.

Hactenus Aeneas Syluius.

SENTENTIA DAMNATIONIS DOCTRINAE IOHANNIS VVICLEphi,& articulorum quadragintaquinq;.

C Sacrosancta Constantiensis synodus generale Cōcilium faciens,& ecclesiam catholicā representans,ad extirpationem præsentis schismatis,errorumq; & hæresum sub eius vmbra pullulantium eliminationem,reformationem ecclesiæ in sancto spiritu legitime cōgregata,ad ppetuam rei memoriam.



Idem catholicam(sine qua,vt ait apostolus,impossibile est placē re deo)à falsis eiusdem fidei cultoribus,imò peruersis impugnatoribus,& per superbā curiositatē intendētibus plus sapere quàm oportet,mūdi gloriā cupiētibus,oppugnatā,sæpius & contra illos per fideles ecclesię milites spirituales oppōsito scuto fidei defensatam fuisse,sanctorum patrū scripturis atq; gestis instruimur. Hæc qppe bellorū gña,in bellis carnalibus populi aduersus gētes idololatras pfignata fuerunt. In his itaq; spūalibus bellis sancta ecclesia catholica in fidei virtute,supni luminis radijs illustrata,dño prouidēte,& sanctorū patrocinio opē ferēte,semp immaculata pmanēs:erroris tenebris,velut hostibus profugatis,glorioſissime triūphauit. Nostris vero tpibus vetus ille,& immūdus hostis noua certamina,vt probati tpis huius manifesti fiant,suscitauit. Quor dux & princeps extitit quondā Iohānes Vvicleph pseudochristianus:qui dū viueret,aduersus religionē Christianam & fidē catholicam ptinaciter asseruit,

& do-

& dogmatizauit plures articulos. Idemq; Iohannes Vvicleph libros, Dialogum, & Trialogum per ipsum nominatos, & plures alios tractatus, volumina, & opuscula composuit. In quibus præscriptos & plures alios damnabiles inseruit, & dogmatizauit articulos. Quos libros ad sui puerfi dogmatis publicationem publice legendos exposuit: ex quibus insuper multa scandala, damna animarum, & pericula in diuersis regionibus, & præsertim Angliæ & Bohœmiæ regnis sequuta sunt. Aduersus quos in dei veritate exurgentes magistri & doctores vniuersitatum, & studiorum Oxonienſis & Pragenſis, articulos prædictos scholastice diu post reprobarunt. Reuerendissimi insuper patres Archiepiscopi, Episcopi, pro tempore Cantuarienſis & Eboracenſis, sedis Apostolicæ legati in Angliæ, & Pragenſis in Bohœmiæ regnis condemnarunt. Libros etiam eiusdem Iohannis Vvicleph comburendos fore, dictus Archiepiscopus Pragenſis, sedis Apostolicæ commissarius in hac parte, sententionaliter iudicauit, & eorum qui supereſſent, prohibuit lectionem fieri. Rursus his ad notitiam sedis Apostolicæ, & generalis Concilij deductis: Romanus Pontifex in Concilio Romano vltimo celebrato, dictos libros, tractatus & opuscula condemnauit, iubens illos publice concremari: districtius inhibendo, ne quis Christi nomine insignitus, auderet aliquem, seu aliquos, seu aliqua ex dictis libris, voluminibus, tractatibus, & opusculis legere, exponere, vel tenere: aut illis quomodolibet vti, vel illos, nisi in ipsorum reprobationem allegare publice vel occulte. Et vt de medio ecclesiæ illa periculosa, spurcissimaq; doctrina eliminaretur, iussit omnes per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina, & opuscula huiusmodi authoritate Apostolica per censuram ecclesiasticam, etiam si opus esset, cum adiectione, quod contra non parentes procederetur, tanquam contra fautores hæresis diligenter inquiri, & repertos ac reperta publice ignibus concremari. Hæc autem sancta Synodus præfatos articulos quadraginta quinque examinari fecit, & sæpius recenseri per plures reuerendissimos patres Ecclesiæ Romanę Cardinales, Episcopos, Abbates, Magistros in Theologia, doctores iuris vtriusque, & plures notabiles in multitudine copiosa. Quibus articulis examinatis, fuit repertũ (prout in veritate est) aliquos & plures ex ipsis fuisse & eẽ notorie hæreticos, à sanctis pribus reprobatos: alios nõ Catholicos, sed erroneos: alios scãdalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos eorum temerarios, & seditiosos. Compertum est etiam libros eius plures articulos continere similium qualitatum, doctrinamq; in dei ecclesia insanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine domini nostri Iesu Christi hæc sancta Synodus sententias prædictorum Archiepiscoporum, ac Concilij Romani ratificans & approbans, prædictos articulos & eorum quemlibet: libros eiusdem, dialogum & trialogum per eundem Iohannem Vvicleph nominatos, & alios eiusdem authoris libros, volumina, tractatus, & opuscula, quocunque nomine censeantur, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo Decreto reprobat, & condemnat. Et eorundem libros, & cuiuslibet ipsorum lectionem, doctrinam, expositionem, & allegationem (nisi ad eorum reprobationem) omnibus Christifidelibus prohibendo, inhibemus omnibus & singulis Catholicis sub anathematis interminatione, ne de cætero dictos articulos vel ipsorum aliquem audeant publice prædicare, dogmatizare, vel tenere, vel quomodolibet allegare, nisi ad eorum reprobationem, vt dictum est: iubentes illos libros & tractatus, volumina, & opuscula prælibata publice concremari, prout Decretum fuerat in Synodo Romana, sicut superius est expressum. Super quibus exequendis, & debite obseruandis mandat prædicta sancta Synodus ordinarijs locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet secundum iura, & Canonicas sanctiones.

CONCILIVM PRONVNTIAT HAERETICVM Iohannem Vvicleph, & memoriam eiusdem, & mandat exhumari ossa eius.

Insuper quia authoritate sententiæ & decreti Romani Concilij, madatoq; ecclesiæ, & sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione dicti Iohannis Vvicleph, & suæ memoriæ, ædictis propositis, denuntiationibusq; aduocandum eum, qui eundem siue eius memoriam defendere vellent, si qui penitus existerent: nullus vero comparuit qui eundem, siue eius memoriam defensaret: examinatis insuper testibus super impœnitentia, finaliq; pertinacia dicti Vvicleph, per commissarios deputatos per dominum Iohannem Papam modernum & hoc Concilium, seruatisq; seruandis, prout in tali negotio postulat ordo iuris, & eius impœnitentia, ac finali pertinacia per euidentia signa testibus legitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea instante procuratore fiscali, ædictoq; proposito ad audiendam sententiam, ad hanc diem, hæc sancta Synodus

declarat

A declarat,definit,& sententiat eundē Iohannē Wiclephum fuisse notorium hæreticū,pertinacem,ac in hæresi decessisse,anathematizando ipsum,pariter & suam memoriam condemnando. Decernitq; & ordinat corpus eius & ossa,si ab alijs fidelibus corporibus discerni possint,exhumari,& procul ab ecclesiæ sepultura iactari secundum canonicas & legitimas sanctiones. Super quibus lectura,publicatione,pronuntiatione,& definitione,siue cōdemnatione,dominus Hostiensis præsidens,& dicti quatuor nationum quatuor præsidentes interrogati an placeret,Responderunt omnes,& primo Hostiensis,deinde nationum præsidentes quod placeret:& approbauerunt omnia prædicta.

¶Sententia diffinitiua lata contra Iohannem Huss.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus,ecclesiam catholicā representans,in spū sancto legitime congregata ad perpetuam rei memoriam.

B 

Via(teste rei ueritate)arbor mala fructus malos facere consueuit:hinc est quod vir damnatæ memoriæ,Iohannes Vvicleph sua mortifera doctrina,nō in Christo Iesu per Euangelium,vt olim sancti patres filios genuere:sed contra Christi salutarem fidem,velut radix virulenta plures genuit filios pestiferos,quos sui peruersi dogmatis reliquit successores,aduersus quos hæc sancta synodus,tanquam spurios & illegitimos filios cogitur insurgere,& eorū errores ab agro dominico,tanq̄ vepres nociuas cura peruigili,& cultro authoritatis ecclesiasticæ resecare,ne vt cancer serpant in perniciem aliorū. Cum itaq; in sacro generali Concilio nuper Romæ celebrato,decretū fuerit,doctrinam damnatæ memoriæ Iohannis Vvicleph damnandā esse,& libros eius huiusmodi doctrinā continentes,fore tanquā hæreticos comburendos,& doctrinā ipsam damnatā,& libros eius tanq̄ doctrinā insanā,& pestiferā includentes,combustos fuisse cū effectu,& huiusmodi decretum authoritate Cōcilij fuerit approbatū:Nihilominus tamen quidā Iohannes Huss in hoc sacro Concilio hic personaliter cōstitutus,nō Christi,sed potius Iohānis Vvicleph Hæresiarchæ discipulus,post & cōtra damnationē & decretū huiusmodi,ausu temerario cōtraueniens,errores eius plures & hæreses tam ab ecclesia dei.q̄ etiam à certis olim reuerēdis in Christo patribus dominis archiepiscopis,episcopis diuersorū regnorū,& magistris in theologia plurium studiorū cōdemnatos,dogmatizauit,asseruit,& p̄dicauit:p̄sertim damnationi scholasticæ ipsorū articulorū Vvicleph factæ pluries in vniuersitate Pragensi cū suis cōplicibus in scholis,& in p̄dicationibus publice resistendo,ac ipsum Iohannē Vvicleph virū catholicum,& doctorē euangelicū in fauorē eius doctrinæ corā multitudine cleri & populi declarauit:certos etiam articulos infrascriptos,& plures alios & merito damnabiles,tanq̄ catholicos esse asseruit & publicauit,qui in libris ipsius Iohānis Huss & notorie cōtinentur. Qua
C propter habita per prius plenaria informatione de præmissis,& diligenti deliberatione reuerendissimorū in Christo patrum dominorū.s. Romanæ ecclesiæ cardinalium, patriarcharū,archiepiscoporū,episcoporū,& cæterorū prælatorū,& doctorū sacræ paginæ,& iuris vtriusq; in multitudine copiosa,hæc sacrosancta Constantien. synodus declarat,& definit,articulos infra scriptos,qui habita collatione per plures magistros in sacra pagina,reperti fuerunt cōtineri in eius libris & opusculis manu propria scriptis,& quos etiā idem Iohannes Huss in publica audientia corā patribus & p̄latis huius sacri Concilij cōfessus fuit in suis libris & opusculis cōtineri,nō esse catholicos,nec tanq̄ tales esse dogmatizādos,sed ex eis plures esse erroneos:alios scandalosos,& nōnullos eorundem esse notorie hæreticos,& iamdudū à sanctis patribus & generalibus Concilijs reprobatos & damnatos,ipsosq; p̄dicare,dogmatizare,aut quomodolibet approbare,districte inhibendo. Sed cū infra scripti articuli expresse cōtineantur in libris seu tractatibus suis,videlicet in libro,quē intitulat de ecclesia,& alijs suis opusculis:ideo libros p̄dictos,& doctrinā suam,& singulos alios tractatus,& opuscula in latino,siue vulgari Bohemico per ipsum æditos,aut in quocunq; alio idiomate per alium,vel alios translatos,hæc sacrosancta synodus reprobat atq; condemnat,ipsos comburendos publice & solenniter in præsentia cleri & populi in ciuitate Constantien. & alibi decernit,& definit,adijciens propter præmissa omnem eius doctrinam merito esse & fore suspectam de fide,& omnibus Christifidelibus euitandam. Et vt de medio ecclesiæ illa pernitiosa doctrina eliminetur,hæc sacrosancta synodus prorsus iubet,per locorū ordinarios,tractatus,& opuscula huiusmodi per censurā ecclesiasticam,etiam si opus sit,cū adiectione pœnæ & sautoriæ hæresis diligenter inquiri,

& repertos, ignibus publice concremari. Si quis aũt huius sententiæ ac decreti violator aut D
contemptor extiterit, statuit eadem sancta synodus, per locoꝝ ordinarios, & inquisitores
hæreticæ prauitatis contra talem vel tales, veluti suspectũ vel suspectos de hæresi proce-
cedendũ. Visis insuper actis & actitatis in causa inquisitionis de & super hæresi contra p̃di-
ctum Iohannem Huss habitis & factis: habita ter prius fideli & plenaria commissarioꝝ in
huiusmodi causa deputatoꝝ relatione, alioruḿq; magistroꝝ in theologia, ac doctoꝝ iuris
vtriusq;, in, de & super actis, actitatis, ac dictis testium fide dignoꝝ & plurimoꝝ, quæ di-
cta ipsi Iohanni Huss palàm & publice lecta sunt, coram patribus & p̃latis huius sancti Cõ
cilij: per quoꝝ testium dicta apertissime constat eundem Iohannem multa mala, scandalo
sa, seditiosa, & periculosas hæreses dogmatizasse in publico, & per multa annoꝝ curricula
p̃dicasse, Christi nomine inuocato, hæc sacrosancta synodus Constantiensis, solum deum
præ oculis habens, p̃ hanc definitiuam sententiam, quam profert in his scriptis, pronun-
tiat, decernit, & declarat dictum Iohãnem Huss fuisse, & esse veꝝ, & manifestum hæreticũ
ipsuḿq;, errores & hæreses dudum damnatos, & plurima scandalosa, piaꝝ aurium offen-
siua, temeraria & seditiosa dogmatizasse, & publice p̃dicasse in non modicam offensam di
uinæ maiestatis, ac vniuersalis ecclesiæ scandalum, & fidei catholicæ detrimentum: claues
etiam ecclesiæ, & censuras ecclesiasticas vilipendisse, in quibus per annos multos perstitit
animo indurato, Christi fideles p̃ suam pertinaciam nimium scandalizans: cum appellati-
Appellatio Iohannis Huss ad Christum.
onem ad dominũ nostrum Iesum Christum, tanq̃ ad summum iudicem, omissis ecclesia-
sticis medijs interposuerit, in qua multa falsa, iniurioſa posuit, & scandalosa ipsius sedis apo E
stolicæ, censuraꝝ ecclesiasticaꝝ, & clauium in contemptum. Idcirco propter p̃missa, & alia
plura p̃fatum Iohãnem Huss hæreticũ fuisse & esse, hæc sancta synodus pronuntiat, & tan
quam hæreticum iudicandũ, & cõdemnandum fore iudicat, & cõdemnat per p̃sentes, di-
ctã́q; appellationẽ, tanq̃ iniuriosam & scandalosam, & illusoriã iurisdictionis ecclesiasticę
reprobãdo: ipsuḿq; Iohãnẽ Huss populũ Christianũ, maxime in regno Bohemiæ in p̃di
cationibus suis publicis, & scripturis p̃ eũ cõpilatis seduxisse, ac eiusdẽ populi Chr̃iani, nõ
veracẽ p̃dicatorẽ euãgelij Chr̃i, secũdũ expositionẽ sanctoꝝ doctoꝝ, sed fuisse verius sedu
ctorẽ. Veꝝ, quia p̃ ea q̃ hæc sacrosancta synodus vidit & audiuit, cognouit eundẽ Iohãnẽ
Huss pertinacem & incorrigibilem: & adeo taliter, q̃ non cupiebat ad gremium sanctæ
matris ecclesiæ redire, neq; hæreses & errores p̃ eum publice defensatos, & p̃dicatos velle
abiurare: Idcirco hoc sacrum Concilium Constantien. eundem Iohannẽ Huss ab ordine
sacerdotali, & alijs ordinibus, quibus extitit insignitus, deponẽdum & degradandũ fore de
clarat, & decernit: cõmittens nihilominus reuerendis in Christo patribus, archiepiscopo
Mediolanen. Feltren. Astesen. Alexandrino, Bagaren. & Vauren. epis, vt in p̃sentia huius
sacrosanctæ synodi dictam degradationem (secundum quod ordo iuris requirit) debite
exequantur.

TENOR SENTENTIEA DEFINITIVAE latæ contra Hieronymum de Praga.

F

In nomine domini, Amen.



Hieronymus de Praga.

CHristus deus, & saluator noster vitis matura, cuius pater agricola
est, discipulos, cæteroś́q; fideles suos in illis instituens, inquit: Si
quis in me nõ manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet.
Cuius summi doctoris & magistri doctrinã sequens, & p̃cepta
exequens, hæc sancta Constantiensis synodus in causa inquisi-
tionis hæreticæ prauitatis p̃ eandem sanctã synodum motæ, fa-
ma publica referente, & clamorosa insinuatione monstrante cõ
tra magistrum Hieronymũ, dictum de Praga, dictum magistrũ
in artibus, laicum. Ex cuius causæ actis & processibus cõstat eun
dem magistrum Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmati-
zasse nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudum à sanctis patribus reprobatos: t
quosdã vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piaꝝ aurium offensiuos, temera-
rios, & seditiosos dudum p̃ damnatæ memoriæ viros, Iohannem Wicleph, & Iohãnem
Huss assertos, p̃dicatos, & dogmatizatos, ac in nonnullis eoꝝ libris & opusculis insertos.
Quiś́q; doctrina & libri p̃dictoꝝ Iohannis Wiclephi, & Iohannis Huss: ac Vvicleph me-
moria, dictiś́q; Iohannis Huss p̃sona, p̃ eandem sanctam synodum, & eius sententiam, de
hæresi damnati & damnatæ fuerunt. Quaḿq; damnationis sententiam, idem Hierony-
mus postmodũ pendente huiusmodi inquisitionis causa, in eadẽ sancta synodo cognoscẽs

& pro

A & profitens, verã catholicam & apostolicam fidẽ approbauit, & eidem cõsensit: anathematizauit omnẽ hæresim, pcipue eam, de qua erat infamatus, & se cõfitebatur infamatum, & quam præteritis temporibus dogmatizauerũt & tenuerunt Iohannes Viicleph & Iohãnes Huss in suis opusculis, sermonibus, & libellis: & propter quam, seu quas cũ suis dogmatibus & erroribus ab eadẽ sancta synodo damnati fuerunt tanq̃ hæretici, & eorũ doctrina similiter damnata: pmissorumq̃ omnium damnationẽ professus, & iurauit se in hac fidei veritate permansurũ. Et si ipse quicquã contra sentire vel pdicare psumpserit, canonũ sæueritati subiacere, & æternæ pœnæ voluerit obligari: necnõ suam professionẽ manu sua cõscriptam, eidem sanctæ synodo obtulit atq; dedit. Post quas professionẽ, & abiurationẽ, multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, vt virus pestilentissimũ, quod in suo latitabat pectore, publice euomeret, audientiam publicã sibi dari in eadem sancta synodo publice cõgregata, asseruit, dixit & professus est in effectu, q̃ pfatæ sentẽtiæ dãnationis dictorũ Iohannis Vicleph & Iohãnis Huss inique cõsenserat, & illam sentẽtiam approbando, mentitus fuit. Nec verebatur se cõfiteri mentitũ, quinimõ confessionẽ, approbationẽ, & professionẽ suas sup illorũ damnatione reuocabat nunc & in æternũ, asserens se in libris Iohãnis Viclephi & Iohãnis Huss nullã vnquam hæresim vel errorẽ legisse: licet ante fuerit cõfessus, & probatũ sit euidenter ipsum libros eorũ diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse: & in quibus constat plures errores & hæreses cõtineri. Verũ, idem Hieronymus de sacramento altaris, & transsubstantiatione panis in corpus, professus est se tenere & credere quod ecclesia tenet, dicens se plus credere Augustino, & cæteris ecclesiæ doctoribus, q̃ Iohannis Vicleph & Huss damnatis erroribus adhærere. Illorumq̃ fautorem fuisse & esse. Propter quæ eadẽ sancta synodus eundem Hieronymũ palmitẽ putridũ & aridum, in vite nõ manentem, foras mittendũ decernit: ipsumq̃ hæreticũ, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematizatũ pronuntiat, & declarat atq; damnat.

Hiero. Fidem catholicã profess⁹ est

B

Hiero. pristinũ virus assumpsit.

C

O. G. AD LECTOREM.

VIdes lector Christiane, nisi (quod absit) cæcutire volueris, q̃ impios, q̃ enormes q̃ hęreticos ac plane diabolicos (nõ dico bestiales) articulos, blasphemo suo ore, per omnẽ impudẽtiam, temeritatemq̃, perditus ipse Viclephus in Christum & sanctos eius turpiter euomuerit, q̃ etiam pernitiosa ac pestifera multiplicium errorũ dogmata, de tenebroso furibundæ suæ mẽtis ergastulo & malorũ omnium sentina, velut Cerberi spumã, in mediũ profuderit. Illos itaq; & hæc simul omnia (vt in illorũ dixi frontispicio) tanq̃ quandã pestem fuge, & ex Viclephi amentia ac cæco furore, aliorum disce hæreticorũ vitare insaniam. Nam qui in ecclesia Christi (vt diuus August. ait contra Manichæos, & habetur. 24. q. 3.) morbidũ aliquid, prauumq̃ quid sapiunt, si correpti, vt sanũ rectumq̃ sapiant, resistunt cõtumaciter, suaq̃ pestifera & mortifera dogmata emendare nolũt, sed defensare perstiunt, hæretici sunt. In superuacuis igitur rebus (vt Ecclesiasticus inquit) noli scrutari multipliciter, sed ambula potius in simplicitate cordis & mentis prudẽtia. Dixit emẽ Christus seruator noster: Estote prudẽtes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ. Mala videlicet prudenter legendo & in via dñi ac fide catholica simpliciter ambulãdo. In sapientia igitur ambulemus, vel Paulo teste, ad eos, qui foris sunt tempus redimentes. Nam oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Verũ hæc aliàs.

¶ Nunc ad epistolã Pogij properemus, cuius paulo ante p Aeneã Syluium facta est mentio. Qui licet referat Hieronymũ constanter in flammis obisse, ex hoc tamẽ non inferes, aut finistre credes, eum minus fuisse hæreticũ, quum hoc proprie proprium sit omnium infide errantium. Eloquentia quoq; Hieronymũ non excusat. Nam illa absq; sapientia, nihil est aliud quàm gladius in manu furentis. Qualis etiam Pogius ipse fuerit, tum scurriles ipsius infacetiæ, tum impijssimæ eiusdem in sanctissimum Felicem papam, doctissimũq; Philelphum inuectiuæ, satis superq; demonstrant. Vale feliciter & omnia boni cõsule.

¶ Sequitur exustio atq; supplicium Hieronymi de Praga.

EPISTOLA POGII AD LEON. ARRETINVM

POGII FLORENTINI

DE HIERONYMI PRAGENSIS obitu & supplicio descriptio.

Poggius Leonardo Arretino S. P. D.



VM pluribus diebus ad balnea fuissem, scripsi ad Nicolaum nostrum ex ipsis balneis epistolam, quam existimo te lecturum. Deinde cum Constantiam reuertissem, paucis post diebus cœpta est causa Hieronymi, quẽ hæreticũ ferũt, & quidẽ publice. Hanc vero tibi recensere instituí, tum propter rei grauitatem, tum maxime propter eloquentiam hominis & doctrinã. Fateor me neminem vidisse vnquã, qui in causa dicendi, pſertim capitali, magis accederet ad facundiam priscorum, quos tantopere admiramur. Mirũ est vidisse, quibus verbis, qua facundia, quibus argumentis, quo vultu, quo ore, qua fiducia responderit aduersarijs, ac demum causam perorarit: vt dolendum sit tam nobile ingenium, tamq; excellens ad illa hæresis diuertisse studia, si tamen vera sunt quæ sibi obijciuntur. Non eñ mea interest tam tam causam dijudicare: acquiesco eorum sententijs qui sapientiores habentur. Neq; tamen existimato me in oratorum morẽ, singulatim causam referre: longũ id esset, & multorum dierum opus. Pertingam quosdã locos illustriores, quibus viri doctrinã possis perspicere. Cũ multa in hunc Hieronymũ congesta essent, quibus arguebatur hæresis, atq; ea testibus firmata: tandẽ placuit, vt publice singulis quæ sibi obijciebantur, responderet. Ita in concionẽ deductus, cum iuberetur ad illa respondere, diutius recusauit: asserens se debere prius causam suam agere, q̃ respondere maledictis aduersariorum. Ita se prius pro se dicentem audiendum esse asseuerabat, tum ad æmulorum suorum probra in eum cõgesta deueniendũ. Sed cum hæc conditio sibi denegaretur, tum stans in medio concionis: Quænã est hæc iniquitas, inquit, vt cum. CCC. XL. diebus, quibus in durissimis carceribus fui, in sordibus, in squalore, in stercore, in compedibus, in rerum omnium inopia, aduersarios atq; obtrectatores meos semper audieritis, me vnã horam audire nolitis? Hinc est, vt dum illis singulorum aures patuerint, atq; in tam longo tempore vobis persuaserint me hæreticũ, hostem fidei, ecclesiasticorum persequutorem: mihi aũt me defendendi nulla detur facultas: vos me prius improbũ hominẽ iudicaueritis in mentibus vestris, q̃ qui forem potueritis cognoscere? Atqui (inquit) homines, nõ dij estis: nõ perpetui, sed mortales: labi, errare, falli, decipi, seduci potestis. Hic mundi lumina, hic orbis terrarum sapientiores esse dicuntur: maxime vos decet elaborare, nequid temere, ne quid incõsulte, neve quid p̃ter iustitiam faciatis. Equidẽ ego homuntio sum, cuius de capite agitur: nec pro me hæc loquor, qui mortalis existo: verum, indignum mihi videtur sapientia, aliquid tot viros aduersum me statuere p̃ter æquitatem, non tam re q̃ exemplo nocitura. Hæc & multa p̃terea ornate disserebat, strepitu & murmure plurimorum sermonẽ eius interpellante. Tandem decretũ est, vt primũ ad errores qui in eũ conferebantur, responderet: deinde loquendi, quæ vellet, daretur facultas. Legebantur igitur ex pulpito singula capitula accusationis, deinde testimonijs cõfirmabantur: tum rogabatur, an quid vellet obijcere. Incredibile dictu, q̃ callide responderit, quibus se tueretur argumentis. Nihil vnquã protulit indignũ bono viro: vt si id in fide sentiebat, quod verbis profitebatur, nulla in eum, nedũ mortis causa inueniri iusta posset, sed ne quidem leuissimæ offensionis. Omnia esse falsa dicebat, omnia crimina conficta ab æmulis suis. Inter cætera cum recitaretur, illũ sedis apostolicæ detractorem, oppugnatorẽ Romani pontificis, Cardinalium hostẽ, persequutorem p̃latorum, & cleri Christianæ religionis inimicũ: tum surgẽs quærebunda voce, & manibus porrectis: Quò nunc me vertam, inquit, Patres Cõscripti? quorum auxilium implorem? quos deprecer? quos obtester? vos ne? At isti persequutores mei, vestras mentes à mea salute abalienauerunt: cum vniuersorum hostem me esse dixerunt, eorum qui me sunt iudicaturi. Nempe arbitrati sunt, si etiam quæ in me finxerunt, leuia viderentur, tamẽ vos vestris sententijs oppressuros cõmunem omniũ hostem atq; oppugnatorem, qualem me isti falsissime mentiti sunt: ita si eorum verbis fidem dabitis, nihil est quod de mea salute sperandum sit. Multos salibus perstrinxit, multos lœdorijs, multos persæpe in re mœsta ridere coegit, iocando in illorum obiurgationes. Cum rogaretur, quid sentiret de sacramento: inquit, Antea panem, & postea verum Christi corpus, & reliqua secundũ fidẽ. Tum quidam: Aiunt te dixisse, post consecrationem remanere panem. Tum ille: Apud pistorẽ

Eloquentia Hieronymi miræ grauitatis.

In laudẽ Hieronymi.

A piſtorem(inquit)panis remanet. Alij cuidam ex ordine Prædicatorꝝ acrius inuehenti: Ta ce(inquit)hypocrita. Alteri per cõſcientiam ſuam cõtra ſe iuranti: Hæc(inquit)tutiſſima eſt ad fallendum via. Quendam p̃cipuum aduerſarium, nunquã niſi canem, aut aſinum ap pellauit. Cum vero propter * criminũ multitudinem ac pondus, res eo die tranſigi nequi- Alias, obie ret, in diem tertium dilata. Qua die cum ſingulorꝝ criminũ argumenta recitata eſſent, ac ctionum. ſubinde plurimis teſtibus affirmarentur: tum ſurgens ille: Quoniam (inquit) aduerſarios meos tam diligenter audiſtis, cõueniens eſt, vt me quoq; dicentem æquis animis audiatis. Data tamen, licet multis perſtrepentibus, facultas dicendi. Hic primum à deo exorſus, de precatus eſt eam ſibi mentẽ dari, eam dicendi facultatem, quæ in cõmodum ac ſalutẽ ani mæ ſuæ verteretur. Deinde: Scio(inquit)R.D. plures fuiſſe excellentiſſimos viros, indi- Pulchra de gna ſuis virtutibus perpeſſos, falſis oppreſſos teſtibus, iniquiſſimis iudicijs cõdemnatos. In fenſio. cipiens autem à Socrate, quẽ iniuſte à ſuis condemnatum retulit: nec cum poſſet, euadere Socrates. voluiſſe: vt duorꝝ, quæ aſperrima hominibus viderentur, metum demeret, carceris ſcilicet, Plato. & mortis. Tum Platonis captiuitatem, Anaxagoræ fugam, ac Zenonis tormenta, multo Anaxagoras. rum præterea gentilium iniquas damnationes, Rupilij exilium, Boethij ſimul & aliorum, Zeno. Rupili? quos ipſe Boethius refert, indignam mortem commemorauit. Deinde ad Hebræorum ex Boethius. empla tranſiit. Et primum Moyſen, illum liberatorem populi, legumlatorem, ſæpiſſime à Moyſes. ſuis calumniatum eſſe dixit, tanquam ſeductor eſſet, aut contemptor populi. Ioſeph inſu Ioſeph. per à fratribus venditum ob inuidiam, poſt ob ſtupri ſuſpitionem in vincula coniectũ re cenſuit. Præter hos, Eſaiam, Danielem, & ferme prophetas omnes tanquam contempto- Eſaias. Daniel B res dei, tanquam ſeditioſos, iniquis circumuentos ſententijs. Hinc etiam Suſannæ iudiciũ Suſanna. ſubiecit: multorum præterea, qui cum viri ſanctiſſimi extitiſſent, iniuſtis tamen ſententijs perierunt. Poſtea ad Iohanẽ Bapt. deinde ad Saluatorẽ noſtrũ deſcendens, falſis teſtibus, Iohãnes Bap. falſis iudicibus cõdemnatos inquit omninus cõſtare. Deinde Stephanum à ſacerdotũ col Stephanus legio interfectum: Apoſtolos aũt omnes morti damnatos, nõ tanq̃ bonos, ſed vt ſeditio ſos populorꝝ concitatores, cõtemptores deorꝝ, & malorꝝ operꝝ effectores. Iniquũ eſſe cõ demnari iniuſte ſacerdotem à ſacerdote: & id factũ fuiſſe docuit iniquiſſime à ſacerdotũ col legio, atq; id exemplo probauit. Iniquiſſimũ vero à ſacerdotũ concilio, id etiam accidiſſe monſtrauit. Hæc diſerte, & magna cũ omnium expectatione diſſeruit. Atq; cũ omne pon dus cauſæ in teſtibus ſitum eſſet, multis rationibus docuit, nullam his teſtibus fidem adhi bendam: p̃ſertim cum nõ ex veritate, ſed ex odio ac maleuolentia & inuidia omnia dixiſ ſent. Tum odij cauſas ita explicuit, vt haud procul fuerit à perſuadendo. Ita erant veriſi miles, vt (excepta fidei cauſa) parua illis teſtimonijs fides adhibita eſſet. Cõmotæ erãt om nium mentes, & ad miſericordiã flectebantur. Addiderat em̃, ſe ſponte ad Concilium ve niſſe ad ſe purgandũ: vitam ſuam & ſtudia expoſuerat, officiorꝝ plena ac virtutum. Dixe- Sanctorũ pa rat hunc morem priſcis doctiſſimis viris, ac ſanctiſſimis fuiſſe, vt in rebus fidei inuicem ſen trum mos in tentijs diſcreparent, nõ ad peſſundandam fidẽ, ſed ad veritatẽ reperiendam. Ita Auguſti rebus fidei num & Hieronymũ diſſenſiſſe: nec ſolum diuerſa ſenſiſſe, ſed etiam contraria, nulla hæreſis ſuſpitione. Expectabant aũt omnes, vt vel ſe purgaret, retractando obiecta, vel erratorꝝ veniam poſtularet. At ille nec ſe erraſſe aſſeuerans, nec ſe retractare alior̃ falſa crimina vel C le oſtẽdens: Tandem deſcendẽs in laudationẽ Iohãnis Huſſi, ad ignem damnati, virꝝ illũ bonum, iuſtum & ſanctum appellãs, & illa morte indignum: ſe quoq; paratũ quoduis ſup plicium adire forti animo & cõſtanti, ſeq; inimicis ſuis cedere, & teſtibus impudẽter men tientibus: qui tamẽ aliquãdo coram deo, quẽ fallere non poterant, eſſent rationẽ eorꝝ quæ dixiſſent, reddituri. Magnus erat circumſtantium animi dolor. Cupiebant em̃ virum tam egregium ſaluari, ſi bona mens adfuiſſet. Ille aũt in ſententia ſua perſeuerans, vltrò mortẽ appetere videbatur. Laudansq; Iohannẽ Huſſum, ait, nihil illum aduerſus eccleſiæ dei ſta tum ſenſiſſe, ſed aduerſus abuſus clericorꝝ, aduerſus ſuperbiam, faſtum ac pompam p̃lato- De bonis ec rum. Nam cum eccleſiarꝝ patrimonia primo deberẽtur pauperibus, tum hoſpitibus, dein- cleſiæ ſenten de eccleſiarꝝ fabricis: indignum illi bono viro videri, diſpendi illa meretricibus, conuiuijs, tia Ioh. Huſs. equorꝝ ac canum ſaginæ, cultui veſtimentorꝝ, & alijs rebus indignis religione Chriſti. Hic aũt maximi ingenij fuit. Cum interrumperet ſæpius oratio ſua varijs rumoribus, laceſſa- returq; à nonnullis eius ſentẽtias carpẽtibus, neminẽ illorꝝ intactum reliquit: pariterq; oẽs vſciſcẽs, vel erubeſcere coegit, vel tacere. Surgẽte murmure ſilebat, turbam quandoq; in crepans: poſtea orationẽ proſequebatur, orans atq; obteſtans, vt eum loqui paterẽtur, cũ non amplius ſe eſſent audituri. Nunquam ad hos rumores expauit, mẽte firma atq; intre pida. Illud vero admirabile memoriæ argumẽtum. CCCXL. diebus fuerat in fundo tur ris fœtidæ atq; obſcuræ: cuius aſperitatẽ ipſemet quæſtus eſt, aſſerẽs ſe, vt bonum & fortẽ virꝝ decet, non propterea ingemiſcere, q̃ indigna ppeſſus eſſet: ſed mirari aduerſus ſe inhu manitatem. Quo in loco nedum legendi, ſed ne vidẽdi quidem habuit facultatem Mitto

Testimonia scripturarũ nihil profuerũt Hieronymo

anxietatem mentis, qua oportuit illum quotidie agitari, quæ omnem memoriam excutere debuisset. Tamen cũ tot doctissimos ac sapientissimos viros in testes suarũ opinionũ allegaret, tot doctores ecclesiasticos in medium protulit in sententiam suam, vt satis, supercq; satis fuisset, si toto hoc tẽpore, summo in otio, summa in quiete, sapiæ studijs operã dedisset. Vox eius suauis, aperta, resonans erat: quadam cũ dignitate gestus oratorius, vel ad indignationẽ exprimendam, vel ad cõmouendam cõmiserationẽ: quam tamen nec postulabat, nec consequi cupiebat. Stabat impauidus, intrepidus: mortẽ non cõtemnens solum,

Constantia Hieronymi.

sed appetẽs, vt alterũ Catonem dixisses. O virũ dignum memoria hominum sempiterna. Non laudo si quid aduersus instituta ecclesiæ sentiebat: doctrinam admiror, plurimarũ rerum scientiam, eloquẽtiam, dicẽdi suauitatem, & argutiam respondẽdi. Sed vereor, ne hæc omnia in pestẽ suam sibi fuerint à natura concessa. Datum deinde spatium pœnitendi biduo. Multi ad illum accessere viri eruditissimi, vt ipsum à sua sententia dimouerẽt: inter quos Cardinalis Florẽtinus eum adijt, vt illũ flecteret ad viam rectã. Sed cum pertinacius in erroribus perseueraret, per Conciliũ hæresis damnatus, & igni combustus. Iucunda fronte, & alacri vultu, ad exitum suum accessit: non ignẽ expauit, non tormẽti genus, non mortis. Nullus vnquam Stoicorũ fuit tam cõstanti animo, tam forti mortẽ perpessus, q̃ iste appetisse videtur. Cum venisset ad locũ mortis, seipsum exuit vestimẽtis. Tum procumbẽs, flexis genibus veneratus est palum, ad quẽ ligatus fuit. Primũ funibus madentibus, tum catena, nudus ad palũ constrictus fuit: ligna deinde circumposita, pectus tenus non minuscula, sed grossa, paleis interiectis. Cum flamma adhibita, canere cœpit hymnũ quendã, quẽ

Constans Hieronymus.

fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximũ constantis animi signũ: cum lictor ignẽ post tergum (ne id videret) iniĩcere vellet: Huc (inquit) accede, & in conspectu accende ignem. Si em̃ illum timuissem, nunq̃ ad hunc locum (quem fugiendi facultas erat) accessissem. Hoc modo vir (prẽter fidẽ) egregius consumptus est. Vidi hunc exitũ, singulos actus perspexi. Siue perfidia, siue pertinacia hoc egerit, certe ex philosophiæ schola interitum viri descripsisses. Longam tibi cantilenã narraui otij causa: nihil em̃ agens, aliquid agere volui: & res tibi narrare, parũ dissimiles historijs priscorum. Nam neq; Mutius ille tam fidenti animo passus est membrum vri, q̃ iste vniuersum corpus. Neq; Socrates tam sponte venenũ bibit, q̃ iste ignem suscepit. Sed hæc satis. Parces verbis meis, si longior fui. Res tamen maiorem narrationem poscebat: sed nolui nimis esse loquax. Vale mi iucundissime Leonarde. Constantiæ. 3. Calend. Iunĩ. Qua die hic Hieronymus hæresis pœnas luit. Vale, meq; dilige.

O. G. AD LECTOREM.

PVlcherrima aspectu bestia hypocrisis, blandit, ridet, iocat, applaudit. Rursus aũt cui vult indignat, excãdescit, mordet, lacerat, & quũ versipellis sit (vt suis hic depingat coloribus) pardũ exprimit, ascititio sese cultu, nõ vero decorãs. Blãdiẽti blãdit, palpãtẽ vicissim palpat. Morosa nõnunq̃ ac satis meticulosa. Optimũ nõ nasci hãc bestiã, aut ociissime aboleri. Nã hydrã inficere & crocodili lachrymas emittere nouit, Curios simulat, Corinthiũ in tenebris amãs luxũ. Humi dolose serpit & accline est scabellum eius, sub quo tamen scorpiũ dormientẽ fouet. Omnis igitur hypocrita, optimos quosque falsos fieri cogit, & velut tristis quispiã Areopagita, in supercilijs suis, ac vultu ad fraudem cõposito, bonã fictæ suæ religionis partẽ callenter sedere putat. Lupus est igitur homo talis homini, nõ homo, qui etiã & mali fontẽ frequenter reperiens, multitudinẽ sibi malorũ asciscit. Qui em̃ cũ callido hypocrita cõmertiũ habet, auribus lupũ tenet, atq; ebur ipsum facilius atramento candefacies, q̃ cũ tali, tanq̃ superstitioso monstro domiciliũ serues. Herodẽ (si volueris) intuere, qui deuotionẽ Magis promittens (vt Chrysostomus scribit sup Matthæũ) gladiũ acuit, & malitiã cordis humilitatis depingit colore. ¶ Cæterũ, ad subdolam simulatoris matrẽ, ipsam videlicet simulationẽ, reuertamur. Nunquid nõ & per mulierẽ illã designari potest, quæ purpura splendescẽs & coccino, aureisq; amicita chlamydulis, tũ lapide etiã pretioso & margaritis adornata, poculũ dextra tenet, plenũ abominatione & immũditia execrabilis suæ supstitionis? Nõ veniet igit in cõspectu dei oĩs hypocrita, vti Iob testat, & sicuti Augustino placuit, & habet. 12. q. 1. Mortuus est oĩs hypocrita. Quales ergo haberi volumus (vt. 2. offi. ait Amb.) tales & simus. At quorsum hæc tã multa? Vt Leonardi (inquã) Aretini, Oratoris clarissimi, iustũ atq; perelegãs cõtra hypocritas libellũ, sine omni specie mali prudẽter legas, ne ab illis ipsis ante prospectũ incautius decipiare. Credimus em̃, talẽ, tantumq; virũ, mala intentione, loquutũ fuisse nihil. Vale feliciter.

Leonar

LEONARDI ARETINI ORATORIS CLARISSIMI, ADVERSVM HYPOCRITAS LIBELLVS.



EX OMNI GENERE HOMINVM, QVOS variis, damnabilibusq; vitiis ingenioſa, & ad malum prona coinquinauit improbitas, nullum neque perniciofius, neque odibilius eſſe reor, nec ſeueriori cenſura, animaduerſioneque plectendum, quàm eos, qui cum peruerſæ mentis, animique malignantis ſint, tamen fingendo id callide conantur, & agunt, vt ſancti, & integerrimi homines, omnique carentes vitio habeantur. His nanque, cum ſint totius humani generis infeſtiſſimi hoſtes, & in capita cæterorum hominum, ad perniciem fraudemque coniurati: dignum eſt, à cunctis, tanquàm aduerſus publicam luem, inexpiabile bellum indici. Cum vero ex huiuſmodi deteſtabili, abominandaque ſentina duo, quos minime Gentium opinatus vnquàm forem, me olim credentem, fidentemque deceperint: & alius item quidam ex eadem palæſtra, proximis diebus mirabili quodam artificio aduerſus me idẽ facere tentarit (ac niſi per ſuperiora damna edoctus, mihi caute proſpexiſſem, rurſus proculdubio capiebar) non eſt conſilij mei vltra ſimulare: ſed clamabo quanta magis potero voce, admoneboq; huiuſmodi circulatores, publiceq; deteſtabor, ne in me amplius ſuas fraudes, præſtigiasq; tentent. Nec tamen eorum nomina, quæ certe vix contineo, hic expreſſerim. Dabo hoc pudori meo, concedam verecundiæ: ſatis denique pœnarum accepiſſe putabo, ſi iſta legentes audientesq;, de ſe dicta haud dubie recognoſcent. Hypocritarũ genus perniciofiſſimum.

QVID vobis aduerſum me eſt rei, peruerſiſſimi homines? quid in me tam crebro flagitiorum veſtrorum venenata tela iactatis? An ego dignus viſus ſum, qui ſeduci idoneusque falli: ſimplex, qui circumueniri à vobis poſſim? Frons (credo) placida, & benignitas vultus, neſcia denegare quicquàm facilitas, hanc vobis aduerſus me fiduciam præſtant. Videte (quæſo) ne fallendi auiditate fallamini. Fuit enim in me iſta quondam humanitas: ſed vos plane veſtris eam verſutijs in contrarium conuertiſtis. Nullius autem vini ſpecies vehementius aceſcit, quàm quæ ab initio dulcedinem habuit. Fruſtra iam (mihi credite) aggredimini: fruſtra aduerſus me rhetia tenditis veſtra. Qui ſemel fallitur, dignus eſt venia: qui rurſus, caſtigatione: q; tertio, nullo modo ferẽdus eſt. Non cõmittã igitur, vt tertij decæptorum ordinis ipſe ſim. Non compoſita facies, non deiecti in terram oculi, non ora artificioſa exterminatione pallentia, non denique per omnes geſtus exquiſitiſſime ficta probitas: non ſermo ille rarus, & crebro in veſtri capitis damnationem admiſcens deum, me iam vltra ſeducere, aut mouere, aut quicquàm proficere apud me poſſunt. Abunde doctus ſum, &, quod minime velim, meis damnis incommodisq; edoctus, calleo faſcinationes veſtras, & occultos quidem meatus, quibus quaſi cuniculis ad ruinam hominum ſubitis, omneis agnoſco. Recte nimirum vos hypocritas appellauit, qui huius ſignificationem verbi à theatrali hiſtrionum turba ad veſtrum genus, conſortiumque traduxit: quippe nil aliud quàm hiſtriones eſtis, & alienas induti perſonas, deum ſimul hominesque deluditis. Hiſtrio enim dum fabulas agit, ſæpe ex aula prodiens, regem ſe aut heroa profitetur exterius, cum intus neque rex, neque heros ſit: ſed vilis quidam ex infima plebe homuntio, & interdum etiam ſeruus. Itaque eos Græci quidem ὑποκριτὰς, quaſi actores & ſimulatores alienarum perſonarum, noſtri autem hiſtriones, id eſt ludiones, Ethruſca lingua vocitarunt. At non recte vobis huiuſmodi nomen inditum eſt? An non peius etiam quàm ludiones eſtis? Illi ad delectationem ſpectantium, alienas prę ſe ferunt perſonas: vos ad euerſionem ſpectantium, fictam inducitis probitatem. Illi ſcenæ prophaniſſimum locum, vos templorum ſanctuaria inceſtatis. O miſerum ac deteſtabile genus hominum, qui etiam illa quæ cæteris ſancta & intemerata ſunt, veſtris flagitijs prophanare non dubitatis. Si non hominum formido vos abſterret, quoniam clam illis hæc perficere poſſe confiditis: An non diuinæ vltionis, quam merito formidare, & expaueſcere debetis, quoniam cuncta diſcernit, pœna vos territat? Sed nondum fortaſſe iugulum veſtrum inuadendi tempus. Vt enim quorundam pœnæ delictorum ſic à legibus conſtitutæ ſunt, vt antequam ſupplicium de reis ſumatur, ſpoliationem ac verberationem pręmittant: ſic vos priuſquam confodiamini, nudandi ac flagris orationis meæ verberandi eſtis. Non decet hypocritam veſtitum necari: ante nudandus eſt, vt appareat: verberandus, vt doleat. Hypocritę. Hiſtriones.

Quare diuina ista, quæ vestram perfidiam disperdant, in aliam partem reseruemus, ac vt D
cœptum erat, de histrionibus agamus. Illi reges aut heroas simulant, vos facie induitis boni viri, à quo tamen magis distatis, quàm illi ab heroibus & regibus. Non vtor excessu verborum, dum ita dico, sed reuera sic est. Plus abest hypocritarum peruersitas à probitate, quam serio fingunt, quàm mimorum infimitas à culmine regio, quod per iocum imitantur. Siquidem illi fingendo se reges, nihil alieniores fiunt: vos autem quanto magis fingitis, tanto à bono viro disceditis longius. Et certe, si quid sit bonus vir considerare velitis, pudeat vos nimium professionis vestræ: quanquam non est professio hypocritarum, vt boni sint, sed vt boni videantur. Illud autem stultitiæ nostræ, quod per ea bonitatem æstimamus, quę ad faciendum bonum virum nihil pertinent. Non enim vestis hispida, & talos aduſque profluxua toga: Non prægrande capitis tegmen, non tristis & seuera alienis peccatis castigandis, suis ignoscendi curiositas: non importuna frequentatio templorum, non admiratio confricatioque picturarum bonum virum efficiunt. Vera synceritas animi istud præstet, oportet: non improba & captiosa ostentatio sui. Sed vester hic vnus labor est, vt boni videamini: vt vero sitis, nihil omnino laboratis. Itaque synceritate illa animi, quæ bonum virorum efficere potest spreta atque neglecta, & tanquam inimica rationibus conculcata, ad curam earum rerum confugitis, quę probitatem non efficiunt, sed ostentationem illud tantummodo vobis deposcentes:

Da mihi fallere, da iustum sanctumq; videri:
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem. E

Qui naturam vestram docte simul ac festiue Poeta descripsit. Cum vero omnis vestra (vt ita dixerim) bonitas, vestitu, vultu, affatu terminetur, nec vltra se extendat, de illis pauca dicenda sunt: ne fortasse blandiamini vobis, hanc vestram admirabilem, stupendamque sanctimoniam, qualis & quanta sit, à nobis ignorari. In quibus profecto vos ipsi, si vera fateri volueritis, nobis vt verissima dicentibus assentiemini. A vestitu igitur incipiamus.

Vitia maxima atque deformissima vobis insunt: Inter quæ superbia, auaritia, ambitio obtinent principatum. Ea vt cæletis, longæ illæ chlamydes quæsitæ, magna illa capitis tegmina adinuenta. Qua enim alia de causa, illa vestris corporibus circundatis, nisi vt sub humili habitu, superbia: sub contemptu, auaritia & ambitio delitescat? Non igitur sunt hæ vestes corporis tegumenta aduersus intemperiem frigoris, aut caloris: sed vitijs latibula aduersus oculos omnium comparata. Atqui si boni quemadmodum videri cupitis, ita esse velletis, ista quidem vitia ex animo eijcienda erant, non togarum velamine occultanda. Hispidior vestis est, & penula esse succincta, manicæ laxius negligentiusque effusæ? Quid ergo? te ne ob hæc sanctum, vt tu vis, sic & à me putari credis? Ego ijs ostentationibus & figmentis fidem non præsto, nec tibi hypocrita credo. Sub illorum enim
Cantara Terentiana pannorum inuolucro, velut sub Cantara suffarcinata latere aliquid suspicor, & certe latet, modo aperiri & introspici liceat. Apparebit turpium vitiorum sentina, & lupi rapacitas sub agnina pelle abscondita. Vt enim esca hominum ad piscium deceptionum: sic panni vestras ad deceptionum hominum obtegunt prauitates. Hæc vos spectacula quasi escam in populum demittitis, vt per huiusmodi speciei illecebram alliciantur homines, & à vobis capiantur. Et vestrum quidem genera ad hypocrisim multa sunt: in cunctis tamen vna est F
regula, vt sub humilitatis specie, mentes intuentium ad falsæ bonitatis opinionem, credulitatemque adducantur. Magis vero ac minus à communi vestimentorum vsu discedit, vt quisque plus, minusve in huius detestandæ pestis voraginem se commisit. Quamobrem qui paulo meliores quàm sunt, videri affectant, submissiore paulo toga, calciamentoque abuntur: qui autem hoc cupidius flagrant, à communi vsu discedunt longius: qui vero tota mente hypocrisim ardent, ac iam spreto hominum consortio, inter cœlestes numerari volunt, & in sanctorum Cathalogo viui adhuc stertentes adscribi: hi iam non leuibus certaminibus, sed toto (vt ita dixerim) agmine hypocrisim inuadunt. Hi sunt quos videmus, non tam vestitos pannis, quàm inuolutos vestibus: quorum sunt illa prægrandia, & pendentia capitum tegmina, monstra hominũ & portẽta, tunicis tanq; culeis insuti, qui-
Pannaria sanctitas. bus si esset aliquid synceritatis, nusquam tantopere studerent, hanc eorum pannariam sanctitudinem oculis nostris obiicere, sed integritatem animi sub communi & vsitato habitu latere paterentur: studerentq; potius vt homines nescirent, quod isti minime faciunt, sed inculcant ea oculis nostris, & propalam ostendunt, per quę sanctos & integerrimos se cupiant æstimari, sepulchra vtique dealbata, quæ cum extra speciosa sint, intus si aperias, putida reperiuntur. Bonus enim vir, & hypocrita, quanquàm in nullo conueniant, in hoc tamen maxime differunt, quod ille bonus esse vult, videri autem non laborat: hic esse quidem non laborat, videri autem vult. Itaq; omnia quæ internæ sunt virtutis negligens, ad ea tãtũmodo quæ supereminent & subiacent oculis, confutãda & in propatulo ponẽda intẽdit.

Ad hæc

A Ad hæc vanitas & cupiditas vos impellit. Vanitas, vt gloriam aliquam per huiusmodi habi
tum. Cupiditas, vt faciliorem viam ad decipiendum habeatis. Huic sordidæ deformationi
habitus, tristitia vultus, & deiectio frontis adiungitur, quæ & ipsa ostentandi & decipiendi
instrumenta sunt multo maxima, vt etiam cognomen vestrum exinde fit tractum, hypo-
critæ tristes. Motus oculorum grauis, obtorta ceruix, sputus frequens, non tam abstinen-
tia ciborum, quàm ab heluatione proueniens. Nam hoc habet hypocritarum studium, fa-
ciem exterminant, corpus impinguant: quæ sub veste latent, ad opera voluptatis: quæ su-
pereminent, ad fictionẽ sanctitatis exercent. Quid tu hypocrita adeo tristes es? Quid sibi
vult ista obtorta ceruix? Quid illa oculorum deiectio? Quid illa integritatis & innocentiæ
ficta synceritas? An potest quisquàm vestrum quoties alium eiusdem artis, professionisque
aspexerit, risum retinere? Quas fraudes, quas circulationes vobis conscitis? An nescimus,
quantum sub ista ficta humilitate lateat superbiæ, quantum iracundiæ? Nónne si vel parua
in re quenquàm vestrum quis offenderit, tanti æstus irarum, indignationumque exundant,
ficque continuo efferuescit spiritus, vt non humilem ac deiectum hypocritam, fecem ac
sterquilinium vulgi, ac postremæ sortis hominem: sed Agamemnonẽ dicas, aut Achillem
aut si quis fuerit heroum superbior? Nec vero gens est vlla ad crudelitatem pronior, si vl-
ciscendi licentiam nanciscantur. Qua in re habundarem exemplis, nisi ab initio proposuis-
sem neminem vestrum nominare. Sed quemadmodum sub illa ficta, & simulata hypocri-
tarum humanitate, superbia quædam inanis, & æstuans acerbitas reperitur: sic etiam sub
integritate quam fingunt, detestanda improbitas ac malignitas subest. Et quemadmo-
B dum si quis eos paulo irritauerit, superbia quæ sub sub humilitatis specie latitabat, erum-
pit. Ita si quis fidei eorum quicquam commiserit, repente improbitas quæ dissimulaba-
tur, apparet. Nec magis pro humilitate superbia, quàm pro iustitia rapacitas, pro æquita-
te iniquitas, pro pietate impietas, si periculum facias, deprehenditur. Nam ego quid de
verbis eorũ loquar, in quibus nihil est simplex, nil verum, nil synceꝝ, & quod indignissimũ
est, peccata in alijs acerbissime castigant, quibus ipsi præcipue obnoxij sunt. Quàm mul-
tus eis sermo de conscientia, de integritate, de iustitia, de continentia, de humilitate.
Hinc aduersus improbos inuehuntur, vociferantur, insaniunt. Sed ijdem ipsi vbi omis-
sis verbis ad res peruenerint: quasi alij quidam homines, ac propriorum præceptorum
obliti, per phas & nephas cuncta facere properant, quæ prius in alijs detestabantur, vt
cum eorum vita, mirum in modum pugnet oratio. Operæpretium est audire hypo-
critam inter mulierculas, aut inter viros sic stultos, vt non multum à mulierculis diffe-
rant, concionantem. Somnia fingit: cœlestia domicilia, quæ nunquàm aspexit, quasi in-
de prolapsus, enarrat. Ficta pro factis, inuisa pro visis, turpissima impudentia asseuera-
re non dubitat. Huiusmodi verbis infatuatæ domum redeunt, sanctum ac deo amicum
prædicant, munera mittunt, cum maiore cœtu reuertuntur. Bacchanalia per hunc mo-
dum fiunt. Illi itinera nares inflant. Somnia interim quæ referre possit, quasi poeta quidam
excogitat. Magistrum & archimandritam se vocari gaudet. Vt vberem ridendi materiam
de ineptijs ac leuitatibus suis, grauibus & prudentibus viris, huiusmodi homĩes crebro ex-
C hibent? Atque vtinam hic ludus sisteret, sed procedit longius. Nam tam horum, quam
cæterorum qui paulo vrbaniores sunt, vna est regula, vnum denique institutum, vt ver-
ba quidem eorum optima sint, facta autem pessima. Nec ego solum de Religiosis, ve-
rum etiam de secularibus loquor. Nam in vtroque genere hæc infanda reperitur pestis.
Equidem ex cunctis hominibus, quos versari in vita perspexi, nullos neque acerbiores,
neque peruersiores adhuc inueni, quàm istos qui bonam conscientiam profitentur, qui pi-
cturas attrectant, qui plorant inter sacra: apud hos caue, quæso, pecuniam deponas, caue,
quidquam credas, caue tutelam liberorum committas, caue ad pudicitiam filiorum filia-
rumve tuarum aspirare permittas. Persuade tibi (nam persuadere tuto potes) hoc esse noce
tissimum genus hominum, & cunctis flagitijs, sceleribusq; coopertum, calamitatem, per-
uersionemq; propinquorum, spoliatores viduarum pupillorumq;, omnium denique qui ali
qua in re fidei illorum se permiserint, euersores. O quot singulis diebus occurrimus, quibus
cum vel morari paulo plus minime licet, quando de ieiunijs, de sacris, de conscientia, vt se bo
nos ostendant, multa loquuntur: homines composita facie, tristi ac seuero iudicio, vestitu,
& calceamento, vel ad superfluam honestatis normã excogitatis. Hos fuge, crede mihi, hos
vita, cum ijs nihil rei vnquam tibi sit, si quietem amas. Etenim nescio quo pacto alienarum
quidem rerum semper illis scrupulosa & arguta conscientia est nimis: suarum autem nulla,
& supina, & crassior. Itaque si quid cum illis explicandum, tot cauillationes, subterfugia,
tergiuersationes superinducunt, vt nec suum quisquam ab illis consequi, nec se explicare,
aut liberare vllo modo queat. Iniusti, impij, versuti, mendaces, inexorabiles, inhumani, qui
nunquam ex bono & æquo æstiment: sed cuncta per rigorẽ iniquitatis suę prosequantur.

Meming-

Meminerimus ergo cum isti nobis occurrunt, qui pannis, qui vultu, qui gestu, qui incessu, qui motu oculorum & corporis, qui verbis & oratione fictam humilitatem, & exquisitissimam bonitatem præ se ferunt, ac se nostris oculis non præsentant modo, sed inculcant: nõ esse eos sanctos, non innocentes, non humiles spiritu, sed peruersos, sed inflatos, sed perfidos, sed circulatores & deceptores hominum. Nihil est enim, quod hypocritis tuto credi possit: cum omnia eorum opera simulata sint, atque conficta, nisi forte quis dicat in contrarium quæ ostensa sunt, accipi oportere, vt ea subesse proculdubio credamus, quorum ab illis contraria ostentantur. Et ita pannos, ita vultum, ita verba, ita cæteram sanctimoniam perpendam. Nec ego salutares monitiones ac exhortationes diuinarum rerum reprehendo, sed fictiones detestor: & ab his qui sanctitatem & castimoniam profitentur, consentaneam suæ professionis vitam requiro. Vultum autem & gestum, & incessum, & verba ad speciem integritatis, sanctitatisq; formare, intus vero turpissima vitia retinere, aliena peccata seuerè discutere, sua faciliter ignoscere, & bonus videri velle, cum non sis, idque ad deceptionem hominum facere, tetrum ac flagitiosum, & detestandum duco. Hoc est quod in te hypocrita reprehendo, hoc est quod carpo atque detestor. Nam diuina quidem illa veneror & adoro, & si quis rite illis intendit, eum beatum puto. Sed hic bonus & integer vir omnia cotra facere reperiatur, quàm tu facis. Et recte quidem. Diuersis enim propositis, diuersa sequuntur. Tibi quidem propositum est, vt rectus videaris, illi vt sit bonus. Itaque tu te ostentas, ille se contegit. Tu faciem exterminas, vt appareas hominibus ieiunans: Ille lauat & vngit, ne ieiunare appareat. Tu vestes induis, quæ oculos hominum in admirationem humilitatis & honestatis tuæ conuertant: ille ne conuertantur in admirationẽ oculi, communi vestitu, calceamentoq; vtitur. Tu templa infestas, ille modeste adit. Tu picturas attrectas, & murmura misces: ille secum tacitus deum orat. Tu ploras inter sacra: ille lætatur. Tu tristitiam vultus profers: ille hilaritatem. Quid ad hæc respondebis hypocrita? Nónne bonus & syncerus vir hæc faciet omnia, quorum tu contraria facis? Quid igitur miser, hanc sanctitatem tuam nostris oculis inculcas? Quid verba iactas? Quid te ostentas? Quid intumescis? Quid in alio reprehendis, te bonum falso simulans? Non horres integritatem & seueritatem, seu synceritatem fingere, cum ipse sis conscius iniuriarum tuarum? Atqui leges aduersus eum qui falsa nummis signa incusserit, ignis supplicio pœnam decernunt. Quid ergo tibi fieri expectas, qui non æs aut argentum, sed faciem hominis, vitamq; falsificas? Equidem vos & vestra interdum considerans, in eam nonnunquàm opinionem adduci soleo, vt putem lachrymas illas, & consternationem inter sacra, ex conscientia malefactorum vobis prouenire. Nam bonus quidem vir lętus & alacris est ex recte factorum conscientia, & ex bona spe, quam nulla pœnarum formido cõturbat. Hypocritas autem sua vrunt facinora, & quasi furiæ ante oculos obuersantur. Necesse est eñ illos (q̃uis sunt improbi) interdum de se & de suis erratis cogitare. Est enim vnusquisq; recte ac perperam factorum iudex sibi ipsi constitutus. Hoc est certissimum profecto ac verax iudicium, quod neque falli, neque seduci, neque circumueniri vllo modo potest. Non enim testibus creditur, non tabulis arguitur reus, non à patrono per gratiam vel eloquentiam defenditur: omnia scit iudex, omnibus interfuit: non semen tantum quis, sed sæpe frequenterq; iudicatur. Huius interni iudicis condemnatio lachrymas illas tibi excutit, & inter sacra plorare compellit. Sed (crede mihi, immo diuinis affatibus) hic ludus & iocus est. Id sempiternum est, ineffabileq; iudicium, quod te post mortem expectat. O diem illam tibi acerbissimã futurã, cum ante tribunal, deposita facie ista, & pannis quibus nunc te fallendi gratia contegis, sempiterno illi iudici vitia & scelera tua apparebunt: cum te deceptorem hominum; falsarium humanæ faciei adulterum diuinæ imaginis indeficibili igne te audies condemnari. Et quid est, quod deus in sermonibus suis acrius detestatus sit, quàm hypocritarum peruersitatem? Quid quod crebrius repetatur, cui vehementius ac terribilius comminetur: quod maiori odio magister ille supremus esse sibi ostendit? Hac formula igitur ô hypocrita dum tempus est, & ante iudicium, cum illo comminatore, quem fallere non licet redi in gratiam. Omitte has fictiones, quibus fallendi gratia hactenus studuisti. Veris magis virtutibus, quàm simulatis inhæreas, & communi vestitu vtare. Nec tibi tanta cura sit, vt homines de tuis bonis sciant, quàm vt nesciant. In vitia autem aliena non curiosus sis, sed in tua.

LIBELLI LEONARDI ARETINI, IN HYPOCRITAS FINIS.

Quomodo

QVOMODO BOHEMI VOCATI, PRODVCTIQVE SINT AD BASILIENSEM SYNODVM OECOMENICAM: & QVID ILLIC EGERINT, EX VERBOSISSIMIS COMMENTARIJS COMPENDIO RELATVM.



QVVM Bohœmi in erroribus suis perfisterẽt, & primitiuã ac apostolicam ecclesiam iactantes à Romana sede pertinacius euariarent: exulceratis nimirum illorum animis ob Iohãnis Hussi & Hieronymi Pragensis exustionem, missus est in Germaniam legatus Iulianus, Cardinalis titulo sancti Angeli, vt expeditionem appararet in rebelles Bohœmos, quam Romana consuetudo Cruciatam appellat. Putabat enim Romanus Pontifex hanc Gentem à Germanis facile posse superari. Verum, res aliter euenit. Nam nostris sæpius in fugam versis, tantum vicinis omnibus terrorem incusserunt, vt nihil aliud q̃ pacem optaret Germania. Rebus itaq; non succedentibus, cum semper Bohœmi superiores essent, quanq̃ à nouo iam Pontifice Eugenio sententia anathematis damnati, optimũ factu visum est, si Basileam, vbi nuper indictũ erat Concilium, vocarentur. Quare Cardinalis Iulianus eo loci præmisit Iohannẽ Polomarium Pontificij iuris doctorem, sacriq; palatij auditorem: & Iohannem de Ragusio, Theologiæ professorem, ordinis Prædicatorũ tum procuratorem generalem, q̃ postea Argensis episcopus factus, etiam in Cardinalium numerũ meruit recipi, titulũ sancti Xysti indeptus. Qui cum Basileam veniissent. Anno. M.CCCC.XXXI. Mense Augusto, vocarunt literis ad Concilium Iohannem Mulbrũnẽ abbatem, & Iohannẽ Gelhusiũ eiusdem cœnobij monachum. Nam hoc homine propter dexteritatem ingenij, & regionum ac rerum experientiam in primis opus erat ad obeundas legationes. Abbas alijs negotijs distentus non venit. Iohannem tamen morbo pauloante vexatum, & adhuc valetudine non satis confirmata, Basileam misit. Quo non multis post diebus Iulianus quoque peruenit, vt promiserat. Is statim Iohannem Gelhusium, & Hammanum Offenburgium, consulem Basiliensem, primũ ad Sigismundum Cæsarem, Feldkirchij tum agentem. Deinde ad Fridericum ducem Austriæ mittit, pro componendo bello, quod huic erat cum Philippo duce Burgundiæ. Fiebat hoc, vt reddita pace, tuto liceret Basileam venire, non solum proceribus Ecclesiasticis, sed & mercatoribus, atque adeo omnia quæ ad victum pertinent importare. Hanc legationem obeuntes, literas acceperunt à sancta Synodo, Sigismundo Cæsari reddendas, quibus Bohœmi & Moraui ad Concilium vocabantur: has ille mox in Bohœmiam perferendas curauit. At cum in Italiam proficisceretur, Imperialem à Pontifice coronam susceptur us, protectorem interim velut vicarium sacro Concilio dedit Vvilhelmum Bauariæ ducem. Porro cum Synodus monita fuisset, nostros, conditiones pacis à Bohœmis accipere velle post fœdam illam fugam: arbitrans hoc ignominiosum esse, misit Iohannem Niderium ordinis Prædicatorum Theologum, & Iohannem Gelhusium, qui commodum redierat, vt vicinum Bohœmis populum consolarentur, & Morauos Bohœmosq; ad Concilium ante vocatos, ad veniendum sedulo vrgerent. Hi tertio Calendas Nouembres Basilea discedentes, Monacum versus (oppidum id est Bauariæ) iter instituerunt. Vbi cum primum Vvilhelmum ducem, & huius fratrem Ernestum, atque Ernesti filium Albertum salutassent, & mandata legationis suæ exposuissent, ipsumque Vvilhelmum monuissent, vt quàm primum Basileam veniret, quod ei tutela Concilij commissa esset à Cæsare, mox Fridericum Marchionem Brandeburgij, Iohannem ducem Bauariæ, & senatum Nurenbergensem, ac alios principes & dominos, partim literis synodalibus, partim etiam ore suo sunt adhortati, vt nullo pacto fœdus cum Bohœmis inirent, quod ecclesiæ nocere posset. Adfuturum mox auxilium. Rogabantque nomine Concilij, vt si Bohœmi legatos suos Basileam mittere vellent, deducerent eos per suam quique regionem saluos. Omnes se hoc facturos receperunt. De vocatis Bohœmis dici non potest, quàm gauisi fuerint omnes, præsertim laici, cum etiam lachrymas emitterent, affectus vehementissimi testes. Deinde cum senatum Nurenbergensem consuluissent, de mittendis in Bohœmiam literis synodalibus, visum est melius esse, si prius sciscitarentur ab Egrensibus, num aliquid ad superiores Concilij literas Bohœmi respondissent, quas ipsi perferendas curassent. Egrenses per literas moniti, tabellarium illum Nurenbergam miserunt, qui literas Concilij in Bohœmiam ante pertulerat. Is retulit quanta cum reuerentia literas accepisset

Iulianus Cardinalis sancti Angeli

Iohannes Polomaie Archidiaconus Barcinonensis.

Iohannes de Ragusio

Iohannes Gelhusius, postea abbas Mulbrũnensis

Hammanus Offenburg

Vvilehelmus dux Bauariæ protector Basiliensis Concilij

Fridericꝰ Marchio Brandeburgensis.

Iohannes dux Bauariæ.

Nurenbergẽsies.

Egrenses.

cepisset consul maioris ciuitatis Pragensis, & quibus ipse præmijs fuisset donatus. Vnde D
spem legati conceperunt rem bñ processurã. Itaq; consilio senatus Nurenbergensis vsi,
& aliorum, præsertim abbatis sancti Egidij, Albertiq; pastoris apud sanctum Sebaldum,
Cõradus Cuonhofer, Nurenbergensis. & Conradi Cuonhoferij: remiserunt ad Egrenses tabellarium illum, & suis priuatim,
& Concilij literis oneratum. Neque enim commodior erat ratio, literas in Bohœmiam
mittendi. Multum porro laboratum est in hac re, cum ab Egrensibus ipsis, tum à Friderico Marchione Brandeburgensi, & Iohanne duce Bauariæ, & à senatu Nurenbergensi: Tantopere cupiebant hi inter Christianos pacem instaurari. Exempla literarũ, quibus sacra Synodus Bohœmos denuo inuitat, & alias item exhortatorias, ac literas oratorum ad eosdẽ, & ad hos Pragensium respondentes, causa breuitatis omisimus. Porro Bohœmi non per omnia nostris fidentes, in literis petebant, vt oratores Concilij cum principibus vicinis ad Egram venirent, suos illic quoq; adfuturos, vt de commeatu, seu publica fide danda, quem saluum conductum appellant, & alijs rebus tractetur. Decretus fuit ei conuentui dies dominicus, qui Pascha proximè sequebatur. Erat is Mensis Aprilis dies. xxvij. Itaque venerunt Egram oratores sacri Concilij, Henricus abbas sancti Egidij Nurenbergensis: Iohannes Nider, Theologiæ professor, ac Prior domus Prædicatorum apud Basileam: Friderico de Parspergo, decanus Ratisponensis, iuris pontificij peritus: M. Henricus Tocgius, Canonicus Magdeburgensis, Theologus: Albertus pastor apud sanctũ Sebaldũ Nurenbergæ: & Iohannes Gelhusius, cœnobita Mulbrũnensis: cum illustribus principibus Friderico Marchione Brandeburgij, & Iohanne Bauariæ duce, ac alijs proceribus, ferè cũ ducentis & quinquaginta equis. Vex de Bohœmis nullus aderat, quod Pilsenenses, & dñs Suanbergi E
us saluum conductum non misissent. Id cum ex lris intellexissent, effecerunt vt ab Egrensibus & Elenbogensibus nuntij Bohœmorum Nicolaus Hunpoltzius, secretarius maioris ciuitatis Pragensis, & Matthias Clũpezanus, præfectus Piestẽsis producerentur: venerũtq; Egram cum decem & nouem equis, octauo die mensis Maij. Postridie apud Marchionem Henricus Tocgius eleganti oratione Bohœmorum nuntios salutauit, euangelicum illud vsurpans, declaransq; Pax vobis. Mox ipsi proposuerunt, quàm atrocibus iniurijs à nobis fuissent hactenus affecti, eamq; rem extitisse causam tot vtrinq; cladium. Gaudere se quod tandẽ spes affulsisset vt audirentur aliquando. Deinde de cõmeatu præstando disputatũ est. Obsides postulabant Bohœmi, non quosuis, sed principes & nobiles. Id cũ nostris non placeret, & res ita differret, cœpit vulgus apud Egrã clamare, quo minus cũ Bohœmis procederet concordia, per ecclesiasticos stare & principes. Proinde pientissimi principes, Fridericus Marchio Brandeburgensis, & Iohannes Bauariæ dux suapte sponte se obligarunt. Hoc
Diplomata saluí cõductꝰ. idem paulopost rogante Synodo fecit protector Concilij Vilhelmus dux Bauariæ, item ipsa Synodus, & Sigismundus Cæsar. Præterea promissio facta est, hoc idem omnes principes & ciuitates præstaturos, per quorum ditionem essent profecturi Bohœmi atq; adeo ciuitatem ipsam Basiliensem. Quæ de commeatu diplomata paulopost sunt Pragam missa. Postulatum & hoc est à Bohœmis, vt ipse Cæsar præsens adesset in Synodo, quàm fieri posset plene congregata. Conuẽtus Egrensis durauit dies vigintiunum. In quo fuerunt etiã
Petrus Volkamer ornatissimi viri, Petrus Volkamer, consul Nurenbergensis, & Conradus Cuonhofer, iussu, F
Cõradus Cuonhofer. sumptuq; ciuitatis suę. Vex Bohœmi, quanq; audissent nostros miranda pollicẽtes, adhuc non plane fidebant. Quare elegerunt duos nuntios Nicolaum Hũpoltziũ, & Iohannẽ Zaczensem, qui Basileam irent, & cuncta diligenter explorarent. Hos Conradus episcopus Ratisponensis, & Conradus Seglauuer, decanus Eistetensis, Catelspurgum vsq; vbi Marchio degebat, deduxerunt, in hoc à Synodo pauloante emissi, vt expiscarentur, an essent venturi Bohœmorũ legati. In comitatu vero erant è nostris, abbas Eberacensis & cęteri nuntij sacri Concilij. Cum Biberacum venissent, quidam infeliciter curiosus ex altero Bohœmorũ
Abbas Eberacensis nuntio quæsiuit, vnde nam esset. Respondit is se Zaczensem esse. Illic (inquit ille) sunt execrabiles hæretici & pessimi homines &c. Qui propter huiusmodi conuitium, veluti violator publicæ fidei, statim in carcerem raptus est, plus pœnæ dependsurus, nisi ipsi nuntij Bohœmorum, & abbas Eberacensis precibus hominem liberassent. Cum venissent Basileam, vino & piscibus fuerunt à senatu donati. Manserunt q; illic dies quinq; & dimidiatũ. Decimo Octobris die venerunt ad Synodũ, quæ conuenerat apud Prędicatores. Hi nuntij cum domũ fuissent reuersi cũ diplomatibus Concilij, indicassentq; quæ viderant, rem videlicet agi serio, nec subesse dolũ: delecti sunt oratores ad Conciũ mittẽdi de regno Bohœmiæ & Marchionatu Morauiæ, Iohannes de Krainitz, Iacobus de Vurziessonitz, Benesius de Ma
Oratores Bohemorum ad Concilium krouuitz, Iohãnes Veluuar de Praga, Matthias de Clũpezã, Laurinus de Hradisse, Gregorius de Curia, Nicolaus scriba Pragẽsis, M. Iohãnes de Roccizano, M. Petrꝰ Payne de Anglia, Procopius ductor exercitus Taboritarum, Nicolaus de Pelerznnau, Marcoldus de Zbraslauitz, Martinꝰ de Chrudim, & Petrꝰ Zaczẽsis. Qui cũ in Tusca cõuenissent, illinc p

nostros in

A nostros in Chambiã sunt producti cũ .32. equis per nobiles viros, Hinskouerr, Pflugiũ, Pauelstorferr, Fridericũ præpositũ Ratisponensem, & alios: vbi Conradus Ratisponẽsis episcopus substiterat. Ex Chambia Suenkendorphiũ itum est. Atq; cũ iam Nurenbergæ vicini essent, Matthias Clũpezanus pfectus Piestensis vexillũ protulit: cuius vna pars crucifixi imaginẽ habebat depictã, altera calicẽ eucharistiæ figura superposita, sicq; Nurenbergã ingressi sunt. Verr, cum à nostris moniti essent, id postea nusquã fecerũt. Nurenbergenses, pter vinariũ atq; piscarium munus, etiã .22. equites cõcesserunt, qui illos Vlmã comitarentur. Ex Nurenberga Albertus Marchionis filius in Guntzenhusium produxit, Otingẽsis comitis ministri Nordlingã, & postero die Vlmã: Vlmenses porro Biberacum & Sulgouiam vsq;, inde exceptos Iacobus Truchses de Vvalpurgo, eques auratus Stockacũ produxit: Satellites ducis Bauariæ Vvilhelmi Schaffhusium post deduxerũt: Illic naues ingressi, quarta die Ianuarij Basileã venerũt. Porro nono die eiusdẽ mensis, cũ synodũ accessissent, habuit orationẽ Iulianus Cardinalis, de eo quod quicquid vspiam dubiorr est, id authoritate Concilij definiri debeat: quãdoquidẽ omnes mortales iudicio sanctæ matris ecclesiæ, quã generale Conciliũ repræsentat, se submittere tenẽtur. Quæ quidẽ oratio nõ omnibus Bohemis probabatur. Habuit & Roccizanus orationẽ nomine Bohemorr, diem postulãs quo audirentur. Is fuit destinatus .16. eius mensis. Quo die Iohannes Roccizanus pauca pfatus, primum articulum de cõmunione sub vtraq; specie, proponere cœpit, vsq; in tertiũ diem semper ante meridiem. Deinde Vvenceslaus Taborita, secũdum articulũ de corrigẽdis, & eliminãdis pctis publicis, in mediũ protulit, per bidui spacium. Post quẽ Vdalricus
B presbyter orphanorr, tertium articulũ, de libera prædicatione verbi dei, duobus item diebus proposuit. Postremo Petrus Payne Anglus, de quarto articulo, qui erat de ciuili dominio clericorr, per tres dies differuit. Fecerunt aũt copiam suarr disputationum sacro Cõcilio in scriptis, & gratias egerunt cp auditi fuissent: Posteriores q; tres satis inciuiliter in nostros inuexerũt, Iohãnem Vviclephũ, & Iohãnem Hussum à doctrina laudantes: nihil veriti doctores euangelicos vocare, quos pridem ecclesia damnarat. Exigebat res vt Bohemis aliquid responderetur. Itaq; surgens Iohãnes de Ragusio, theologiæ professor, ordinis Prædicatorr, procurator generalis, petijt clara voce in medio sacræ congregationis, potestatem sibi dari, vt responderet priuato nomine ad primum Bohemorr articulum. Assensit synodus. Octoq; diebus respondit horis antemeridianis. Antequam autem inciperet respondere, Iohãnes abbas Cistertiensis orationem ad Bohemos habuit, vt se submitterent determinationi sanctæ matris ecclesiæ, quam id sacrũ Cõcilium representaret: ea res Bohemos nõ parum offendit. Inter respondẽdum, Iohãnes Ragusinus, Theologorum istorr more, quos scholasticos hodie vocant, crebro hæreseos & hæreticorr vocabulum habebat in ore. Nõ poterat hoc tandem ferre Procopius Bohemus, quin surgens cũ
C stomacho, de hac iniuria apud sanctã synodũ publice cõquestus est: Cõterraneus (inquit) iste noster iniuria nos afficit, hæreticos nos subinde vocans. Ad hoc Ragusinus: Quia (inquit) cõterraneus vester sum lingua ac natione, propterea tam auide cupio vos ad matrem ecclesiam redire. Erat is gente Dalmata. Cõstat autem Dalmatas in Bohemiã transgressos, ab occupata regione nomen accepisse: Parumq; abfuit, quin ob eam offensionẽ Basilea abirent: vixq; placari poterant. Quidã etiam ex Bohemis nolebant Ragusinum ad finẽ vsq; disputantem audire. Deinde respondit ad secũdum articulum, insignis theologus Egidius Carlerius, decanus ecclesiæ Cameracensis, per quatuor dies. Ad tertium articulũ Henricus, cognomẽto Frigidum ferr, theologus, ordinis Prædicatorr, dies tres. Ad quartum postremo respondit Iohãnes Polomarius, auditor causarum sacri Palatij, tribus item diebus: afficiebatq; Bohemos tædio, nostrorr (vt illis videbatur) prolixitas. Quanquã vero nostri tam accurate respondissent, nihilominus illi suos articulos adhuc pertinaciter defendebant: præsertim primum, adeo vt Iohannes Roccizanus responsiones Ragusini sex diebus fortiter impugnaret. Porro cum disputatio pareret disputationem, & nõ videretur hoc pacto pax & concordia facile coitura, tentatum est aliud remedium ab illustrissimo Bauariæ principe Vvilhelmo protectore sacri Concilij, videlicet vt omissis disputationibus, res amice componeretur. Vtrinque deputati sunt aliquot de concordia tractaturi: qui cum vndecimo Martij die conuenissent, iussi essent dicere sententiam suam, qui à parte Concilij erant, Optimũ (inquiũt) sibi videri, si illi nobiscum vnirẽtur, & vnum corpus efficerẽtur: cp corpus tũ oẽs diuersitates opinionũ siue sectarr, cõcordare & declarare posset atq; definire quid in singulis agendũ foret siue credendũ. Bohemi cum aliquãdiu deliberassent, aiebant hãc viam non videri satis aptam, nisi prius quatuor illi articuli exactius essent declarati, ita vt aut nos cum ipsis, aut ipsi nobiscum sentirẽt. Alioqui rem ridiculã futuram si iam vniti, in articulorr rursus decisione discreparent. Responsum est hic à nostris, si rite vnirentur, inuocato spiritu sancto, nequaquam eos in huiusmodi decisione erraturos,

Veniunt Basileam.

Disputant.

Iohannes de Ragusio respondet ad primũ articulũ.

Offensio Bohemorum

Protector cõcilij Wilhelmus dux Bauariæ

quãdo quilibet Christianus tali definitioni credere debeat. Quod si hoc facere vellent, ada- D
mantinam plane coalituram vtrinq; concordiam. Verum surdis (quod aiunt) fabula cane-
batur. Sed & alij tres aduersum responsiones datas, pertinaciter disputabant. Id temporis
Oratio Iuliani Cardinalis ad oratores Bohemorum
Iulianus Cardinalis, Concilij præsidẽs, talem ad oratores Bohemorum habuit orationem:
Audiuit (inquit) hæc sancta synodus per decem dies cum magna patientia quatuor vestro-
rum articulorum propositiones. Et in fine subiunxit: Proposuistis (inquit) proximis die-
bus quatuor articulos: sed audimus præter hos quatuor, multa vos alia habere dogmata
peregrina, in quibus à nobis dissentitis. Necessarium est, si vestra vnitas & perfecta frater-
nitas inter nos sequi debet, vt omnia in hoc sacro Concilio propalentur, quatenus per gra
tiam spiritus sancti, qui pacis & veritatis est author, debita ac salubris prouisio fieri possit.
Nec ex leuibus coniecturis ista accepimus. Partim enim à fide dignis personis audiuimus:
partim quidam qui hic sunt, propriis oculis in Bohemia viderunt: partim etiam ex vestra
relatione perpendimus. Magister enim Nicolaus secundo loco proponens allegauit inter
alia Iohannem Vvicleph Euangelicum doctorem. Si illum creditis esse Euangelicũ, con-
sequẽs est, vt dicta eius autentica reputetis: si vero nõ ita putatis, æquũ esset vt hoc nobis
innotescat. De ijs igitur, & quibusdã alijs vos rogamus, vt nos certificare velitis qd creda-
tis, & quã sup his fidẽ adhibeatis. Nec sic reqrimus, vt motiua & rationes vestras nũc expli E
cetis: sed satis nobis nunc est, vt ad singulos articulos nobis respondeatis per verbum, Cre
dimus, aut non credimus. Quod si feceritis (vt speramus) tũc aperte cognoscemus vos cu-
pere, vt bonã de vobis æstimationem capiamus. Si qd aũt est, de quo velitis p nos certifica
ri, interrogate audacter, & cõfestim vobis respõdebimus. Parati em̃ sumus (iuxta beati Pe-
tri doctrinã) vnicuiq; poscẽti reddere rõnem de ea quæ in nobis est fide. Ad hæc paucis re-
sponderũt oratores Bohemorũ, venisse se tantũ vt quatuor illos articulos proponerẽt, non
tam suo, q̃ publico totius regni Bohemici noĩe. Nec aliud dixerũt. Quare rursum illustris
Concilij protector Vvilhemus, quatuor viris vtrinq; ascitis, de re pacifice transigenda tra-
ctauit. Ex quorũ cõsilio decreuit sacra synodus insignẽ legationẽ cũ oratoribus Bohemo-
rum Pragã mittere, vbi ad diẽ sacratissimæ trinitatis populus eẽt cõuẽturus. Neq; em̃ cõ-
ditiones cõcordiæ, quas offerebãt nostri, volebãt accipere: sed abire festinabant. Itaq; 14.
Aprilis die, Philibertus Cõstantiẽsis in Normania antistes, Petrus Augustensis epũs, Iohã-
nes Polomarius archidiaconus Barcinonẽsis, iuris pontificij professor: Fridericus Parsper
ger, præpositus Ratisponẽsis: Egidius Carlerius, decanus Cameracẽsis: Alexander Sparur,
iurisc̃onsultus, Anglus: Thomas Haselbachius, theologus Viennẽsis: Hẽricus Tocgius, ca-
nonicus Magdeburgẽsis, theologus: Martinus Bernerius, decanus Turonẽsis: & Iohãnes
Gelhusius, Mulbrunnẽsis monachus, iussu Cõcilij cũ oratoribus Bohemorũ Pragam sunt
profecti. Longũ eẽt narrare, quantũ honoris fuerit impẽsum nostris, cũ passim in itinere,
tum ab ipsis Bohemis, p̃sertim à Pragẽsibus. Cæterũ cũ Pragæ cõuenisset ad præfixũ diem F
ingẽs multitudo Bohemorũ, ex clericis, magnatibus, & plebeis, adhortati sunt eos nostri, q̃d
etiã ante sæpe fecerãt, vt primũ ecclesiasticam vnitatẽ amplecterẽtur. Deinde, si qua dubia
essent, melius ea sic discuti posse. Nõ placebat hoc Bohemis, quin volebant quatuor illorũ
articulorũ in primis habere declarationẽ. Quã si possent obtinere, promittebãt se pacẽ &
cõcordiã amplexuros. Cũ nostri viderẽt rem aliter agi nõ posse, petierũt articulos illos in
certa sibi forma dari, q̃s ad synodũ miserũt p tres Bohemorũ oratores. Declarationẽ vero
postea sacra synodus in Bohemiã misit in publico regni cõuẽtu populo promulgandã, le-
gatis Philiberto Cõstantiẽsi episcopo, Iohãne Polomario, Henrico Tocgio, & Martino
Bernerio. Qui iussi sunt hoc Bohemis referre noĩe Cõcilij: quod si triũ illorũ articulorũ de-
clarationẽ, & pacẽ ecclesiasticã susciperẽt, inueniri posse rationẽ, qua de quarto arti-
culo, hoc est de cõmunione sub vtraq; specie, res p cõcordiã transigeretur. Proposuerunt
autẽ apud Pragam in publico nobilium, & plebeiorũ conuentu declarationes trium articu
lorum in forma sequẽti. Quoniã circa doctrinã veritatis sic sobrie & caute incedendũ est,
maxime à sacro generali Concilio, vt veritas declaretur, verbis sic ordinate conceptis, vt
nulli sit in futurũ offendiculũ vbi possit impingere, & habere occasionem erroris, & vt ver
bis vtamur beati Isidori, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat.

Circa materiã de cohibitione, & correptione pctõrum, in qua posuistis articulũ sub ijs
verbis: Oñia peccata mortalia, & p̃sertim publica, per eos quorũ interest, rationabiliter, &
secundũ legẽ dei cohibeãtur, corrigãtur & eliminentur. Ecce verbũ, per eos quorum inter-
est, nimis est generale, & posset esse offendiculũ. Et iuxta scripturæ sententiã, nõ debemus
ponere offendiculũ ante cæcũ: & claudẽdæ sunt fossæ, ne bos vicini ibi lædatur: oñis talis
occasio tollẽda est. Dicimus ergo q̃d secundũ scripturæ sacræ sententiã, sanctorũq; docu-
menta doctorum sic catholice est tenendũ: Quod oñia pcta mortalia, præsertim publica,
quantũ rationabiliter fieri põt, secundũ legẽ dei & sanctorũ patrũ instituta sunt cohibenda,

corripiẽ-

A corripienda,& eliminãda. Poteſtas aũt puniendi criminoſos,nõ ad priuatas perſonas,ſed ad eos tantũmodo pertinet,qui iuriſdictionẽ habẽt in eos fori,diſtinctione iuris,& iuſtitię ordine obſeruatis.

" Circa materiam de p̃dicatione verbi dei,in qua poſuiſtis articulũ hoc tenore,Quod verbũ dei à ſacerdotibus dñi & leuitis idoneis libere ac fideliter p̃dicetur:Ne ex verbo libere ſu
" meretur occaſio vagæ & diſpendioſæ libertatis,quã nec vos(vt ſæpe dixiſtis)intenditis, circunſtantionandũ eſt. Dicimusq; ꝙ ſecundum ſcripturę ſacræ ſententiam,ſanctorumq; documenta doctoꝝ ſic catholice eſt tenendum:Quod verbũ dei à ſacerdotibus domini & leuitis ad hoc idoneis,& per ſuperiores,ad quos pertinet,approbatis & miſſis,liberè,nõ tamen paſſim,ſed ordinate & fideliter p̃dicetur,ſalua authoritate pontificis,qui eſt præ ordinator in cunctis,iuxta ſanctoꝝ patrũ inſtituta.

" Circa materiã articuli vltimi ſub his verbis expreſſi,Nõ licet clero Chri,tempore legis
" gratiæ,ſup bonis tẽporalibus ſeculariter dominari:Meminimus,ꝙ dũ in ſacro Concilio ſup hoc diſputatio ageretur publica & ſolennis,ille qui ad diſputandũ per ſacrũ Cõcilium extitit deputatus,duas concluſiones poſuit ſub his verbis. Prima,ꝙ clerici non religioſi,ſeu qui voto ſe ad hoc nõ obligarũt licite poſſunt habere & poſſidere quæcũq; bona tẽporalia,hæreditates paternas,aut alioꝝ,ſi eis relinquant,& alia bona iuſte acquiſita ex cauſa donationis vel alterius licite cõtractus,vel arte licita. Secũda,ꝙ eccleſia poteſt licite habere, & poſſidere bona tẽporalia mobilia & immobilia,domos,p̃dia,villas,oppida,caſtra & ciuitates,& in eis habere priuatũ & ciuile dominiũ. Ille ſiquidem ex veſtris Ambaſiatoribus
B qui diſputabat,cõceſſit eaſdem,dicens illas ſenſui ſui articuli bene intellecto non cõtradicere. Cum ipſe articulũ ſuum inteliexerit de dominio ciuili formaliter intellecto. Ex quo & aliꝭ,poſſet intelligi ꝙ verba ſeculariter dominari,in præinſerto articulo,expoſita,ad aliquem ſpecialem dominandi modũ vel vſum videantur referri. Sed qm̃ doctrina eccleſiæ nõ eſt verbis ambiguis pertractanda,ſed plene:propterea id quod ſecundũ legem dei,& ſanctoꝝ documenta doctoꝝ catholice tenendum eſt,duximus exprimendum:Videlicet p̃miſſas duas concluſiones eſſe veras,ꝙ; eccleſiaſtici viri bona eccleſiæ,quoꝝ ſunt adminiſtratores,debent fideliter adminiſtrare,iuxta ſanctoꝝ patrum ſalubria inſtituta. Ipſaq; bona eccleſiæ ab aliꝭ,quàm ab his quibus adminiſtratio canonice eſt commiſſa,vſurpari ſine ſacrilegij reatu non poſſunt.

Sacrum Concilium,circa materias dictoꝝ trium articulorum curauit,ſemota omniam biguitate,ſecundum veritatem euangelicæ doctrinæ veros ſenſus exponere. Verum ſi circa ipſas materias aliquid dubietatis adhuc reſtat,iuxta informationes quas in ſacro Concilio accepimus,parati ſumus,ſuper illis,prima veritate(quæ deus eſt)largiente,vobis declarare veritatem.

Si declarationem dictoꝝ trium articuloꝝ,quæ veritati ſacræ ſcripturæ innititur,ſuſcipitis & amplectimini,prout tenemini,ac vnitatem purã,ſimplicem,& perfectam realiter & cũ effectu vultis habere,ſuper libertate cõmunionis ſacratiſſimæ euchariſtiæ ſub duplici ſpecie,quã poſtulatis & deſideratis,quamq; ſine licentia ſanctæ matris eccleſiæ licite nõ poteſtis habere,nos habemus poteſtatem à ſacro generali Concilio,certo modo vo-
C biſcum tractandi & concludendi. Speramus taliter vt manſuri ſitis merito conſolati.

His explicatis,quia domini Bohemi habita ſua deliberatione,dixerunt ſe nolle ſuper prędictis dare reſponſum,niſi prius ſuper materia cõmunionis,quid eſſet eis offerendum audirent,opus fuit explicationem rei ita facere:quæ facta fuit,& in ſcriptis tradita ſub forma ſequenti.

In nomine domini,& ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,de cuius ſacratiſſimæ euchariſtæ ſacramento tractaturi ſumus,vt ipſe qui hoc ſacratiſſimum ſacramentum inſtituit,quod eſt vnitatis & pacis,illud in nobis effici faciat,quod deſignat,vt videlicet ſimus vnum in ipſo domino Ieſu capite noſtro:& vt ipſe conterat verſutias diaboli,qui ſua maligna aſtutia ex ſacramento pacis & vnitatis occaſionem belloꝝ ingeſſit:vt dum de modo communicandi Chriſtiani contendunt,communionis fructu priuentur. Vnde beatus Auguſtinus in ſermone de infantibus,in Decretis de cõſ.diſt.2. Quia paſſus. Ita dñs noſter Ieſus Chriſtus nos ſignificauit,nos ad ſe pertinere voluit,myſterium pacis & vnitatis noſtræ in menſa conſecrauit. Qui accipit myſterium vnitatis,& non tenet vinculum pacis,non myſterium accipit pro ſe,ſed teſtimonium contra ſe.

Hoc ante omnia duximus p̃termittendũ,ꝙ conſuetudo generalis eccleſiæ,quam etiam patres veſtri,& voſipſi olim ſeruaſtis,per longiſſima tempora hoc habuit & habet,ꝙ non conficientes,ſub ſpecie panis tantum cõmunicant. Quam cõſuetudinem ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introductam,& diutiſſime obſeruatam nõ licet reprobare,aut ſine eccleſiæ authoritate pro libito immutare. Igitur dictam conſuetudinem eccleſiæ im-

mutando, assumere vsum cõmunicãdi populum sub vtraq; specie, absq; authoritate sanD
ctæ matris ecclesiæ licitum non est, sed illicitũ. Sancta vero mater ecclesia, suadentibus causis rationabilibus, facultatem communicandi populum sub vtraq; specie potest concedere & elargiri. Et talis communio, quæ sine authoritate ecclesiæ attentata, esset illicita, cum de authoritate & licentia sanctæ matris ecclesiæ fiet, erit licita, si alia non impediant. Si alia non impediant, propterea diximus, quoniam (vt ait Apostolus) qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Vnde beatus Isidorus, & habetur de cõsecratione distinctione. 2. Qui scelerate viuunt, & in ecclesia communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi. Et Augustinus eadem dist. Et sancta malis nocere possunt, bonis sunt ad salutem, malis ad iudiciũ. Sunt ad hoc plures authoritates. Etenim inter primos communicantes Apostolus Iudas fuit, sed qa indigne suscepit, proditionis peccatũ habẽs in corde, sibi nihil profuit. Quinimmo extunc diabolus in eum maiorem exercuit potestatem. Ratio hoc magna demonstrat. Quis vestrum dominum suum in hospitium susceperus, non cum omni cura domũ suam studeret mundare pariter & ornare, vt ipsum dominũ posset honeste suscipere? Susceperus igitur dominum, & saluatorẽ nostrum in hospitio animæ, debet ipsam animam diligenter mundare & ornare. Mundare per sacramentum pœnitentiæ, cum amaritudine & contritione cordis, peccata sua humiliter, pure & integre veraciter confitendo, & suscipiendo satisfactionem debitam, & pœnitentiam salutarem. Ornare vero purpura sanctæ deuotionis, vt sic corde purgato, & feruore deuotionis ornato, accedat ad diuinissimũ sacramentum, in quo deus est, mundum reconcilians sibi.

Admonet igitur, exhortatur, & præcipit sancta synodus, vt omnes sacerdotes exhortentur diligenter & moneant populum, & omne studium & solicitudinem adhibeant, vt E
nullus ad tam sacratissimum sacramentum, nisi debite præparatus accedat cum magna reuerentia & deuotione, ne quod pro animæ salute suscipitur, in iudicium condemnationis redundet, dum suscipiatur indigne.

Præterea dicunt doctores quod dicta consuetudo communicandi populum sub specie panis tantum, ab ecclesia & sanctis patribus fuit rationabiliter introducta propter rationabiles causas, specialiter propter duo pericula, scilicet erroris & irreuerentiæ. Erroris: fuit enim error Nestorij, credentium quod sub specie panis sit sola caro Christi, & sub specie vini solus sanguis Christi, quod est error. Nam veritas est quod sub qualibet specie est totus Christus, viuus & integer, caro, sanguis, anima, & diuinitas. Et sub specie panis est totus Christus, vius & integer. Et sub specie vini, non est tantum sanguis, sed totus Christus, viuus & integer. Quoniam (vt ait Apostolus) Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur. Semel ergo tantum mortuus est, iam non moritur, nec sanguis à corpore separatur. Vt igitur huic errori obuiaretur, & magis imprimeretur fideliũ mentibus, quod sub qualibet specie est totus Christus: dum non solum verbo, sed etiam ipso signo indicaretur, visum fuit vtile esse sub vna specie tantum ministrari. Efficacius enim imprimitur, quando cum doctrina verbali sensuale aliud signum concurrit, ideo sacramenta & sacrificia instituta sunt, ideo & dominus noster Iesus Christus in parabolis loquebatur, & sapientes in parabolis loquuntur, vt dum cum doctrina sua similitudo representatiua concurrit, effi F
cacius mentibus imprimatur.

Secundum periculum est irreuerentiæ. Etenim quamuis omnia sacramenta cum magna reuerentia sint tractanda, istud tamen diuinissimũ sacramentũ super omnia alia cum maxima, & summa reuerentia tractandum est. Alia siquidem sacramenta sunt vasa gratiæ diuinæ, non tamen per ea realem domini nostri Iesu Christi præsentiam obtinemus: in hoc vero sacratissimo sacramento dominus noster Iesus Christus, sub alia quidem forma, in propria vero substantia est nobiscum: ideo tractãdum est cum omni studio, & cautela ne aliquid contingat, quod cedat in irreuerentiã ipsius sacramenti. Et cũ in calice fit sub specie liquida, multa possunt contingere, quæ cederent in irreuerentiam ipsius sacratissimi sacramenti, tam ex parte ministrantis, quam ex parte suscipientis, quàm etiam ex parte speciei vini, quæ est magis ad alterationẽ suscipiendam dispositа, quàm species panis. Vos q practicastis, per experientiam nostis. Nam doctores de hoc multa dicũt, & nobis à fide dignis multa relata sunt: quæ cũ audiuimus, exhorruerũt pili corporis nostri, & animi nostri nimio terrore concussi sunt. Dictum est nobis accidisse, quod cum sacerdos ad infirmũ sacramentum sub duplici specie detulisset, quãdo infirmo voluit de calice ministrare, nihil ibi reperit, totum, dum per viam agitãdo veniret, distillauerat. Et alibi, cum mane diei dominicæ ministraretur, quod ex præcedẽti die fuerat reseruatũ, talis alteratio facta erat, vt q
suscipiebat ferre nõ valens, emiserit. Heu casus horrẽdi, & nõ fine magna cordis amaritudine referẽdi. Et multa alia hmõi nobis relata sunt. Et q̃sq; volẽs prudẽter aduertere, poterit,

quanta

A quanta possint accidere, cogitare. At vero q̃ sint hæc grauia, ex Decreti sententia poteritis intelligere, de conse. dist. 11. Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terrã, lingua lambatur, tabula radatur: si non fuerit tabula, vt nõ conculcetur sanguis, locus radatur & igne cõsumatur, & cinis in altari recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. si super lintheum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat: si vsq; ad tertium. octo diebus pœniteat: si vsq; ad quartum, viginti diebus pœniteat. Et lintheamina quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat calice subterposito: & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Præterea audiuimus sæpe cõtingere, ꝙ sacramentum in calice non sufficit multitudini communicantium: & tunc fit nouiter consecratio calicis tantum, & à presbytero non communicante: quod est à sanctor̃ patrum doctrina plurimum alienum. Et etiam dicitur, quod aliqui interdum vinum non consecratum pro consecrato ministrant: quod maximum periculum est.

Fiet igitur isto modo, quod vobis suscipientibus ecclesiasticam vnitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus alijs, q̃ in vsu cõmunionis vtriusq; speciei, fidei, & ritui vniuersalis ecclesiæ vos conformantibus: vos qui talem vsum habetis, cõmunicabitis sub duplici specie cũ authoritate ecclesiæ. Et articulus ille in sacro Concilio discutietur ad plenum & videbitis quid circa illũ articulum pro veritate catholica sit tenendũ: & agendum pro vtilitate & salute populi Christiani. Et omnibus mature & digeste pertractatis, nihilominus si perseuerantes in desiderio vestro, hoc vestri ambasiatores postulauerint: sacrum
B Concilium sacerdotibus vestris communicandi sub vtraq; specie populũ vestrum, eos videlicet qui in annis discretionis constituti, reuerenter & deuote postulauerint authoritatẽ & facultatem in domino largietur: hoc semper obseruato, ꝙ sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debent firmiter credere, ꝙ non sub specie panis caro tantũ, nec sub specie vini sanguis tantũ: sed sub qualibet specie est integer totus Christus.

Hactenus decretũ sacri Concilij retulimus. Ad dubia autẽ, & quæstiones Bohemorum, quas magistri & sacerdotes postea mouebant, sic responderunt oratores sacri Concilij.

Primo dixerunt, ꝙ non est intentionis sacri Concilij permittere communionem sub duplici specie permissione tolerantiæ, vel sicut Iudæis fuit permissus libellus repudij: quia cũ sacrum Concilium viscera maternæ charitatis exhibere dictis Bohemis & Morauis intendat, non est intentionis Concilij permittere tali permissione, quæ ꝓctm̃ non excludat: sed taliter elargiri, vt authoritate domini nostri Iesu Christi, & ecclesiæ veræ sponsæ suæ sit licita, & digne sumentibus vtilis & salutaris.

Item, quum circa materiam de punitione ꝓctõrum, fuisset per dictos Bohemor̃ magistros & sacerdotes dictum, quod ex scripturis sacris habetur, quod interdum deus excitat corda priuatar̃ personarum ad correptionem & punitionem ꝓctõrum: & sic videretur licere inferioribus corrigere suos superiores, & punire.

Responderunt, & ostendẽtes textum sancti Augustini in Decretis. 33. Qui percutit malos in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis, minister dei est: qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum, adulterum, periur̃, vel quem
C libet criminosum interfecerit aut trucidauerit, vel membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur: & tanto acrius, quanto non sibi à deo concessam potestatem abusiue vsupare nõ timuit. Et certe molestius suciperet ista ciuitas, si aliquis priuatus attentaret punire vnũ criminosum, & erigeret furcam in platea, & ibi eum suspenderet, quàm si vnus homo interficeret vnum hominem in rixa, vel ꝑ insidias. Et alios textus beati Ambrosii & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt.

Dixerunt quod nemo dubitat, quod lex dei sancte & debite posita est: & in ea legitur simpliciter, Non furtum facies. Et tamen mandato dei filij Israel asportarunt bona Aegyptior̃, quæ receperant commodata. Item in eadem lege scribitur simpliciter, Non occides. Ex quo beatus Augustinus primo de ciuitate dei probat, quod nemini licet occidere seipsum. Et cum facit instantiam de Sampsone, respondet, & dicit hæc verba: Cum autẽ deus iubet, seseq; iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet, quis obsequium pietatis accuset?

Hic in proposito verba beati Augustini habeatis pro responso. Sed videat quisq; si deus iubet, & se iubere sine ambagibus intimat, & probet spũs si ex deo sint. Sed de talibus nõ est lex danda, nec est multum agitandum. Nam ꝑ hoc facile insurget occasio faciendi seditiones, & inferioribus insurgendi contra superiores. Et quando aliquis furatus esset vel interfecisset, diceret ꝙ spũ dei motus est: sed certe nisi de hoc bene cõstaret, puniretur.

Dixerunt denuo, ꝙ aliqui sunt casus, in quibus laici habẽt potestatem in clericos.

Fuit responsum, ꝙ certi sunt casus in iure, in quibus laici habent potestatem sup clericos & etiam aliquando sup Cardinales. Nam si mortuo Papa, Cardinales non vellent intrare

conclaue ad electionē Papæ faciendam: rex, princeps, vel alius dominus, seu potestas secu D
laris potest eos compellere. Sed in illis casibus iam ille nō est priuata persona, sed authorita
te iuris vtitur iurisdictione. Similiter est intelligendum de alijs casibus in iure expressis.

Dixerūt vlterius, q̄d nullum ius fori habet iustitiā, nisi ius poli illud approbauerit.

Fuit responsum, q̄d nullū ius fori habet iustitiā, si sit cōtra legem dei quia lex dei est re-
gula omninū legū, sed exigitur magna peritia, in applicādo regulam ad regulatū. Nam in-
terdum alicui videtur quod sit tortuositas in regulato, & nō est, sed est defectus in applicā-
do, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

Circa articulum de prædicatione verbi dei fuit motum, quod interdum aliquis prę̄latus
ex sua inuidia vel malitia, sine causa rationabili bonum & idoneum prædicatorem, bene
& catholice prædicantem inhibet prædicare.

Fuit responsum, quod satis intellexerūt quod abusio prælatorū inordinate agentiū, ma-
gnam occasionem præstitit histurbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audi-
uerunt tales querelas. Sed prælati fauent bonis prædicatoribus, & eos ad prædicādum ex-
citant precibus, fauoribus & honoribus. In talibus autem casibus iam sunt à iure prædicta
remedia. Quando aliquis prohibetur vti iure suo, habet remediū appellandi: & si bene cō-
fidit quod sit appellatio iusta, vtatur iure suo, omni violentia brachij vtriusq̄, spiritualis vi
delicet, & secularis, semota. Nam exitus causæ declarabit, si ipse habebat iustam causam ap-
pellandi. Tunc declarabitur superiorem malē prohibuisse, & appellantem iuste fecisse. Et
superior iniuste prohibens debet corripi. Si autem iuste fuerit prohibitus, & ipse sua te-
meritate, superioris iustum mādatum spreuit, dignum est quod ipse digna animaduersio-
ne puniatur.

Circa quartum articulum fuit motum, an liceat prælatis ecclesiasticis, actus secularis do- E
minij in propria persona exercere.

Fuit responsum, quod si per verbū actus secularis dominij, intelligātur actus quos vnus
secularis dominus posset agere seu exercere: tunc dicendum, quod aliquos tales actus po-
test licite prælatus in propria persona exercere: sicut sunt vēdere, impignorare, infeudare,
modis & formis à iure ordinatis. Aliqui sunt, quos non licet in propria p̄sona exercere, sed
debent habere œconomum, vicedominū vel procuratorē, qui hæc exerceat, de quibus a-
ctibus in iure cauetur, in rubrica ne cler. vel mon. secul. negoc. se immis. & alijs in rebus.

Fuit motum, an illa potestas coactiua, quæ debet exerceri per œconomū, &c. sit apud
prælatum ecclesiæ.

Dictus Iohannes Polomair respondit, quod hæc quæstio præsupponit aliā: de qua sunt
diuersæ opiniones inter doctores, apud quē sit dominiū ecclesiæ. Et vlterius, an actiones
sint in p̄sona tutoris vel procuratoris, vel licet nō sint in eaꝝ persona, tamen p̄ cōstitutio-
nem actoris vel procuratoris, cuius exercitium ipsaꝝ demandāt ipsi actori vel procurato
ri, & alias intricationes, de q̄bus non est opus ad præsens agere. Sed cum multū instaretur,
dicere opinionē suā, dixit: Quod si etiam otium haberent, & liberet solatiari in disputan-
do, daret optionē arguenti. Sed magis esset opinio sua, q̄d dominiū reꝝ ecclesiæ est apud
Christum, & prælati & alij ecclesiastici, sunt canonici administratores ad instar tutorum. F
Sed ampliorem habent potestatem, seu administrationem quàm tutores. Et constituēdo
œconomum seu vicedominum, &c. eorum constitutione debite facta, œconomus seu vi-
cedominus habet illam potestatem coactiuam, seu exercitium iurisdictionis

Item circa quartum articulum, pro declaratione primæ conclusionis, est concordatū,
quod verba, iuste acquisita, in ipsa posita, omnia in eadem contenta determinant.

Item circa secundam conclusionem, cum sacri canones & doctores sancti sic loquātur:
bona ecclesiæ, res ecclesiæ, facultates ecclesiæ, & inter doctores variæ sint opiniones, apud
quem sit ipsarum rerum dominium, prout not. glo. in c. Expedit. 12. quæst. 1. ad nullā illa-
rum opinionum intendunt aliquem coartare, nec aliquam illarum opinionum excludere,
sed sit vnicuiq̄ facultas illam quæ sibi melior videbitur, probabiliter sustinere.

Dixerunt præterea dicti Bohemi, quod ipsi tenēt, quod clerici, aut viri ecclesiastici reꝝ
temporalium ecclesiæ sunt administratores, & non domini, ad modum loquendi scriptu-
ræ, doctorum sanctorum & canonum.

Item Bohemi dicunt, quod in omnibus emergentijs stare volunt dictamini iudicis ex
vnanimi consensu in Egra compactati. Hunc in modum nostri Bohemis responderūt.

Tandem post multos tractatus, vltro citroq̄ habitos, inita est concordia, & manuum
stipulatione firmata: promiserunt q̄ se Bohemi declarationem trium articulorum, ac pa-
cem & ecclesiasticam vnitatem accipere. Factum est id anno millesimo quadringentesi-
mo trigesimooctauo, circa festum Martini. Conuentū est postea, cum à legatis sacri Cō-
cilij, tum ab oratoribus Bohemorum, vt quæ reliqua erant componerentur: primum Ra-

tisponæ,

A tiſponæ, deinde apud Brunnam dioceſis Olmutzenſis, item apud Albam regalem in Vngaria, coram Sigiſmundo Cæſare. Verum nullibi res tota confici potuit: nunc enim erat conſulenda ſynodus, nunc alia ſunt exorta impedimenta. Poſtremo apud Iglauiam oppidum Morauiæ concordia inſtrumentis ac ſigillis roborata eſt, Compactata vocãt, quinto die menſis Iulij, Cæſare præſente.

FIINIS.

PETITIONES BOHEMORVM POSTREMO PROPOSITAE in ſacroſancta ſynodo Baſilienſi. Anno M. CCCC. XXXVIII. menſe Nouembri.

Reuerẽdiſſimis in Chriſto patribus, & dominis nobis gratioſis. Nos oratores regni Bohemiæ humiliter, & quãta poſſumus affectione ſupplicamus, quatenus propter pacis & cõcordiæ initæ perpetuam conſeruationem, & omnium quæ in Compactatis ſunt, felicem ac firmam conſeruationem, dignemini nobis dare, concedere, & de veſtra clementia elargiri, cum effectuali executione omnes, & ſingulas poſtulationes infraſcriptas.

B Primo & ante omnia petimus & ſupplicamus, quatenus pro tollendis vniuerſis litibus, 1
iurgijs, & diſſenſionibus in populo noſtro ex diuerſitate communionis indubitãter & infallibiliter ſequentibus: & infinitis malis, quæ nec dicere ſufficimus, ſicut ea concepimus, prorſus auferendis & abolendis, dignemini clementer pro veſtra bonitate & liberalitate regno noſtro Bohemiæ, & Marchionatui Morauiæ, dare, concedere, & demandare vniformem & vnanimem omnibus & ſingulis ſub vtraq; ſpecie ſacræ Euchariſtiæ cõmunionem, videlicet Archiepiſcopo Pragenſi, necnon epiſcopis Linthomislenſi, Olmutzenſi, & alijs ꝑlatis ſingulis regni & Marchionatus curã animarũ habẽtibus, & eorũ vicarijs, necnõ & plebibus eorũ ſingulis & ſubiectis: Et hoc ſecũdũ ea, quæ in mãdato bullę legatorũ, & in Cõpactatis, noſe ſacri Cõcilij ſunt inſerta in cap. Pro firmitate. vbi ſic dicit: Et omnia alia fient, q̃ pro obſeruatiõe dictę pacis & vnitatis neceſſaria fuerint, & opportuna. Nã hoc facto, ex veſtro beneficio regnũ totũ ſupra q̃ dici põt, cõſolabitur, & in dilectione fraterna firmabitur, ex qbus vniformis ſubiectio & obediẽtia ſacroſanctæ eccleſiæ ꝑpetuo tribuet.

Item ſupplicamus, vt ſupra, Quatenus pro amputanda falſa ſuſpitiõe & vacillatiõe mul- 2
torum putantium, quod ſacrum Concilium præfatam communionem ſub vtraq; ſpecie nobis conceſſam, ad tempus duntaxat concederet non vtilem & ſalutarem, ſed vt libellũ repudij, dignemini iuxta illud capitulum in Compactatis poſitum. Primo dixerũt, quod nõ eſt intentionis ſacri Concilij, &c. nobis & veſtræ conceſſioni ſalubriter & mature prouidere, & illud capitulum vnà cum alijs ipſum munus legatorum veſtrorum conſequentibus, bullis literarum veſtrarum firmare & perpetuare.

C Item. ſupplicamus, vt ſupra, Quatenus pro conſolatione obedientiæ, & totius ordinis ec 3
cleſiaſticæ diſciplinæ, & profinali Compactatorum defenſione & obſeruatione, & bono & optimo in ſpiritualibus regimine, dignemini nobis prouidere cũ effectu, de bono & legitimo paſtore, Archiepiſcopis & alijs epiſcopis, qui nobis pro regno noſtro magis idonei, & magis grati & accepti viderentur ad illa officia ſalubriter exequenda.

Item ſupplicamus, vt ſupra, Quatenus veſtræ paternitates pro tuenda in poſterum in- 4
clyta fama regni & Marchionatus, pro oſtendenda & manifeſtanda noſtra innocentia, pro eo quod communicauerunt & communicant, & communicabunt ſub vtraq; ſpecie, dignentur dare, & ordinare, & deſtinare literas ſacri Cõcilij in modo & forma magis oſtẽſioni accomoda & congrua, ad omnes principes tã ſeculares q̃ ſpirituales, ciuitates, & cõmunitates iuxta Compactata. Et hoc idem domini legati nobis facere obligantur.

Item ſupplicamus, vt in diſcuſſione in materia communionis Euchariſtiæ ſub vtraque 5
ſpecie, de eius præcepto à domino ad omnes fideles, non procedatur aliter niſi ſecundum iudicem in Egra compactatum, hoc eſt ſecundum legem diuinam, praxim Chriſti & apoſtolorum eius, concilia generalia, & ſecundum ſententias ſanctorum doctorum veraciter ſe in lege dei fundantium.

Item ſupplicamus, quatenus paternitates veſtræ, conſiderata magna affectione populi 6
noſtri, velint dare nobis deſideratam libertatem communicandi paruulos ſacra Euchariſtia. Nam ſi iſte vſus communicandi, quem regnum noſtrum, pie motum, magnorum ſanctorum doctorum ſcripturis, & exemplis inductum, vt catholicum ſuſcepit, & à multis annis effectualiter exercuit, aboletur, certe magnum & intolerabile ſcandalũ in populo oriretur, immo animus eorum plurimum ex hoc implacabiliter perturbaretur.

7 Item ſupplicamus, vt ſupra, quatenus ex eiſdē cauſis, veſtrę pternitates dignent̄ ꝓmittere ad minus euāgelia, epl'as & ſymbolū in vulgari in miſſis & eccleſijs coram ppl'o ad excitandam deuotionem libertari, legi, & decantari. Nam in noſtro linguagio Slauico, ex indulto eccleſiæ olim ab antiquo in vulgari ſuo exercetur, etiam in noſtro regno. D

8 Item ſupplicamus nomine eiuſdem regni, & almæ vniuerſitatis Pragenſis, quatenus erga ipſius vniuerſitatis deſideratam reformationem, veſtræ paternitates dignentur curā adhibere, & operam dare ſolicitam, vt iuxta modum & formam aliar̄ vniuerſitatum, taliter ꝑ eccleſiam reformatarum, præhendæ, & collationes beneficior̄ aliquor̄ eccleſiarum cathedralium, & parrochialium eidem vniuerſitati adnectantur, conferantur, & incorporentur, vt per hoc vniuerſitas augeatur & promoueatur.

9 Item ſupplicamus, vt ſupra, quantum ſufficimus, ſalua ſemper paterna reuerentia, ex cōpactatis veſtras paternitates requirimus, & inſtanter monemus, quatenus ad illam cunctis pijs mentibus deſideratam, & Chriſtianæ religioni ſumme neceſſariam, & opportunam totius eccleſiæ reformationem, dignetur veſtra paternitas toto ſtudio inuigilare, & effectualiter inſudare pro extirpatione omnium malor̄ publicor̄, in capite & in membris: prout regno nr̄o frequenter promittitis in compactatis: & prout articulus noſter quartus, de eliminatione omnium peccatorum publicorum, hoc manifeſte exigit & requirit.

¶RESPONSIONES HAE SEQVENTES, SVNT ordinatæ, ſed non fuerunt datæ. E

1 Prima petitio videtur inniti obligationi, tanquam ex compactatis ſacrum Concilium hoc facere teneatur, ex illo capitulo quod incipit: Pro firmitate & obſeruantia pacis, & ſequitur. Per dictos legatos ſacri Concilij dabitur omnis firma, & procurabitur Bulla Concilij, & mandata ipſius ſacri Concilij ad omnes principes, & cōmunitates circumſtantes & alia quæ neceſſaria fuerint & opportuna. Pro parte vero dictor̄ regni, & Marchionatus dabuntur literæ cum ſigillis firmis, ac munimentis opportunis: proclamabitur pax, & ſeruari mandabitur: & omnia alia fient, quæ pro obſeruatione dictæ pacis & vnitatis neceſſaria fuerint, & opportuna. Sed certe ex illo capitulo, neq; competit ius ſacro Concilio faciendi Bohœmis, quod pro bono pacis, & vnitatis teneantur dimittere vſum communionis ſub duplici ſpecie: cum promiſerint omnia facere, quæ pro obſeruatione pacis & vnitatis fuerint opportuna. Hoc eſſet valde opportunum obſeruationi pacis, vt ipſi in hoc, ſicut & in cæteris, ſe conformarent vſui omnium aliorum vicinorum, & totius eccleſiæ Latinæ. Nec econtra ipſis Bohœmis competit ius ad petendum. quod ſacrū Concilium compellat omnes de regno ad communicandum ſub vtraq; ſpecie, tanquam hoc eſſet opportunum obſeruātiæ pacis. Quia cum ſuper hac materia iam ſit in dictis cōpactatis ſpecialis & certa diſpoſitio, generalis, clara quæ ſubſequit, non ſe refert ad illa: maximè, quia hoc contrariat ei, de quo in ipſis cōpactatis ſpecialiter agitur. ſ. de libertatione, cui contrariat coactio. Nā & in libertatiōe concedenda, dicitur de illis perſonis, quę in annis diſcretionis conſtitutę reuerenter & deuote poſtulauerint. Et ſi deuotioni & poſtulationi cuiuſlibet eſt relinquendū non eſt ad hoc aliquis compellendus, ſecundum ipſorum compactatorum ſeriem & tenorē Et aliās hoc de ſe manifeſtum eſt, quod illa verba non dant ius talia poſtulandi: quo vero ad libertationem concedendam, de qua continetur in compactatis, ſacrum Concilium intendit omnino ſeruare ipſa compactata. & ab ipſis in nullo deficere. Ex quorum tenore manifeſte apparet, quod declaratio iſtius articuli, an ſit de præcepto, præcedere debet ipſam libertationem. Sicut ergo ſacrum Concilium in omnibus ſe offert compactata adimplere, ita & ipſi domini Bohœmi facere tenentur. F

2 Ad ſecundam petitionem reſpondetur, quod omnia quæ ſacrum Concilium tenebatur ratificare, iam ratificauit, & ſuper hoc literas ſuas dedit. Illa non tenetur ratificare: quoniam pacta & conuentiones à legatis ſacri Concilij nomine ipſius facta, habent ratificationis cauſam: non autem reſponſa, quorum aliqua per omnes, aliqua per vnum tantum ex ipſis facta fuerunt ad interrogationes quorundam magiſtrorum. Vnde tam res ipſa, quàm modus agendi manifeſte oſtendunt, quod ad ratificandum ſacrum Concilium non tenetur. Verum, quantum ad illum punctum, qui in illa petitione ſpecialiter exprimitur, non quia tenetur ratificare, ſed pro conſolatione populi Bohœmici, & tollenda occaſione alijs detrahendi, dicit ſacrum Concilium: Quod ſicut conſuetudinem laudabilem ab eccleſia vniuerſaliter obſeruatam, de communicando populum ſub ſpecie panis, abſque authoritate eccleſiæ nemo debet immutare: ita poſtquam ab eccleſia vſus communionis ſub vtraque ſpecie aliquibus permittitur, talis permiſſio non eſt ſicut de libello repudij, vel quæ peccatum non excludat, cum tales qui ex licentia & authoritate eccleſiæ ſic communicāt, tranſgreſſores ec-

cleſia-

A clesiasticæ institutionis, vel consuetudinis dici non possint: dum tamen concessionis terminos non excedant. Erit igitur talis communio authoritate ec clesiæ concessa illis, quibus concessa fuerit licita, & digne consumentibus vtilis & salutaris.

Ad tertiam petitionem respondetur, quod iustum & rationabile est, vt eccleſiæ Pragẽsi 3
de legitimo, idoneo & vtili prouideatur pastore. Sed quoniam verba expresserunt magistrum Iohannem de Rocozana, de quo non est rationabile vt ad illam dignitatem promoueatur, cum ad impediendum, perturbandum, & disrumpendum pacem & vnitatem, post firmata compactata, fuerit multipliciter machinatus. Et non diu est, quod à ciuitate Pragensi sereniſſimo domino Imperatore insalutato, clàm & furtiuè recessit: & iam prodire & apparere incipiant, quæ post talem recessum & ante in perturbationem pacis fuerit machinatus, cum ad pontificem maxime pertineat, vnitatem & pacem amare, & ad eas alios prouocare verbo pariter & exemplo. Ideo melius videtur hoc pro præsenti suspendere, vt habita meliori deliberatione & diligentia, cum sereniſſimo domino Imperatore, possit eidem eccleſiæ vtiliter prouideri.

Ad quartam petitionem respondetur, quod ex tota serie compactatorum, sacrum Cõ- 4
cilium non tenetur aliquas literas ad principes, & communitates circunstantes dirigere: nisi iuxta præinsertum capitulum, quod incipit, In firmitate. Illas promptum est facere & dirigere, iuxta seriem ipsius in forma rationabili & honesta.

B Ad quintam petitionem respondetur, quod illa est intentio, & voluntas sacri Concilij, 5
quod in discussione, & decisione spiritu sancto authore facienda in materia communionis Eucharistiæ sub vtraq; specie, & de eius præceptõ à domino ad omnes fideles, vt verbis eisdem vtamur, quæ in ipsa petitione continentur, non procedetur aliter, nisi secũdum legem diuinam, praxim Christi, & Apostolorum eius, concilia generalia, & secundum sententias sanctorum doctorum veraciter se in lege dei fundantium. Et ita debent sperare & credere omnes fideles, quod ille qui eccleſiæ suæ promisit sui assistentiam infallibilem, & spiritum sanctum cum eccleſia in æternum mansurum, saluator noster Iesus Christus, nullo modo permittit, quod ab ipsa eccleſia, aliqua decisio fiat circa materiam talem, quæ eẽt contraria superius memoratis. Sed debent firmiter credere omnes Christicolæ, quod spiritus sanctus per os eccleſiæ docet fideles omnem veritatẽ necessariam ad salutem, & ita debent firmiter credere, & nullatenus dubitare.

Ad sextam petitionem de communione paruulorũ, respondetur quod communio par- 6
uulorum per compactata expresse excluditur: cum solũ ibi de illis loquuntur, prout ex tũc qui talem vsum hactenus habuerunt, & ad vltimum de illis, qui in annis discretionis cõstituti hoc reuerenter postulauerint & deuote.

C Ad septimam petitionem, quod illa est de directo contra compactata, & ipsorum Bo- 7
hemorum promissionem, per quam tenentur se conformare ritibus eccleſiæ. Certum autem est, quod ritus eccleſiæ hoc non habet, neq; in ipsa Pragensi eccleſia ante ista disturbia hoc fiebat. Vnde iustum & rationabile foret, quod conformarent se ritibus eccleſiæ, & in hoc & in omnibus alijs compactata efficaciter adimplerent, & tunc possent honestius à sacro Concilio petere, & rationabilius sperare.

Ad octauam, gratissimum est sacro Concilio quod vniuersitas studij Pragensis refor- 8
metur & reparetur: & ideo super hoc faciet commissionẽ legato suo, vt circa reformationem & reparationem vniuersitatis, operam & studium præbeat: ordinando de aliquo certo numero præbendarũ in aliquibus eccleſiis ciuitatis Pragensis, quod ad eas assumi habeãt dictæ vniuersitatis doctores & magistri, secundum ordinationem rationabiliter faciendã.

Ad nonam & vltimam petitionem respondetur, quod hoc sacrum Concilium à suo exordio, studium & operam circa desideratam reformationem eccleſiæ præbuit, & præbere, deo authore, intendit, multaq; super hoc decreta ædidit. Sed inimico humani generis procurante multa impedimenta circa hoc habuit: nihilominus in spe non deficit, nec per dei gratiam in studio deficiet & labore. Multa quidem super hoc auisata sunt & concepta, quæ vbi deo largiente opportunitas fiet ad executionem ponendi, erũt ad dei gloriam, & eccleſiæ reformationem, honestatem & decorem accommoda. Sed quoniam
(vt Sapiens ait) omni negotio tempus & opportunitas est, omnia
sunt cum sapientia suauiter & opportune disponẽda:
ne ea quæ si opportune fierẽt, possent eẽ
multũ accõmoda, importunitas
minus vtilia reddat.

¶Responsionum Finis.

Quia

QVIA Basilienſis Concilij hiſtoriam iterum incidimus lector ſtudioſe, non abs D
re fuerit, prædictis Aeneæ Syluij collectaneis, ſiue ipſius de Bohœmis ad illud
vocatis libello, adijcere, quæ Nicolaus de Clamengijs Archidiaconus Baocen-
ſis, ſummus inclytiſſimæ vniuerſitatis Parrhiſienſis Theologus, ac Petro de
Aliaco epiſcopo Cameracenſi, Cardinali (de quo infra dicetur) vnice in Chriſto coniun-
ctiſſimus, in opere ſuo de reparatione iuſtitiæ, non minus ſapienter quàm erudite in medi-
um produxit, Eugenij. IIII. proteruam calliditatem, & integerrimam Concilij eiuſ-
dem Basilienſis authoritatem prudentiſſime ac veriſſime deſcribendo. Scribit em̃ citra oñi
um ſimulationem ac diſſimulationem ipſum Eugenium, in prauam ſuæ factionis defenſio-
nem, ad Carolum regem Francorum, ſuos miſiſſe legatos, & quatuor ab eodem (vt ſequi-
tur) expoſtulaſſe, in quibus & Concilij Basilienſis & Pragmaticæ ſanctionis, ſufficiens pa-
tet approbatio. ¶Verum enimuero ſi quis obiecerit, Eugenium ipſum, in Italia, & ab
ipſo Francorum Rege, verum Chriſti vicarium, Romanumq; Pontificem habitum fuiſſe.
Is profecto intelligat, Eugenium. IIII. Venetum fuiſſe, & Franciæ Regem, ſibi, modis (ne-
ſcio quibus) in amicitiam conciliaſſe. At non ſufficit, eo in caſu, vnum dumtaxat pro ſe ha-
bere principem. Hæ enim nationes, Germania, Hungaria, Polonia, Dania, Norvuegia,
Suetia, Scotia, Anglia, & regna Hiſpaniarum, & non parua etiam Galliarum pars, quę tunc
Philippo Burgundiæ duci ſubdita fuit, Felici, Sabaudiæ duci, ac ſanctiſſi-
mo hęremitæ, ſimul adhæſerunt. Lege igitur quid Nico
laus Archidiaconus hac de re loquatur, E
& vale feliciter.

¶De facto eccleſię ambaſiatores Eugenij in craſtinum aduentus regis fuiſſe au
ditos: qui inter cætera quatuor petierunt.

¶Primo, vt reprobaret Concilium Basilienſe à tempore tranſlationis in Ferrariam, &
approbaret Concilium Ferrarieñ. & in eo acta.

¶Secundo, vt nullo modo depoſitioni domini Eugenij conſentiret in electionem per
Basilieñ. Concilium factam, de duce Sabaudiæ, immo eam reprobaret &c.

¶Tertio, quod in illam ciuitatem Moguntiam nullo modo inconſulto Papa (Euge-
nio videlicet) qnenquàm mitteret.

De congrega tione Mogun tiæ tunc habi ta, require ſu pra in Conci lio Basilienſi.

¶Quarto, quatenus pragmaticam ſanctionem vellet ſuſpendi & tolli, & quod dominus
Eugenius prouideret. In craſtinum auditi ſunt ambaſiatores Felicis, & loquutus fuit ſolen-
niſſime & cum gratitudine omnium dominus Thomas de Corcellis: qui per duas horas te-
nuit, & valde regi placuit. Prælati & alij per ſex dies deliberauerunt, & finaliter fuit reſpon
ſum: ad primum, quod rex tenuerat Concilium Basilieñ. pro Concilio: ad ipſum ambaſia- F
tores miſerat: multa bona pro fide & moribus conſtituerat, quæ rex approbabat: nec vn-
quàm congregatum Ferrarieñ. pro Concilio habuerat, aut habebat. Quo ad depoſitionem
Eugenij, & electionem Felicis, nunquam eas approbauerat, aut approbat: immo tenuerat
dominum Eugenium pro Papa, & ad adhuc tenebat, & volebat quod ſibi in ſuo regno
obediretur, niſi aliud in Concilio generali celebrando iuxta annum in aliquo loco Galliа-
rum fuiſſet ordinatum: & quod requirebat Papam, quatenus illuc mitteret dictum Con-
cilium, & conuocaret, & celebrari procuraret, & quod in eo perſonaliter intereſſet. Quo ad
mittendum Moguntiam, & ad illam ciuitatẽ ipſe aduiſaret tempore opportuno quid agen
dum. Quo ad pragmaticam ſanctionem eam inuiolabiliter volebat obſeruari & cuſtodiri.
Etſi aliqua videntur nimis rigida in illo generali Concilio, poſſent mode
rari. Monuit etiam ambaſiatores Concilij, quod tene-
rent manum ad aliud futurum Concи-
lium tranſmiſit. Da-
tum
Biturię nono Septem
bris.

Hæc ſe-

A HAEC SEQVENS EPISTOLA EST IN LIBRARIA SANcti Victoris prope Parrhisios in libro pp.X.folio vltimo pulpiti.p.& declarat materiam quæ in principio Concilij Basilienſis ventilatur,quia fuerunt ex Concilio eodem Moguntiam missi,qui contra Eugenium, pro ecclesiæ concordia tractarent,&c.Est quoque hæc epistola non parum accommoda ad intellectum tertij articuli,iam pauloante prætacti,vbi fit mentio de non mittendo ad Moguntiam inconsulto Papa, supra nominato.

SERENISSIMO PRINCIPI CAROLO FRANCORVM REGI, FRATRI & consanguineo nostro charissimo.

B 

Redericus Romanorum rex semper Augustus Austriæ, Stiriæ, Karanchiæ,& Carmolæ dux, Comes Tirolis,&c. serenissimo principi Carolo regi Francorum fratri & consanguineo nostro charissimo salutem,& fraternæ dilectionis affectum.Dum ad sacri imperij fastigia diuino vocati munere,tantæ moli grauissimæ gubernationis humeros nostros in dei nomine, ne suæ videremur ordinationi resistere,syncero corde submisimus:inter innumera mala, quibus vndiq; orbis terrarum concutitur hoc maxime quo certamen agitur,vt æuo nostro sancta scindatur ecclesia: animum nostrum eo premit,ardentiusq; sollicitat quo eidem ecclesiæ matri nostræ filiali dilectionis amore & nobili aduocationis officio fortius constituimur obligati:vt illi sæua nunc iacula patienti pro viribus nobis distributis ab alto, diligentia celeri succurramus,atq; ad concurrendum in hoc tam necessario ac salutari opere reges & principes Christiano nomine gaudentes pura synceritate hortemur.Nihil vero ad id æque patrocinaturum conspicimus,quàm si catholici simul conueniamus reges & principes ecclesiastici & seculares,vt sentiant quicũq; dissidentes vnam esse vocem omnium. Tunc enim sperandum,q; nemo vsquam illam irridebit,aut spernet,nemo non reuerebitur,neq; non timebit.Vnde venerabilium & illustrium nostrorum & sacri imperij principum electorum oratoribus:qui pridem decretum electionis de nostra persona ad culmẽ imperij celebratæ conspectui nostro attulerant: alijs quoq; prælatis,principibus,comitibus,baronibus,proceribus, & viris consularibus nostris fidelibus dilectis deliberate consulentibus, conuentionem seu dietam solennem pro communi constituimus omnium salute in ciuitate Moguntina,rebus gerendis pluribus ex causis accommoda, in diem festũ Purificationis gloriosæ virginis Mariæ proxime futurum,quæ erit secunda mensis Februarij,ad quam dextera dei nobis assistente propitia, intendimus personaliter nos transferre,
C charissimam fraternitatem vestram puro cordis affectu rogantes, quatenus orthodoxorũ progenitorum vestrorũ imitantes vestigia,pro laude dei,pro cõsolatione ecclesiæ suæ sanctæ,ac totius populi Christiani salute,ad conuentionem seu dietam huiusmodi idoneos vestros oratores,de vestræ fraternæ dilectionis proposito,vijs quoq; & modis q̃bus ab imminentibus calamitatibus sancta possit respirare ecclesia distincte instructos,& ad tractãdum,consulendum,cooperandum,& cõcludendum in his plena vestra potestate fulcitos, illic destinare velitis.Si autem fraternitas vestra conuocationem & dietam eandem accedere posset & vellet propria in persona:id profecto ingentem gloriam & rebus gerendis fructum vberiorem afferret.Hortamur deniq; fraternitatem vestram,aduertere velle mẽte fideli,quæ sit nostra exhortatio,quãtaq; ecclesiæ subsit necessitas,& quàm periculosum esset nostrum silentium,& agere libeat quod expetimus,propter salutem populi ac decus vestrum,respicientes ad illum cuius causa agitur, qui de cœlo descendit vt moriturus homo crucem ascenderet,in quo militans fundatur ecclesia,quatenus in ea suborta tollantur dissidia,& à grauioribus periculis eruat. Datũ Viennæ,anno domini.M.CCCC.XXI. mensis Maij,regni nostri anno primo.

Sic in pede literæ,Ad mãdatum domini regis Conradus prepositus Viennẽ. Cancellarius.

FINIS.

Syno-

SYNODVS ARIBONIS D

ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI CVM COEPISCOpis ac abbatibus suis, Anno domini M.XXIII. apud Saligunstat celebrata, in qua de varijs ieiunijs, ac alijs cæremonijs fit decisio.



EGO Aribo Moguntinæ sedis Archiepiscopus, quàmuis indignus, cæterique Confratres & Coepiscopi nostri, Burghardus Vvormatiensis, Vverinharius Argentinus, Bruno Augustunensis, Eberhardus Babẽbergensis, Meginhardus Vvirciburgensis, cum venerandis abbatibus Richardo Fuldensi, Arnoldo Herueldensi, Reginhardo Laureshamensi, Herichone Treuerensi, Euervuino Toleiano, Heinrico de sancto Burgundo, Sigizzone de Schlutere, Gerberto de sancto Albano, Adelberto Clingensi Ruodolpho Bildenestatẽ. synodũ in Saligunstat cõdiximus, anno videlicet dñicæ incarnatiõis M. XXIII. indictõe qnta, secũ

Henricus

do idus Augusti. Anno autem domini, Henrici regnantis XXI. Imperij vero VII. quatenus cũ communi fratrumꝑ dictorum consilio, atque consensu multimoda diuinorum officiorum atque synodalium legum componeretur dissensio, & disparilitas nostrarum singularum consuetudinum, honesta consensione redigeretur in vnum. Inconueniens quidem conuentui sancto visum est, quod membra capiti discordarent, & vlla diuersitas in vnius compagine corporis esset. Ideoq; propter illas lamentabiles dissensiones communi Decreto Concilij sancitum est, vt omnes Christiani duodecim dies ante festiuitatem sancti Iohannis Baptistæ in abstinentia sint carnis & sagiminis, nisi infirmitate impediente, aut alterius festi solennitate, quæ in illo episcopio celebris habetur, intercedente: & ante natalem domini similiter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnibus vigilijs Apostolorum, atque in vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ, & in vigilia sancti Lurentij, necnon etiam in vigilia Omnium sanmorum, adijcientes prędictis vigilijs vnam horam refectionis.

Cõcordia res optima.

De ieiunijs

E

De ieiunijs quatuor temporum

¶De incerto autem ieiunio quatuor temporum, hanc certitudinem statuimus, vt si Calend. Mart. in quarta feria, siue antea euenerit, eadem hebdomada ieiunium celebret. Et si Calend. in quinta feria, aut sexta, aut in sabbato distenditur, in sequentem hebdomadam ieiuniunium differatur. Simili quoque modo, si Calend. Iunij in quarta feria, aut antea euenerit, in subsequente hebdomada ieiunium celebretur. Et si in quinta feria, aut sexta, aut sabbata contigerit, ieiunium in tertia hebdomada reseruetur.

¶Et hoc est sciendum, quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit: sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: & tunc propter solennitatem spiritus sancti diacones Dalmaticis induantur, & flectamus genua non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Calendis Septembribus in quarta feria euenerit, aut antea, ieiunium tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta, aut sabbato contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud semper erit obseruandum, vt proximo sabbato ante vigiliam Natalis domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit.

F

De legitimis coniugijs

¶De legitimis autem coniugijs ita visum est, vt nullus Christianus vxorem ducere debeat ab aduentu domini, vsque in octauas Epiphaniæ: & à septuagesima vsque ad octaua Paschæ: nec in supernotatis quatuordecim diebus ante festiuitatem sancti Iohannis Baptistę, neq; in prædictis ieiunioꝝ diebus, siue in oñi solẽnium dierum præcedentibus noctibus.

Quãdo sacerdoti non celebrandum

¶Decretum est etiam in eodem Concilio, vt presbyter aliquis post gallicantum æstiuis noctibus bibens, proximo die missam non celebret: Hyemalibus similiter, nisi necessitas cogat. Item Decretum est, vt vnusquisque presbyter in die non amplius, quàm tres missas celebrare præsumat. ¶Conquestum est etiam in sancto Concilio de quibusdam stultissimis presbyteris, vt quando incẽdium videãt, corporale dominico corpore cõsecratum, ad extinguendum incẽdium temeraria præsumptione in ignem proijciãt. Ideoq; Decretum est sub anathematis interdictione, ne vlterius fiat. Interrogatum est, si duo de adulterio inculpati fierent: & vnus profiteretur, alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est autem à sancto Concilio, vt ille qui negauerit, probabili se iudicio expurget: & qui professus fuerit, digne pœnitentiam agat.

FINIS

A

O. G. STVDIOSO LECTORI S. P. D.

IOhannẽ Wesalieñ. insignẽ quondã Theologum, varios ac multiplices errorꝫ, hæresumq́ (sic eñ cancri instar, aliæ ex alijs serpunt) grauiter incidisse, eruditis aliquot nõ est incognitũ. Referã aũt nunc, quo nã modo ad tantã peruenerit dementiam, vt ab asinis lanã, & è pumice, velut insensatus, aquã postulauerit. A natali eñ Christiano, M.D.XV. egregius quondã Iudæorꝫ Rabbi, Victor à Carben, Christi postea sacerdos, & in fide cõstans. XLII. suæ ætatis anno ad fidẽ conuersus catholicam, duos & nonaginta annos feliciter cõpleuit. Cuius etiã & opuscula quædã (quæ in laudẽ ecclesiæ & beatissimæ virginis Mariæ honorẽ æ didit) è vulgari in latinũ vertimus. Is inquã Victor, quũ Achillice adhuc valeret, mihi sæpius retulit, p̃tactũ Iohannẽ Wesalieñ. è Moguntia ob pestis metum Wormaciã se cõtulisse, atqꝫ ibidẽ cũ Iudæis, Christi inimicis, frequentẽ habuisse conuersationẽ, eumq́ ab illis deceptũ, in putidã errorꝫ sentinã corruisse. Hic igitur senex, bis puer, & tota (vt dicitur) aberrãs via, Iudæos adit. Quo facto, asinus inter simias, & noctua inter cornices versatur. Cui quidẽ filicernio, fucũ fecere Iudæi. Qui (vt in veteri est prouerbio) acetũ habent in pectore, altera manu lapidẽ, altera panẽ porrigentes. Miser igitur hic homo, inter sacrũ sese & saxum constituens, quum duabus sellis insidere tentarat, in cineres corruit. Postea aũt Moguntiam rediens, & suis degenerans maioribus, citatusq́ ac vocatus à venerando hæreticæ prauitatis Inquisitore, cæterisq́ ecclesiæ proceribus (dies eñ re

B uelat omnia) calculum secum reducendo, palinodiam cecinit, & aqua (vt dignum erat) adhæsit. Quæ supersunt, lector, tu ex subsequentibus diligentius perscrutabere.

Vale feliciter.

PARADOXA D. IOHANNIS DE VVESALIA, SACRARVM LITERARUM Doctoris, ac concionatoris Vvormacienſis, quæ feruntur à quibusdam Thomistis ex illius concionantis ore fuisse exceptæ: mox damnata per Magistros Nostros, hæreticæ prauitatis Inquisitores, de ordine Prædicatorum, M.N. Gerhardum Elten de Colonia, & M.N. Iacobũ Sprenger, Anno M. CCCC. LXXIX. Moguntiæ.

C ¶An prælati habeant authoritatem instituendi leges? Respondeo, q̃ non: quia Christus in Euangelio dicit discipulis suis: Euntes in vniuersum mundũ, &. Ecce cõmisit p̃dicare Euangeliũ: ergo non debent, nec possunt nouas leges facere: sed debẽt fideles ad hoc inducere, vt seruent Euangelium. Item: Docete omnia quæ mandaui vobis, &c.

Omnes Christiani, quantumcunq; docti & sapientes, non habent authoritatem exponendi verba Christi. Quis vellet dicere inter homines mentem Christi, quam ipse præten dit in suis verbis, nisi ipse solus?

Quare oculati expositores, exponendo comportant textus, vnũ exponendo per aliũ.

Indulgentias nihil esse credit.

Glossæ non credit.

Doctorum scriptis, etiam sanctorum quantumcunq;, non credit.

Mandata ecclesiæ non ligant ad peccatum.

Adueniat regnũ tuum, &c. Ibi non petimus regna cœlorꝫ, quia illud nõ venit ad nos.

Raro reperio, vel non duos vnanimes literatos, etiam in fide: nullus tenet mecum, dempto Euangelio, vbi omnes sumus concordes.

Deus ab æterno cõdidit librũ, in quẽ scripsit oẽs suos electos: quicũq; aũt in eo nõ est scriptus, nunq̃ inscribetur in ipsum in æternũ. Et qui in eo scriptus est, nunq̃ ex eo delebitur. Absq; specificatione dixit: vnde simplices occasionẽ mali, seu malũ sumpserunt.

Sola dei gratia saluant electi. Et quẽ deus vult saluare, donãdo sibi gratiã, si omnes sacerdotes vellent illũ damnare aut excõmunicare, adhuc saluaretur ille. Et quẽ deus vult damnare, si omnes presbyteri, papa, & alij, vellent hunc saluare, adhuc iste damnaretur.

Quòd timeat, q̃ nostri doctores male, ficte, & falsè, exponãt sacram scripturam.

Si nullus vnquam papa fuisset, adhuc saluati fuissent hi qui saluati sunt. Et quod papa, & episcopi, & sacerdotes nihil sint ad salutem: sed sola concordia sufficit, & pax hominum, & pacifice viuere. D

Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit: sic scilicet, q̃ velit potestatem non esse.

Si S. Petrus instituisset ieiunium, forte ideo fecisset, vt eo melius pisces suos vẽdidisset.

Christus nunquam instituit aliquod ieiunium, nec prohibuit quemcunq; cibum quocunq; die, sicut carnes.

Sacrum oleum est sicut aliud oleum, quod comedis domi in offa.

Christus nullum festũ præcepit celebrare. Item nullã orationem docuit, nisi dominicã: neq; mandauit sacerdotibus canere vel legere septem horas canicas, iam longas, iam breues matutinas: Sic Missa iam est grauata in Christianitate. Dum em̃ beatus Petrus legeret Missam, præmisso solo Pater noster, consecrauit, & se & alios cõmunicauit, tunc totũ fuit expeditum: nunc vero oportet sacerdotem stare in Missa ad horam vel vltra, sustinendo frigus, quod noceat ei ad annum, vel amplius. Et sic homo interimit seipsum.

Sancta ecclesia non instituit ieiunium: neque tempore septuagesimæ interdixit celebrare nuptias.

Si quis confiteatur, iniungitur illi ardua pœnitentia, vt peregrinetur Romam, vel ad alia remotiora loca: strictum ieiunium: quòd dicat multas orationes. Quod Christus non fecit, sed solum dixit: Vade, noli amplius peccare. Sic grauata est Christianitas per humanas leges, & constitutiones.

Scriptura sacra non dicit, spiritum sanctum procedere à filio. E

Peregrinantes Romã, fatui sunt: quia hic inuenissent & obtinuissent, q̃d alibi quæsierũt.

In symbolo fidei circa illum articulum, sanctam ecclesiam: ego non pono catholicam: neq; Hieronymus ponit: quia catholica, id est vniuersalis: sed vniuersalis congregatio omnium baptizatorum non est sancta, sed maior pars reprobata, Sed forte quidam apposuit, & postea venit in consuetudinem totius multitudinis.

Also gãt eß zů jn der Christenheit.

¶ Item Doctor Wesalia soll gesagt haben.

Was sünd jn der heiligen gschrifft nit stön/wil jch auch nit für sünd halten. Weißt eyn anderer wyter vnd baß/wil ich jm wol günden.

Die heilige kyrch soll vffgesetzt haben die Fasten/vnd das man fürbaß mehr jn der verbunden zyt nit brüt jnfüren/vnd hochzyt machen soll. Es F
jst eytell lügen/repetendo et exaltando vocem.

Die vätter/die die Fasten vffgesetzt haben/sie wöllen abstellen etliche spyß zů myden/so haben sie doch nit gewölt/das der mensch nit eß wan jn hungert.

Alß dick den menschen hungert/mag er essen/vnd du möchtest am karfrytag eyn güten Capunen essen.

Jch veracht den Bapst/die kirch/vnd Concilia. Jch löb Christum. Verbum Christi habitet in nobis abundanter.

Item dixit/Eß jst nün mehr schwer Christen zů syn.

Examen

EXAMEN MAGISTRALE AC THEOLOGICALE DOCTORIS IOHANNIS de Wesalia Concionatoris Vvormacienſis, præſidentibus Magiſtris Noſtris hæreticæ prauitatis inquiſitoribus, M.N. Gerhardo de Elten, & Iacobo Sprenger de ordine p̃dicatorũ.



ANno domini. M. CCCC.LXXIX. reuerendiſſimus præſul Moguntinus, Dietherus Iſenburgius, miſit literas ad Vniuerſitatem Heidelbergenſem & Colonienſem, inſtigantibus, imò cogẽtibus Thomiſtis quibuſdã: veritus ne denuo ab epiſcopatu eiiceretur, iuſſu Romani pontificis, quod cõmeruerat ante leuibus verbis, Romanorum in vendendis Palliis notata auaritia. Et minabantur ei Romani præſulis iram: quam pridem non tam ipſe fuerat expertus, quàm tota Moguntia, & capta, & direpta, ac à victoribus nullum nõ contumeliarũ genus paſſa. (Vnde ferũt Pium Pontificem ad Moguntiæ mentionem ſemper ingemuiſſe, ꝙ ius ſuum tam inſigni damno vindicaſſet). Miſit inquam literas ad antedictas Vniuerſitates pro Theologis examinaturis articulos M. Iohannis Vveſaliæ de hæreſi ſuſpectos. Ad quas quidem literas ego N. N. nomine Vniuerſitatis reſpondi.

Diether epũs Moguntinus, Comes Iſenburgeñ.

Pius ſecũdus qui ante Aeneas Syluius

Itaq; feria ſexta proxima poſt Purificationis, conuocatione facta omnium doctorum Heidelbergenſium, & magiſtrorũ, ſuffraganei, comitis de Vvertheim vicarij, comitis de Sulms cuſtodis, Breitenbach, Macarij, canonicorũ eccleſiæ Moguntinæ, plebani Franckfordiẽſis, Rectoris Vniuerſitatis, & Decani facultatis artiſticæ ſtudij Moguntini, prælatorum eccleſiaſticorũ, & doctorũ conſulum præſulis inclytiſſimi, conſultatum fuit de modo, ordine, proceſſu, inſtitutione examinis. Et concluſum, ꝙ M.N. Vveſalia iuſiurandum facere deberet, ꝙ præſentare & tradere vellet omnes tractatus, opera, ſcripta ſua qualiacunq; quæ condidiſſet, vt per proprios ſermones vinceretur. Qui autem ab eo iuramentũ reciperent, deputabantur, comes de Vvertheim, Michael Heim Fiſcalis epiſcopi, Decanus ſancti Victoris Iohãnes Fauſt, & notarius. Adiungebatur, ꝙ doctores Heidelbergenſes cum tribus alijs, ſcilicet Macario, decano ſancti Victoris, & quodam alio perſpicerent tractatus eius, errores excerperent, dearticularent. Tempore intermedio aduenerunt doctores Colonienſes religioſi, M.N. Gerhardus Elten Inquiſitor, & M.N. Iacobus Sprenger ordinis Prædicatorum. Inter quos libelli diuidebantur, vt quiuis perlegens, turpes errores extraheret, in quibus de hæreſi ſuſpectus iudicaretur.

Sabbato, doctores Heidelbergenſes & Colonienſes, articulos excerptos Archiepiſcopo præſentant, & modum incipiendi, continuandiq; dicunt. Præſul nihil eorum inſpexit, quia in vnum non erant redacti. Præterea cœtus doctorum reuerendiſſimo patri, M.N. Gerhardum, vt inquiſitorem hæreticæ prauitatis obtulit, qui ſuſceptus honorifice, literis teſtimonialibus ſe habere huiuſmodi authoritatem, docuit & probauit. Statutus eſt dies, hora, locus examinis, ad feriam ſecundam apud Minores, cum quibus in captiuitate morabatur doctor Vveſalia. Deinde vnà omnes doctores & magiſtri Heidelbergenſes cum Archiepiſcopo prandebant.

DOMINICA.

Dominico die nihil eſt actum, propter ſanctitatem diei.

FERIA SECVNDA.

Feria ſecunda, mane ſeptima hora, conuenerunt, Archiepiſcopus, Inquiſitor, doctores Colonienſes, & doctores Heidelbergenſes, magiſtri Heidelbergenſes, Rector Vniuerſitatis Moguntinæ, Decanus facultatis, Licentiati, magiſtri complures eius Vniuerſitatis, Canonici, Doctores, Cancellarius, & conſiliarij epiſcopales, prælati religioſi, ſcholares, pro examine doctoris Vveſalieñ. in refectorio Minorũ, ſuffraganeus, plebanus Franckfordienſis doctor, Fiſcalis, Pedelli.

Sedit Inquiſitor primo loco, deinde ſecundo loco dominus Moguntinus, & ſic de alijs. Ante principium examinis, Inquiſitor pietate & humanitate inductus, ait palàm: Reuerendiſſime pater, honorabiles doctores, &c. præſentem conuocationem fieri fecit reuerẽ-

Inquiſitor primo ſedit loco

dissimus pater, princeps elector ad audiendum examinari M. Iohannem de Vvesalia in quibusdam articulis de fide catholica suspectis. Sed dicã aliquid pro bono illius viri, & rogo vt surgant duo vel tres ipsius fautores, vel alij qui moneant illum, vt à suis erroribus resiliat, se recognoscat, gratiam petat. Quod si fecerit, gratiam cõsequetur: sin non velit, sine gratia procedetur. Deputabantur, suffraganeus, Macarius, plebanus Franckfordiensis diu morantes, adeo vt M. N. Gerhardus mitteret Fiscalem pro eis reuocandis, dicens: M. Iohannem Vvesalianũ sponte venire debere, & gratũ esse de tali gratiæ exhibitione. Inter exeundum dum Fiscalis iret, veniunt illi tres missi, personaliter Iohannẽ adducunt, sic eñ voluit. Ibat aũt in medio duor̃ fratrum Minor̃, pallidus, silicernius, habens baculum in manu. Porro locatus est ad medium in terra directe in oppositũ præsulis & Inquisitoris. Inquisitor, alijs tacentibus, repetijt ad eum verba superius notata. Ad quæ M. Vvesalieñ. respõsurus, protestationes longas, & inania verba dicturus, longoq; sermone tempora procrastinaturus, compescitur à M. N. Gerhardo dicente, vt se paucis absolueret & diceret, an adhuc vellet stare suis opinionibus, aut determinationi ecclesiæ? Respondit M. Iohannes, se nunquam aliquid dixisse cõtra determinationẽ ecclesiæ: sed fatebatur se multos scripsisse tractatus, in quibus si errasset vel maledixisset, reuocaret & reuocare vellet, & omnia facere quæ deberet. Tum Inquisitor: Petitis tunc gratiã? Respondet Iohãnes: Pro quo debeo grãm petere, cum mihi nihil cõstet de aliquo crimine, culpa, siue errore? Inquisitor: Bene reuocabimus vobis ad memoriam, & procedemus ad examen. Inter hæc cæteri monebant eum ad petendum veniam. Vvesalia: Peto veniam. Nihilominus Inquisitor processit ad examen, prius tamen duobus instrumentis publice lectis, authoritatem se habere docuit apostolicam: deinde Iohãnem citauit, vt ad examen compareret. Tertio mandauit eidem Iohanni sub pœna obedientiæ, in virtute sancti spiritus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ (à quo nemo habeat ipsum absoluere, nisi solus Papa, vel ipse Inquisitor, nisi in articulo mortis) vt diceret plane verba veritatis super interrogandis de sua fide, sine ambagibus, sine verborum sophisticatione.

Locatur in terra.

Interrogatus primo, an credat quod ex iuramento iam præstito, obligetur dicere veritatem, etiam si sit contra seipsum, vel quemcunq; alium? Respondit, scio. Tum Inquisitor: Dicatis, credo. Iohãnes: Quid opus est credere quod scio? Ibi commotior factus Inquisitor, inquit: Magister Iohãnes, magister Iohannes, magister Iohannes, dicatis credo, dicatis credo, voce acuta. Respondit, credo.

Secundo interrogatus, an credat, si veritatem agnitam super interrogandis non dixerit, quod sententiam excommunicationis incurrat ipso facto, & mortaliter peccet? Respondit, scio, vt supra, & tandem, credo.

Tertio interrogatus, an scripserit aliquem tractatũ super modo obligationis legum humanar̃ ad quendã Nicolaum de Bohemia vel Polonia. Et an scripserit tractatũ de potestate ecclesiastica, de indulgentijs & ieiunio, & alios tractatus. Credidit se scripsisse, & multis doctis cõmunicasse, Tractatum de ieiunio misisse episcopo Vvormacienſi

Quarto interrogatus, an fuerit cum eodem Nicolao aliquando conuersatus in domo sua, seu loco habitationis suæ, aut alibi, & quoties? Respondit, credit & fatetur se cum eodẽ Nicolao fuisse cõuersatum de medicinis, & de communione sub vtraq; specie, in Moguntia & Vvesalia. Addidit, q̃ istum Nicolaum vicisset ex Euangelio.

Quinto interrogatus, an scripserit aliquos alios tractatus, aut missiuas literas ad aliquem aut aliquos alios Bohemos, aut quoscunq; alios schismaticos aut hæreticos? Respondit, & credidit se non scripsisse.

Sexto, an ipse receperit tractatus aut epistolas ab ipsis Bohemis, aut hæreticis, aut sit credens, fautor, vel episcopus Bohemorum? Respondit, q̃ non sit.

Septimo interrogatus, an aliq̃ dogmatizauerit, aut p̃dicauerit, q̃d sacra scriptura non dicat, q̃ spũs sanctus procedat à filio, aut ab vtroq;, & quid ipse de hoc credat? Fatet se scripsisse, & nõ p̃dicasse. Item nõ credit spm̃ sanctũ procedere à patre & filio, tanq̃ vno & eodẽ principio: quia appareat sibi, q̃ non possit in textu sacræ scripturæ inueniri.

Octauo, an credat vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, Et an cõtra hãc aliquid scripserit vel prædicauerit, Et an credat, scripserit, vel prædicauerit falsum esse in symbolo Athanasij hunc versum: Nam sicut anima rationalis, &c. Respõdit, & credit vnã sanctam ecclesiam, & q̃ non scripserit contra ecclesiam: quod q̃ hodie credat illũ versum, Nam sicut anima rationalis, &c. esse falsum.

Nono, an credat ecclesiam sponsam Christi à spiritu sancto gubernari? Credit.

Decimo, an credat, scripserit, aut prædicauerit, quod ecclesia Christi sponsa possit errare in fide, aut necessarijs ad salutem? Dicit quod ecclesia Christi non possit errare. Replicatur, quod scripserit.

Vnde-

A Vndecimo, an credat Romanã ecclesiam esse caput omnium aliarũ ecclesiarũ, Et an fides, quã profitetur & tenet Romana ecclesia, sit vera fides quã Christus tradidit? Credit.

Duodecimo, an credat quod Romanus pontifex sit verus vicarius Christi in terris, & necessarium esse vnum toti ecclesiæ præsidentem, aut sufficerent conuentus & congregationes sacerdotum? Credit quod Romanus pontifex sit Christi vicarius, & necessariũ esse vnum caput ecclesiæ.

Decimo, an credat quod Papa peccator amittat vsum suæ potestatis & iurisdictionis? Credit, quod non amittat.

Decimoquarto, an credat, scripserit vel prædicauerit, ꝙ apostoli nõ habuerunt authoritatem à Christo condendi canones, aut instituendi aliquas leges. Dicit, & scit se prædicasse & scripsisse, ꝙ non habeatur in Euangelio, ꝙ dominus dederit apostolis potestatem condendi leges. Et non credit, ꝙ habeant potestatem.

Decimoquinto, an credat, scripserit aut prędicauerit, quod Papa, Imperator, & alij principes & prælati non habeant authoritatem condendi aut instituendi leges, subditos obligantes in foro conscientiæ ad peccatum mortale, nisi ex consensu subditorum. Et an subditi consentientes in legem, & eam assumentes, voueant seruare legem. Et an subditi trãsgredientes legẽ, sint voti fractores, & peccent mortaliter, & non aliàs cõtra agendo. Rñdit & credit, quod habeant condere leges sine consensu subditorum, & quod præcepta ecclesiæ obligent sub peccato mortali. Et credit, quod assumentes legem non voueant seruare legem. Et credit, ꝙ transgredientes legem humanam sic assumptam, peccent mortaliter. Varius tamen fuit ad istum articulum.

Decimosexto, an credat, scripserit vel prædicauerit, quod omnis sacerdos seu presbyter sit episcopus realiter, & differant sola appellatione nominis. Credit differentiam esse inter episcopum & sacerdotem.

Decimoseptimo, an credat, scripserit aut prædicauerit, ꝙ nulli Christiani, quantũcunq; docti, habeant authoritatem aliquam exponendi verba Christi. Item, an credat, ꝙ sacra scriptura sit eodem spiritu exposita per sanctos patres & doctores, quo creditur primo tradita & reuelata. Primum articulum falsum credit, secũdum non credit.

Decimooctauo interrogatus, an credat, scripserit vel p̃dicauerit, nullũ esse peccatũ originale in paruulis iam cõceptis in vtero materno: credit ꝙ nullum sit.

Decimonono, an credat quod in venerabili sacramento eucharistiæ contineatur Christus realiter, modo sacramentali: aut solum, vt deus communiter est vbiq; per essentialẽ præsentiam & potestatem. Et an credat in ipso sacramento manere substantiam panis, aut eius formam substantialem. Et an credat, quod sub spẽcie panis in venerabili sacramẽto eucharistiæ sit totus Christus cum corpore & sanguine & diuinitate, & similiter sub spẽcie vini post consecrationem. Credit. Item credit, ꝙ corpus Christi possit esse sub spẽcie panis, manente substantia panis.

Vicesimo, an prædicauerit in Wisbaden, aut alibi, ꝙ videns venerabile sacramentum eucharistiæ, videat diabolum. Non credit.

C Item interrogatus (fuit hoc factum in principio examinis) protestatione facta per Inquisitorem, quod sua referre sic inquirere, quando ipse vltimo confessus sit, aut missam celebrauerit, aut communicauerit corpori & sanguini domini nostri Iesu Christi: nam præsenio & debilitate vix celebrare poterat. Dicit ꝙ in vigilia natiuitatis Christi proxime p̃terita confessus sit, & receperit sacramentum ipso die natiuitatis. Item credit, ꝙ quilibet homo teneatur confiteri, & communicare semel in anno.

Vicesimoprimo interrogatus, an credat cõtinentiam clericorũ occidẽtalis ecclesiæ esse in præcepto, aut eos omnino nõ teneri ad castitatẽ: & an clerici teneantur ad septẽ horas canonicas. Credit, ꝙ ex p̃cepto, clerici teneantur ad cõtinentiam, ꝙ ꝙ sub p̃cepto teneantur ad horas canonicas: quia susceperũt, etiam ad mandatum ecclesiæ teneantur.

Vicemo secundo, an prædicauerit religiosis, monachis, moniahbus aut beginis, ꝙ non teneantur ad voti castitatis, aut cuiuscunq; alterius voti obseruationem. Et an dixerit, ꝙ religio nihil faciat ad salutem. Et an dixerit fratribus Minoribus hoc verbum, aut simile in effectu: Non possum vos saluare in statu vestro. Credit, quod teneantur ad vota, & dicit se dixisse: Religio non saluat vos, sed gratia dei. Item credit religionem viam esse ad salutem. Item credit, quod fratres in religione possint saluari. Item dixit: Si ipsi non saluarentur, quis tunc saluabitur?

Vicesimotertio, an ne cõsuluerit cuidam sacerdoti in Cõfluentia, seu alijs, ꝙ sine peccato possit adhærere vni soli mulieri. Dicit ꝙ nõ fecerit.

Vicesimoquarto, an credat aut scripserit, nullum esse peccatũ mortale, nisi quod canon Bibliæ dicit esse mortale. Credit ꝙ sic, donec melius informetur, sicut de hoc scripsit.

Vicesimoquinto, an prædicauerit publice populo, Dubium esse, an Christus fuisset fu- D
nibus cruci alligatus, aut clauis affixus. Fatetur se dixisse, ꝙ nõ habeatur in Euangelio pas-
sionis, an clauis sit affixus, an funibus: credit tamen ꝙ clauis.

Vicesimosexto, an in istis & alijs suis opinionibus habeat aliquot insequutores creden-
dentes aut fautores. Respondit, ꝙ non.

Vicesimoseptimo, an credat indulgentias, quas facit ecclesia, aliquã efficaciã haberet: &
quid sentiat de indulgentijs, & an Tractatum scripserit de indulgẽtijs. Dicit se scripsisse: &
credit sicut sonat idem Tractatus de eadem materia. Perstitit in responsione hesterna.

Vicesimooctauo, de vicariatu Christi in terris interrogatus. Respondit, quod non cre-
dit, quòd Christus reliquerit sibi vicarium in terris. Pro confirmatione huius adducit &
dicit, quòd Christus in cœlum ascensurus dixit: Ecce ego vobiscum sum, &c. Quibus ver
bis clare significauerit, nullũ sibi velle substituere vicarium. Quomodo autem ipse præ-
sens esse vult, & vult per se omnia agere non habendo vicarium? Respondit: Si vicarius si-
gnificat aliquem qui in absentia principalis habet facere opera principalis, tunc Christus
non habet vicarium in terris.

Examine finito, reductus est Wesalianus ad locum suũ. Mox dñs Archiepiscopus, dñs
Inquisitor, & doctores decreuerũt, ꝙ nõnulli deputandi essent deliberaturi quid sit agen-
dum. Electi sunt doctores Heidelbergenses, & Colonienses, duo Cancellarij Archiepis-
copi, & comitis Rheni Palatini, G. Pfesser, & Tho. Dornberg, suffraganeus, rector Vni-
uersitatis, Comes de Solms, Macarius, canonici, Fiscalis cum duobus notarijs: qui peracto
prandio cõuenientes hora secunda, cõcluserunt id quod craſtina die apud doctorem Iohã E
nem Vvesalien. scilicet feria tertia peragebatur, vt modo sequitur.

DIE MARTIS.

Die martis mane apud Minores iterꝝ illustrissimus princeps, dñs Inquisitor, doctores, pla-
ti, magistri, laici, nemine repulso cõuenerunt. Adducto Iohãne de Vvesalia, dixit Inquisi
tor: Tria iam futura in hoc actu. Primum, quia M. Iohannes hesterna die non satis resolu
tus, ad certos responderit articulos, iterꝝ sibi illos proponendos esse, vt luculenter & clare,
plus masticando, responderet: deinde ad quosdam alios articulos heri nõ auditos quid sen
tiat, respondere deberet: tertio relegi debere omnes articulos principaliores cum respon-
onibus, vt audiat si adhuc in illis velit persistere, aut ab illis resilire. Demũ lectũ est hesternũ
iuramentum, & iterꝝ requisitus est M. Iohannes sub pœna iuramenti præstiti, vt veritatẽ
dicat super inquirendis & proponẽdis, sicut sentit & credit, sine fallacia & dolo, sine sophi
sticatione verborꝝ. Quo facto, sequitur examen in hanc formam.

ADDITIONALES ARTICVLI, SVPER quibus fuit examinatus.

In tractatu suo de indulgentijs interrogatus. Credit ꝙ thesaurus meritorꝝ sanctorꝝ non F
possit per papam distribui: quia ille thesaurus non est in terris dimissus. In tractatu ponit
causam ex illo Apocalypsis: Opera enim illorꝝ sequuntur illos.

Item secundo credit, quod recompensatio pœnarum pro peccatis debitarum, non po-
test fieri per pœnas Christi & sanctorum: quia merita ipsorum non possunt applicari alijs
hominibus pro satisfactione pœnarum debitarum: & ideo papa & alij prælati nõ possunt
illum thesaurum alijs distribuere.

Item non credit, ꝙ in suo tractatu de indulgentijs habeatur iste articulus: Indulgentiæ
non sunt remissiones pœnarꝝ à iure, vel ab homine pro peccatis iunctarꝝ: & ideo illæ re
missiones vocatæ indulgentiæ, sunt piæ fraudes fidelium.

Item non credit tractatum suum continere hunc articulum: Ecclesiam facere indulgen-
tias. Verum est pro illa ecclesia quæ errat: & ideo ecclesia dando indulgentias, plus nocet
quàm prodest.

Interrogatus quid sentiat de consecratione, & benedictione altarium, calicis, ornamen-
torum, cæreorꝝ, palmarꝝ, herbarꝝ, aquæ benedictæ, & aliarꝝ rerꝝ inanimatarꝝ, &c. Credit
ꝙ nihil virtutis spiritualis, & efficaciæ habeant ad effugandum dæmones, & pro remissio-
ne venialium peccatorꝝ. Credit etiam, ꝙ aqua benedicta nõ habeat maiorem efficaciam, q̃
alia aqua non benedicta, quo ad remissionem peccatorꝝ venialium, & effugationem dæ-
monum, & alios effectus, quos doctores scribunt de eadem aqua.

Item, quid de matrimonio & gradibus cognationum sentiat, interrogatus, Credit quòd
in gradibus prohibitis in veteri lege papa non possit dispensare, sed in alijs gradibus in

A noua lege prohibitis, possit dispensare. Credit quod fideles teneantur abstinere ab huiusmodi gradibus prohibitis sub pœna peccati mortalis.

Item credit, quod deus potest conferre gratiam habenti vsum rationis absque omni motu liberi arbitrij. Opinatur quòd beatus Paulus in sua conuersione nihil fecit suo libero arbitrio pro sua conuersiõe. Credit, quod deus potest dare gratiam huiusmodi, habenti vsum rationis, non facienti quod in se est.

Item credit, quod nihil sit credendum quod non habeatur in Canone Bibliæ.

Item credit articulum incipientem: Sola dei gratia saluantur electi.

DENVO INTERROGATVS.

Primo, super articulo in ordine quinto, vt supra approbat responsum heri factum.

Super septimo persistit in responsione data. Credit etiam, quod omnes Christiani debeant credere plus illis verbis Iohannis: Spiritus sanctus à patre: quàm illis, spiritus sanctus à patre & filio procedit. Credit articulum Niceni Concilij: Spiritus sanctus à patre filioq; procedit: esse falsum.

Dubitat Concilium legitime congregatum, recipere influxum immediate à spiritu sancto, & à Christo capite.

Item credit, quod spiritum sanctum procedere à patre & filio non habeatur in Canone
B Bibliæ, nec expresse, nec virtualiter.

Super octauo, persistit in responsione data, ad primam partem de ecclesia intelligit in verbis Christi, cum dicit: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ecclesiam Christi sic describit: Ecclesia est collectio omnium fidelium charitate copulatorum, iuxta opinionem suam motus verbis in Euangelio sequentibus: Et portæ inferi non præualebũt aduersus eam. Et credit eandem esse ecclesiam Christi, quàm nemo scit nisi deus.

Non credit credendum esse beatis, Augustino, Ambrosio, & cæteris, nec Concilijs generalibus: sed solum sacrę scripturæ. Et sacram scripturam dicit Canonem Bibliæ.

Ad secundam partem octaui articuli, scilicet de versu symboli. Nam sicut anima rationalis &c. Persistit in responsione hesterna, quod sit falsus, & addit iuxta suam intelligentiam.

Super decimoquarto persistit in responsione hesterna.

Super decimoseptimo persistit in responsione data, quo ad vtrasque partes.

Super decimooctauo persistit in responsione data.

Super decimonono persistit in responsione, & credit quod in conuersione substantiæ panis in corpus Christi, corpus est materia prima, & nuda substantia materiæ.

Super vicesimoquarto, persistit in responsione hesterna.

Super vigesimoseptimo, persistit in responsione data.

Super vigesimooctauo, persistit in responsione data, & dicit: Si vicarius significat aliquem, qui in absentia principalis habet facere opera principalis, tunc Christus non habuit vicarium in terris.

C Eadem feria tertia in examine inter cætera dixit: Si omnis homo recederet à Christo, ego solus Christum dei filium colam, venerabor, & Christianus ero. Ad quem Inquisitor: Hoc omnes dicunt hæretici, etiam in igne constituti.

Dum certas propositiones negasset se scripsisse, tractatus sui propria manu conscripti, ei ꝓsentabantur, quam reuera literam esse suam non valuit negare.

Dum sæpe repeteret se aliquid nunquàm audiuisse, ait M. N. Gerhardus inquisitor: Estis vos paginæ sacræ doctor, & hoc ignoratis.

Concluſum deinde est, quod ad doctorem Iohannem de Vvesalia mitterentur tres viri, Suffraganeus, Heruuicus, & Iacobus Sprenger, Theologiæ doctores, qui ꝓpijs illum exhortarentur verbis, vt ab erroribus, & hæresibus suis resiliret.

DIE MERCVRII.

Die Mercurij mane tres antenominati adeunt Iohannem, hortantur, inducunt, persuadent: cumq; is nollet Canonibus acquiescere, quibus hæreses eius delere volebant, interrogatus est ab Heruuico, cur ipse potius euangelijs quatuor Euangelistarum, quàm Nicodemi euangelio crederet? Respondit, quia volo. Quæsitus cur istis quatuor crederet Euangelistis? Respondit, quia à parentibus accepi. Interrogatus, cur fidem non haberet doctoribus? Ait: Quoniam ipsoꝝ doctrina nõ esset scriptura Canonica. Rursum obijciebatur. Quomodo ipse inter prędicandum sibi voluisset credi, cum sanctis non haberet fidem doctoribus? Dixit se prędicasse, sed an suis verbis creditum sit, nihil curauisse.

Cum ei de peccato contagionis,& cæteris punctis clarissimis contrarium persuaderetur, D
dixit se nec audisse,nec legisse vnquàm. Tandem addidit: Sicut vos agitis mecum,si Christus adesset, posset à vobis hæreticus condemnari. Attamen (subridendo adiecit)sua vos vinceret subtilitate. Dum probarentur articuli condemnati testimonio Conciliorum, Canonum,Bullarum,se ignorauisse respondit. Multis iam diu doctorum sententijs inductus. Postremo subiunxit errorem suum,velle se recognoscere,& erroneam abijcere conscientiam,ipsorumq; consentijs inniti.

Prandio peracto definiebatur ei die crastino,scilicet Iouis,potiores articulos presentandos esse ad deliberandum,si hæresim abiurare,reuocare,veniamq; petere dignaretur,

DIE IOVIS.

Articuli venerunt ante conspectum eius, de hæresi præcipue suspecti. Forma petendæ veniæ coniuncta totum se assumere fatebatur,& reuocare. Primum, in refectorio Minorum,in præsentia Episcopi,& cleri. Deinde facta prius in omnibus ecclesijs publicatione manifesta, in Ecclesia maiore solennitatibus adhibitis, publice reuocare se pollicebatur in audientia vniuersi populi.

DIE VENERIS.

Die Veneris mane,septima,in præsentia Archiepiscopi,doctorum,& prælatorum,plu- E
rimorumq; aliorum & religiosorum,& secularium. Inquisitor dixit: Per reuerendissimum patrem missi sunt certi ad M. Iohānem de Vvesalia,qui eum exhortarentur,vt à suis erroribus,& hæresibus resiliret:quibus ille respondit se ad reuocationem,ad petendam veniam esse patatissimum. Iussit ergo eum adduci, vt audiretur,si adhuc in salubri sententia persisteret. Adductus est Iohannes,ad quem Inquisitor: ideo congregationem esse factam, vt ipse palam faceret, quid sentiret, an ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ redire,& hæreses abiurare,reuocare,veniamque petere dignaretur. Mox ita Iohannes exorsus: Reuerendissime in Christo pater Archiepiscope huius inclytæ diocœsis, venerande pater Inquisitor domini doctores,& magistri,& quicunque alij venerandi, ego sponte recognosco in scriptis libris,& dictis meis inuentum esse,quod erroneum est. Et reuoco eadem erronea,& in publico reuocare volo. Et volo me submittere,& submitto me sanctæ mris Ecclesiæ mandatis,& informationi doctorum. Et pœnitentiam mihi iniungendam sufferre volo,& peto veniam & gratiam.

HVIVS Doctoris Iohannis de Vvesalia examini,& inquisitioni interfui ego ipse qui hæc scribo in Mogūtiaco,sub Archiepiscopo domino Diethero de Isenburgo,qui ad se vocauerat Theologos Heidelbergenses:& venerunt dominus doctor Nicolaus de Vvachenheim,solus de via (vt dicunt) Modernorum, dominus doctor Heruicus de Amsterdamis, dominus doctor Iodocus de Calbo. Ex Agrippina vocati fuerunt,& venerunt M.N. Henricus de Elten,ordinis Prædicatorum,inquisitor hęreticæ prauitatis. M.N. Iacobus Sprenf
gerger ordinis Prædicatorum,& quidam alius eiusdem ordinis.

Magister Iohannes de Vvesalia longo tempore graui morbo laborauit, nihilominus inquirebatur ab eo satis feruide. Quædam negauit se dixisse,quędam vt præ ætate & languore potuit, conabatur interpretari. Et ipse per sese etiam allegabat suam diuturnam infirmitatem.

Dempto solo articulo de processione spiritus sancti, in alijs videtur non ita graui censura fuisse castigandus, si indutiæ datæ fuissent, si consultores ei fuissent adhibiti, si non omnes vno solo dempto, fuissent de via realium. Et nisi forsitan impetus quidam irrepsisset in religiosos,triumphandi de seculari,& præsertim de eo qui illorum Thomam peculiariter non coluerat,forsitan poterat cum eo mitius,humanius & clementius,benigniusq; actū & processum fuisse. Deum testor,qui omnia nouit,hunc processum qui cum eo seruatus fuit vsque ad reuocationem,& librorum suorum exustionem, vehementissime displicuisse magistro Engelino de Brunsuico, maximo Theologo,& magistro Iohanni Keiserſbergio,duobus vtiq; viris,cum doctis, tum integris. Præcipue magistro Engelino visum fuit nimis præcipitanter cum tanto viro actum esse. Immo non verebatur asserere multos articulos eius,& maiorem partem posse sustineri. Nec obticuit de simultate Thomistarū cōtra Modernos,& de gaudio triumphandi religiosorū contra seculares. Quis nisi ipse diabolus seminauit illam zizaniā inter philosophos & inter theologos,vt tanta sit dissensio, etiā animorum inter diuersa opinantes,inter eos qui Thomam,qui Scotum,q Marsilium imitant?

Adeo

A Adeo vt si vniuersalia quisquàm realia negauerit, existimetur in spiritum sanctum peccauisse: immo summo & maximo peccato plenus creditur, contra deum, cõtra Christianam religionem, contra iustitiam, contra omnem politiam grauissime deliquisse. Vnde hæc cæcitas mentis, nisi à diabolo, qui ne vtiliora, ne honestiora, ne moribus, virtutibus, & saluti animarum conducentia discamus: phantasias nostras illudit, & trahit ad res minus salutares & ad gelidas harum intentionum speculationes: quibus neque ad deum deuoti reddimur, neq; ad proximi dilectionem inflammamur. Et ideo minus ædificamus in ecclesia dei, neque seruor Christianorum videtur augeri, sed indies diminui.

EXAMINIS VVESALIANI FINIS.

O. G. STVDIOSO LECTORI S. P. D.

B MVltos in ecclesia Romana, tam secularium, quàm spiritualium Principum culpa, abusus esse, & grauamina identidem non pauca, nemo ferme est omnium qui ignorat. Verum hæc noua non sunt, neque etiam inaudita. Vide (obsecro) quid in Regum libris scriptũ sit, Nonne propter grauia Solomonis in populũ suum grauamina. X. tribus Israel, ab ipso Roboam, inciuili principe, minimeq; politico, ad impiũ Hieroboam defecerunt? Nunquid non & Ptolomæus Auletes rex Aegypti, ob causam candẽ ab Alexãdrinis exactus, ad Romanos misere confugit? At quid (obsecro) ex his & id genus alijs mille iferes historijs? Nũ propterea Principes tuos, & ecclesię pfides, p totũ terrarũ orbẽ contemnes? Absit lector prudentissime. Nullus em̃ locus est intra oceanũ, neq; tam distans, neq; tam reconditus, neq; tam montibus præceps, vbi nulla sint grauamina & abusus nulli. Multa (fateor) à patribus nostris legitime quondã instituta, quæ si pie ac sancte ab oĩbus seruarent, nunq̃ hęc pericula, dei ecclesia ĩcidisset. Ex qua igit radice (roget qs) infinita indies pullulant atq; excrescunt grauamina? Ex auaritia (inquam) & questu inordinato. Nam hoies sæpe puertunt ea (vt Cicero inquit. 3. offi.) quæ sunt naturæ fundamenta, quum vtilitatem ab honesto separãt, non animaduertentes, nihil esse vtile quod non idem honestum. Tria igitur homines plerũq; expetunt, opes, voluptates & honores. Ex opibus praua, è voluptatibus turpia, & de honoribus vana promanãt. Hæc me loqui cogit veritas. Nam error cui non resistitur (vt Innocentius ait, & habetur di. 83.) approbatur, & veritas, quum minime defensatur, opprimitur. Teste itaq; diuo Augustino, lib. 5. de Ciui. dei, Christianos imperatores (ideo etiã & Principes nr̃os) felices eẽ dicimus, q iusta imperãt, suamq; potestatem, ad veræ dei cultum administrant. Hinc non indecenter Chrysostomus sup illud Matthæi: Beatus seruus. Vnũquemq; (ait) ad communẽ vtilitatem vti oportet his quę habet, siue sapiẽtia, siue prĩcipatu, siue diuitijs. Nam vt Cassiodoro placuit epla. XIIII. Cõmodum debet esse cum modo. Quod si neglectum fuerit, & mensuram qualitatis excesserit, sui nominis vim non retinebit. Quapropter in Frontispicio Apollinis Delphici aureis literis olim scriptum fuit. Ne quid nimis. Verum hac de re satis, tum primo, ne ignem gladio fodiam, tum secundo, ne sutor vltra crepidam, vt dici solet, licet tamẽ holitor, valde opportuna sępe loquatur &c. ¶ Ad grauamina lector Christiane & ad illorum (si qui in illis sunt) abusus reuertimur. Duo em̃ nobis grauaminum opuscula oblata fuere, & typis excusa, quorum pstaret neutrum esse, quàm propter alterum eorum malum fieri, aut in discordiam labi, hoc est, melius eẽt, oĩes abusus & grauamina (si quæ sunt) ab ecclesia dei & communi Rep. tolli, quàm tot scandala inter nos indies oriri & nullam sperare concordiam. Multa ne sint in ecclesia dei grauamina, an minus, non est nostrum affirmare. Lege epistolam diui Maximiliani, quæ infra folio. CLXX. habetur, & rem ipam inuenies. Hoc autem tibi dictum velim, & ppetuo demandatum, te propter grauamina & abusus (qui semp fuerunt) non debere fieri hęreticum.

Vale feliciter.

GRAVAMINA GER D

MANICAE NATIONIS CVM REMEDIIS ET Auiſamentis ad Cæſaream Maieſtatem, in duos libellos diſtinctim diuiſa, eoq; ordine & modo, quo prius impreſſa fuere.

GRAVAMINA NATIONIS GERMANICAE ET Sacri Romani Imperij, Decem.

I  Vod ad ſeruandas bullas, pacta, priuilegia, & literas, ab anteceſſoribus, abſque omni derogatione conceſſas, ſucceſſores Pontifices teneri ſe non arbitrantur, immo per crebras diſpenſationes, ſuſpenſiones, reuocationes ad cuiuſcunque (etiam vilis) perſonæ inſtantiam contraueniunt.

II Quod electiones prælatorum quandoque reijciuntur.

III Quod electionibus præpoſiturarum, quas quarundam eccleſiarum capitula multo ære impetrarunt, contrauenitur, Spira ſcit E & Haſela, cuius Bulla de eligendo præpoſito eneruata eſt, eo adhuc ſuperſtite qui dederat.

IV Quod beneficia & dignitates maiores, Cardinalibus & Protonotarijs reſeruantur.

V Quod expectatiuæ gratiæ abſque numero conceduntur, & multæ interdum ad vnum collatorem. Vnde ſurgunt quotidianæ lites, & pecuniæ dilapidantur. Tum illæ, quæ pro bullis gratiarum (quæ nunquam effectum ſortientur) expoſitæ ſunt. Tum illæ, quæ pro litibus deducendis conſumuntur. Inde apud quoſdam ortum eſt prouerbium: Quiſquis gratiam expectatiuam ab vrbe extraxerit, cētum aut ducētos aureos nummos in ciſtam ſimul ad ipſam gratiam reponat, quibus ad proſequendam litem opus habebit.

VI Quod Annatæ abſque dilatione & fine miſericordia (etiam epiſcopis intra paucos annos mortuis) exiguntur. Interdum plus quàm debeatur, extorquetur, propter noua officia & nouos familiares. Exemplum de Moguntina & Argentinen. eccleſijs.

VII Eccleſiarum regimina minus dignis (Romæ videlicet) committuntur, qui ad mulos magis quàm homines paſcendos & regendos eſſent idonei.

VIII Indulgentiæ nouæ cum reuocatione aut ſuſpenſione veterum (laicis contra clerum mur F murantibus) ad corradendas pecunias conceduntur.

IX Decimæ ſub prætextu expugnandorum Turcarum exiguntur, nulla exepeditione ſubſequuta.

X Cauſæ quæ in Germania (in qua & docti & iuſti iudices ſunt) terminari poterant, ad tribunalia Romana indiſtincte trahuntur. Quod ſanctus Bernhardus ad Eugenium Papam ſcribens, valde reprobare videtur.

Remedium

A

REMEDIVM CONTRA GRAVAMINA NATIONIS Germanicæ.



I Cæsareæ maiestati consultum visum fuerit, proponatur summo Pontifici & sacrosanctę Ecclesię Ro. Quod graue immo intolerabile sit nationi Germanicę, ammodo tãtas expensas & molestias pati, tantas pro confirmatione archiepõrum & epõrum inferre annatas, præsertim quę in quibusdam episcopatibus successu temporis auctæ, in quibusdam duplicatę esse dicuntur.

Nam sedes Moguntina (vt dicitur) olim solum dedit decẽ milia florenoꝝ, quę cum quidã illic electus dare renueret, sicꝯ vsqꝯ ad mortẽ suã persisteret, electus post eum, confirmationis cupidus, se opponere timuit sedi Apostolicæ, offerens antiquã summam, puta decẽ miliũ florenoꝝ, is nec confirmationem impetrare potuit, nisi & reliqua decem milia simul redderet, quæ adhuc extabant à suo prędecessore nondum persoluta.

Sicꝯ cogebatur dare viginti milia florenoꝝ, quę tũc indubie in registrum camerę signata sunt, & vsqꝯ ad nostram ætatem à singulis archiepis exacta, & nedũ viginti milia, sed & vigintiquinqꝯ, propter noua officia, & nouos Pontificũ familiares. Tandem excreuit summa vsqꝯ ad viginti septẽ milia. Quę Archiepus Iacobus cogebat nuper psoluere, vt retulit vicarius in spũalibus Moguntinen. Sicꝯ in vita vnius hois septies vigintiquinqꝯ milia à solo archiepiscopatu Moguntino pro confirmatione archiepiscopi Romã peruenerunt.

B Et cũ Archiepiscopus Iacobus vix quatuor annos sedisset in archiepiscopatu, mox post eum electus dominus Vriel, ad minus vigintiquatuor aut vigintiqnqꝯ milia coactus ẽ persoluere, quorum partem mutuo forsan accepit à mercatoribus, sed vt illis satisfaciat, imponere coactus est subsidium aut exactionem in suos populos & pauperes agricolas, quorum aliqui nondũ satisfecerũt, tributo aut exactioni pro pallio à suo prædecessore Iacobo impositæ. Sicꝯ non solum euiscerantur nostrates, & ad extremam inopiam rediguntˇ (de qua Reuerendissimo domino Bernardino sanctæ Crucis Cardinali & nuper legato constat) verum etiam incitantur ad rebellionem & quęrendam vtcunqꝯ libertatem, & vbi possunt inter se susurrant de sæuitia in clerum.

Admonendus etiam videtur summus Pontifex, quod per varia bella, terræ Germanorum passim desolatę sunt, ac per crebras mortalitates numerus viuentium diminutus

Sicꝯ ob paucitatem cultorum, agri pro magna parte inculti iacent, & ipsa thelonea diuersis euentibus attenuata, & venæ minerales exhaustæ sunt, pereuntꝯ indies prouentus, ex quibus Archiepiscopi & Episcopi (alijs etiam honestis & necessarijs impensis grauati) se di Apostolicæ annatam persoluere possint.

Non sine causa, Iacobus archiepiscopus Moguntinus iam fere moriens dixit, se de morte sua non adeo dolore, quàm ob id, quod subditi sui pauperes, iterum pro pallio grauem exactionem dare cogerentur.

Mitius ergo Summus Pontifex, velut pius pater filiorum suorum amator, ac fidelis &
C prudens pastor, cum filijs suis Germanicæ nationis agat, ne propediem, vel in vniuersos Christi sacerdotes persequutio suboriatur, vel instar Bohœmorum pleriqꝯ ab ecclesia deficiant Romana.

Mitius saltem agat, quotiens archiepiscopus aut episcopus ad paucos annos rexerit, sicut de episcopis Bambergensibus accidit, quorum tres intra paucos annos mortui sunt.

Quid de alijs multis episcopatibus. Siquidem Germania (Aenea Syuio teste) supra quinquaginta episcopatus habet. Quid de abbatibus quorum aliqui Romę confirmantur?

Esto, quod in Germania maiores essent ex agris, ex mineris, ex theloneis obuentiones, indigeret tamẽ Cęsarea maiestas & cęteri principes, thesauro & neruo belli contra hostes, pręcipue infideles, & ad conseruandam in Germania pacem, atque ad iustitiam vnicuique (ministrandam.

Ad quod, consistorium regalis cameræ cum magnis impensis sancte institutum, maxime deseruit.

Pręterea opus habet C. maiestas, pecunijs, ad comprimendos imperio rebelles, & ad exterminandos sicarios atqꝯ latrones, quorum nonnulli ecclesijs nocere, earum bona diripere, immo in clericoꝝ personas sęuire atqꝯ grassari non erubescunt.

Demum natio nostra non solum pro reparatione ecclesiarum & monasteriorum auro indiget & argento, sed etiam pro hospitalibus, pro pueris exposititijs, pro vuiduis, pro puerperis, pro orphanis, pro filiabus pauperum (ne stupro cadant) desponsandis, pro domestica inopia laborantibus, pro annosis & effœtis, pro valetudinarijs, ac pro pustulatis, quorum (proh dolor) plena est Germania, alioqui etiam populosa, vti sexum minime fastidiẽs muliebrem.

Remedi-

REMEDIVM PRO CIVI. IMPE. ET ANIMA. SALVTE.

REMEDIVM PRO CIVITATIBVS IMPERII

D

& animarum salute.



I solicitante C. Maiestate, à sede Apostolica impetraretur (quod Vriel archiepiscopus Moguntinus impetrauit) ne deinceps in ciuitatibus Imperij, quisq̃ duos sil' possit habere Canonicatus aut vicarias, in diuersis eiusdem ciuitatis ecclesijs, sed vt singuli in singulis distributiones deseruirent. Tum minuerentur lites. Respublica maius sentiret commodũ, plures docti, imperio & fidei vtiles promoueri possent, plures missæ legerent, & omnis diuinus cultus alacrius & laudabilius perageret. Sicut de Basilea & Spira exemplum adduci posset. In vtraq; em̃ ciuitate, nullus simul in diuersis ecclesijs plures canonicatus aut vicarias, ex sanctissima consuetudine possidere pt. Ideoq; vtrobiq; religio & diuinus cultus egregie floret. Et summi pontificis (Aeneę Syluio teste) interest curare, vt honoret deus, & illi laudes atq; hymni canant.

Hæc etiã Bohemi petierũt vt supra habetur.

Expediret rebus publicis & animarum saluti, si summus Pontifex immutabiliter sanciret vt in quolibet collegio duæ ad minus essent præbendæ, gratijs non subiectæ, ad quas duo Theologi, aut vnus Theologus, & alter Canonista dũtaxat promoueri possent.

Atque vt idonei puta Philosophiæ, Canonum, & sacræ paginæ docti, eo promptius curas subirent animarum, expediret, quod authoritate Apostolica, monasteria, & collegia parochijs (quas sibi incorporatas tenent) sufficientia & certa emolumẽta inferre cogerent. Hoc enim (si Aeneæ creditur) Papam decet curare, vt Euangelium Christi (quod est optimum animæ pabulum) omnibus syncere prædicetur, vt omnes errores, omnis blasphemia eradicetur, vt bella sopiantur, vt furta, rapinæ, incendia, homicidia, adulteria, ebrietates, crapulæ, contentiones, odia, & rixæ de medio tollantur. Ad harum rerum persuasiones, Theologi & Canonistæ magis idonei quàm Curtisani auari esse videntur. Immo & Theologi docti, contionibus apti. Summũ Pontificem Reuerendissimosq; dominos Cardinales in suo honore & authoritate, sermonibus suis commodius tueri & conseruare possent.

E

AVISAMENTA AD CAESAREAM MAIESTATEM.



Sicut regnum Franciæ, Pragmaticam habet sanctionem (cui in conferendis beneficijs innititur) Sic Imperiũ Romanũ habet cõcordata principum, vtq; ea illæsa conseruentur, interest Cæsareæ Maiestatis. Raro tamen hactenus per summos Pontifices violata sunt. Et auditores rotæ iuxta illa hucusq; fertur iudicasse. Et si aliquis curialium per quancunque dispensationem conaretur illa infringere, quod episcopus vel princeps vel senatus eiusdẽ loci (principijs obstãdo) in faciem ei cõcordata inculcare pie exhortans, ne contra veniat, quoniam audacia sua sustineri nequaquam posset, cum & Turcę & Iudæi pacta fidemq; seruent. Quis Curtisanorum tam insolens aut stultus est, vt contra voluntatem Episcopi, Principis aut totius alicuius communitatis in aliqua Ciuitate habitare præsumat.

F

Posset etiam Cæsarea maiestas, per literas aut oratores, facile in regno Franciæ experiri, quomodo illic beneficia conferantur, & quam authoritatem in conferendis beneficijs habeat summus Pontifex. Secundum hoc posset moderamen fieri in Imperio Romano, & frenum inexplebili auaritiæ Curtisanorum adhiberi. Si præclaræ vniuersitates, præcipue facultas Theologica Parrhisiensis approbauerit modum illum, qui de disponendis & conferendis beneficijs in Francia seruatur, nemo dubitet Cæsaream maiestatem & Principes Germanos, si se isti modo conformauerint, apud deum tutos fore & excusatos. Præsumendum enim est, quod tanti prælati, tanti doctores, tam probati viri, qui in regno Franciæ ac in studio Parrhisiensi viuunt nihil approbent, quod contra deum, aut contra iustitiam committeretur.

Laus Parrhisiensium

Prouideat tamen Cæsarea maiestas, ne Archiepiscopi electores in hoc sancto instituto à se dissentiant, sibiq; non adhæreant, propter censuras Apostolicas quas timebunt, & populus interdictum diu non sustinebit.

Prouideat etiam Cæsarea maiestas, ne fratres mendicantes contra ipsam prædicent, qui sedi Apostolicæ libenter deferunt, timentes perdere priuilegia sua, vtinam Christo & naturæ innixa, quàmuis iustissimam causam dudum habuissent contra tantam auaritiam, tantosque abusus prædicandi.

Timeat Cæsarea maiestas, ne papa mãdet electoribus, vt ad electionẽ noui regis Rom. procedant

A procedant. Sicut contra Fridericum secundum Lantgrauius Thuringiæ, & Guilhelmus Hollandiæ comes (iubente papa) fuerunt electi.

Timeat Cæsarea maiestas, omnes ꝑlatos ecclesiarꝫ, ꝑcipue ꝑpositos, qui ex iuramento tenentur auisare papam.

Timeat Cæsarea maiestas, ne S.d.n. papa obedientiã à subditis auferat, & circũiacentes populos prouocet, vt in terras Cæsaris, seu archiducatus Austriæ irruant. ꝙ isti hoïes sub colore obedientiæ apostolicis mãdatis ꝑstandæ, promptissimo animo sunt facturi.

Timeat Cæsarea Maiest. censuras apostolicas, à quibus S.d.n. papa nõ abstinebit.

Timeat Cæsarea maiestas, ne papa argutissimis locis rudi populo persuadeat cõtra pragmaticam, seꝯ excusans, simpliciũ beniuolentiã captet, allegaturus, ꝙ ecclesiam sancti Petri in vrbe magnis impẽsis instauret, & certis in locis contra Thurcas ædificet, ꝙꝯ bellis suis, nulli vnquã fecerit iniuriã: quoniam recuperet terras, ad ecclesiam, siue patrimonium sancti Petri pertinẽtes, ad quod ex officio teneatur. Circũspiciat ergo & deliberet Cæsarea maiestas, qualiter sapientissimo suo consilio omnibus illis Romanorum subtilitatibus (si necessitas exegerit) sit responsura.

CONCLVSIO ET PIA EXHORTATIO ad Cæsaream Maiestatem.

B 

Nihil sanctius, nihil deo gratius, nihil sempiterna memoria dignius efficere poterit Cæsarea maiestas, quàm vt tantas Germanicæ nationis molestias & exactiones moderetur, vt laicis cleꝛ persequendi occasionẽ auferat, vt parochias (quaꝛ aliquas episcopatus Italicos Aeneas æquare scribit) ex faucibus Curtisanoꝛ, concionari, cõsulere & cõsolari nenscientium, rapiat, vt diuinũ cultũ augeat, vt auaritiæ & impietati Curtisanoꝛ frenum imponat, vt ius patronatus laicoꝛ in vtrisq;, & nominationes Canonicoꝛ collationesq; ecclesiasticoꝛ in ordinarijs mensibus conseruet, vt multoꝛ illustrium, nobiliũ, & ciuium filijs in Germania cõsulat, qui in vniuersitatibus ab adolescentia diuinas & humanas literas discunt, vt & ipsi extra curiam Romanã, absq; inquietissimis vexationibus, sumptuosissimisq; interdũ etiã indignis litibus ad ꝑbendas ecclesiasticas ascendant, qui & imperio Romano, consilijs, & toti ecclesiæ, orationibus suis, opem ferre possint. Neq; em̃ minima causa est, cur tantopere floreat Frãciæ regnũ, nisi ꝙ tãtos tãq; ꝑstantes in omni bona doctrina viros multos habet. Si Cæsar hanc impietatẽ eneruauerit, si Germaniã tributo graui oppressam, in pristinã libertatẽ vendicauerit, si doctis & honestis ad ꝑbendas aditũ fecerit, tum vere liberator Germaniæ, libertatisq; restitutor: tum vere pater patriæ, perpetuo ab omnibus passim poterit appellari: nec minorẽ sibi gloriam, Germaniæq; fructũ afferet, q̃ ꝙ prouinciã aliquã, bellicis ei viribus adiecisset. Sicq; nõ minores vni Maximiliano Germania gratias debebit, q̃ his oĩbus quia translato ex Græcis in Germanos imperio, multis antea tẽporibus regnauerũt.

Curtisani.

Frãciæ regnũ

Maximilian⁹

P. RAESTERISCVS D. IAC. VIMPHELINGIO diuinarum literarum Licentiato S. D.

C 

Emitto ad te vir ornatissime, fido cũ hoc cõmensali meo, medullã illã pragmaticæ, ꝑ quã scite, syncereq; abs te excerptã, vnà cum prudẽtissima Cęsareæ Maiest. instructiõe, faxit deus Opt. Max. vt aquila nostra circũspectissima, oculatissimaq; ipsa est summo culmine (perinde vt liliatus princeps) eripiat, cõseruetq;, ne scilicet post hac beneficioꝛ isti harpagines, vniuersam hanc nobilem Germaniã medullitus exenterẽt, eneruẽtq;. Negotiũ ipsum me Hercle cõmodissimũ atq; diuinũ summopere cõmendo. Necnon cũ tuã ea in re diligentiã, tũ Cæsareæ Maiest. ad rempu. Germaniæ zelum haud immerito maximi facio, mirificeq; laudo. Nihil prorsus demendũ in ipso facto, adiẽciendumve (hac ꝑsertim pestifera tẽpestate, proindeq; nobis inquietissima) operæpretiũ duximus. Aeneam Siluiũ de Germaniæ situ propediem aut ipse reducam, aut fido cum tabellione ad suum remittam authorem. Vale faustissime, Ræsterisco q; tuo, tametsi scabro & inculto, vtare pro tua synceritate vt voles. Datum festistanter, & ex tempore, vrgente contubernali hoc meo probatæ vitæ viro, quem tuæ humanitati commendo. Calend. Decemb. Anno Christi. M. D. XI.

Aeneas Sil.

AVISAMENTA AD CAESAREAM

¶SERENISSIMO RO. CAESARI AVGVSTO

Maximiliano Ia. Regius familiaris.



Vdiens nuper ſacratiſſime Cæſar maieſtatem tuã Romæ adeundæ accinctam, ſcripſi Iohanni Collauro à ſecretis, vt Cæſa. Maieſtatem tuam de nonnullis commonefaceret, quæ ad ſplendorẽ nominis tui, Germaniæq; decus non parũ attinere videbãtur, vt ea à ſacro ſancta ſede apoſtolica tecum referres. Nihil enim credidi impetrare te non poſſe, quod à Iulio .II. Pont. max. à tua Cæſarea Maieſtate ſalutando eſſes petiturus. Inter cætera vero Iohannem Collaurum de vno ſingulariter reddidi certiorem, q; ſe. recordatiõis prædeceſſor tuus Henricus Romanus Cæſar, præbendam quãdam (quæ ob id regia vocatur) in Argentineñ. eccleſia fundauerit, cuius omnes in imperio Ro. ſucceſſores iure fundationis proculdubio collatores fuerunt, & adhuc eſſe deberẽt, ficut & hodie Cæſa. tua Maieſtas duarum ſimiliũ præbendarũ (quas progenitores tui in templo Spireñ. de ſuis erexerunt) iuſpatronatus habet. Quomodo autem ab eo iure erga præbẽdam Argentineñ. (forte propter interregnũ) Ro. Rex ceciderit, & ad præpoſitum illic deuolutum ſit, prorſus ignoro. Hoc tamẽ multis perſuaſum eſt Cæſaream tuã maieſtatẽ, ius illud patronatus à ſummo pontifice denuo in vtroq; menſe exæquitate facile conſequi poſſe, vt ammodo ad dei laudẽ & eccleſiæ decus, vir quiſpiam ſcientia & vitæ honeſtate conſpicuus, tuæq; maieſtati cognitus nõ inutile q̃ddam beſtiæ aut coquinæ mancipium, ſed neq; leno, neq; catamitus, liber & alienus à ſcientijs & pietate eidem præficeretur. Tuæ enim maieſtati, cunctisq; tuis in imperio Romano ſucceſſoribus, mores & merita perſonarum longe clarius q̃ exteris gratiarũ diſpenſatoribus poterunt eſſe manifeſta. Sed & hoc quoq; deo gratiſſimũ, animabus ſalutiferũ, tuæ autẽ maieſtati in primis honorificũ viſum eſt, ſi à ſacroſancta ſede apoſtolica de quorundam abuſibus erudienda, inuiolabili lege impetrares, ne deinceps quicunq; vel natali obſcurus vel omnium bonarũ literarũ indoctiſſimus, contra diuinam, naturalemq; legem, contraq; ſacratiſſimos canones, duo aut tria ſacerdotia ſub vno tecto, tres aut quatuor præbẽdas aut canonicatus in diuerſis collegijs intra eadem Romani imperij mœnia ſitis, totidemq; pingues parochias, qualicunq; diſpenſatione (ne dicã diſſipatione) à ſummis pontificibus eẽt conſecuturus, cũ tot canonicatuũ aut eccleſiarũ parochialium quælibet, alterius aut vtriuſq; iuris ſacræve paginæ licentiatũ, immo doctorem honeſto ſtatu nutrire poſſet, adeo vt ſinguſt ſingulis eẽnt contenti, & in animo tranquilli. Hac re vix aliquid deo gratius, Germaniæq; vtilius maieſtatẽ tuam arbitror efficere poſſe. Taceo q; hoc pacto pij adoleſcentes, q in gymnaſiis multo labore, bonarumq; literarũ amore, patrimonium ſuum expenderunt, parte eccleſiaſtici ſtipendij nacta, cohæredes in hæreditate paterna ad reſ publicarum augmentum releuare, Chriſtoq; ſeruire, & pro totius imperij ac imperatoris ſalute preces effundere poſſent. Sic quoq; p ſingulas eccleſias miniſtri inſtituerentur idonei, ſacræ paginæ, ſacrorumq; canonum docti, præbendas facilius conſequerent, ac cæteri literis, virtutibus prędditi, ad Chriſti patrimonium aſcenderent, occaſio deſiderande mortis alienæ tolleretur. Neq; eſſent tot lites, totq; contentiones, cum magno rei familiaris per totã Germaniam detrimento, neq; eſſent tot fraudes, non vexarentur inſontes ab eis qui nihil niſi contendere, acceptare, inquietare, vexare norũt, non quibus proximũ circumueniẽdi maior aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit vberior, ſub inuolutionibus prærogatiuarũ, antelationum, regreſſuum, & laqueis inſtrumentorũ à proprij ſeruis ſcriptorũ, tot fraudes, tot deceptiones pmitterentur, Adoleſcentibus qui literarũ ſtudio, virtuoſisq; operibus intendere deberent, non daretur anſa euagandi, nec p litium anfractus turbarent. Non cõfunderetur eccleſiaſticus ordo, non fineretur vnus ſolus ad nullã rem deo gratam, aut fidei noſtræ vtilem idoneus, turpiter occupare ſtalla & loca in omnibus eccleſiis, intra eandem imperij ciuitatem ſitis, ficq; parochijs p barbaros quandoq; mercẽnarios prouiſis, ſalubrius p doctos conſuleretur, nec diminueret diuinus cultus, nec animarũ ſuffragia obmitterentur, non eſſent vacua ſtalla, non caſſarentur voluntates vltimæ, minus pderentur literæ monumentaq; beneficiorũ, non periret hoſpitalitas, non eleemoſynæ, nõ domus & ædificia cætera eccleſiarũ corruerent, non bona & predia alienarent, non eſſent tanta murmura & odia vulgi, in cunctos fere ſacerdotes, propter paucos auariſſimos ac inſatiabiles. Neq; ego primus ſum cui tanta ſacerdotiorũ multiplicandorũ cupiditas ſtomachum mouet. Nã & Franciſco Petrarchę viro probatiſſimo hæc impietas admodum diſplicuit, q nec expauit ad Vrbanum quintũ in modum ſequentem pſcribere. Audiebam te ambitioni antiquę (quæ priorũ licentia in immenſum creuit) frenum ponere, & vt vno aut paucis pro dignitate vir-

Iulius ſecũd⁹

Multa hic de reformatione eccleſiæ.

Contra abuſus.

Franciſcus Petrarcha.

D

E

F

A tate virtutis ac scientiæ, beneficijs contenta esset edicere, iuste inquam grauiterq;. Nam quid turpius, quàm vnum aliquem (parta forsan fœdis artibus copia) nauseantem cernere multis hincinde melioribus penuria, fameq; laborãtibus. Et sapientissimus Gregorius Nazianzenus his verbis astipulatur: Religioni ac doctrinæ nostræ opprobrium nascitur, q; sacerdotia ambitione potius & gratia q̃ meritoꝝ iudicio deferuntur. Et F. Picus princeps illustris in oratione ad Conciliũ Lateraneñ. lamentatur sacras ædes & tẽpla lenonibus, catamitis & lupis fuisse commissa. Cætera sunt plurima tibi sacratissime Cæsar pro tua summa prudentia proculdubio cognita, quæ Cæsaream maiestatẽ tuam ad huiuscemodi auaritiæ, cæterorumq; vitiorum frenum & moderamen à sacrosancta sede apostolica impetrandum permouere possent, Dominus deus tuæ Cæsareæ celsitudini ad felix imperij regimen, Christianæq; religionis amplificationem propitius opem ferre dignetur.

Gregorius Nazianzenus

Picus Mirãd.

MAXIMILIANVS.

SVmmum ecclesiæ pastorem, & omnem clerum exemplo charissimi patris nostri, Friderici Romanorum Imperatoris tertij, hactenus venerati, non paruos dignitatum & ecclesiarum parochialium prouentus ex terraꝝ nostrarum finibus, clericis & prælatis absentibus, clementer inferri permisimus. Quos & clàm pro humana fragilitate delinquentes, cum Constantino prædecessore nostro chlamyde operire non dedignaremur. Verũ cum

De donatiõe Constan. lege supra.

B ex nostra largitate diuini cultus decrementum profluat, vnde diuinæ laudis, psalmorum & missarum amplificatio debuerat proficisci, nostra interest (qui absq; meritis in solium Romani Imperij electi sumus) vt inter cæteras maximas pacis & belli occupationes, vigilanter quoq; circumspiciamus, ne ecclesiæ pereant, ne religio labascat, ne diuinus cultus diminuatur, & ne animabus defunctorum (qui ecclesiis & sacerdotibus de suo patrimonio benefecerunt) contra vltimas ipsorum voluntates tardius succurratur: quod manifestissime experti sumus, & indies experimur, ex ineffabili atq; à nullo dispensabili quorundam auaritia prouenire, qui in beneficijs assequendis nullum finem constituunt: per quorum absentiam (cum in vno solo personaliter resideant, & distributiones deseruiant) diuinus cultus diminuitur, vltimæ benefactorum voluntates cassantur, defunctorum animæ tardius ex igne purgatorio eripiuntur, ædificia labant, ecclesiæ decrescunt, ecclesiastica libertas lædi-

De indispensabili auaritia

tur, literæ & monumenta perduntur, hospitalitas & eleemosynæ minorantur, patrimonia parentum & nerui rerumpub. ex crebris huiusmodi auarorum collitigationibus euanescunt, clerici pro doctrina sua & virtute beneficijs digni, suaq; prudentia ecclesiis in tẽporalibus & spiritualibus vtiles, à præbendis repelluntur, impediuntur, indigne vexantur, iniuste eis lites mouentur, scandala laicis præbẽtur, ipsorumq; odium & murmur in reliquos honestos sacerdotes excitatur atq; augetur. Eas ob res ex officio Cæsareæ maiestatis, ex amore incrementi cultus diuini, ex zelo rerumpub. hortamur & requirimus, ne quisquam ammodo in vna nostrarum, nostrisq; Romani Imperij ciuitate canonicatum aut vicariam

C possidens, in altera eiusdem ciuitatis ecclesia, aliam præbendam occupet, nisi primam infra anni spatium in personam idoneam ac ecclesiæ vtilem sit dimissurus. Neq; alium in beneficijs assequẽdis per iniustas lites aut ambages indigne vexet, aut circumueniat, nec quẽcunq; qui non sit de numero descriptorum familiarium, iuxta concordata principum, & pacta nationis Germaniæ falso familiarem fuisse fingat, in ordinariorum collatorum præiudicium. Nec laicis ius patronatus auferre tentet, nec exiles præbendas, potissimum vero curatas ecclesias pensionibus grauet. Nec in adipiscendis beneficijs & bullis, quacunq; fraude, dolo, falsis instrumentis, corruptis testibus, symonia etiam palliata vtatur. Neq; regressum aut alia sacris canonibus inimica, contra ius æquum, honestum, & rectam rationẽ impetrare præsumant, sub pœna criminis læsæ Maiestatis & grauissimæ nostræ offensæ. Quam non solum ipsi sic contra deum & omnem honestatem exorbitantes, sed & omnes eorum fautores, auxilium, consilium, hospitium & mutuum dantes, omnesq; nuntios, cursores, solicitatores, notarios, procuratores, fideiussores & reliquos amicos incidisse volumus, condignam pro tantis iniquitatibus & nostri huiusmodi mandati contemptu pœnam accepturos. Ex Oeniponte.

Concordata principum

Symonia palliata.

De ruina ędificiorum



Ræmissis admonitionibus, nedum Imperio, sed & ecclesiæ salu D
taribus, ac ad mutuã pacem & concordiã deseruientibus. Posset etiam inter alia multa adiungi, summusq; pontifex certior reddi, de lapsu & ruina domorũ, cæterorumq; ædificiorũ ad ecclesias & sacerdotia pertinentium, siquidem (exempli causa) vnus supra triginta annos, ex parochia patriæ nostræ summis pontificibus hactenus deuotę, multa & magna emolumenta in absenti & in portatis (vt eorũ verbis vtar) corrasit & absumpsit, nec tamen ad docendũ populum suæ curæ creditũ, cancellos vnquã ascendit, nec quicquam in domo egregiũ illic ædificauit. Argumento sunt & publice testantur miserabilia trium rei diuinæ ministrorũ cubicula quæ minimus fratricellus aut opilio forte aspernaretur. Sed neq; præsentias aut distributiones q̃tidianas in asse aut dipondio auxit, nec anniuersariam saltem sũptuosius memoriam instituit, nec ad bibliothecam templi parochialis minimum quidẽ libellum ex testamento legauit, nec eleemosynã pro pauperibus fieri procurauit. Cæterũ adiici posset, quod vnus Curtisanus ineptus & barbarus ad psallendũ & ad sacrificandum non magis aptus quàm onager, immo asinus, palam à suo notissimo & amicissimo appellatus, in otio viuens, plura vtcũq; conquirere potest sacerdotia quàm eximie doctus, ad rem diuinam, ad contentiones, ad consultandum, sacrosanctamq; ecclesiam Romanam rationabiliter defensandam, nõ mediocriter accommodatus.

Præterea, quod pistor, aut cocus, leno, aut nebulo, immo (cum venia) catamitus opimas, præbendas & parochias occupans plus emolumenti ex Christi patrimonio absorbet, quã laboriosissimus & fidelissimus magnæ parochiæ cuiuspiam populosæ rector cum suis vi- E
gilantissimis adiutoribus, immo etiam capellanis, qui eosdem adiutores in ministrandis sacramentis, audiendis confessionibus occupatissimos, in horis canonicis, missis & vigilijs cantandis adiuuant & releuant. Huiuscemodi releuamen & adiutorium per sex capellanos in patria nostra perpetuo continuandum speramus, postquam vnione facta ex benignitate sacrosanctæ sedis apostolicæ, ius capellanias istas cõferẽdi in cõsules reipub. nostræ in vtrisq; mensibus translatum est, qui nullis ammodo conferent nisi eis qui personaliter residentes, diuinum officium impleturi, & vltimis fundatorum voluntatibus sunt satisfacturi. Multum quoq; ad institutum Cæsareum cõferre posse videtur Christianissima Reuerendissimi domini Erhardi Leodiensis episcopi admonitio habita in conuentu principum Augustano, Anno decimooctauo post Millesimum & quingentesimum.

O. G. AD LECTOREM.

HAec prædicta. X. Germanicæ natiõis grauamina, ante annos aliquot publicitus ædita, & ad ipsius (vt exemplar habet) incrementum, Selestadij, non longe ab Argentina, in Schureriana officina, ad bonorum omnium vtilitatem, aperto impressa, subsequentibus non inconsulto præijcienda decreuimus. Nã quæ à prin- F
cipibus tractantur, & ad bonum commune referuntur, nunquam non faciunda sunt maximi. Nihil profecto à nobis est additum, nihil etiam ademptum, vt syncera vtrobiq; seruaretur integritas. Noli itaq; mali consulere, quæ bona intentione & in commune reipub. commodum, citra cuiuscunq; (modo rem ipsam rite perpenderis) offensionem, produntur. Nos equidem, ecclesiæ (quæ basis est & fidei nostræ firmamentum) cuncta, non indecenter dijudicanda cõmittimus, id quod sancti plane & integerrimi homines facere olim consueuerunt. Nec mirum. Detestabile enim est ac miserum genus hominum, qui etiam illa, quæ viris bonis sancta & intemerata sunt, prophanare non desinunt. Non decet itaq; nos, rem haud satis exacte perspectam damnare, ante, ad perpendiculum (ecclesiæ semper salua authoritate) ponderanda, vt iudicetur, iudicanda, vt vel abijciatur vel seruetur. Tecum igitur habita lector amice, vt tibi ipsi & prora sis & puppis. Vale feliciter, & alia quæ subsequũtur, diligenter reuolue. Videbis eñ sanctissimi domini nostri Adriani, summi pontificis, ad principes nostros petitionem, & contra, nostrorum ad illius rursus sanctitatem siue legatos eius (priusquam ad alia centum grauamina latius progrediare) nõ illegitimam (vt opinor) responsionem. Iterum vale.

In hoc

A

IN HOC SECVNDO

GRAVAMINVM LIBELLO, PONTIFICII PRIMUM Oratoris continetur legatio, in conuentu Norembergensi, Anno M.D.XXII. inchoato, sequēti vero finito: expositā, vnà cum instructione ab eodē Legato cōsignata, necnō respōsione Cæsareæ Maiest. ac reliquorum Principum & Procerum nomine reddita.

¶Sequuntur deinde & alia Germanicæ nationis grauamina, numero Centum, à laicis Principibus & Imperij Primatibus, literis mandata, ac summo (vt liber ante aliquot annos impressus indicat) Pontifici transmissa, & nobis anno domini, M.D.XXIIII. ad imprimendum à superioribus nostris data. Quæ quidem, an tali debeant vocabulo exprimi, vniuersali ecclesiæ (à qua nunquam discedemus) determinandum relinquimus.

ADRIANVS PAPA VI. ILLVSTRISSIMIS GERmaniæ Principibus, ac sacri Romani Imperij Proceribus salutē & Apostolicā benedictionem.

B

VEnerabiles fratres & dilecti filij, salutem & Apostolicam benedictionem. ¶Postquā ad Apostolatus officiū, diuina disponente prouidentia, assumpti sumus, testis nobis est ille, qui nos vt immeritos, ita nil tale expectantes, promouit, nil nos aliud diu noctuq; cogitasse, q̄ vt in curando grege nobis credito, tā in vniuersum, q̄ singulatim boni pastoris partes, modis omnibus impleremus: atq; adeo nullā existimasse è nostris ouibus tā morbosam, quā nō pro viribus curare: nullā tam vagā & à cæteris errātē, quā non perquirere, & ad dominicā caulā reducere summopere cuperemus. Et sane ab ineunte statim Pontificatu nostro (q̄d tum potissimū expedire videbamus) Christianoꝝ principū animos, heu nimis iam inter se dissidētes, ad pacē & concordiā ineundā, deponēdaq; arma (aut si bellandū esset, ea in fidei hostes cōuertenda) tā per diuersos nūtios nostros, q̄ per quotidianas fere literas hortari, animare, p̄cari, hactenus nunq̄ destitimus. Et ne verbo tantū, sed & re ipsa huius nostri desiderij æderemus exempla. Deus scit, quanto rei nostræ familiaris, his p̄sertim temporibus incōmodo, pecunias, & alia subsidia ad Rhodienses milites strennuos fidei propugnatores ab immanissimo Turcaꝝ tyranno atrociter obsessos, ac in alia etiā loca in eiusdē hostis faucibus periclitantia, misimus. Mox vero ab externis ad intestina animū aduertentes, nō sine

Optima intentio Adriani.

C

graui animi molestia percepimus, Martinū Lutheꝝ (quē sua culpa iam filiū nostrū vocare nō posse dolemus) hominē, veteꝝ & iā damnataꝝ hæresum suscitatorē, post sedis apostolicæ paterna primū monita, deinde etiā sententiā, nō absq; cōsilio optimoꝝ & doctissimorū virorꝝ, & diuersaꝝ vniuersitatū legitime cōtra eū latā. Post charissimi in Chro filij Caroli nostri Romanoꝝ & Hispaniaꝝ regis catholici in Imperatorē electi, & vestrū imperiale edictū, super eiusdē sentētiæ exequutiōe, in proximis comitijs Wormaciæ habitis, mature decretū, & per totā fere Germaniā promulgatū, nō modo per quos deceret, nō punitū, aut per se cohibitū, à prauissimis inceptis nō desistere, sed omnis Christianæ charitatis & pietatis euāgelicæ nō oblitū modo, sed & impie cōtemnentē, nouos quotidie libros, erroꝝ, hæresum, cōtumeliaꝝ, ac seditionū plenos, siue de suo, siue ab alijs adiutū, diuulgare, ac veluti pestē quandā, Germaniā & vicinas regiones longe lateq; peruadentem, venenatæ linguæ spiculis bonas & animas & mores inficere & corrūpere conari, &, quod peius est, hoꝝ suoꝝ facinoꝝ nō plebeios modo, sed & nobiles pleroſq; habere fautores, adeo, vt (quæ fortasse istoꝝ tumultuum primaria fuit causa) in sacerdotum bona iri, & obedientiā tam ecclesiasticis q̄ secularibus debitā, vilipendi cœptū sit, & tandem inter nōnullos vestrū ad ciuilia bella deuentum. Quod q̄ male cadat Christianæ reipu. hoc p̄sertim tēpore, mente & cogitatione facile prospicere potestis. Etsi em̄ p̄dixit Apostolus, oportere hæreses eē, vt & qui probati sunt, manifesti fiant, nullū tamē videas tēpus huic rei magis importunū, q̄ hoc, aut q̄d citius ab hæresibus, si quæ ortæ sint, necessario veniat repurgandū. Quū em̄ humani generis p̄petuus hostis diabolus, sub leonis rugiētis specie, p Turcaꝝ vires in Christianas oues cōtinue debacchet, nō videmus quo modo cōtra tātos impetus absistere possimus, q̄diu eundē diabolū sub draconis subdoli forma, istas hæreses domi nr̄æ disseminātē,

Martinus Lutherus.

interq; fortissimos Germanos nostros discordias & seditiones susci-
tantẽ, fouebimus. Atq; D
vtetiã debellare externos hostes maxime possimus, irritus tamẽ fuerit labor, impẽsaq;, &
animarũ saluti minime vtilis, foris hostes vincere, & domi hærẽsibus, schismatibusq; labo-
rare. Meminimus, cũ etiã in minoribus cõstituti, in Hispania essemus, multa ad nos & va-
ria de Luthero, & eius puerilis dogmatibus frequẽter pferri. Quæ cũ p se durissima audi-
Adrianus germanus fuit. tu, eo nobis duriora videbãtur, qp ex ea regione venirent, vnde nobis secundũ carnẽ origo
est. Sed solabat nos tum rei ipsius adeo manifesta vel iniquitas, vel stoliditas, vt à nemine
diu tolerãda crederet, tum illa subinde nobiscũ facta reputatio, qua dubio procul confide-
bamus istas venenatas plantas aliunde in Germaniã translatas, non puenturas ad frugem
in ea terra, quæ acerrimos hæresum, & omnis infidelitatis hostes semp protulisset. Nũc ve-
ro postq; hæc mala arbor siue diuino iudicio sic populi sui pctã puniẽte, siue socordia eo-
rum, qui, vt debebãt & poterãt, principio non obstiterũt, quos videtis & auditis longe la-
teq; ramos expãdere cœpit. Cõsiderandũ vobis est, Germani principes & populi, ac pro-
uidendũ, ne vos q ab initio huius mali culpa aliunde orta, facile excusari poteratis, p istam
nimiã tolerãtiã, & pristinæ virtutis, naturæq; obliti, & tãto facinori, dũ illi nõ resistitis, cõ-
Cõtra Luthe rum, sentire videamini. Omittimus qd enormissimũ est, tantã, tãq; religiosam nationẽ p vnum
fraterculum (q à catholica fide & religione Christiana, quã ab ineunte ætate, nõ solũ profi-
teri & sequi visus est, sed etiã multis annis pdicasse ac docuisse dicit, nouissime infeliciter a-
postatauit, ac deo mẽtitus est) seduci ab ea via, qua à redẽptore nostro & eius sanctissimis E
aplis demõstrata, tot martyres, tot pclari doctrina & sanctitate viri, & maiores deniq; ve
stri, oes hactenus incesserũt, quasi solus Lutherus sapiat & sciat, solus nũc primũ (vt de se hę
reticus Montanus gloriabat) spiritũ sanctũ acceperit, & ecclesia ipsa, cũ qua se futurũ ad cõ-
summationẽ seculi benignissimus humani generis redẽptor pollicitus est, in tenebris ig-
norãtiæ & pditionis ambagibus semp errauerit, donec nouo Lutheri lumine illustraret.
Quæ omnia quanq; apud eos q sapiunt, perridicula iudicantur, simplicibus tñ animis plurimum sunt pnitiosa, & eis q nouarũ rerũ cupiditate oẽm ordinẽ immutatũ vellẽt, plurimas
ad ea ppetranda, q nunc experimini, causas & fomẽta subministrãt. An nõ cõsideratis ger
mani Principes & populi, pludium esse qddã, hoc eorũ malorũ, q Lutherus & eius sectato-
res moliuntur? An nõ aperte videtis, istud ptensum principio à Lutheranis veritatis Euã-
gelicæ patrociniũ detectũ, nũc esse merũ rerũ vestrarũ latrociniũ? An putatis, alio tendere,
istos iniqtatis filios, q vt libertatis noie omni obedientia sublata, qd cuiq; libuerit, faciendi
licentiã inducãt? An vllius pensi iussa & leges vestras habituras creditis, q sacros canones,
Cõtra falsam libertatem & patrũ decreta, nec nõ sacro sancta concilia, quorũ authoritati Imperatorũ leges semper,
& libẽter cesserũt, & promptæ famulatæ sunt, nõ solũ vilipendũt, sed etiã diabolica rabie la
cerare & cõburere nõ verentur? Deniq; q sacerdotibus, q episcopis, qui pontifici summo F
debitã obedientiã detrectãt? An speratis cõtenturos, sacrilegas manus à laicorũ bonis, & nõ
omnia potius sibi, q poterunt, vendicaturos, qui res deo dicatas, quotidie vobis psentibus &
videntibus, ferunt, aguntq;? An deniq; vestris ceruicibus parsuros, q non tangendos Chri-
stos dñi cõtemerare, cedere, trucidare ausi sunt? In vos, in vestras res, domos, vxores, libe-
ros, ditiones, dominatus, tẽpla, q colitis, hæc miserãda calamitas tẽdit, nisi mature obuiam
eatis. Proinde fraternitates, nobilitates, & deuotiones vestras, omniũ, & singulorũ in dño
hortamur, & per Christianã charitatem & religionẽ, quã tam sæpe maiores vestri suo san
guine & tutati sunt, & auxerũt, obsecramus, atq; in virtute sanctæ obedientiæ, quam deo &
beato Petro, eiusq; vicario oes Christiani debẽt, à vobis requrimus, vt depositis, si quæ sunt
inter vos simultatibus ad hoc cõmune incẽdium extinguendũ, nũc saltem toto aio incum-
batis, & Martinũ Lutherũ, cæterosq; istorũ tumultuũ & errorũ authores, ad rectã sentien-
di, & viuẽdi viã (qd nobis gratissimũ & iucundissimũ esset) omnibus sanctis modis reducere
enitamini. Quod si (qd auertat deus) veluti aspides, obturatis auribus, audire recusauerint,
ne quod reliquũ & nũc sanum cõstat, cũ magna & euidẽti nationis vestræ macula, & toti-
us reipub. Christianæ manifesto periculo inficiatur, ni eos iuxta sacras cõstitutiones, iuxta
leges à vestratibus Imperatoribus latas, atq; adeo recens vestrũ sup hac re imperiale edictũ
seueritatis virga animaduertatis. Nouit ille, cui sola archana humanorũ pectorũ apta sunt,
quàm nos, & pro natura nostra, institutoq;, & pro pastorali, qd gerimus, officio, ad ignos-
cendũ potius, q ad vlciscendũ simus propẽsi. Sed vbi tetrum istud cancer ita hulcerosum
esset, vt blãdis, leuibusq; medicamẽtis curari nõ posset, asperа erũt & ignita cauteria adhi
benda, & abalienata mẽbra ab integro corpore penitus resecãda. Sic deus omnipotẽs schis-
maticos fratres, Dathan & Abyron in terræ baratrũ viuos demersit, & nolentẽ obedire sa-
cerdotis imperio, capitali supplicio puniri iussit. Sic aplorũ princeps Petrus Ananiam &
Saphiram sibi in deũ mentiẽtes, subito morituros denũtiauit. Sic veteres & pij imperato-
res Iouinianũ & Priscilianũ hæreticos gladio seculi sustulerũt. Sic diuus Hieronymus Vi-

gilan-

A gilantium item hæreticũ optat in interitũ carnis tradi, vt ſpũs ſaluus fiat. Sic deniq; maiores veſtri de Iohãne Huſſita, & Hieronymo Pragẽ. qui nũc in Luthero reuixiſſe videntur, à quo & in ſumma habẽtur veneratiõe, in Cõſtantienſi Cõcilio debitas ſumpſere pœnas. Quoꝝ ſancta & p̃clara geſta, ſi etiã hac in parte (vbi aliter fieri nequeat) fueritis imitati, nõ dubitamus, quin diuina clementia ad eundũ mox ſuppetias eccleſiæ dei, q̃ ab infidelibus vexata, in nationẽ veſtram virtute bellica & hominũ numero facile præſtantẽ, os oculoſq; iamdudũ intẽdit, ſenſus & corda veſtra inſpiret. Vnde oĩpotẽtis dei & beati Petri benedictione p̃ nos accepta, & de triũphato dracone ac leone diabolo, id eſt ſublatis domo hæreſibus, & deuictis foris fidei hoſtibus, glorioſam victoriã, & in futuro ſeculo æternæ ſalutis præmia reportetis. Vos vero pro cõpertiſſimo habeatis, quicq̃d nobis opũ & authoritis altiſſimus cõcedere dignatus eſt, id oĩe & vitã ipſam pro tã ſanctis opibus, & pro ſalute cõmiſſaꝝ nobis ouiũ libẽtiſſime expoſituros. Cætera q̃ tã in hoc Lutherano, q̃ alijs negotijs vobiſcũ particularibus cõmunicata cupimus, dilecto filio Frãciſco Cheregato, electo Aprutini, quẽ nuper mẽſe Septẽbri ad negotia fidei & religionis, noſtro noĩe vobiſcum tractãda, noſtrũ & huius ſanctæ ſedis nuntiũ, ad inſignẽ iſtũ cõuentũ ire iuſſimus, vobis latius explicãda cõmiſimus. Cuius verbis hortamur vos, eandẽ quã noſtris haberetis, fidẽ adhibere. Datũ Romæ apud ſanctũ Petrũ, ſub annulo piſcatoris, die. 25. Nouembris. M.D.XXII. Pontificatus noſtri anno primo. T. Hezius.

¶VENERABILIBVS FRATRIBVS, DILECTIS FILIIS, NO-

B bilibus viris, ſacri Romani Imperij principibus electoribus, & alijs principibus, tam eccleſiaſticis, q̃ ſecularibus, ac etiã cõmunitatũ omniũ, inclytæ Germanicę natiõis, oratoribus, in dieta Nurenbergẽ. congregatis.



INſtructio pro te D. Franciſco Cheregato, de quibuſdã quę prælatis, principibus, & ciuitatũ Germanicaꝝ oratoribus dicere poteris viua voce, vbi, & quãdo opportunum iudicaueris.

In primis declarabis eis maximũ dolorem, quo affligimur, ex proſperatione ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimũ, q̃ videmus innumerabiles animas Chri ſanguine redẽptas, & curæ noſtræ paſtorali cõmiſſas, illius occaſione à vera fide ac religione auerti, & in pditionẽ ire, id̃q; in natione, ex qua nobis ſecũdũ carnẽ origo eſt, q̃ ab initio, ex q̃ ad Chriſtũ cõuerſa fuit, vſq; ad iſtos proximos annos ſemp extitit fideliſſima, ac religioſiſſima, ac propterea nobis vehemẽtiſſimũ deſideriũ eſſe, vt huic peſti celerius occurratur, priusq̃ Germaniæ ipſi cõtingat, q̃d Bohemiæ olim cõtigit, noſq; paratiſſimos eẽ, ad faciendũ oĩa in hũc effectum, quæ ex parte noſtra expectari poterũt, ac ſummopere deſiderare, vt etiã vnuſquiſq; eoꝝ hoc ipſum pro viribus facere ſtudeat, vt̃q; id faciant, nos quãtũ poſſumus vnũquẽq;

C eorum hortari & rogare. Debebunt autem eos ad hoc mouere ſequentia.

Primo, & ante oĩa honor dei omnibus rebus p̃ferendus, q̃ per iſtas hæreſes grauiter læditur, eiuſq; cultus conſuetus nõ ſolũ diminuitur, ſed potius ex toto corrũpitur. Itẽ charitas erga proximos, qua vnuſquiſq; pro viribus ſtudere debet, proximos errantes ab errore reuocare. Quod niſi fecerit, deus eos qui ſua negligentia pereunt, de manu eius requiret.

Secundo, mouere eos debet infamia nationis ſuæ, quæ cum ſemper præ cæteris nationibus Chriſtianiſſima ſit habita, nunc propter eos, qui ſectam Lutheranam inſequuntur, apud omnes peſſime audit.

Tertio, moueat eos reſpectus honoris eoꝝ proprij, q̃ maxime læditur, ſi ipſi, qui apud nationẽ Germanicã authoritate & potẽtia pollent, hæreſes iſtas nõ totis viribus expellere laborãt, tum qa degenerabũt à progenitoribus ſuis, viris Chriſtianiſſimis, q̃ in Conſtantienſi Cõcilio ex magna parte interfuerũt cõdemnatiõi Iohãnis Huſs, & alioꝝ hæreticorum, q̃ aliqui ipm Iohannẽ Huſs proprijs manibus ad ignẽ duxiſſe dicũtur. Tum qa ipſi, vel maior eoꝝ pars, edictũ imperiale in executiõe ſentẽtiæ aplicæ cõtra Martinũ Lutheꝝ & ſuos late factũ approbarũt, ei authoritatẽ ſuã adhibuerũt, & propterea niſi illud pro viribus executi fuerint, vel incõſtantes iudicabuntur, vel etiam fauere reputabuntur, cum manifeſtum ſit, eos vbi efficaciter velint, illum exterminare facile poſſe.

Quarto, moueat eos iniuria, quæ per Lutheꝝ, eis & eoꝝ parentibus, ac progenitoribus infertur. Cum enim ipſorum parentes & progenitores, & ipſimet ſemp tenuerint fidem, quam eccleſia Romana atque catholica approbat, & Lutherus, ſuiq; ſectatores, longe diuerſam fidem teneant, aſſerendo multa nõ eſſe de fide, quæ tamen illi tenuerint eſſe de fide,

manifestū est, illos à Luthero condemnari, pro infidelibus & hæreticis, & per consequens D
secundum Lutherum oēs eorum maiores, qui in fide nostra decesserunt, sunt in inferno, quum error in fide homines damnationis reos faciat.

Quinto, attendant finem, ad quem Lutherani tendunt, vt scicet sub colore libertatis euā gelicæ, quam hominibus p̄ponunt, omnis potestas superioritatis tollat. Nam licet ab initio præ se tulerint, ecclesiasticam potestatem tanq̄ tyrannice, & contra euāgelium occupatam annihilare, seu reprimere velle, tñ cum eoꝝ fundamentū. s. libertas, quam p̄dicant, æque vel plus militet contra ptātem secularem, quā scilicet illa nullis p̄ceptis, quātumuis iustis & rōnabilibus obligare possit hoīes ad parendum, sub pœna mortalis peccati. Manifestum est, eos etiam illam eneruare velle quàmuis astute fecerint illam saluando, vt scilicet Principibus secularibus credentibus, machinationem hanc, non contra se, sed dumtaxat contra ecclesiasticos (quibus laici communiter infensi sunt) dirigi, ac propterea partim in eorum fauorem tractis, partim dissimulantibus, seu non contradicentibus, ipsi facilius ecclesiasticos euerterent. Quo facto, dubium non est, quin populi idem contra seculares Principes tentaturi essent.

De falsa libertate

Sexto, moueant eos maxima scandala, turbationes, direptiones bonorum, homicidia, lites, dissentiones, quas secta hæc pessima excitauit, & quotidie excitat p̄ totam Germaniā. Item blasphemiæ, maledicta, scurrilitates, & amaritudines, quæ istis semp̄ in ore sunt, quæ nisi ipsi sedare curauerint, verendum est, ne ira dei desolatio veniat sup̄ Germaniam, in se tam diuisam, immo sup̄ ipōsmet Principes, qui cum potestatem & gladium à dño receperint, ad vindictam malorum, talia in subditis suis fieri p̄mittant. Maledictus (inquit Prophe E
ta (qui facit opus dei negligenter, & prohibet gladium suum à sanguine iniquorum.

Septimo, considerent Lutherum, p̄pe cōsimili via ad seducēdum populum Chr̄ianum vti, qua Mahometus ille spurcissimus vsus, tot animaꝝ milia decepit, p̄mittendo videlicet ea, ad quæ hoīes carnales inclinant. Et exinde eximendo eos ab his, quæ in lege nostra grauiora vident, nisi q̄ Lutherus paulo modestius agere videtur, vt eo efficacius decipiat. Mahometus plures vxoes habendi, & eas pro arbitrio repellendi, alias q̄ ducendi licētiam concessit. Iste vt monachum & deo dicatarum virginum ac sacerdotum, lasciuia carnis gestientium sibi fauores conciliet, p̄dicat vota p̄petuæ continentiæ etiam illicita esse, nedum non obligatoria. Propterea q̄ licere illis, p̄ euāgelicam libertatem, nubere, immemor verbi apostolici, cum dicit de viduis adolescentioribus, quod cum luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Contra Mahumetum.

Quibus p̄ te expositis, & alijs pluribus, quæ in hanc sn̄iam partim ex lr̄aꝝ nostraꝝ exemplis colligere, partim ex tua prudentia excogitare poteris, hortaberis nr̄o noīe dictos Principes, p̄latos, ac populos, vt tandem expergiscant & excitent, ad obuiādum, & tam grandi iniuriæ, quam Lutherani deo & sacræ religioni eius, & maxim̄ ignominiæ, q̄ toti nationi vestræ Germanicæ ipsis q̄ met Principibus, & maxima opprobria atq; contumeliam, quā maioribus eorum, quos (vt diximus) in effectu ad gehennā condemnant, inferre noscūtur, & ad executionem sententiæ Apostolicæ ac Imperialis dicti facti, oīno procedāt, detur venia his, qui resipiscere, & errores suos abiurare voluerint, semper q̄ proniores sint ad F
miserandum, quàm ad vindicādum, exemplo dei nostri qui non vult mortem peccatorum sed magis vt conuertantur & viuant. At qui in errore pertinaces p̄manserint, districtionis virga iuxta sacrorum Canonum & Legum decreta, sic puniantur, vt cæteri eorum exemplo vel in fide recta permaneant, vel lapsi in rectam viam redeant.

Quæ credenda sint.

Quòd si quis forte dixerit, Luther̄ inauditū & indefensum fuisse p̄ sedem Apostolicam condemnatum, & propterea audiri oīno debere, nec anteq̄ conuictus sit, condemnandū esse. Respondebitis, q̄ illa quæ fidei sunt, propter diuinā authoritatem credenda sunt, non probanda. Aufer (inquit Ambrosius) argumenta, vbi fides quær̄it, piscatoribus creditur, nō dialecticis. Et certe fatemur, ei defensiōnē negari non debere, in his quæ sunt facti, hoc est, vtrum dixerit, nec ne, vtrum p̄dicauerit, vel scripserit, nec ne, semp̄ diuino iure vero & materia sacramentoꝝ standum authoritati sanctoꝝ & ecclesiæ. Adde, quòd fere omnia, in q̄bus Lutherus ab alijs dissentit, sunt p̄ diuersa Concilia prius reprobata. Non debet aūt reuocare in dubiū, q̄d p̄ Cōcilia generalia & vniuersam ecclesiā cōstat esse approbatum, tanq̄ fide tenēdum. Iniuriā nāq; facit ecclesiæ Synodo, qui semel recte disposita nititur in dubiū reuocare. Quid enim vnq̄ certi esse poterit inter homines? vel quis disputationum, contentionum q̄ finis erit, si p̄sumptuoso & peruerso cuiq; libertas seu licentia erit recedendi ab his, quæ non vnius neq; paucorum, sed tot seculorum, & tot sapientissimorum hominum consensum, & Catholicæ ecclesiæ (quā deus in his quæ fidei sunt, nunq̄ errare p̄mittit) determinatione sancita sunt, cum tñ vnaquæq; ciuitas leges suas inuiolabil̄r, obseruari exigat? Quō non omnia turbationibus & scandalis & confusione plena erunt, nisi ea, quæ semel, immo

sæpius

A sæpius maturo iudicio constituta, ab omnibus inconcessæ obseruẽtur? Cum igitur Luthe rus & sui concilia sanctorũ patrũ condemnant, sacros canones cõburant, & cuncta pro arbitrio suo cõfundant, ac totũ mundũ perturbẽt, manifestũ est eos tanq̃ publicæ pacis inimi cos, & pturbatores, ab oñibus eiusdẽ pacis amatoribus exterminãdos esse. Cõtra Luthe rum.

Item, dices nos ingenue fateri, q̃ deus hanc pſecutionẽ ecclesiæ suæ inferre pmittit, pro pter peccata hominum, maxime sacerdotum & ecclesiæ prælatorũ. Certum enim est, non esse abbreuiatam manum domini, vt saluare nequeat, sed peccata diuidere inter nos & ipsum, & abscondere faciem suam à nobis, vt non exaudiat. Clamant scripturæ, peccata populi deriuari à peccatis sacerdotum propterea q̃ (vt ait Chrysostomus, saluator noster cu raturus infirmam ciuitatẽ Hierusalem, ingressus est prius templum, vt peccata sacerdotũ primo castigaret, instar boni medici, qui morbum à radice curat. Scimus in hac sancta se de, aliquot iam annis multa abominanda fuisse, abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, & omnia deniq̃ in puersum mutata. Nec mirum, si ægritudo à capite in mẽbra, à summis pontificibus in alios inferiores prælatos descenderit. Omnes nos (id est prælati ecclesiastici) declinauimus, vnusquisq̃ in vias suas, nec fuit iam diu, qui faceret bonum, non fuit vsq̃ ad vnum. Quam ob rem necesse est, vt omnes demus gloriam deo, & humiliemus ani

B mas nostras ei, videat q̃ vnusquisq̃ nostrum, vnde ciderit, & se potius quilibet iudicet, q̃ à deo in virga furoris sui iudicari velit. Qua in re, quod ad nos attinet, polliceberis nos omnem operam adhibituros, vt primum curia hæc, vnde forte omne hoc malum processit, reformetur, vt sicut inde corruptio in omnes inferiores emanauit, ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium emaneat. Ad quod procurandum nos tanto arctius obligatos reputamus, quanto vniuersum mũdum huiusmodi reformationem auidius desiderare videmus. Nos (vti alias tibi dixisse credimus) Pontificatum hunc nunquàm ambiuimus, immo quantum in nobis fuit, longe maluissemus, priuatã vitam agere, & in sancto otio deo seruire. Et profecto Pontificatum ipsum plane recusassemus, nisi dei timor, & syncerus ele ctionis nostri modus, nec non schismatis ex recusatione nostra imminentis metus, nos acceptare illum coegisset. Subijcimus igitur colla summæ dignitati, non ob dominandi libidinẽ, neq̃ ad ditandos propinquos nostros, sed ad diuinæ voluntati parendũ, ad deformatam eius sponsam ecclesiã catholicã reformandã, ad subueniendum oppressis, & doctos ac virtute prẽditos, qui multo iam tẽpore neglecti iacuerũt, erigẽdũ & ornandũ, & deniq̃ ad omnia alia agendũ, quę bonũ Pontificẽ & legitimũ beati Petri successorẽ agere oportet. Vide q̃d hic pontifex dicat.

Quanq̃ nemo mirari debebit, si nõ statim oñia errata & abusus oẽs p nos emẽdatos videNota

rit. Inueteratus nimiũ morbus est, nec simplex, sed varius & multiplex, pedetentim in eius cura procedendũ est, & prius grauioribus, magis q̃ periculosis occurrendũ, ne omnia pariter reformari volentes, omnia perturbemus. Oñes subitæ mutationes (inquit Aristoti-

C les) in repub. periculosæ sunt. Qui nimis emungit, elicit sanguinem.

Quòd aũt vltimis literis tuis scribis, questos fuisse tecũ principes istos, q̃ cõcordatis eorũ per hanc sedẽ derogatũ fit, dices, nos de his, quæ ante nos facta fuere, culpari non posse nec debere, nobis q̃ eiusmodi derogationes etiam dum in minoribus essemus, semp plurimum displicuisse. Proinde nobis certissimã sententiã esse, etiã si ipsi non requirerent, illis nostri pontificatus tempore penitus abstinere, partim, vt vnicuiq̃ ius suum seruemus, partim, qa æquitas & humanitas exposcit, vt inclytam nationem nostrã non solum non offendamus, sed etiam peculiares ei fauores impendamus.

De processibus vero, quos à rota auocari, & ad partes remitti postulant, dices nos cupere eis in hoc gratificari, quantũ honeste possimus. Sed propter absentiã auditorũ ab vrbe pestis gratia, non posse nos de qualitate & habitudine ipsorũ processum ad præsens informari, reuersis vero illis, q̃ peste iam decrescente, breui futurum speramus, facturos in gratiam dictorum principum, quicquid rationabiliter poterimus. De citatiõib⁹

Item, sollicitabis diligẽter, responsa literarũ nostrarũ, & requires eos, ad quos scribimus, vt nos literis suis informent, q̃bus medijs eorũ iudicio videatur huic pessimæ sectæ cõmodius obuiare posse, vt ea quæ p nos prouidẽda fuerint, celerius prouideri possint. Et super hoc ipso etiam tu te diligentissime informabis, & nobis plene perscribes. Pietas Adriani.

Item, quia intelleximus, in Germania eẽ multos bonos & doctos viros pauperes, aliqua etiã præclara ingenia, q̃ ex dignitate apostolicarũ prouisionũ histrionibus & stabularijs potius, q̃ viris doctis fieri solitarũ, à sedis huius deuotione auersa, cupimus, vt inquiras, q nam illi sint, eorum q̃ nomina ad nos transmittas, vt accurrẽte beneficiorũ Germanicorũ vacatione, illis proprio motu prouidere possimus. Scimus eñ, quantũ dei honori & animarũ saluti ac ædificationi obfuerit, q̃ iam diu beneficia ecclesiastica maxime curam & regimen animarum habentia, data fuerunt hominibus indignis.

De subsidio procurando pro Hungaris, non damus aliam informationem, quàm discedenti tibi

denti tibi dedimus, excepto, ꝙ te hortamur, vt rem illam ſummo ſtudio (vti facis) cures, nos D etiam apud Principes & Reſpublicas Italicas, miſſis oratoribus, ſolicitabimus, vt pro viribus quiſque ſubueniat.

Adrianus Papa. VI.
R. Hezius.

RESPONSIO ILLVSTRISSIMORVM AC REVE rendiſſimorꝫ Principum, necnõ aliorꝫ ſacri Romani Imperij ordinũ Pontificio legato reddita.



Ereniſſimus & illuſtriſſimus Princeps & dñs, dominus Ferdinandus, ſacrę Cęſareę maieſtatis locũtenẽs, necnon reuerendiſſimi in Chriſto patres, illuſtriſſimi, reuerẽdi, ac illuſtrs Principes Electores, aliorumq; oĩm ordinũ huius ſacri Romani Imperij conuẽtus proceres literas beatiſſimi in Chr̃o pr̃is & dñi, dñi Adriani ſanctę Romanę & vniuerſalis eccleſię Pontificis optimi & maximi, in forma breuis, ſimulq; ea, quę vr̃a reuerẽdiſſima dñatio verbo, poſuit, tãdemq; inſtructionem, quam ſcriptis noĩe ſuę beatitudinis præſentauit, in negotio Lutheranę factionis, cum debita honoris & reuerentiæ exhibitione, atque non ſine ſingulari animorum gratitudine acceperunt, diligentiſſime intellexerunt.

In primis, ex q̃ ſereniſſimus & illuſtriſſimus Princeps & dñs locũtenẽs, cęteriq; Electores E Principes, & huius ſacri conuẽtus proceres nouerunt beatitudinẽ Pontificis ex nobiliſſima Germanica natiõe originẽ traxiſſe & natũ eſſe. Cuius eximias ac p̃ſtantes animi, & corporis dotes virtutesq; toto fere orbe, etiã dum in minoribus eſſet, celebratas, iampridẽ p̃ſpicuas habẽt. Quare de ſuę beatitudinis ad ſummũ apoſtolatus apicẽ cõcordi ac diuina electione & vocatiõe incredibili quadã animorꝫ hilaritate & lætitia ſunt affecti, aguntq; deo optimo maximoq; ſummas gr̃as, ꝙ ſanctę ſuę eccleſię de tali ac tã digno, optimoq; paſtore, puidere dignatus eſt. Ex animoq; p̃cant, & pro ſua ſumma clemẽtia, & ꝑpetua ſui noĩs gloria animarũq; ſalute, & eccleſiæ vniuerſalis incolumitate, ſuæ beatudini oẽm felicitatẽ rerꝫ atq; corporꝫ diutinã proſperitatẽ largiri velit. Nihil dubitãtes, ꝙ ex hac tã ſancti & virtuoſi paſtoris cõcordi electiõe, ſanctæ, Chr̃ianæ, Catholicæq; eccleſiæ, plurimũ fructus & ſalutis ſit euẽturꝫ. Cuius rei euidẽs facit argumẽtũ, ꝙ ſua btĩtudo iterꝫ atq; iterꝫ teſtat, nihil ſe tã die noctuq; cogitare, q̃ vt in curãdo grege ſibi cõmiſſo, boni paſtoris ꝓtes modis oĩbus p̃ſtare poſſit, in primisq; ſibi curæ eſſe, Chr̃ianorꝫ principũ aĩos, iam nimis inter ſeſe diſſidẽtes, ad pacẽ & cõcordiã ineundã cõponere deponẽdaq; arma (aut ſi bellandũ eẽt, ea in fidei hoſtes conuertẽda) quotidianis fere literis hortari, p̃cariq; hactenus nõ deſtitit. Simulq; declarãdo

Laudat vtro biq; Adrianꝰ

De Rhodijs

quãta huius tã ſancti & p̃clari deſiderij (iuuando, & ſubſidia mittendo Rodianis militibus cũ incõmodo ſuæ rei familiaris & re ipa æ diderit exempla. Ex qbus oĩbus ſacrę Cæſareæ maieſtatis dñs locũtenens, cæteriq; huius ſacri Imperij ordines nõ mediocrẽ ſpem & conſolationẽ, cũ maxima animorꝫ gratitudine accepere, plane intelligentes, hanc concordiã Chr̃ianorꝫ Principũ in oĩbus rebus bene gerẽdis ac ordinãdis non minimũ momẽti habere, ſine F qua profecto nec Reſpub. Chr̃ianæ religionis recte curari, vel inſtitui, multoq; minus tyrannidi immaniſſimi Turcæ, cõmode obſiſti poterit. Quẽ admodũ hæc ex his, quæ reuerendiſſimus dñs ſuę beatitudinis nuntius Aplicus nuper, cũ pro ſubſidijs Hungarorꝫ regno decernẽdis, porando propoſuit, ſimulq; ex his, quæ p ſereniſſimi Hungarorꝫ regis & illius regni legatos lamentabiliter expoſita & declarata ſunt, quas ſcilicet calamitates, iniurias, & ad extremum vſque exitium Hungarorum regnum ab impijs hoſtibus tulerit, indiesq; maiora timere habeat, abunde intellecta ſunt.

Quare ſereniſſimus Princeps ſacræ Cæ. Maieſtatis locũtenens, cæteriq; Principes, Electores & ordines, ſummo ſtudio ex aĩo orãt, vt ſua ſanctitas, in hoc ſancto propoſito ea qua cœpit indigentia, vt pius pater & verus paſtor, pro incumbentis officij debito pgat, nihilq; intentatũ relinquat, quo Chr̃ianorꝫ Principũ diſſidẽtes animos ad pacẽ reducat, vel ſi id in totũ fieri nõ poſſit, ſaltẽ ad tp̃s, in tanta temporꝫ & rerꝫ neceſſitate, indutias facere laboret, quo inſtantibus Chr̃ianæ Reipub. piculis & Turcæ pfidiſſimi conatibus, dei auxilio, cõibus Chriſtianorꝫ copijs, & cõmodius facilius q; obſiſti, & Chr̃ianus populus ab illius tyrannide liberari poſſit, pro quo ſereniſſimus Princeps locũtenẽs, alijq; Principes Germani vnà cum cæteris potentatibus omni ope, & opa fideliter ſunt laboraturi.

Deinde ſuæ beatitudinis l̃ræ, ſimulq; inſtructio p ſuæ beatitudinis nuntiũ Aplicum, corã ordinibus Imperij oblata, cõtinebãt ſuã beatitudinẽ maximo dolore affligi, ex proſperatiõe ſectæ Lutheranæ, ob id potiſſimũ, ꝙ innumerabiles animæ, Chr̃i ſanguine redẽptæ, ac ſuæ

beatitudi-

A beatitudinis curæ commissæ, illius occasione, à vera religione auertant, atq; in pditionem eant, ob id suã beatitudinem vehementissime desiderare, vt huic pesti celerius occurratur, ne deteriora inde contingant, cũ explicatione quarundam necessariarũ rationũ, quo principes Germanos ad hæc q̃ celerius conandum, maxime mouere possint ac debeant, in primisq; adhortãdo, vt sententia p sedẽ apostolicã in Lutherũ legitime lata, & post sacræ Cæsareæ & catholicæ maiestatis ẽdictũ, sup eiusdem sententiæ executione, in proximis comiciis Vormaciæ habitis decretum, debitæ demendentur executioni.

Ad hæc sacræ Cæsareæ maiestatis locumtenens, & principes, aliiq; ordines dicũt, se non minus, q̃ beatitudinẽ pontificis ex animo dolere, de impietatibus, animarũ periculis & incommodis, quę in Christiana religione, ex Lutherana secta, aliisve prouenerint. Quicqd eñ auxilij & consilij pro extirpãdis erroribus & animarũ periculis amouẽdis sua moderatione pstare vnquam poterint, sunt pro summa sua in Christi religionẽ deuotione & pietate paratissimi, ingenueq; agnoscũt se, & beatitudini pontificis, & sacræ Cæsareæ maiestati (vt Christianos decet principes) ad omnẽ obedientiã esse obnoxios. Principũ pietas.

Sed q̃ sedis apostolicæ sentẽtia in Lutherũ lata, simulq; sacræ Cæsareæ maiestatis ẽdictum, nõ sit debitæ executioni demandatũ, non sine maximis, vrgentissimisq; rationibus, vtputa, ne peiora inde causarentur, &c. hactenus prętermissum est.

Maiori nanq; populi parte iam pridem psuasum est, & modo Lutheranis libris ac dogmatibus populorũ opinio sic informata, vt iam pro comperto habeant, nationi Germanicæ à curia Romana p certos abusus, multa & magna grauamina & incommoda illata eẽ
B ob id, si pro executione apostolicę sedis sentẽtiæ, vel imperatoriæ maiestatis ẽdicti, quidpiam acerbius attentatũ eẽt, mox popularis multitudo sibi hãc suspitionẽ animo concepisset, ac si talia fierẽt pro euertẽda euãgelica veritate, & sustinẽdis, manutenẽdisq; malis abusibus, impietatibusq;. Vnde indubie aliud nihil, q̃ grauissimi tumultus populares, intestinaq; bella sperãda eẽnt. Quẽadmodũ ex multis ac variis rerũ argumẽtis principes, aliiq; ordines iã plane didicere, & cognouere. Oportunioribus itaq; remediis his malis, in hac potissimum temporũ difficultate, succurrendum esse existimant. Ro. curia primum reformanda.

Nam quemadmodum & reuerendissimus dominus nuntius apostolicus, nomine beatissimi pontificis, in sua instructione inter alia pie, christiane, & vere fatetur & agnoscit, q̃ deus hãc ecclesiæ suæ psecutionẽ inferri pmittit, propter pctã hominũ, pollicetur q; beatitud. Pontificis omnem adhibiturũ operam, vt primum Romana curia, vnde forte omne hoc malum processit, reformetur, vt sicut inde corruptio in omnes inferiores emanauit, ita etiam ab eadem sanitas & reformatio omnium emaneat.

Ad hæc beatissimus Pontifex pio ac paterno amore testat, sibi etiã dum in minoribus esset, plurimũ displicuisse, quotiẽs cõcordatis principum p curiam Romã. derogaret, suæq; beatitudini hãc certissimã esse sententiam, etiamsi principes nunq; requirerẽt, sui Pontificatus tempore penitus abstinere, vnicuiq;, & maxime nationi Germanicæ, ius suũ conseruare, illiq; nationi peculiares fauores impendere. Quis itaq; ex his omnibus non videt, sanctissimum Pontificem nihil penitus illorũ omittere, quę vel pius pater & verus pastor oui-
C bus suis vnquam vel præstare posset, vel debeat? Quis etiam p hæc ad verã pietatem, filialem amorem, & erratorũ suorũ emendationem non moueret, maxime, cum sua sanctitas hæc tam pia, sancta q; instituta opere ipso vti cœpit, præstiterit.

Quẽadmodũ sereniss. dñs locum tenens, cæteriq; principes & omniũ huius imperij ordinũ proceres indubie sperãt, idq; pro summa immortalis dei gloria, animarũ salute, ac publica pace & trãquillitate seruãda fieri ex animo efflagitant, orãtq;. Nã nisi istiusmodi abusus & grauamina, simulq; certi articuli, quos seculares principes iuxta hæc specialiter designatos, scriptis exhibebũt, fideliter reforment, vera pax & concordia inter ecclesiasticos, seculares q; ordines, huius q; tumultus & errorũ extirpatio per Germaniã minime sperãda est. Nã ex longis & variis bellorũ tumultibus, qbus Germania nostra multis annis interturbata, Item ob alia grauamina & incõmoda, quę huic nationi hactenus incubuerũt, hæc natio pecuniis ac diuitiis adeo est extenuata & exhausta, vt etiã iam pro necessaria iustitiæ ac pacis cõseruatione in his deficiat, Multo maiori itaq; incommodo & difficultate Hungarorũ regno & Croatis petita auxilia cõtra Turcã præstare poterit. Cũ aũt ordines sacri Romã. imperij nihil dubitãt, beatitudinẽ Pontificis pro comperto habere, Principes Germaniæ in solutionem Annatorũ ad aliquot annos sedi apostolicæ soluendorũ, ea lege ac conditione consensisse, vt illa in oppugnationem pfidissimi Turcæ, & defensionẽ fidei catholicæ conuerterent. Ex quo aũt numerus annorũ, intra quos Annata illa solui debeãt nũc longo interuallo transactus sit, neq; Annata illa à beatitudinis suæ pdecessoribus Pontificibus Romanis in hũc vsum, in quẽ decreta sunt, conuersa. Ob id, si mõ necessitate exigẽte, cõia auxilia in oppugnationẽ Turcæ p Germaniã eẽnt decernẽda & colligẽda, cauſat inde popul⁹ germanicus, q̃re Annata prius iã multis in hũc vsum reseruata, ad hoc opus Tollendi abusus

De annatis.

non ap

non applicentur, auerſanturq; alia in ſe ob hanc cauſam grauamina recipere. Ex quo prælati eccleſiaſtici pro annatis ſedi Apoſtolicæ ſoluendis, vt plurimum ſuis ſubditis ſuper indicta, & collectas imponere, & talia ab eiſdem recuperare cauſauerunt. Quare illuſtriſſimus Princeps dominus locum tenens, aliiq; principes, & Imperij Romani ordines vehementer orant, vt beatitudo Pontificis velit hæc & alia paterno affectu conſiderare, & illa Annata, quæ poſt obitum Epiſcoporum, aliorumq; prælatorum, ſeu eccleſiaſticorum, ad curiam Romanam ſoluenda fuerint, in futurum non exigere, ſed illa fiſco ſacri Romani Imperij applicanda relinquere, vt eo cõmodius iuſtitia, pax, & tranquillitas nationi germanicæ conſeruari, & Reſpublica eo melius per hæc ordinari, poſſitq; per Germanicam nationẽ aliis Chriſtianis potentatibus contra Turcã communem hoſtem auxilia & præſidia præſtari, quod alias & abſq; eo, minime ſperandum erit.

De Annatis

Item, cum beatitudo Pontificis inter alia deſiderat informari, quibus mediis huic Luthe
rano errori cõmodius obuiari poſſit, vt ea, quæ per ſuã beatitudinem prouidenda fuerint, celerius curari poſſint. Ad hæc illuſtriſſimus princeps dominus locũ tenens, aliiq; principes & ordines dicunt, quicquid hac in re pro pietate & Chriſtianæ religionis deuotione vtilitatis & auxilij præſtare poterint, ſunt, eruntq; ſemper ex animo paratiſſimi. Ex quo autẽ hoc ſeculũ in oĩ ſtatu, tam eccleſiaſtico, quàm ſeculari corruptiſſimos habeat mores, ſintq; non tantũ ex parte Lutheranæ ſectæ, ſed ex aliis cauſis multi errores, abuſus, & corruptelæ, quę ita inoleuerunt, vt iſtis opportunis remediis prouideri ſummopere neceſſarium ſit, ob id ſi mulq; propter immenſam tyrannidem crudeliſſimi Turcæ, qua multis iam annis Chriſtianitati multa incõmoda & calamitates varias intulit, hodieq; maiora inferre molitur. Nullũ itaq; commodius, efficacius, & opportunius remediũ illuſtriſſimus dominus princeps locumtenens, cæteriq; principes & ordines cogitare poſſunt, quàm quod beatitudo Pontificis, accedente ad hæc ſacræ Cæſareæ maieſtatis conſenſu, liberum Chriſtianum Concilium, ad locũ conuenientẽ in natione Germanica quãto otius & celerius quo ad fieri poſſit, videlicet vel in Argentoratũ, vel Moguntiam, Coloniam Agrippinam, vel ad ciuitatẽ Metenſem, vel aliũ couenientem locũ in Germania indicere, nec vltra vnius anni ſpaciũ (ſi poſſibile foret) hæc Concilij conuocatio & deſignatio differantur, & quod in tali Concilio, cuius qui intereſſe deberet, eccleſiaſtici, vel laicalis ordinis, non obſtantibus quibuſcunq; iuramentis & obligationibus, libere licere loqui, & conſulere pro gloria ſummi dei, & ſalute animarum, proq; Republica Chriſtiana, abſq; aliquo impedimento, quinimo quilibet ad hæc debeat eſſe obnoxius, vt non dulcia, ſed vera & meliora conſulat, ſumma cura & diligentia per ſalutem animæ ſuæ, & abſq; aliqua adulatione doli vel fraudis ſuſpitione.

De Luthero.

Concilium eẽ neceſſarium.

Verum, quibus modis & rationibus interim & medio tempore iſti tumultus & populi errores poterint pacari, interteneri, & cõpeſci, maxima cura & diligentia illuſtriſſ. & ſereniſſimus dominus locũtenens, & aliq; principes conſuluerunt, cum minima pars iſtius negotij ex hac mediq; temporis intercapedine pendeat.

Itaq; deliberauerunt in primis, ex quo Lutherus, & aliqui illius ſectatores in ditione ac territorio illuſtriſſimi ducis Friderici, Saxoniæ principis electoris &c. agant. Ob id illuſtriſſimus princeps locũtenens, & aliq; ordines Imperij, apud prædictũ Principẽ Saxonię ſumma diligẽtia curare volũt, & peundẽ principẽ efficere ſperãt, ne Lutherus & ſui ſectatores aliquid amplius ſcribat, edat, & typis excudi faciat, indubieq; ſibi perſuadent, quod prædictus illuſtriſſimus Princeps Saxoniæ, pro ſua in religionem Chriſtianam pietate, & in ſacrum Romanum Imperium obſeruantia & obedientia, vt virtute præditum deceat principem electorẽ, oẽm operam in hac ſit adhibiturus. Curabũtq; ſimul illuſtriſſimus dñs locũtenens, principes, & imperij ordines, vt per omnem Germaniam cum diuini verbi concionatoribus, ſiue prędicatoribus diligenter agatur, ne in populũ Chriſtianum ſpargant, vel dicant ea, per quæ poſſit popularis multitudo ad tumultũ vel rebellionem moueri, aut in aliquem errorẽ induci, ſed q̃d nihil præter verum, purum, ſyceru, & ſanctum euangeliũ, & approbatam ſcripturam, pie, manſuete & Chriſtiane, iuxta doctrinam & expoſitionem approbatæ, & ab eccleſia Chriſtiana receptæ ſcripturæ doceant & prædicent, omniaq; illa omittant, quæ à populo doctius & ſanctius ignorant, quàm ſciantur, quæ ne ſubtilius indagare, & ad imum vſque exigere, minime expedit, nihilq; in populo per contionem diſputationum moueant, ſed quicquid controuerſiæ fuerit, vſq; ad determinationem futuri Concilij reſeruent. Ordinabunt pręterea Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac alij prælati, per ſuas diocœſes viros doctos, probos, & ſacris literis peritos, qui prædicantibus fideliter & diligenter intẽdere debebunt. Et ſi quid ab illis vel erratum, vel minus idonee dictum eſſe offenderint pie, manſuete, ac modeſte eos corrigent, & informabunt, in hunc modum, ne quiſpiam ſuſpicari poſſit, vt veritas euangelica per hoc impediri queretur. Qui Prędicatores, ſi tales monitores audire nollent, nec à ſuis ineptijs abſtinere, debebunt per locorum ordinarios cõ-

De officio prędicantium

gruis pœ-

A gruis pœnis coerceri & puniri. Præterea in omnibus bibliothecis, & apud typographos diligentissime, quantum possibile erit, prouidebunt, ne in futuꝝ aliquid noui typis excudatur, maxime, ne libelli famosi, neqꝫ publice, neqꝫ secrete vendantur. Et ordinabũtur apud omnes potestates, vt si quispiam aliquid noui ædere, vendere, vel typis excudere voluerit, vt prius per aliquos viros, probos, doctos, & literarum peritos ista reuideant & recognoscantur: & nisi per eosdem admissum, vel approbatum fuerit, minime vendatur, excudatur vel publicetur. Et per hæc media sperant, ꝙ hoc tempore poterit istis tumultibus, erroribus, & offendiculis commodius mederi, maxime, vbi beatitudo Pontificis in istis grauaminibus congruam & debitam faciet reformationem, & prouisionem, atqꝫ liberꝫ & Christianum designabit Concilium. Per hæc enim maxime satisfieret populari, & nunc fluctuanti multitudini. Et si hic tumultus tam ilicò in totum forsan per ista sedari non posset: nihil tamen dubitant, ꝙ maior pars istius per hunc modum ad tranquillitatem & pacem moueretur. Indubie enim multi probi & boni viri Christiani futuꝝ & proxime indicendum, Concilium magno desiderio essent expectaturi.

De libris excudendis.

Postremo de presbyteris, qui matrimonium cõtrahunt, & de religiosis, qui relictis monasterijs, ad seculum redeunt, de quibus reuerendissimus dominus nuntius Apostolicus, etiam inter cætera meminit, considerant Principes & Imperij ordines, ex quo in legibus ciuilibus nulla pœna specialiter super his sit statuta, ob id congruum & iustum ipsis visum est, vt tales per eoꝝ ordinarios debita pœna sacris canonum constitutionibus super hoc expressa, vtputa amissione beneficiorum, & priuilegiorum, & alijs condignis pœnis puni-

De presbyteris & religiosis apostatantibus.

B antur, & coerceantur, & quod ordinarij illi à potestatibus secularibus in ista animaduersione & punitione minime impediantur. Sed quod protuitione iurisdictionis ecclesiasticę eis auxilium & fauorem impendant, & super his omnibus publica mandata & edicta faciant, ne quispiam ordinarios in punitione & coertione talium impediat, sed quãdo alijs illi vota transgressores in ditione & territorio alicuius principis vel potestatis secularis delinquerẽt ꝙ extunc debitis & cõgruis pœnis puniantur & coerceantur.

Postremo, super his omnibus illustrissimus & serenissimus princeps dominus, locumtenens, alijq́ꝫ principes & ordines vehementer, & ex animo iteꝝ atqꝫ iterum orant, vt beatitudo Pontificis, simulq́ꝫ reuerendus dominus Orator, ista omnia non aliter accipere & intelligere velint, quàm à bono, pio, syncero, & Christiano animo profecta, cogitata, & dicta esse. Nihil enim est, quod omnes isti principes & ordines tam ex animo velint, atqꝫ cupiũt, quàm statum sanctæ catholicæ & Romanæ ecclesiæ, beatitudinisq́ꝫ Pontificis felicẽ, incolumem, & saluum, ad cuius vota, desideria, & obediẽtiam, vt fideles filij se paratissimos offerunt atqꝫ cõmendãt.

REPLICATIO PONtificij Oratoris.

C 

Erenissime Cæsareæ locumtenens, reuerendissimi patres, illustrissimi Principes, & totius sacri Cæsarei Senatus ordines amplissimi, quum pridie mihi longo tempore expectanti, datum fuerit tandem à vobis responsum in re Lutherana, volui illustrissimis dominationibus vestris nõ solum verbo, sed & literis indicare, quàm parum mihi illud satisfaciat, & per subsequens Pontifici maximo, ac vniuersæ Christianitati sit minus satisfacturum. Et omissis multis, quæ de pietate, fide & obseruantia vestra erga sanctissimum dominum nostrum & sanctam sedem Apostolicã in procœmio vestri responsi habentur, de quibus tamen nomine suæ sanctitatis vestris illustrissimis dominationibus gratias ago, veniam tandẽ ad ea quæ suppletione, correctione, & declaratione indigere videntur, reliqua prout stant, quatenus placeant sanctissimo domino nostro acceptanda.

Et primo, quãtum pertinet ad id, q̃d illustrissimæ dominationes vr̃æ dicũt, & se excusando asserunt, ꝙ attento, ꝙ populis Germaniæ sit persuasum, ꝙ ipsis multa grauamina à curia Romana sint illata, & ab ipsa multa scandala & incommoda indies patiantur, nõ fuisse visum, sibi expedire, vt sentẽtia Apostolicæ sedis, & imperiale Decretum, debitæ exequutioni mandetur, ne inde cõtingat, peiora & acerbiora mala prouenire. Ad hoc replicatur, ꝙ nec sanctissimus dominus noster, nec Cæsarea maiestas, nec vllus Christianorum principum expectauit vnquam tale à vobis responsum in hac re dari. Nam si Lutherus

ante sententiam Apostolicam, tot clarissimorum virorum, ac vniuersitatum iudicijs fundatam, & deniq; ante Cæsareum Decretum, ipsiusq; edictum errauerat in vno, post eandem sententiam & Decretum errauit in longe pluribus, & nihil reliquum fecit, quo minus tota orthodoxa religio à fundamentis euersa sit. Quapropter, quum pœnæ debeant de iure commensurari delicto, attento, q̃ indies magis cum suis sequacibus errauit, & errat vt notorium debent pœnæ ipsæ augeri, atq; grauari, & non diminui, prout ex præsenti vestro Decreto fit. Et quantum ad responsum ipsum, ex eo in primis offenditur diuina maiestas, cuius causa tam segniter curanda proponitur. Offenditur Pontificis & Apostolicæ sedis dignitas, offenditur postremo Imperialis culminis celsitudo, quorum Decreta & ordinationes tam impune suspenduntur, abrogantur, deprimuntur q̃, offenditur & pariter communis honor vester, quum omnes vnanimes interfueritis eidem Imperiali Decreto decernendo, & vestram authoritatem præstando. Nec satisfacit illa ratio, q̃ propter scandala euitanda, dicta Apostolica sententia, & Imperiale edictum, exequi non debeat. Nam non sunt toleranda mala, vt proueniant bona, & magis sunt curanda ea, quæ pertinent ad animæ quàm ad corporis salutem. Neq; videntur excusandi, qui Lutherum sectari velint, q̃ propter sibi inflicta scandala & grauamina à curia Romana (etiam si verum illud esset) deberent ab vnitate catholicæ fidei propterea resilire, & in profundum malorum se præcipitare. Nam omnia potius mala deberent æquo animo & patienter sustinere, quàm se & animam suam, cum animæ periculo in præcipitium dare. Et si illud in omni tempore præstaret debuissent, quanto magis deberent respicere? quum intelligãt, deum optimum maximum q̃ dedisse ecclesiæ suæ sanctæ pastorem optimum: pastorem inquam sanctissimũ, eundem q̃ Germanum, qui non solum vniuersam ecclesiam sit curaturus & instauraturus, sed etiam Germaniam suam ad pristinam pietatem restituturs, ac pluribus & insignibus donis, in his quæ honeste poterit, illustraturus.

Adrianus. VI. Germanꝰ, pastor optimus.

Quare principes illustrissimi & excellentissimi, vos tantis affectibus rogo, & vehementer obtestor, vt his rationibus verissimis adducti, velitis, antequam huiusmodi celeberrimus vester conuentus dissoluatur, omnino statuere & firmiter deliberare, q̃ eadem Apostolica sententia, ac Imperiale edictum exequatur, & exequutioni mandetur, sine aliqua diminutione, quum ex hac magna pars, quinimò tota Germaniæ salus dependeat. Et si in aliquibus Germani populi (vt asseritur) sunt à curia Romana grauati, illud declarent. Nã semper Apostolica sedes, quæ est mater pijssima omnium oppressorũ, parata erit, illos subleuare, & pro viribus iuuare & tueri.

Discordiæ

Quo ad seditiones & discordias, quæ sunt inter ecclesiasticos & seculares principes Germaniæ pacãdas, ac ad articulos dandos eosdem moderandos, respondetur, q̃ sanctissimus D. N. vbi eas seditiones, discordias intellexerit, pro officio humeris suis incumbenti, curabit, vt omnino componantur, & extinguantur, quum non minus habeat in filios suos & ecclesiæ tẽporales principes, ac habeat eosdẽ ecclesiasticos. Pariformiter moderabitur oĩa inter eos, vt vnusquisq; habeat quod suũ est, & neutri iniurietur.

Annatæ.

Quo ad Annatas nõ persoluendas Romæ, sed in Germania retinendas, pro sustentatione Imperialis gubernij, habita ea declaratione, quæ facta est verbo difficultate, quæ fieri possit ad eam cõcedendam, reseruatur responsio ipsi Pontifici: quæ dabitur, vel Imperiali regimini, vel futuro Principũ cõuentui, prout magis expedire suæ sanctitati videbitur.

De consilio principum

Quo ad consilium, quod datur per illustrissimas dominationes vestras, q̃ attentis legitimis causis, quas adducunt, sanctissimus dominus noster debeat conuocare œcomenicum generale Concilium, replicatur, q̃ illud speratur nõ debere displicere suæ sanctitati, ob omnes præcipue illas causas, tamen petitur, vt illud Concilium alijs verbis magis idoneis reformetur, & q̃ tollantur ea, quæ possent aliquã vmbram facere suæ sanctitati, prout est, q̃ sua sanctitas debeat conuocare Concilium de consensu Cæsareæ maiestatis, q̃ sit liberum, & q̃ relaxentur iuramenta, item q̃ ponatur magis in vna ciuitate, quàm in alia, & similia, &c. Quia nisi tolerenturista, videretur sanctitati suæ ligari manus per illustriss. D. vestras, prout in voce declaratum.

De Cõcionatoribus.

Quo ad prædicatores, qui in posterũ fidelibus habebunt prædicare verbum dei, replicatur, q̃ seruari debeat illud, quod sanctissimus dominus noster nuper pie & sancte statuit & ordinauit, de venerabilium fratrum suorũ consilio & assensu. Quod est, vt (stante ista pernitiosa secta in Germania) nullus deinceps possit p̃dicare verbum dei per ciuitatem vel diœcesim alicuius, nisi ille talis prius fuerit examinatus per episcopum, vel officialem suum de doctrina & sufficientia sua, & eadem fuerit ab eo approbata, vel pro pia & Christiana reputata. Et pariformiter, nisi ille talis fuerit ad manus p̃dicandi per eundem episcopum, vel suum officialem institutus, qui habeat etiam illum amouere & castigare, quando à recta via ceciderit. In cæteris placet, quantum de dictis prædicatoribus per illustrissimas D. V.

respon

A respondetur, id est, quod prædicent Euangelium cum interpretatione scripturæ, quæ sit per ecclesiam approbata.

Quo ad impressores & venditores, seu alios diuulgatores Lutheranorum librorum, & aliorum, qui sectam suam sustinent & fouent, replicatur, quod nullo pacto placet data responsio, quod curabunt illustrissimæ dominationes vestræ prouidere, quantum possibile erit, ne tales libri imprimantur, vel vendantur, &c. Sed dico in hoc, prout in alijs totaliter deberi exequi, sedis Apostolicæ & Imperialis celsitudinis sententia, id est, quod libri impressi & imprimendi comburantur, imprimentes vero & vendentes, seu alios inuulgantes dictos libros, iuxta easdem sententias puniantur. Et in hoc maxime peto, debere aduerti, nam in hoc stat tota vis, pro ista pernitiosa secta comprimenda, ne tales libri amplius inueniantur. Nam ex illorum lectione omnia hæc mala profecta sunt. Et quantum pertinet ad id, quod nullus possit in posterum libros nouos imprimere, nisi illi tales libri prius videantur & examinentur per aliquem virum doctum, dico, in hoc non debere recedi à constitutione moderni Concilij Lateranen. quæ iam est in vsu, & est, vt nullus sub pœnis in ea contentis, possit aliquos libros imprimere, nisi per ordinarium episcopum loci, vel eius officialem tales libri lecti & examinati, ac pro Christianis reputati & habiti sint

De impressoribus.

Quo ad clericos, qui vxorem ducunt, replicatur, ꝙ illa, quę pro responsione scripta sunt, non displicere videntur, quando in cauda aculeum non habeant. Propter quod petuntur illa verba declarari, quæ sunt in fine capituli dicti responsi sub eisdem verbis. Sed quando

De clericis vxoratis.

B alios illi votorum transgressores in ditione & territorio alicuius Principis, vel potestatis secularis delinquerent, ꝙ extunc debitis & congruis pœnis puniantur, & coerceantur, &c. dico, ꝙ si talia verba intelligi debent secundum prædicta, id est, ꝙ tales puniantur à suis iudicibus ecclesiasticis, bene stant, sed si referantur, ꝙ seculares principes, vel potētes, illos punire debeant. In hoc dico, & instantissime peto tale responsum, vtpote, contra libertatem & ius ecclesiæ omnino corrigi debere, & reduci ad verum sensum. Nam si Principes seculares auderent tales iudicare, & in eos iurisdictionem exercere, esset ponere falcem in messem alienam, & tangere eos, qui sunt peculiariter Christo reseruati, nec ob transgressionē voti, seu apostasiam præsumant credere principes tales ad suam potestatem, vel iurisdictionem deuolutos esse, si delinquent in suis dominijs, vel territorijs, cum propter talem transgressionem, vel abusum ordinis sui non definant propterea esse de iurisdictione ecclesiæ. Quia cum remaneat illis character & ordo, semper sunt in eiusdem ecclesiæ potestate. Vnde in tali casu, ꝙ in dominijs Principum delinquant, ipsi Principes denuntient illos suis episcopis, vel alijs superioribus, qui eos castigent, corrigant, & si opus fuerit, pro viribus suis dictos episcopos seu superiores brachio suo iuuent, & alijs præstō sint.

Super quibus omnibus & singulis petitur per me nuntium Apostolicum, habita matura deliberatione, ab illustrissimis dominationibus vestris, melius, clarius, sanius, & consultius responderi.

C ¶Quamuis Principes, & reliqui ordines Germanicæ nationis iterum pro verbis verba dare potuissent, quum tamen alijs magis necessarijs occupati essent negotijs, Pontificium Oratorem priori responsione cōtentum esse iusserunt, donec grauamina nationis Germanicæ summo Pontifici transmissa forent, ac inde manifestum fieret, num verba eius tam blande facta, etiam debite, sequutura essent.

¶Sequitur Tabula Centum Grauaminum Germanicæ Nationis, & aliarum etiam fortasse nationum.

TABVLA CENTVM GRAVAMINVM

¶Tabula Centum Grauaminum Germanicæ Nationis.

Præsupponit cõstitutiones humanas esse bonas, dũmo pecuniis non redimantur.

¶Primum versatur circa constitutiones humanas, quæ dum dispensationibus pecuniarijs Romæ redimuntur, omnem iniquitatem procreant, & nos ære nostro priuant.

2 De nuptijs pro pecunia celebrandis tempore interdicto.
3 De nundinationibus, quæ perperam exercentur in indulgentijs, &c.
4 Quàm turpiter pecuniæ indulgentiarum in luxum expendantur.
5 De casibus vtcũq; reseruatis, quoꝝ sine pecunia, nulla haberi poterit absolutio.
6 Quomodo pecunijs detur licentia impune peccandi.
7 Quomodo simplices, nimis misere à Stationarijs & Quæstuarijs decipiantur.
8 Explicat immoderatum Terminariorum quæstum.
9 Quàm inique causæ prophanæ ad Romanũ tribunal trahuntur.
10 Qua fraude, quove dolo, prætacta agitetur versutia.
11 De abusibus & excommunicationibus iniquis.
12 De Papalibus Commissarijs, Germaniam aggrauantibus.
13 Quàm inique Monasteria quædã ab Episcoporum iurisdictione eximantur.
14 De temeraria violatione iuris patronatus.
15 Beneficia multoꝝ, vel Romæ, vel in itinere morientiũ, nõ satis rite Curtisanis cõferri.
16 Qua impostura beneficiati, Romæ à Curialibus inquietentur.
17 Qũo prætextu familiaritatis Papalis, multorum beneficioꝝ impugnetur collatio.
18 Quibus instructi dolis Curtisani, beneficiatos in propria persona ad vrbem vocent.
19 Quomodo prouisiones ecclesiasticarum dignitatum Romam pertrahantur.
20 De regulis Cancellariæ Papalis, & varijs illarum technis, infinitisq; laqueis.
21 De ecclesiasticis beneficijs curatis & non curatis in genere, q̃ indignis cõferant Romæ
22 Quibus nexibus Archiepiscopi ac Episcopi, à suis Capitulis in conferendis beneficijs astringantur.
23 Quàm amplissimas pẽsationes, bñficioꝝ locatores, à suis cõductoribus recipiãt exigãtq;
24 De prælaturarum commendis & incorporationibus Romanis.
25 Collegiatas ecclesias, nobilibus solũ fundatas, ob pecuniam infimis hominibus cõferri.
26 De nouis fraudibus Rom. sedis, quibus multifariam, veris derogatur priuilegijs.
27 De inordinata & nimis diuturna abusione Annatarum.
28 Quomodo contributio ecclesiasticorum contra Turcas etiam verti debet in tranquillum nostræ reipub. statum.
29 Quomodo ecclesiastici, vnà cum laicis, paria onera ferre debeant.
30 Nihil ecclesiasticis rebus parcendum esse, modo Turcis resisti possit.
31 Vt personæ ecclesiasticæ, commeritam nullam luant pœnam.
32 Si ecclesiastici, non puniantur æque vt laici, multa ex hoc mala certo prouenire.
33 Statuendum ergo esse, vt ecclesiastici, æqua cum laicis patiantur supplicia.
34 De diuerso, prophano, ac intolerabili onere excommunicationis.
35 Quo pacto cohabitatores oppidorum ac vicini, citra omnem æquitatem, aliorũ causa excommunicentur per tractatum ampliationum.
36 De illicitis interdictis, in causis minimi faciendis.
37 Vt festi multi dies abolendi sint.
38 Qũo per Pontifices Rom. ordini militarium, contra omnẽ æquitatẽ, bona erepta sint.
39 De multis oneribus, quibus ecclesiæ proceres statum opprimunt secularem.
40 Quibus modis laicorum bona ad ecclesiasticos perueniant, sed non contra.
41 Quomodo Episcopi hæreditaria ecclesiasticoꝝ bona ad se trahere conentur.
42 Quomodo laica quædam bona Episcopi cũ suis, ditioni ecclesiasticæ subdi velint.
43 Quomodo Fpiscopi male sibi vsurpant, primam recentium beneficioꝝ collationem.
44 De confirmationibus beneficiorum non necessarijs.

De ijs. xij. art. noli temere judicare.

45 Quæ onera patiantur hi, qui laicos habent Collatores.
46 Vt Episcopi, nulla vrgente causa, beneficiatos illicitis vrgeant exactionibus.
47 Quomodo indocti iuxta atq; inidonei ordinentur sacerdotes.
48 De impensis immodicis, quæ in ecclesiarum consecratione profunduntur.
49 De iniquis adinuentionibus Suffraganeorum.
50 Quomodo cœmiteria nõnunquam ob quæstum superflue consecrentur.
51 De superstitione inani, in baptizandis campanis, ne scilicet animæ perdantur earum.
52 Quomodo sibi Episcopi & plati, quasdã oblatiões iniuste vendicẽt, licet nõ sine fruge.
53 Vt à quibusdam præpositis monasterioꝝ, Episcopi iniuste pecunias sumant.

A 54 De abusibus qui contingunt in Abbatum, Abbatissarumq; electione.
Item de execrabilibus curiæ Romanæ officijs.
55 De quibusdam ineptissimis Archipresbyterorum Officialibus.
56 Quàm inique laici ad vetitum ecclesiasticorum trahũtur tribunal.
57 Laicos, ob debitam pecuniam ad ecclesiasticos iudices non esse trahendos.
58 Vt laici grauibus onerantur damnis in petendis missionum literis. i. loss bryeff.
59 Quomodo laicas quasdam causas iudices ecclesiastici remittere nolunt.
60 De varijs, illicitis, & inutilibus prophanarum causarum expensis.
61 Quomodo nouæ per violentiam instituantur decimarum præstationes.
62 Alius modus non ferendus, quo multi iniuste, ad ecclesiasticũ tribunal trahuntur.
63 De causis iniuriarum, quæ coram iudicibus ecclesiasticis ventilantur.
64 De præsumptione Officialium in causis prophanis ob interposita iuramenta.
65 Quomodo ecclesiastici, suas iudiciorum reformationes non obseruent.
66 Vt nonnullæ ecclesiasticorum iudiciorum reformationes prætentæ, ciuili magistratui perniciem adferant.
67 Quemadmodum plus pecuniæ, q̃ pœnitentię peccatoribus imponatur.
68 Quibus technis honesti viri & mulieres aggrauantur.
69 De illicito interesse, quod iudices ecclesiastici ex iactatis matrimonioꝝ causis petunt.
70 Quibus artibus ecclesiastici iudices causas promiscuas ad se trahunt.
71 Quæ mala contingant, falso prætextu, denegatæ exequutionis.
B 72 Quomodo ecclesiastici iudices ferre respuunt, quod seculares perpeti coguntur.
73 Vt quodam p̃scriptionis velamine, honor imperij minuatur.
74 Quàm inique, p̃ctõres duplici pœna ab ecclesiasticis puniantur.
75 Quomodo auari Officiales, illicitum fœnus tutentur.
76 Quid Officiales agant cum mulieribus, quarum viri sunt absentes.
77 De illicitis censibus, quæ è domibus exiguntur.
78 Quo pacto p̃dicti, hebdomadariam à mœchanicis pecuniam exigant.
79 De iniquis ecclesiasticorum arrestis & inhibitionibus.
80 Vt plerique ad iniquas transactiones compellantur.
81 Qũo externi causarũ procuratores, corã ecclesiasticis cõsistorijs nõ admittantur.
82 Quàm inique pauperibus sacramenta denegentur.
83 Quàm inique supirituales pro sua libidine vindemiationem suspendant.
84 Vt ecclesiastici, synodis, contra constitutionem, abutantur.
85 Vt iniquis nexibus Episcopi à suis astringantur Capitulis: & Cæsares Romæ coronandi, à Pont. Romanis.
86 Quomodo plebs pro sacramentorum administratione grauatur.
87 Vt ob Missas cantandas pecuniam exigant. s. myssanck, myssgelt.
88 Quo pacto Parrochi à suis pecunias emulgeant parrochianis.
89 Vt misere defuncti, sine pecunia sepeliri non possunt, & de sepulchroꝝ mercatu.
90 Vt p eriq; ecclesiastici, etiam Monachi, paꝝ aut nihil differant à scurris.
C 91 Qũo Episcopi sibi pecunias venentur ex sacerdotum concubinatu & officiatione.
92 Vt ecclesiastici quidam, publicas exerceant tabernas, & tabernarias.
93 Quomodo infirmis persuadetur, vt suos defraudent hæredes, per Euangelium: Munus quodcunq; ex me, tibi proderit, &c. Matth. 15
94 Quibus medijs ordines mendicantiũ ingentẽ pecuniam ad vrbem transferũt Romã.
95 De malitia Romanorum Legatorum.
96 Quomodo vicecomites inepti, ineptissimos creent Notarios.
97 Quanta iniuria fit in iure patronatus.
98 Vt omnes Monachi, Beguttæ, & Begardi, secularibus in bonis succedãt, sed nõ cõtra.
99 Quomodo Papa, Archiepiscopi, Episcopi, ac reliqui prælati, ex istorum grauaminũ publicatione in nullo se emendarunt.
100 Multa alia supereſſe fatetur.

Nemo de his oĩbus temere iudicet, sed iudicium ipsum suis commictat superioribus.

Finis Tabulæ grauaminum, atq; vtinã non essent per vniuersum in centuplo plura, q̃ hic per sacri Rom. Imperij principes seculares enumerantur.

SACRI ROMANI IM-

PERII PRINCIPVM, AC PROCERVM GRAVA mina Centum, quæ aduerſus ſedem Romanã ac totũ eccleſiaſticũ ordinẽ, Oratori Pontificiæ ſanctitatis, in Comicijs Germanorũ Principũ Norembergæ, Anno &c. XXII. inchoatis, finitis vero. XXIII. propoſuerunt.



Oſtquam relatio per Oratorẽ ſanctitatis Pontificiæ Comicijs p̃dictis corã maieſtatis Cæſareæ locũtenente, Electoribus, cæteriſq; Principibus, ac Imperij Statibus, ibidẽ congregatis, habita, ac Breue (quod vocãt apoſtolicũ) eiuſdẽ Romani Pon. in cõſultationẽ forent deducta, deſuperq; reſponſio cõſulta & cõcluſa, ac eidẽ Oratori & Legato Pontificio, inſcriptis, noĩe totius Romani Imperij tradita, factaq; eſſet, forte inter alia, mentio nõ infrequens, grauaminũ atq; onerũ Romani Imperij Procerum, quibus iniquius q̃ par ſit, ab Rom̃ eccleſiæ clero p̃merẽtur, placuit Principibus ac cæteris imperij ordinibus, hæc ipſa quæ contra eccleſiæ Romanæ Primores, ſe in mediũ adducturos polliciti erãt grauamina paulo altius à Principibus, ſigillatim per claſſes, & q̃ potuit maximũ per ordinẽ digeſta, repetere, recenſereq;, ac ita deſcripta ſuſius Legato Romano, ſerẽda ſecũ trans Alpes, dare, rogareq; hũc, vt apud ſedẽ apoſtolicã curare velit, quatenus onera hæc, nõ ferẽda Germanis, è medio tollere, emendareq; ſanctitas ſua non dedigneť. Quemadmodũ p̃dicta hæc in reſponſione ſupra memorata, oĩa latius cõtinenť. Itaq; per cõpendiũ, vt ſequiť, Germanicæ nationis onera hæc iuſto grauiora, digeſta, ac Oratori Pontificio, qui ſe noĩe ſanctiſſimi Rom̃. p̃ſulis, ita ſyncere ac Chriſtiane obtulerat, tradita ſunt, quo ſæpe dictus Orator ac Legatus Pontificius, hæc inde ſanctitati legatis referre, ac apud eundem pro Germanis principibus & proceribus, totius Imperij Romani ordinibus, interpellare poſſit.

¶Sunt aũt Grauamina ſupra memorata, quæ per capita nunc ſequuntur.

¶Grauamina ſedis Apoſtolicæ, non ferenda Germanis, ac primũ de Diſpenſationibus ære redemptis.

I INterreliqua onera, vel illud minime poſtremo loco eſt collocandũ, q̃ cõſtitutionibus humanis multa prohibenť, imperanť itẽ multa, q̃ nullo diuino p̃cepto, vel interdicta ſunt, vel imperata. Quod genus ſunt, matrimonioꝝ tã innumera excogitata obſtacula, ex affinitatis, publicæ honeſtatis cognatione, ſpũali, legaliq;, & cõſanguinitatis, tã multis gradibus originẽ trahẽtia. Ciboꝝ item vſus interdictus, quos deus tamen ad hoĩs neceſſitatẽ creauit, ac cũ gratiaꝝ actione promiſcue ſumẽdos Apoſtolus docuit. Hæc nimiꝝ, atq; his ſimiles cõplureſ humanæ cõſtitutiones, eouſq; ligant hoĩes, donec pecunia ſibi haꝝ legum gratiam à ſtatuentibus impetrent, vt ita pecunia faciat diuitibus licitum, quod tenuibus gratis ſit prohibitũ. Illicitiſq; his legũ ac conſtitutionum humanarũ retiaculis, nõ modo magna numeroꝝ copia à Germanis expiſcata, è Germania & trant Alpes lata, ſed & maxima inter æque Chriſtianos orta iniquitas, plura offendicula, ſimultates, dũ tenues hiſce laqueis vident ſe allaqueari, non ob aliud, niſi q̃ ſpinas euangelicas (ita em̃ Chriſtus diuitias non ſemel appellat) non poſſideant.

¶De tempore interdicto.

II ¶Pari modo agitur etiam cũ celebrandis nuptiarũ ſolennibus, à dominica Septuageſima, qua cantatur in eccleſia, Circundederũt me, &c. ſub quadrageſimæ, vſq; initium, quo tempore ab eccleſiæ Romanæ primoribus vndiq; nuptias celebrari interdictum eſt. Quũ tamen interim & ab eccleſiaſticis & à ſecularibus paſſim ſine diſcrimine publice, genialiter viuatur. Sed ita demum interdictũ illud procedit, ſi gratis hoc facere quis intendat. Quòd ſi nummi ſpes reſulſerit, iam quod primum erat prohibitum, impune ac libere facere licet. Eſt enim & hoc graue, Germanorum crumenis retiaculum, quo extrahũtur nummi. Nec minus interim grauamen, q̃ pauperis, diuitiſq; longe diuerſa in relaxandis his conſtitutionibus, ſit conditio.

¶De oneribus Papalium indulgentiarum.

III ¶Illud importabile iamolim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando ſub perſona pietatis, quum aut baſilicas Romanas conſtruere, aut profectionem in Turcas parare polliciti ſunt Romani Pontifices, omnem à ſimplicibus, nimiumq; credulis Germanis exuxerunt pecuniaꝝ medullam. Et quod longe maioris eſt faciendũ per

has im

A has impoſturas,ac earum conductitios præcones & prædicatores, profligata eſt Germana Chriſtianorum pietas,dum qui extrudere volebant venales ſuas bullas,laudes ſuis mercibus occinebant,miras & inauditas condonari,peremptitias has condonationes, nedum noxas præteritas,aut futuras viuentium, ſed & defunctorũ vita exiſtentium in purgatorio (quod vocant Cantores illi indulgentiarum)ignis, modo numeraretur aliquid, modo tinniat dextera. Atque his mercium nũdinationibus, ſimul & ſpoliata eſt ære Germania, & Chri pietas extincta,quando quilibet pro pretij, quod in has merces expenderat, modo, peccandi impunitatem ſibi pollicebatur. Hinc ſtupra,inceſtus,adulteria, periuria,homicidia,furta,rapinæ,fœnora,ac tota malorum lerna ſemel originem ſibi traxerunt. Quod enim malorum amplius iam horrebunt mortales,quando ſibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in vita,ſed & poſt obitum,ære,licet immodico,comparari poſſe à nundinationibus illis indulgentiarijs,ſemel perſuaſum habent? maxime Germani,quibus per hos veræ pietatis fucos,ſub religionis perſona, nihil non perſuaderi difficile eſt? vt ingenio plane ad pietatem credulo eſt Germania.

¶Et licet indulgentiæ hæ non ſemel in hoc ad Germanos miſſæ ſint, quaſi ex corraſa earum venditione pecunia,fideles contra Barbaros,eſſent tutandi ac defendendi. Euentu tamen compertum habent Germani pecuniam hanc,non in rem fidei, aut alioqui Reipubli. Chriſtianæ neceſſariam,ſed in propinquorum luxum ac ſubleuandam familiam ipſorum eſſe verſam,quo vno,bina hæc nata ſunt perquàm maxima incommoda, quod & offendi- IIII
B cula orta ſunt ſimplicibus,& quod nunc Germani toties ſentientes luſam fidem,quum vere iam res poſtulat,vt contra Turcas inſtituatur expeditio bellica, nullis rationibus perſuaderi ſe patiuntur,vt credãt,quod res ipſa fere notoriũ facit. Ita.ſ. inſtare ceruicibus noſtris crudeles Turcas,ſuſpicãtes ſemper, prioribus ſimile quippiam agi. Quæ vna ratio eſt,vt tam ægre manus contra Turcas iungant. Quantorum ergo malorum & in rebus temporalibus ac Chriſtifidelium conſcientijs,cauſæ fuerint Romanæ indulgentiæ,ſanctitas Apoſtolica pro ſublimitate captus ſui, exigua opera, vel inde, ſi non ex re vlla alia, coniectura conſequi poterit.

¶Præterea Papalis ſanctitas, cæteriq; Epiſcopi,ac eccleſiæ Romanæ columnæ, caſus V
aliquot ſuæ tantum abſolutioni reliquos fecerunt, quorum ſi vnum aut alterum commiſeris,iam aut numerãdum,aut abſolutione tibi carendum eſt,nẽpe quod in hoc reſeruati ſint vt vel inde nummorũ aliquid eis accreſcat. Quod ex eo conijcere licet,quod in caſibus etiã quãtumuis pro tempore honeſtis aut neceſſarijs,nunq; tñ niſi numeretur aliquid diſpẽſant. At ſi nihil attuleris,numeraueriſve,indiſpenſatus perpetuo maneas oportet.

¶Verum,ſi quis vnde numeret, habeat, iam nedum præſentes indulgentur harum conſtitutionum tranſgreſſiones,ſed & in futurum impune,vt eas ipſas tranſgredi liceat, indulto VI
permittitur Quo fit,vt anſam inde accipiant ij,cum quibus ita diſpenſatum eſt, peierandi, homicidia,adulteria,& ſimilia flagitia perpetrandi,quando quilibet ex ſacerdotum vulgo, abſolutionem emptitiam virtute indulti his impartiri poteſt. Quæ malorum ſeges tota ex habendi libidine,auriq; ſacra fame,qua nunc Eccleſiaſticorum nonnulli miſere excruciantur, originem ducit.

C ¶De Prædicatoribus indulgentiarum Stationarijs.

¶Eſt & aliud indulgentijs vendendis addictum hominum genus,quos Stationarios vul VII
go vocant,hi ruſticorum plerunq; abutuntur ſimplicitate,dum omnes vicos,villas,pagos, angiportus,omniaq; peragrant caſtella & oppidula ,prædicãtes ſancti cuiuſpiã, Valentini puta,Huperti,Cornelij, Anaſtaſijve ſanctimoniã,ac quãtũ ad rem familiarẽ addat,ſi quotãnis hunc vel illum munuſculo aliquo, quod eis Stationarijs .ſ. in commodum cẽdat,demulceas. Inſcribentesq; dehinc ſimplices, ſub ſancti alicuius numen ac tutelã, promittentesq;,vt hoc aut altero morborũ genere vacaturus ſit,qui eis annuũ cenſum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata ſunt,vt ſimplices illi ad viuum vſq; exugãtur. Nam primũ hoc negotium à ſancto Anthonio cẽptum,in innumerata morborũ genera, dehinc ſueuit diduci,ita vt vix ſuperſit morbus nunc aliquis,cui Stationarij non & peculiarem ſanctum, tanq; tabernæ vel negotiationi præpoſuerint. Proceſſitq; eo vſq; eius mali ſerpigo, vt pauperum ac ſimplicium illorũ,Quæſtuarij ac Stationarij prædicatores,ſanguinem vorẽt & medullã, dumq; illi vnà cum liberis ſuis neceſſarijs ſpoliant, in delitijs & luxu plus q; Sybaritico degunt Stationarij. Quæ res & in primis præſentem ſibi ſanctitatis Apoſtolicæ medicinã poſtulare videtur,quo interdiceret epis,cæterisq; eccleſiæ primatibus, ac eorũ vicarijs,ne prolegationis ſeu functionis huius admiſſione quidpiam poſt hac acciperent pretij, neve eas omnino tolerarent amplius,aut quantum per eos ſtaret,paterentur.

¶Nec minus & in hoc à Religioſis grauantur prophani, maxime pauperes, quibus res VIII
eſt anguſta domi. Nempe quod mendicitas ordinum mendicantium,nihil in rure, neq; in

vrbe finit non peragratum, dum à terminis, quos peruagantur, Terminarij dicuntur. Quas quidem peruagationes contra ordinis eorum statuta, neque etiam ad necessitatem, per auaritiam insatiabilem adinuenerunt. Ita enim fit, vt cum in oppidulo, aliquando non admodum celebri, sed perexiguo, duo, tria, aut eo amplius illoꝝ sint conuenticula, in quæ, omne quicquid eleemosynę vndique disquiri potest, conferꝛ, dum tamen interim morbo, aut senio confecti ciues vel incolæ, qui per ætatem ex laboribus & sudoribus suis, vnà cum vxoribus & liberis honeste vixerant, egeant, fame & inedia pereundum necesse habeant.

De statutis humanis & consuetudinibꝰ ecclesiasticis, nõ est indifferenter iudicandũ

Itaque rogant sanctitatem Apostolicam, Imperij Principes, cæteriq; status, quatenus sanctitas sua, paterno animi affectu, offendicula & grauamina hæc Indulgentiarum, dispensationum, Stationariorum, Terminariorumq; è medio tollere, atq; ita negotium temperare velit, ne libertas Christiana, seruitute humanarum constitutionum penitus extinguatur, illaqueenturq; conscientiæ Christifidelium mandatis hominum, quibus nullum ẽ peccatum maius, q̃ nummis carere. Non vltra enim quicquàm prohibent, q̃ si gratis contrauenire quis velit, & dispensant illico quod prohibuerant, numerata. s. pecunia ampliore. Verum, quod syncerius cum fidelibus Christi, tanquàm cum suis ouibus agatur, instruanturq; potius ad pietatem & charitatem mutuam, ex iussione Christi, quàm ad obseruationem cuiusuis traditionis humanæ, formidine pœnæ. Ac si errare eas aliquando labiq; contigerit, moneãtur, & subleuentur potius fraterne, quàm ita seruiliter, ac dure tractentur. Quo omnibus paulo notius fiat, pastorem cupere potius, & quærere salutem ouiũ, quàm priuata compendia, ac earum lanam.

¶Quàm inique causſæ prophanæ in prima instantia ad Romanum tribunal iudiciarium trahantur.

IX ¶Quum nedum iuris ratio, sed & rei ipsa series postulet, vt distinctę sint iurisdictionum limites, & vt quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumq; in exercenda iurisdictione non disturbet, minime tamen Pontifices Romani pro tempore existentes, æquitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta hac, ad petionem personaꝝ ecclesiasticarum, laicos non raro in causſis etiam prophanis, puta hęreditatum, aut pignorum, & in prima quidem instãtia, corã se Romam citari, ac in ius vocari fecerunt. Quę res nedum ita (vt prædictum est) in ius vocatis, sed & totius Romani Imperij ordinibus, cedit in iacturam, perniciem, contemptum, ac iurisdictionis dehonestationem, diminutionemq;.

X ¶Item, cum Romę quispiam etiam laicus, interposito iuramento asserit, se non sperare iustitiam apud iudicem competentem in Germania assequi posse, protinus ad tale iuramentum admittitur, ac citatio ei contra partem aduersam decernitur. Sicq; processus à iudice ordinario ex Germania Romam, nec iudice interpellato, nec parte aduersa monita, protrahitur, inde iuramenti p̃textu, nec fori declinatio, nec vlla admittitur probatio, etiam si plane doceri posset, authorem illum peieraſſe. Quæ res si altius radices ageret, nec principijs resisteretur, omnes tandem causſæ ad Romanę Curię tribunal deuoluerentur, ordinarijq; vniuersi sua priuarentur iurisdictione. Quod non solum contra omnem iustitiam, sed etiam intolerabile foret.

Eapropter sacri Romani Imperij status sanctitatem Apostolicam rogitant, vt prædictũ onus in Romana Curia post hac non tolerare velit, sed curare, vt dehinc nemo vel ecclesiasticus, vel secularis, ob causam prophanam, in prima instantia, Romam in ius vocetur, sed personæ & causſæ hæ ordinario iudici, cui immediate subiacent, relinquatur. Vltraq; hoc, amplius contra æquitatem non grauentur.

¶De conseruatoribus, ac cæteris Papalibus iudicibus.

XI ¶Item est & aliud iudicium Papalium, per quos æque ordinaria attenuatur iurisdictio, genus, quos conseruatores vulgo vocant, eos episcopi, cæteriq; ecclesiæ principes, ex primatibus, vel Abbatibus, suæ Diocœsis à sede Apostolica in hoc impetrare solent, vt coram his, omnes illorum causſæ, & lites quasiam instituere cogitant, dirimantur, euocenturq; per hos in ius personæ seculares, nobiles & plebei, in causſis omnino prophanis, licet actoribus iustitia per ordinarium tribunal nunquàm fuerit denegata. Quòd si vocati in ius ire recusauerint, ꝯ contra ius ac phas excommunicatione, licet nulla, feriuntur, cuius rei innumera adduci possint exempla. Acsi vt cœpit negotium, procederet, breui eo rerum veniremus vt omnes causſæ prophanæ, ad conseruatores hos, cæterosque iudices ecclesiasticos, laicis nedum suspectos, sed & alioqui incommodos, pertraherentur. Quod vt est intolerabile Germanis Principibus, ita & aperta fronte, cum Sacri Romani Imperij pugnat constitutionibus ordinatis, quæ clare & expressim volunt ac exprimunt, quod nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in ius pertrahere debeat. Quapropter Imperij Principes, Proceres, ac Status sedi Apostolicæ supplicant, vt grauamina atque onera hæc radicitus, funditusque tollantur & abrogentur.

Iniusta etiam emenda

¶ De Papa-

A ¶De Papalibus Delegatis ac Commissarijs.

¶Item san. Pontificia ad ecclesiasticarum personarum petitionem, iudices delegatos, & XII
Commissarios, tanquàm ecclesiasticos iudices per Germaniam concedere solet, vt impetrantes dehinc laicos, cuiuscunque etiam dignitatis, vel præeminentiæ, coram ita delegatis in caussis prophanis, iudicio conuenire possint. Quod vt de facto sępenumero præsumunt ita excommunicationis pœna mandatã sibi inter partes iurisdictionem defendere conantur. Quæ omnia & in perniciem personarum secularium, & in iurisdictionis Germanicæ ac ordinariæ iacturam vergunt & attenuationem.

¶Quo pacto ecclesiæ Prælati per sedem Apostolicam, ex Episcoporum ordinaria iurisdictione, ac cæterorum suorum defensorum tutela eximantur.

¶Insuper & hoc moliuntur Summi Pontifices, monasteria aliquot eximendo, vt ab epi XIII
scoporum, eorum. s. ordinarijs, ac defensorum, protectorumq; alioꝝ, iurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immediateq; subiaceant sedi Apostolicæ, quę res non tantum prædictis ipsorum ordinarijs ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cędit in iacturam, tum quando collatio pecuniaria pro Imperij necessitate, viritim Imperij statibus, indicitur. Ita em̃ fit, vt ipsi per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeãt. Dehinc etiam auxiliares manus episcopis ac defensoribus suis, quod ante hac facere necessum habeant, non porrigant, per quam technam Romani Imperij attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto vires. Quapropter & hic Imperij proceres ac status rogant præfata onera
B exemptionum abroganda, tollenda, emendandaq;, ac monasteria hęc episcoporum & defensorum ordinariæ iurisdictioni relinquenda, vt vel inde Imperium Romanum p̃ sedem Apostolicam eneruatum, vires pristinas eo celerius recuperare queat.

¶De attenuatione iuris quod vocant Patronatus.

¶Item, quum per mortes possessorum pro tempore beneficia vacare incipiunt, quorum XIIII
ius patronatus ad laicos spectat, seu ecclesiasticos, tum conantur & Papalis sanctitas, & eius oratores vel legati iuri huic derogare, hoc mõdo, vt conferant beneficia ita vacantia, Curtisanis, aut alijs quibuscunque libuerit, ita, vt patronis ipsis ius suum præsentandi per hoc adimatur, auferaturque, ac interim hoc prætexitur à sede Apostolica, quasi præuentioni hac in re fit locus, vt qui prior beneficium illud contulerit, quod hęc teneat collatio, licet patroni tempus quoddam habeant, intra cuius metas, beneficia sua libere, & à nemine præuenti, conferre possint. Eam ob rem patronis laicis & ecclesiasticis ex fictitia hac præuentione multa oritur iactura. Quapropter Sacri Romani Imperij Status sanctitatem Apostolicam rogitant, vt talia grauamina atque onera aboleantur, & post hac beneficia vacatura, suo quæq; patrono relinquantur, nec permittendum Curtisanis, vt dehinc vel per iudiciorum ordinem, vel suopte ingenio ad talia beneficia se ingerant, sed statuto irreuocabili sanciendum, si quid à quoquoquàm contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarij istius iuris, præuentionis, vt præmittitur, fuerit attentatum, quod omne id nullius sit momenti, viribus careat, fitq; ipso iure nullum cassum & inualidum.

¶De ecclesiasticis, qui Romæ, vel inter eundum Romam mortem oppetunt.

¶Item, & tum Curtisanis, cæterisq; (vt prædictum est) inhabilibus personis, per sedem XV
C Apostolicam vacantia, collata sunt, officia & beneficia, cum familiares sanctitatis suæ, aut qui Curiæ seruirent, vel in anno (quod vocant) Iubilæo, inter eundum Romam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetijssent, tanquàm si beneficia hęc sedi Apostolicę essent commissa, recte atque feudorum collatio committitur. Nec consideratur à Pontificia sanctitate, talia beneficia vel officia de iure patronatus, sint nec ne, per quod ecclesiastici & laici patroni feudatarij denuo etiam iure suo patronatus ordinario, priuati sunt & spoliati.

¶Quinetiam aliquando, quum ij qui bonis, aut multis prædi ti sunt beneficijs, Romam XVI
veniunt, à Curialibus Cardinalium tanquàm officij gratia ad mensam inuitantur dominorum suorum, inde clam adhibentur testes & notarius, quorum interuentu conficiuntur instrumenta, quibus cum suo tempore probari possit, tales fuisse Curiales Cardinaliũ, ac ideo beneficia eorum esse in perpetuum affecta, quàm doli ac fraudis res hæc sit plena, vnusquisque bonus facile perpendere potest.

¶Quo pacto sub prętextu familiaritatis Papalis Curię, multorum beneficioꝝ per Curtisanos impugnetur collatio, etiamsi possessores illoꝝ longe ante hac talibus fuerint beneficijs inuestiti.

¶Nec minus & illud suetum hucusque fuit, vt vltra prædicta omnia quorundam magni XVII
pensi beneficiorum, sub nomine Officialium vel familiarium Papę & Curiæ Papalis, p̃ idiotas & alioq; inhabiles p̃sonas fit impugnata collatio, ac p̃ illos conatũ, tẽtatũq;, si q̃ mõ fieri

posset

posset, vt beneficia hæc in commendas seu prouisiones, ita enim ipsi vocant vertere, ac censibus annuis obnoxia reddere queant. Hinc prętendentes regressus, reseruationes, pensiones, & plura alia incompatibilia, sibi in his competere. Quibus technis ac dolis malis, beneficia illa penitus, exiguntur, eneruantur, attenuanturq́, cum perpetuo Romanæ Curiæ pensionibus annuis seruiunt, fitq́, vt Germanorum vtcunque habilium, nemo vnquàm ad hæc aspirare possit.

XVIII ¶Item, obuiam veniunt & tum Germanis non ferenda à Curtisanis onera. Ita enim p Germaniam subtili ingenio beneficia venantur, vt conentur viris presbyteris ætate & integritate vitæ spectabilibus, qui beneficia sua absque omni controuersia, iusto titulo, & bona fide, multos iam annos quiete possederant, in longæua possessione negotium facere, possessionē interturbare, ad Romanam Curiam personaliter vt compareant, in ius vocare, ac mille alijs artibus ita eos adigere, vt transactiones quantumuis iniquas, inire necessum habeāt, modo supremos hos annos quiete agere velint. Coguntur enim hoc quo dictum est modo à Curtisanis ad pensiones annuas, reseruata, & id genus alias præstationes. Atque hoc agunt Curtisani nebulones, non propria (vt ferunt) authoritate, sed Romanorum suorum statutorum, ac regularum, q̄s vocant Cancellariæ. Quæ constitutiones oñes quotidie pro libidine Curtisanorum figuntur ac refiguntur, cum derogatur prioribus non admodum, vt videbatur, æquis, & ferunt iniquiores. Qua renedum senio confectis beneficiorum possessoribus harum decipularum atque fraudum rudibus, sed & beneficiorum collatoribus imponunt mille instructi dolis Curtisani. Nam & si possidēs beneficium presbyter, cum Curtisano litigatore fictitio, non transigat, tamen ita sibi litē facit præstigiator ille Curtisanus, vt si pendente efficta hac controuersia, moriatur, beneficij (vt prædictum est) litigiosi possessor, quod dehinc continuo litem faciens, neglecto collatoris ordinario iure, in possessionē eius beneficij mittatur. Eapropter denuo atque iterum Sa. Ro. Imperij status iustas sanctitati Apostolicæ fundunt preces, velit enumerata omnia Curtisanorum importabilia onera emendare ac penitus abrogare. Neve illis post hac promittere, vt beneficia Germanorū libera, per machinationes præfatas, oppugnare impune audeant.

¶Quomodo prouisiones ecclesiasticarum dignitatum Romam pertrahantur.

XIX ¶Item, quæcunque dignitates, seu beneficia pinguia, vtputa Præposituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Canonicatus ecclesię curatæ & bñficia simplicia, q̄ sub mense ordinario, extra Romana mœnia vacare incipiunt, quorum ante hac ad ius ordinarium, patronatus ecclesiasticorum & laicorum spectabat collatio, & electio, tum excogitatur à Romana sede, iuris patronatus ab ordinarijs collatoribus abalienatio, maxime, si possessores pristini beneficiorum aut officiorum dignitatumve talium, familiares vel officiales Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Romañ. Impe. status, prædictum etiam onus e medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præsentationem, et nominationem talium dignitatum ac beneficiorum, iura .s. ordinaria, defendendos ac defensos manutenendos. Nec curandum, vtrum familiares, vel officiales Romanæ Curiæ fuerint, q beneficia hæc possederint, regressum, accessumve, aut aliud quoddam ius imaginarium ad ea habuerint, ita quod tale ius prætentum ordinario patrono, ac collatori, nunc & posthac nullum faciat præiudicium, nullamq́ generet iacturam, sed per omnia iura ordinaria sinantur illæsa.

¶De regulis Cancellariæ Papalis, nouis technis & reseruatis super casibus futuris.

XX ¶Ad hæc Cancellariæ Romanæ regulæ, quas ad sua compendia subinde excogitare solent Curtisani, ac toties ferre ac reuocare, nec non & aliæ subinde nouę artes excogitari cœperunt, quibus beneficia ecclesiastica ex Germania Romam eo facilius pertrahantur, aggrauenturq́, ita, vti si Germanorum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non aliunde, quàm ex Curtisanorum manu magna numerata pecunia, aut pensione annua reseruata assequi possit. Neque in hoc Curtisanorum inexplebilis auri sitis contenta, quiescit, quin nouas quotidie artes excogitet, qualis est & illa, cum super beneficio aliquo vacaturo, duo aut tria millia aureorū ad futuros casus reseruant collatoribus ordinarijs tam ecclesiasticis, quàm secularibus, eorumq́ iuri ordinario, ac ipsis denique ecclesiasticis beneficijs in prægrande exitium, perniciem, attenuationem, & detrimentum. Nam cum casus aliquis futurarum reseruationum existit, adsequiturq́ is beneficium, cui prius tot reseruata erant super hoc millia, tum ad supremam opem, technas profecto inauditas, confingunt, permutationum .s. reseruationem, surrogationem, reseruantes sibi ingressum, accessum, atque alias id genus decipulas quibus ius ordinarium, collatorum, ita exhauritur, & attenuatur, vt aut nunquàm aut vix tandem post multorum annorum curricula patroni ac collatores ordinarij ad ius suum patronatus peruenire possint.

¶De eccle

A ¶De ecclesiasticis beneficijs, curatis & non curatis in genere.

¶Nec minus & illud in Romana Curia hucusque obseruatum est, vt gratiæ & reseruatio XXI
nes pectorales, mentales, generales & speciales regressus, accessus, incorporationes, vnio-
nes, & concordata, quod suis vocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & priuati lucri
amorem super beneficijs ac prælaturis, præsertim per Germaniam, Curtisanis à sede Ro-
mana concederent. Neq; hoc contentus fuit habendi sceleratus amor, quin & ea ipa benefi
cia ac prælaturæ prędictæ, societatibus mercatorum potentum ære, cum onere census me-
diocris, sed ita, vt dehinc latius venderentur, concedunt. Qua subtili practica atque techna
factum est, quod plurima aut certe pinguium beneficiorum, magna, si non maxima portio ex
Germanorum manu Romam est tralata, quæ beneficia hinc idiotis inidoneis, ac inhone-
stis etiam psonis, non raro sunt collata, & quidem nec Germanis, sed Barbaris, qui Germa-
nam linguam neque loquantur, nec intelligant, vt inauditum dictu hoc inde sit sequutum,
quod ouibus Chri præfecti sunt pastores, quorum & si oues vocem forte audierint non in-
telligant. Verum grauius etiam inde orit Germanis onus, quod quum beneficia hęc & par-
rochiales ecclesiæ ipsi, ppria psona neq; possidere, neq; gubernare possunt (Quod tñ pasto
ris officiũ in primis sibi postulabãt) Nimirum vt subditis parrochialibus, & integritate ac inno
centiæ morum, egregium de se pberent exemplum, vt oues suas tanquàm oues Chri, doctri-
na solida, syncera, ac ex puris euangelij fontibus hausta, quantum ad salutem aiarum, ouium
ptineret, ipsi pastores met pascerent. Eorum vero neutrum p pastores illos subditicios curat
B Primum enim ipsi qui beneficia hæc ecclesiastica à mercatoribus, quo pdictum est assequũ
tur mõ, quia ppria psona ad possidendum ea sunt minus idonei. Ideo hęc eadem alijs ęque,
aut longe etiã quàm sint, ad onus hoc inhabilioribus, pro annuo censu locant, non secus atq;
census ac redditus annui ex agris locant & emunt, vt is demum habeatur emptor idoneus,
qui pluris mercem licitauerit. Ita plane pro ptij quantitate elocant, nunc p Curtisanos eccle
siastica beneficia. Dehinc quum ferè fiat, vt maius ptium annuum offerat, qui ad Ecclesiæ
munus quàm minimum sit idoneus, euenit, vt conductitij illi pastores (an prædones recti-
us quis eos dixerit, dubium est) simplici Christi plebeculæ pro Euangelij limpidissimo fon- De indoctis
te, turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas, propinent lacunas, dum legendas, quas vo- concionatori
cant sanctorum, nec ab ecclesia receptas, & Gentilibus fabulis, quàm Christianæ & Euange- bus
licæ doctrinæ similioribus, ad populum Chri publicæ in contione docent. Quid enim ali-
ud docerent indocte docti, ac idiotæ illi, qui lanam magis quàm salutem ouium, vt curarẽt,
munus hoc ecclesiasticum pecunia etiam non modica conduxerunt, ac mercenarij sunt, nõ
(quod euangelium abominatur) pastores. Ita enim fit, vt Christi simplex plebecula, p sup-
posititios hos pastores, à Germana Christi fide, ac in deum fiducia, in quibus sola requiescit
animæ salus ad hominũ superstitiosa somnia ac commenta, per quæ res familiaris mercena
riorum conductitium, quàm Christi gloria augeatur potius, ducatur trahaturq;, ac multi-
plicibus etiam exactionibus interim grauet plebs Christi, quando hoc solum curant condu
ctores, vt vltra pensionem locatori pendendam, res ipsa eorum quoque reddatur lautior,
expilaturq; interea suis nummis ab exteris nationibus, vnde nulla, nec mutua beneuolentia,
C aut gratiarum actio speranda ei est Germania, quanquàm beneficia hæc non ad exteros, sed
suos, hoc est Germanos vt pertinerent: primum fundauerit. Quapropter sacri Romani Im
perij Status, obnixe quoque rogant, vt præfata onera ac grauamina, per quæ tam immen-
so pecuniarum cumulo spoliatur Germania, quæ hinc per Curtisanos male prodigitur, ra-
dicitus ac penitus tollantur & auferantur, ita vt beneficia, per Germaniam nemini, quàm
natis Germanis, qui personaliter ea possideant, id quod & æquitas & honestas ipa sibi postu
lant, post hac conferantur ac concedantur.

¶Quibus nexibus Archiepiscopi ac Episcopi à suis Capitulis ob colloca-
tionem beneficiorum sint adstricti.

¶Nec tantum beneficia ac parrochiales ecclesiæ Romæ ob pecuniæ fauoris aut familia- XXII
ris consuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculorum plenis conferuntur
personis. Sed & simile quiddam ab Archiepiscopis & Epis committit, qui p eorum capitula-
res congregationes ita obligãtur, vt omnia præpinguia beneficia, curata ac non curata (quę
procul dubio à fundatoribus primũ, vt ad doctos ac integros ptinerẽt viros, sunt fundata)
Capitularibus Canonicis, vtcunq; ad hoc inidoneis, conferre necessum habeãt, qui dehinc
talia beneficia simplicia ac curata, indoctis ac ludicris psonis, modo quàm maximum pen-
deant censum annuum, elocãt, æque atq; supra de mercatorum societatibus dictum est, ita q̃d
possessores illi conductitij, maiorem partem ex illicitis exactionibus viuere, atq; ob id sub-
ditos eo amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris Cathedralibus collegiatisq;
ecclesijs, ac earum capitulis agitur. Item & per præpositos, reliquosq; in dignitate constitu
tos agitur idem, interim dum sua conferunt beneficia ecclesiastica.

¶Præterea

XXIII ¶Præterea, qui pinguiora, ita (vt p̄dictum est) habent beneficia, ac ecclesias parrochiales, vtcunq; annuas pensiones amplissimas ex locationis titulo, à conductoribus p̨cipiant, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hęc ampliter sunt dotata, tamen committunt locatores, vt domus beneficiariæ, præ neglecta ędificioꝝ cura, penitus collabentur. Nihil enim aliud curant beneficioꝝ p̨sonati isti possessores, aut locatores, quàm vt pecuniæ æquo maiorem summam quotannis à conductoribus recipiant, ac eandem hinc in varios, sed in inhonestos, illicitos, ac offendiculoꝝ peccatorum q̄; plenos vsus conuertant, de salute & cura animaꝝ, vel subditoꝝ, vel etiam eoꝝ, quoꝝ ex marsupio viuunt, hoc est, fundatoꝝ, prorsus apud hos nulla mentio, respectus (velut Megarensium olim) plane nullus. Eapropter S. Ro. Imp. statu, ac Principes, & Proceres laici, hic quoq; supplicant, Sāctitas Pontificia velit eam offendiculoꝝ syluam, turbatum reꝝ ordinem, ac onera hęc iusto graviora, tollere, emendare q̄;, ac Archiepiscopos, Episcopos q̄;, ab obligatione, qua ex promissionis p̄dictæ nexu tenent, liberare, solutos q̄; reddere, ac ædicto cauere, ne post hac Archiepiscopi & Episcopi, talibus astringant vinculis, sed vt dehinc nulli beneficium ecclesiasticum, curam habens animaꝝ, conferat, qui non sit doctrina, ætate q̄; & moribus ad hoc idoneus, qui & honestam, ac presbytero dignam viuat vitam, & qui ipse propria illud possideat persona, nec plura quidem, sed vnum tantum beneficium curatum, seu parrochialem ecclesiam, Chriane, hoc est, sine offendiculis vllis, sed multo cum doctrinæ tum vitæ integritatis fructu administret.

¶De Prælaturaꝝ commendis, vt vocant, & incorporationibus. E

XXIIII ¶Item & illud hucusq; notorie obseruatum fuit, vt Abbatiæ multæ, Cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus seu ecclesiasticaꝝ p̨sonaꝝ congregationes, fundationes. s. Imperatoriæ ac Principales, Cardinalibus, Episcopis, ac cæteris Prælatis, in tutelam commendarent incorporentur q̄;. Quare factum est, vt p̨ Cardinales, Episcopos, ac Prælatos illos, quibus ita (vt dictum est) commendatæ erant Abbatiæ ac Monasteria, ita sunt attenuata, exhausta q̄;, quod cum ante hac in vno illoꝝ monasterioꝝ quadraginta, quinquaginta, aut vltra hoc etiam p̨sonæ satis commode potuerunt foueri, vt nunc ægre quinque, sex, aut decem necessarijs prouideri possit alimentis. Quæ res omnis in priuata compēdia aut commoda Cardinalium est excogitata. Vnde ne dum plura oriunt offendicula, sed & grauamina onera q̄; ardua, ac non ferenda Germanis. Ideo q̄; & hic supplicat, Abbatias prædictas, Monasteria, ac religiosas cæteras domus, denuo in integrum ius eorum, pristinum q̄; rerum statum restituendas, cauendum q̄; post hac, ne cuiquàm tales Commendæ, vt vocant, seu incorporationes, concedantur.

¶De Collegiatis ecclesijs, quę sup nobilibus tantum fundatę sunt.

XXV ¶Insup, licet quædā sint collegiatæ ecclesiæ p̨ Germaniam, quæ à nobilibus, & in hoc, vt nobiles tantum summæ atq; mediæ sortis ad eas reciperent, primum sunt fundatæ, in quibus p̨ diutinæ obseruatæ ac p̄scriptæ consuetudinis priuilegium est, vt tantum Principes, Comites, Barones, aut alioqui Nobiles acceptari possunt & debent. Attamen laudabiles hę consuetudines, iura non scripta, priuilegia Papalia, nequaquàm curant, manutenēturve, sed è regione agitur p̨ Curtisanos, ad liberę electionis Episcopoꝝ, Præpositoꝝ, ac Decanoꝝ & Canonicoꝝ præpeditionem, vt coadiutores alioqui contra Capitularium voluntatem ac consensum, efficiantur. Nec raro Curtisanis licet indoctis & ignobilibus parantur ad Canonicatus huiusce modi accessus, non obstantibus statutis & consuetudinibus, & priuilegijs præscriptis, ita quod nobilibus Germanis beneficia subtrahantur, & hęc eadem ignobilibus vel ob pecuniam, vel familiarem consuetudinem hoc pacto conferuntur, vt licet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obstante sibi consuetudine, tamen si quis Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumve hæc eadem à Curtisanis impetrare velit cum colore quodam excogitati oneris, ab eisdem vel emere, vel annuo censu redimere cogitur, quanquàm subinde alia huic negotio prætexantur vocabula, quę res ipsa quoque nobilibus Germaniæ supremæ atque mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac grauaminum cumulum. F

¶Inueterata priuilegia manutenenda.

XXVI ¶Ad hæc quàmuis omnia ecclesiasticis ac laicis statibus priuilegia ac immunitates sint concessæ, Præposituras, alia q̄; beneficia et officia per se conferendi atque eligendi, attamen per sedem Romanam nouæ subinde excogitatæ sunt technæ ac practicæ, per quas priuilegijs prædictis derogatur multifariam, immo ea penitus tolluntur ac turbantur. Eapropter rogant Sa. Roman. Imperij status, hoc emendandum, & in posterum cauendum, ac vnumquenque cum suis iuribus & priuilegijs defendendum, manutenēdum q̄;. Id quod rei æquitas ipsa per se sibi postulat.

¶De Annatis.

¶Quantum

A ¶Quantum ad Annatas(vt vocant)attinet,quas eccleſiaſtici prælati,Romano pontifici quotannis pendunt,quasq; ante aliquot annos Germani principes ſedi Ro.ſub certis vſq; annoꝝ metis,eo tñ modo perſoluerent,cõſenſerũt,quo pecunia hæc ad nihil aliud,q̃ cõtra Turcas parandũ,defenſionem Romæ tanq̃ depoſita,fideliter adſeruaretur.Verum, quum anni,in quos præfato modo cõſenſum erat per Germanos,iamolim effluxerint,ac Annatas depenſas,nõ contra Turcas,ſed aliõ experientia Germani principes didicerint, verſas.Eapropter per omnes Imperij ordines illud ipſum pro onere nõ mediocri huc allegatur,ſupplicaturq;,id q̃d in reſponſione generali Oratori pontificio data,ac in primis ex Cęſareæ maieſt.literis ad ſanctitatẽ pontificiã eã ob rem ſcriptis,liquido magis reperitur, quam ob cauſam laici ſtatus Rom̃.Imp.vela complicãda cenſuerunt. XXVII.

¶De cõtributione eccleſiaſticoꝝ,ac religioſaꝝ domuum,cõtra Turcas, ac pro defenſione iuris & tranquillitatis publicæ.

¶Item,poſtquam laicorum Imperij ſtatuum maiores eccleſias,monaſteria,cæteras q; religioſas domos,per Germaniam,ad laudem omnipotẽtis,ita ampliter atq; hoc pacto dotarunt,diuitijsq; auxerunt,q; iam laici ipſi,vix tertiam aut quartam partes in bonis temporalibus poſſident,atq; ob eam cauſam,neceſſitati,tam eccleſiaſticoꝝ q̃ laicorum ſubleuandæ,propugnãdæq;,ac manu defendendæ paci ac iuri publicis,necnõ & in Turcas,cæteroſq; eccleſiæ catholicæ,ac ſacri Rom̃. Imp.hoſtes parãdæ expeditioni,præ reꝝ inopia vires minus ſuppetũt.Ideo negotij ipſius exigit neceſſitas,æquitasq;,q; ſanctitas pon- B tificia ita æque ac paterne rem temperet,vt eccleſiaſtici etiam tanquã qui ampliores poſſident diuitias,nedum cõtra Turcas ad ferendum opem teneantur auxiliares porrigere manus,ſed ad tuendum ius publicum,ac tranquillum reipub.Chriſtianæ ſtatum,quotannis pecuniæ quippiam contribuendum,ita q; Archiepiſcopi & Epiſcopi eccleſiaſticis prælatis ac perſonis ſuæ ditioni ſubiectis,ipſi ſoli ad ferendum hãc opem,cõtributionem prædictam indicere,ius ac poteſtatem habeant. XXVIII.

¶Atq; illud eo moderamine agatur,vt Electores,cæteriq; Principes & magiſtratus laici ab eccleſiaſticis proceribus,in eoꝝ principatibus,comitatibus,oppidis,ac territorijs, in exercenda iuriſdictione nõ perturbentur,aut p̃pediantur,Nempe hac re fiet,q; laici inter eccleſiaſticos ius,ac tranquillitatem publicã tueri,& eccleſiaſtici ſub laicis degentes,eo facilius ac commodius etiam ius,quemq; ſuum defendere,ac manu tenere poterũt,cum eccleſiaſtici paria onera vnà cum laicis magiſtratibus ac gubernatoribus prouinciaꝝ ferre & cõtribuere iubebũtur,quẽadmodũ ad idipſum ex Chriſtiana & germana charitate,ac ob æquitatem,paritatemq; ſeruãdam alioqui tenẽtur,obligatiq; ſunt. XXIX.

¶Et quandoquidem omnes eccleſiaſtici,imprimis ac præcipue,merito pro viribus cõ- XXX. tra Turcas,tanquam hoſtes Chriſtianæ fidei,ad ferẽdam opem,parandam defenſionem, recuperandumq; manu,quas olim credulis ille ferro ſubiugarat Chriſtianorum prouincias,teneantur.Eam ob rem pro licito,bono,ac pariter Chriſtianæ reipu.vtili & neceſſario viſum placitumq; eſt,vt ſi quãdo exigere id neceſſitas videbitur,q; mũdus & pretioſior ſupellex eccleſiaꝝ cathedralium,monaſterioꝝ,cæterarumq; eccleſiaꝝ ac religioſarum domorum,auri,argẽti,vnionum,aliorumq; pretioſoꝝ,lapilloꝝ,deniq; & campanaꝝ pars nõ neceſſaria,pro communi Chriſtianæ reipub.vtilitate in medium cõferatur,ne theſau- C rus illæ eccleſiæ Turcis potius,quàm nobis cuſtodiatur,adſeruetur ve,id quod & per Græciæ regnum iamolim vſuueniſſe experientia ipſa docuit.Quæ res Turcis magno ceſſit lucro,præſidioq;,quãdo reperto hoc eccleſiæ mũdo,ſeu theſauro, militibus ſuis comparare potuerunt vberiorem commeatum,vt eo inſtructiores hinc cæteras Chriſtianorum vrbes oppugnarent ac prouincias.

¶Vt perſonæ eccleſiaſticæ ob perpetrata maleficia commeritam nullam luant pœnam.

¶Item,quicunq; eccleſiaſticos recipit ordines,maiores ſeu minores,per hoc omnium XXXI. pœnarum magiſtratuum ſecularium,vtcũq; magna perpetret maleficia,immunis eſſe contendit.Neq; hoc ita ordinati temere præſumũt,q; ab eccleſiaſticis ſummæ conditionis ſtatibus in peccandi hac licentia manuteneantur. Sæpenumero enim compertum eſt, vt quum ita conſecratis, præſertim ſacerdotibus, per iura canonica legitimæ vxores ſint interdictæ,q; dehinc pudicitiam matronarum,virginum,laicoꝝ ſcilicet vxorum,filiarum,ſororumq; attentãt,ac noctu interdiuq; ſolicitãt.Efficiũt quoq; per aſſiduum ac indefeſſum laborem,partim muneribus,donis ac blanditijs,vt complures honeſtæ alioqui virgines & matronæ,partim etiam in ſecretis(quas vocãt)Confeſſionibus,id quod euẽtu ipſo compertum eſt,diuturna opera labefactentur,ad peccata, offendiculaq; cõmoueantur.Nec raro etiam euenit,vt hi,vxores,ac filias,maritis patribusq; detineant,& remorentur, minantes interim, gladio,aqua, igniue, vlturos repetitas vxores, atque tantorum

malorum ſegetem ex libidine inſana contrahũt, mirum quid latrocinijs, homicidijs, inno- D
centum delatione, igni, rapina, furto, falſa cudenda numiſmata, ac mille ſceler̃ formis, in-
terim contra diuina, humanaq; iura omnia nõ ſine magno etiam alior̃ offendiculo, liber-
rime ac impune quotidie committant. Nempe immunitate ac peccandi ſua licentia, quam
ex priuilegijs canonum ſibi vſurparũt, in hoc freti. Cum enim & ſemel compertum habẽt,
licere eis impune quicquid libuerit, tum nedum magiſtratibus ciuilibus, ſed & ſuis epiſco-
pis ac ſuperioribus medium oſtendunt vnguem quodcũq; illi vel iubeant, vel vetent. Et
tandem vt in peccatis maleficijſq; perpetrãdis magis adhuc foueantur, prẽter omnẽ æqui-
tatis rationem, aliquatenus interdictum eſt Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ne malefactores
hos publice criminali iudicio reos agere poſſint, niſi prius degradatos, id quod tantis ſum-
ptibus, tantaq; pompa celebrari oportet, vt propterea per quàm rariſſimum vncti illi ma-
lefactores merita plectentur pœna. Ad hæc aſtringuntur, obliganturq; Epiſcopi per ſua ca
pitula, vt perſonas in ſacris ordinibus, quod dicitur, conſtitutas, ſecũdum Canonica etiam
iura, pœnis vtcunq; leuibus, punire, affligere eq; non audeant. Quæ res tota eo ſpectat, vt ex
diſparitate hac, inter laicos ac eccleſiaſticos ſimultates, diſſidia, atq; odia plus quàm Vati-
niana oriantur.

XXXII. ¶Illud quoq; non mediocriter timendum eſt, vt ſi perſonæ eccleſiaſticæ, iam dicti one-
ris, aliorumq; maleficiorum cauſa, quæ quotidie perpetrare pergunt, nõ æqua iura, iudices
æquos pareſq; pœnas habeant, q eorum vita offendiculoſa apud laicorum vulgus tumul- E
tum quẽpiam, ſeditionemq; pergrandem, nedum contra ipſos eccleſiaſticos, ſcilicet, ſed &
contra magiſtratus, ac ſuperiores omnes, q impunita ſinant maleficia tam notoria, com-
motura, excitaturaq; ſint.

XXXIII. ¶Quapropter neceſſitas, æquitasq; ipſa ſibi poſtulant, vt eccleſiaſticar̃ perſonar̃ præ-
dicta præſumpta priuilegia abrogentur, aboleantur, è medio tollanturq;, ac illarum gra-
tia finaliter ſanciatur, caueatur ac ſtatuatur, q ordinati in maioribus vel minoribus conſti-
tuti, vna cum perſonis laicis, æqua habeant iura, æquos iudices, pareſq; pœnas, ita q eccle-
ſiaſtici vltra laicos, in paribus delictis, nullam prætendere poſſint prerogatiuam immuni-
tatemve, ſed vt quiſq; delinquentium eccleſiaſticorum ſub quo deliquit iudice, ob com-
miſſum ſuum maleficium, ſecundum delicti qualitatem ac menſurã, non ſecus atq; alij ma
lefactores, pœna à iure communi imperij impoſita delicto, commenſurataq;, plecti, puni-
ri, & affici poſſit atq; debeat. Id quod vere eccleſiaſticis, hoc eſt probis & eruditis viris, du
bio procul, impendio magis arridebit, tantum abeſt, vt per hoc lędi ius eor̃ putent. Hac re
nãq; fiet, vt titulo tantum eccleſiaſtici, alioqui improbi nebulones, ab obedientiam maio-
ribus debitam, ac ad bene honeſteq; viuendum compellentur. Ad hæc ſeditiones, ſimulta
tesq; inter eos atq; laicos præcaueantur, euitentur. Deniq; & hoc ipſo laici ad obſeruandũ,
colendũq;, integræ vitæ eccleſiaſticos eo magis inuitabũtur, permouebunturq;.

¶De onere Banni, ſeu excommunicationis.

XXXIIII. ¶Item Romæ cæteriſq; in locis per Archiepiſcopos ac Epiſcopos, aut certe eorum ec-
cleſiaſticos iudices, multi Chriſtianor̃ ob cauſas prophanas, ob pecuniæ deniq;, ac tur- F
pis quęſtus amorem excommunicantur, multorumq;, ſed eorum in fide infirmorum con-
ſcientiæ per hoc aggrauãtur, & in deſperationem pertrahuntur, ac deniq; ob pecuniæ, lu-
crive tantulum, aut alioqui res minimi pretij, ad internitionem vſq; animæ corporis, hono
ris, atq; rei familiaris, contra diuina, humanaq; iura perducuntur. Quãdo nemo, niſi ob cõ-
uictum hæreſeos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro ſecluſo à Chriſtia-
na catholicaq; eccleſia, ſacris literis teſtãtibus, reputãdus eſt. Eapropter Sa. Rom. Impe.
Principes, proceres ac ſtatus laici rogãt, vt põtificia ſanct. tanq; fidus Chriſtianus, ac pius
pater, velit præfatum onus Banni, ſeu excommunicationis, apud ſedem Romanam peni-
nitus abolere, ac apud cæteros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & eorum iudices eccleſiaſticos
ablegare, tollere, & deniq; ita ſancire, cauereq;, vt nemo vllã ob cauſam quàm manifeſtũ
ac conuictum hæreſeos crimen, & quãtum ad ſacroſanctã Chriſti fidẽ attineret, excom-
municationis fulmine feriatur, aut pro ſecluſo à Chriſtiana ac catholica eccleſia, habeatur.
Per iniquum ſiquidem eſt, fideles Chriſti ob temporalium bonor̃, lucrive, aut deniq; vl-
lam aliam humanarum conſtitutionũ tranſgreſſionem, excepta hæreſis perfidia, à deo op-
timo, maximo, ſuaq; eccleſia catholica excludi, ſeiungi, ſepararíq;.

¶Quo pacto multi cohabitatores, oppidor̃ excommunicati, & ipſi vt-
cunq; innocentes excommunicantur.

XXXV. ¶Item & illud in pleriſq; ſæpiuſcule euenit, q vicinor̃ excommunicati decẽ, & eo am-
plius, quos tamen cauſa nihil omnino contingit, cum ipſo principali excommunicationis
pœna aggrauant, & nõ ob aliud, quàm officiales eccleſiaſtici ſ. iudices, facilius, citiusq; pro
libidine ſua miſeram plebeculam depeculẽtur, ac pro ſuo libitu, eor̃ abutãtur ſimplicitate,

ipſosq;

A ipſosq; principales ad quaſcũq; etiam iniquas acceptãdas tranſactiones per hoc cõpellãt, adigantq;. Nam etiam ſi excõmunicatus ipſe, vna vxore, liberisq; ſuis, per intolerabile hoc & iniquiſſimũ & Banni onus, in exilium ire cogatur, ꝙ hac in re nullus ſit officialibus modus, neq; finis, neq; vlla facultatum ratio. Tamen nullus eſt hominibus illis reſpectus, num induſtria, data ve ad hoc opera, & per cõtemptũ, an neceſſitate ita impellente, vel caſu potius, vicini cohabitatores, cum excommunicato ipſo participarint, commertiumve habuerint, aut ſufficiens ne hæc fuerit conciuibus cauſa, quare excommunicatum merito ſolum vertere iuſſiſſe debuerãt, horũ penſi habetur nullũ. Sed vnum curatur hoc per officiales, vt quouſq; principalis ipſe excõmunicatus, ſoluendo nõ eſt, conciues ac vicini ſui, vtut culpa vacẽt, ad ſolutionẽ tamen quod ſupereſt debiti cogãtur. Quod ſi aliquãdo officialibus in os obtrudat, contra domeſtica, nẽpe canonica ſua, eos hoc moliri iura, quæ pecuniæ cauſa quempiã excõmunicari, aut interdictũ edici vetent. Nihilominus tamen idipſum conantur cauſſantes interim, nõ ob pecuniam, ſed cõtumaciam, quæ tanto ſit maior, quanto vnde ſibi originem ducit, minorem habeat cauſam, tales excommunicari, atq; hac decipula, auaritiam ſuam officiales, nugando cõtegere nituntur.

¶Item & de illicitis interdictis.

¶Præterea, quum ſacerdos, aut alioqui eccleſiaſtica perſona caſu occiditur, tum nedum occiſor excõmunicatur, ſed & totũ oppidũ aut totus pagus iniquiſſime interdicitur, quod interdictum eouſq; durat, tamq; diu interrupta pendent publica Chriſtianorum officia, quouſq; vel occiſor, vel tota incolarum eius loci communitas fecerint homicidij cõpenſa- XXXVI.
B tionem, homicidiumq; expiarint, nõ conſiderato eo, dederit ne occaſionẽ, vt ſe geſſerit probe, vel nequiter verſatus fuerit occiſus ſacerdos, vel aliàs eccleſiaſtici ordini aſſcriptus, licet iura canonica ipſa in quibuſdam caſibus, modum negotio præſcribant, prægrauanturq;. Itaq; ex delicto vnius, centum alij nihil tale commeriti, nedũ contra cõmunẽ æquitatem, ſed & cõtra omnia diuina & humana iura.

¶De abrogatione feriatarum aliquot dierum.

¶Inſuper & feriarum, feſtorumq; dierum tanta copia laicoꝝ vulgus non mediocriter vrgetur. Nimiꝝ, quum tot ſint religioſi facti dies, vt vix ægre tempus agricolis ſuppetat, quo fructus agri, tot ſudoribus è terra pellectos, aliquãdo aqua, pluuia, immodicove æſtu, nõ raro etiam grandine, aliave tempeſtate periclitantes, in horrea conferant, quos tamen fructus, ſi non feriarum ſolennibus præpediti forent, commode, ac citra iacturam ex agro legere, domumq; ferre potuiſſent. Adde, ꝙ feriatis quoq; diebus, qui dubio procul bono conſilio, ac in dei Opt. Max. honorem, primum bene ſunt feriati, innumera perpetrãtur delicta, pctãq; & ſcelera potius, q̃ his omnipotẽs colatur, veneraturve. Id quod res ipſa notariũ facit, tantũ abeſt, vt teſtibus hoc egeat. Eamq; ob cauſam Sa. Ro. Imp. ſtatus laici cõſultius putant, ac reipu. Chriſtianæ cõducibilius, ſi effrenis feriarũ (quę animis q̃ extremo cultu Chriſtianis, hoc eſt his quibus à pctis ſemp feriandũ eſt, rectius celebrant) feſtorumq; dierũ numerus paulo coerceat in arctum, minuaturq;. XXXVII.

C ¶De domibus ordinũ militariũ, ac Baliuijs (vt vocãt) per Appuliam, Siciliãq; ordini militari Teutonicoꝝ vi, doloq; Germanoꝝ ditioni ereptis.

¶Item, licet dominis ordinis diuæ Mariæ virginis (quos vulgo fratrũ Teutonicoꝝ vocant) ex liberalitate Romanoꝝ Imperatoꝝ celeberrimæ memorię, item & Principũ, Comitum, & Baronũ, in eos collata, cæterorumq; nobilium contributa auctione, certa bona temporalia, ac redditus & cẽſus annui, per Appuliam, Siciliam, reliquamq; Italiam, empti ſint atq; adaucti, non ob aliud, q̃ vt contra hoſtes Chriſtianę religionis, ad pugnã inſtructiores forẽt, haberentq; Germani nobiles pariter & fidei catholicæ propugnatores, vnde commodius & honeſtius vitam militiæ ſemper paratam viuere poſſent, ea ex bonorum aſſe pfecturæ eius ordinis aliquot (quas vulgo Baliuias, ac à commeatu ordini parando, cõmeaturas vocant) diſtinctæ ſunt, & diſterminatę per claſſes, quas & quiete ſine cuiuſpiam turbatione, per multa ſecula poſſederunt, vſurparuntq;. Attamen per pcedentes Romanos Pontifices ordini pdicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopisq;, illisq; nec Germanis, nec pfati ordinis militaris exiſtentibus, collata, traditaq; ſunt. Quemadmodũ & in hunc vſq; diem militaris Germanoꝝ ordo hiſipſis ſpoliatus, carere cogitur. Inſup priores Rom. Pontifices domus ordinis ſupradicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderũt, ac conceſſerunt. Eumq; Ordinis ſæpe dicti inſignibus decorarunt, contra Romanorum licet Pontificum ac Imperatorum ſtatuta & priuilegia, toties ante hac per eorum prędeceſſores roborata, quibus ad Germanos tantum ordinis milites, vt hęc omnia pertinerent, cautũ, ſancitumq; eſt. XXXVIII.

Deinde & Romanẽſes Curtiſani ordinis ſupra memorati domos p Italiã, Bononię puta, Papalibus Bullis ac prouiſionibus attentare conati ſunt, q̃ facto ordinẽ ad ligãdum ſecũ

Romæ coegerũt. Id quod non ad mediocrem pernitiem & ipſius ordinis, & totius Ger- D
manicæ vergit nationis. Demum Germanis Stablore quoq; diui Benedicti monaſterium,
contra fundationis, quanquam iura ſuperioribus, paucis equidem annis ereptum eſt, ac in
commendam (vt aiunt) Cardinali Columnæ collatum, quæ oñia in pernitiem tendũt, ac
irrecuperabile Germanicæ nationis detrimentũ, attentatum q̃ eſt, quicqd id eſt, contra ius
& phas, ac æquitatem omnẽ. Ea propter imperij ſtatus hic quoq; rogãt, ſanctitas Ponti-
ficia velit militari Teutonicoꝝ ordini, bona erepta, cenſus q̃ & redditus ablatos, abſq; vl-
teriore mora confeſtim reddere, ac reſtituere, aut idipſum, & quanto citius fiat, mandare,
curareve, quemadmodum iuris, boni q̃ & æqui ratio hoc ſibi poſtulat.

¶De oneribus ſacri Rom. Imp. Statuũ laicoꝝ, contra Archiepiſcopos,
Epiſcopos, cæteros q̃ prælatos eccleſiaſticos, eoꝝ quoq; Ca
pitula, ac ſuffectos iudices, q̃s vocãt eccleſiaſticos.

XXXIX. ¶Præter onera ſupra memorata, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ & prælatoꝝ, q̃ ñ (vt
prædictum eſt) à ſede Romana conſeruatores delegatos, atq; id genus alios pleroſq; eccle
ſiaſticos impetrant iudices, per quos laici non ferendis aggrauãtur modis, q̃ non omnino
infrequenter euenit, vt laici in periculum ac pernitiem animæ, æſtimationis, corporis atq;
bonorum perducantur, ac quantum per hos ſtat iudices, pertrahãtur etiam. Sed hic non-
dum finis. Sunt enim complura adhuc alia grauamina, prout ſigillatim ea per capita nunc
recenſebuntur.

¶Primum, quibus modis laicoꝝ bona immobilia ad eccleſiaſticoꝝ ma-
nus, & non cõtra, ab eccleſiaſticis ad laicos perueniant.

XL. ¶Item, quum à ſede Romana conſtitutionibus ſit cautũ ac prouiſum, ne bona eccleſia-
ſtica, præſertim immobilia, regulariter perſonis laicis, vnquam diſtrahi aut vendi poſſint E
& tamen eccleſiaſtici, nulla cogente neceſſitate, ſed tantum, vt eorum res familiaris reddat
lautior, creſcãt q̃ cenſus, nunquam non ceſſant laicorum p̃dia emptionibus, innumeris q̃ a-
liis modis ad ſe pellicere, ſi qua tandem ſit poſſibile via. Quod ipſum quoq; ſtatibus laicis
graue, damnoſum, ac intolerabile eſt. Quamobrẽ Sa. Ro. Imp. Status laici reipub. Ger-
manorum vtile, neceſſariũ q̃ putauerũt, ſi oñia bona immobilia, ſoli. ſ. quę poſt hac aliquo
quocũq; tãdem titulo à laicis ad eccleſiaſticos peruenirẽt, poſſent à laicis ſuperioribus, q̃s
ditioni p̃dia hæc ſubiecta forẽt, tãdem ab eccleſiaſticis, redimi, lui, atq; iuſto pretio vẽdi-
cari, non conſiderato quicqd contra hoc priuilegioꝝ prætenderent eccleſiaſtici.

¶Quomodo Epiſcopi bona hæreditaria eccleſiaſticoꝝ
ad ſe trahere conentur.

XLI. ¶Nec raro & illud facto contigit, q̃ cum perſonæ eccleſiaſticæ bona hæreditario titulo,
à maioribus ſuis, vnà cum cæteris cohæredibus, iure hæreditario ſibi forte vſurparent, ac ſi
dehinc inteſtati deceſſiſſent eccleſiaſtici, tum per Epiſcoporum nonnullos ſibi ipſis bona
illa hæreditaria laicorum vendicari cœperunt, non in mediocrem proximorum venien-
tium ab inteſtato cognatorum pernitiem ac iacturam. Quæ res ipſa quoq; laicis non ferẽ-
da, immo omnimodo oneroſa, intolerabilis q̃ eſt.

¶Quo ingenio, bona quæ dã laica, quæ eccleſiis, aut alijs religioſis domi-
bus certis pactionibus vendita ſunt, vel hypothecata, F
ditioni eccleſiaſticę ſubiugari conẽtur.

XLII. ¶Ad hæc, ſi quando caſu ita contingit, q̃ bona laica temporali iuriſdictioni ſubiecta,
fructibus, redditibus, cenſibusve annuis eccleſiis, ac cæteris religioſis domibus legent, ven
dantur, hypothecentur, aut quouis alio titulo tradantur, vel à laicis erga eccleſias ac mo-
naſteria annuo cenſu tributaria efficiantur, moliuntur eccleſiaſtici, talia prædia laica ex ci-
uili poteſtate ac ditione in eccleſiaſticam transferre, atq; huic vtcũq; iniquo illicitove co-
natui, Epiſcopi, eccleſiaſtici q̃ patrocinantur prælati, tuentur q̃ rem longe iniquiſſimã, tã-
tum abeſt, vt in hoc quenquam reuereantur eccleſiaſtici.

¶De collatione beneficiorum eccleſiaſticorum iam pri
mum fundatorum.

XLIII. ¶Item, quum beneficium aliquod eccleſiaſticum à laicis, ſummæ vel mediæ conditiõis
primum fundatur, dotatur q̃, tunc quidam epiſcoporum primam eius beneficij collationẽ
ſibi vſurpare nituntur, ac beneficijs ipſius dotationem, fundationemve prius confirmare
recuſant, quàm eorum intentioni acquieuerint quæ beneficia ex ſuis cẽſibus dotarunt, hoc
eſt, fundatores atq; patroni ſecundum iura etiam Canonica collatores ordinarij.

¶De confirmationibus beneficiorum eccleſiaſticoꝝ, nõ neceſſarijs, atq;
alijs id genus grauaminibus.

XLIIII. ¶Præterea ſi quis nouã fundationem beneficij eccleſiaſtici, fraternitatiſve exigere, atq;
eandẽ cõfirmandũ petere velit, quanq̃ cõfirmationis huiuſce, de iure ac æquitate minime
indigeat,

A indigeat. Nihilominus tamẽ fundatores beneficiorũ p̃ter modũ, pecuniarũ exactionibus, ad viuũ vſq; aggrauant, exugũtur q;, ac p Romanorũ ſtatuta, technas ac ſubtiles practicas, eo diriguntur, vt fundationes hæ oẽs, quamuis minimi ſint pretij, neceſſario cõfirmentur. Quod ipſum non mediocre Germanorũ laicorum eſt onus.

¶ De ſubſidijs, & alijs oneribus, quæ imponuntur eccleſiaſticis, qui Collatores habent laicos.

¶ Deinceps, ſi quãdo cõtingit, eccleſiaſticã perſonam à laico beneficio aliquo dotari, & Eꝑo pro inueſtura accipienda p̃ſentari, tũ eꝑorũ in ſpũalibus (vt vocãt) vicarij, pro inueſtura tantũ erogãt æris, p̃ſentatis illis, quantũ collatũ beneficiũ in annuo habet prouentu, nõnunq; etiã quantũ bimo. Ita em̃ altera portio exigitur eꝑo, & reliqua interim Archidiacono, aut Archipreſbytero pro inueſtura, vel poſſeſſionis traditione. XLV.

¶ Inſuper nimiũq; pro viribus, illicitis exactionibus grauãt epiſcopi beneficia, ſubſidijs nimiorũ, nullæ licet ſubſint vrgẽtes, aut illud ſibi admodũ poſtulãtes cauſæ, hoc eſt, quod iura vocant, manifeſtæ & rationabiles, vltra etiam modũ, quẽ iura cõmunia in caſibus euidentibus & neceſſarijs p̃ſcribunt. Illis nẽpe caſibus, quibus ſolis iura, ſubſidiũ ab eccleſiaſticis erogari permittunt, fitq; eius rei immodico vſu, vt preſbyteris vitæ neceſſaria, vix aut certe ne illa quidẽ relinquant. Demũ & in totius populi caput hoc redundat onus, quãdo ita p̃muntur ſacerdotes, vt reſpirare eis nõ liceat, ni viciſſim ſubditam plebeculam arrodãt. Ita ex onere feritur onus, eouſq;, vt nullum gratis, niſi numeretur ſemper aliquid, mini- XLVI.
B ſtrent ſacramentum, eccleſiæq; Chriſtianæ donũ, ad quod tamen p̃cipuum gratis vt facerent, darẽtq; ea gratis, quæ nullo ære redimi poſſunt, atq; ipſi gratis accepiſſent, ſacroſancti Euangelij atteſtantibus literis, tenebant. At illud res ipſa fecit notorium.

¶ Quo pacto ſæpius, & quidem plures, vnà indocti atq; inidonei ordinentur ſacerdotes.

¶ Item Arciepiſcopi, Epiſcopi, & eorũ ſuffecti (quos Suffraganeos vocãt) ſæpenumero XLVII.
plures indoctos, idiotas, inhabiles, vilesq;, ac ludicras perſonas ad ſacerdotij functionẽ ordinant, qui cum ex miniſterio eccleſiæ, ad quod minus ſunt idonei, viuere non poſſunt, tamen neq; aliunde, vel ex beneficijs, vel proprijs hæreditarijs bonis, vnde vitam preſbytero dignam ducere queant, habent, ſed tantũ imaginarios & fictitios, aliquando neq; illos quidem ſecũ ferunt titulos, fitq; dehinc, aut ex innata malitia, morumve leuitate, aut quã p̃muntur egeſtate, (ſicut res eſt maleſuada fames) vt inhoneſta exerceant cõmertia ac munia ſacerdotibus obeant indigna. Quæ res anſam ſubinde miniſtrat, vere eccleſiaſticos ac Chriſto ſacros preſbyteros floccipendendi, nihiliq; faciendi q̃ illorũ vita coram vniuerſo populo offendiculis ſit q̃ refertiſſima. Interim à quibuſdam Epiſcopis ſex corruptis teſtibus ad hoc adhibitis, dignus ne ſit ſacerdotij munere, vel minus ordinandus, fides adhibetur, qui paſſim quoſq; indigniſſimos ſimulatis ſuis vocibus teſtantur dignos, adq; hoc miniſterium aptos ferunt & accõmodos, licet nõ raro nullus perſonatorum illorũ teſtium, ordinandum, vel de facie albus an ater ſit, nouerit, conanturq; ita Chriſtianis ſanctionibus, ſub perſona, fuco, atq; fictitio tantum prætextu ſatisfacere.

C ¶ De impenſis immodicis, quæ in eccleſiarũ conſecratione inſumuntur.

¶ Inſuper quũ eccleſias ac templa prætenuia quidem, deo dicant, ſacrantq;, nõnulli Suf XLVIII.
fraganeorũ, ſubditos vtcunq; per ſe egeſtate laborantes, ſuperfluis, minimeq; neceſſarijs ſumptibus onerant, neq; hoc cõtenti, quin munera quoq;, & illa quidem immodica, à miſera plebecula exigant.

¶ Item quũ laici eccleſijs altaris donant ornamenta quædã, necnon Caſulas, & ſimilia, XLIX.
ac in dei honorem pecunias ſuas expendũt, nihilominus tamen Suffraganei exigunt, vt talia, priuſquam ad altaris cõuertantur vſum conſecrentur, pro qua demum conſecratione munera ac dona petuntur innumera. Quapropter æquum eſt, vt tales abuſus deleantur. Et ſi Suffraganei fruſtra laborare nolint, vt vnicuiq; prælato aut plebano talia faciendi permittatur poteſtas.

¶ Quemadmodum Cœmiteria nonnunquam ſuperflue, ac minime neceſſario conſecrentur.

¶ Demũ ſi forte ſine armis, pugnis tantũ & capillis in Cœmiterio, duo, pluresve manus LI.
cõſerant, aut rixã habeant, ad ſanguinis vſq;, quantũuis modici, effuſionẽ, tũ ad interdictorũ ſæueritatẽ recurrũt eccleſiaſtici, nec prius publica Chriſtianorũ redintegrãt officia, q̃ riuium vniuerſitas Cœmiteriũ denuo magna pompa, grauibusq;, nec profecto minoribus impenſis cõſecrari curauerit, q̃ primũ (vt p̃dictum eſt) ex prophano redditus ſit ſepulturæ is locus ſacer. Quæ omnia in caput tandem redundant laicorum.

¶ Item Suffraganei excogitauerũt, vt ſolum ipſi, & nullus alius ſacerdos, laicis campanas LI.
baptizent, credunt deinde ſimpliciores ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanis ba-

ptizatas, dæmones & tẽpestates pellere. Quapropter innumeri plerũq; adhibẽtur compa D
tres, præcipue vero, q fortuna pollent, exorãtur, q baptizationis tẽporeunẽ qua campana religata est, tangũt, ac Suffraganeo præcinẽte (quẽadmodũ in paruulorũ baptizatiõe fieri solet) oẽs pariter respondẽt, ac cãpanæ nomẽ ingeminãt, vestẽq; noua (quẽadmodum & Christianis fieri solet) cãpana induit. Inde ad sumptuosa properat conuiuia, quibus p̃cipue cõpatres, vt eo largius munera offerãt, adhibent, necnõ Suffraganei & eorũ Capellani cũ multis alijs ministris regaliter pascũtur. Nec hoc satis est, sed & Suffraganeo mercedẽ p̃ soluere necesse est, quã illi munusculũ vocare solẽt, inde euenit, vt aliquando etiã in paruis villis centũ floreni in tali absumãtur & expendãtur baptizatione, q̃ res nõ solũ superstitiosa, sed etiã Christianæ religioni cõtraria, ac simplicium seductio, & mera est exactio. Veruntamen Episcopi, vt Suffraganeos vel vilissima obærare possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerãt. Res igitur tã nephãda & illicita merito aboleri debet. Cæterũ si cõducere videt, vt campanæ cõsecrentur (ita em̃ Suffraganei baptizationẽ appellant, quoties à prudẽtioribus de hac re interpellatur) conueniens erit, vt talis consecratio per vnũquemq; fiat sacerdotum, quemadmodũ cum aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet, idq; absq; pretio & expensis laicorum, ne populus simplex ita seducatur, & damno afficiatur, necnon auaritiæ detestandæ præsumptio euitetur.

¶Quemadmodum de noua sancti cuiuspiam celebrate partem petant oblationis.

LII. ¶Deinceps, si forte p̃ diocœsim Episcopi alicuius noua effertur sancti celebritas, ad quẽ E
passim cõcursus fit, tum Episcopi aut prælati eo loci, oblationũ omnium tertiam, aut certe quartam partem sibi vẽdicare p̃sumũt. Quod tamẽ domestica eorũ, nẽpe canonica iura, eis non permittũt, quin oblata illa pecunia, potius ac merito, pro totius Christianæ reipub. necessitate, ad contrahendum militum manũ, parandam̃q; expeditioni bellicæ commeatum contra Turcas vsurparetur, aut certe in proximi verteretur necessarios vsus.

¶Quo pacto illicitam à Præpositis monasteriorũ deo dicatarũ virginum petãt pecuniam.

LIII. ¶Item quum monasteria aliqua deo dicatarum virginum, per p̃positos, seu præfectos gubernẽtur, qui tamen ad libitum officio hoc moueri possunt, neq; enim perpetua est hæc præpositura, attamen Episcopi, acceptationi aut missioni præpositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quàm à monasteriorum deo deuotarum, simplicium̃q; puellarũ pecuniæ aliquid numeratum fuerit.

LIIII. ¶Item, quum Abbas quispiã, aut Abbatissa eligitur, coguntur iterum per Suffraganeos cõsecrari, licet antea vt monachi & moniales satis super̃q; sint consecrati, Suffraganeũ̃q; cum suis regie excipere & pascere, ac insuper tanquàm muneris loco, magnam persoluere pecuniam. Quæ res nos in paruum damnum cedit monasteriorum, sed etiam illorũ q- F
bus monasteria illa sunt subiecta.

Insuper pontifices summi multa & varia in curia Romana excogitarũt officia, quæ ipsi immani vendunt pretio, quod quidem illi persoluere coguntur, qui (ita iubente Pontifice) opera talium indigent officialium, seu scriptorum. Hinc euenit vt natio Germanica, præcipue vero episcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirmationem à Romano petunt Pontifice, ac multi alij oppido aggrauẽtur, aclonge plus, quàm elapsis annis, pecunias suas dilapidr e compellãtur. Hinc facile conijcere licet, quot Romæ, quantiq; laquei pro emẽgendis nummis tendantur. Quapropter talia officia merito deleri debent.

¶De Archipresbyterorum Officialibus, & alijs iudicibus ecclesiasticis.

LV. ¶Archipresbyterorũ quoq; Officiales, vt plurimum sunt indocti, inhabiles, insuper & scurrilibus moribus, nihil pensi habentes, nihil auentes, quàm pecuniam. Et quàm notorie in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano discitur vsu, per quod laici, quos ob admissa, debito modo corripere, ac in pietate Christiana eruditiores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugem non perducuntur, sed offendiculis onerantur potius. Ad hæc per leues ac viles has officialium personas, in quorum conscientijs, nulla Christianæ pietatis viget ratio, sed tantum sceleratus habendi amor, laici misere ad viuum vsq; in bonis suis spoliantur, ac depredantur. Id quod Archiepiscopi & Episcoi, si quidem reuera quod dicunt, essent, hoc est Christi pastores, dubio procul, diutius nõ tolerarent, ouesq; Christi talibus offendiculosis pastoribus curandas, minime commendarent, pascendasve committerent.

¶Quàm inique laici ad vetitum trahuntur ecclesiasticorum tribunal.

LVI. ¶Fere & hoc quoq; accidit, vt laici ad ecclesiasticorum, licet perinique, trahantur iudicium. Nam etiamsi actor sit ecclesiasticus, qui laicum reum iudicio conuenire intẽdit, attamen

A tamen nihilo magis ordinariæ iurisdictioni reorum deferunt, quin passim ecclesiastici tales reos laicos, s. quascunq; etiam ob causas ciuiles ac plane prophanas, ad ecclesiasticum tribunal, refragantibus omnibus etiam iuribus, pertrahere adnituntur, quum tamen maxime conueniat, ac iure non ignoto sit, quàm expressim cautum, actorẽ rei, forũ sequi debere.

¶Quo pacto magistratuum ciuilium subditi, propter debitam pecuniam ad iudicia ecclesiastica pertrahantur.

¶Præterea ecclesiastici sæpiuscule laicorum subditos ob debita pecuniaria, coram ecclesiastico iudice in ius vocant, ac prægraui eorum iudiciorum ordine eosdem inibi vexãt atq; excutiunt, licet à ciuili magistratu, adeoq; iudice reorum ordinaria iustitia, iurisq; debita executio eis nunquàm fuerit vel denegata, vel diutius quàm par fit, procrastinata, fitq; ita per actorum (vt dictum est) petulantiam, quia conuenti iudicio ecclesiastico laici, varios ob casus ius suum non ita examussim, vel deducere per imprudentiam, vel nõ probare per simplicitatem, nouerunt, neq; edocti sunt, vt in prætentam pronuntientur excommunicationem, ac irreparabilem rerum suarum perducantur detrimentũ, pernitiem & iacturam. LVII.

¶Quàm inique laicis iudicibus præbeatur occasio ab ecclesiasticis, subditorum suorum petendi missionem.

B ¶Insuper & alias ob plures causas illicitas, à iudicibus ecclesiasticis contra personas laicas emittuntur citationes ac monitoria quanquàm tales iudices, publica etiam testante fama, indubitanter perspectum habeant, vocatos ita in ius ad ditionis suæ terminos minime pertinere, illosq; ad ordinarium ius remittendos fore. Quod ipsum quoq; laicorum subiectis non ferendis modis, graue, oneroſumq; est. Nam & si causæ, personæq; tales ad instãtiam magistratuum ciuilium ac laicorum superiorum petitionem, tandem ad ius dicentis laici ordinarium remittantur tribunal, nihilominus tamen ita immerito in ius vocati, grauibus onerãtur impendijs, dãnis & expẽsis, eo q; superiores suos laicos, quos nõ raro vltra cẽtesimũ lapidẽ peregre abesse cõtingit, primũ requirere, dehinc literas missionũ ab his impetrare, ac tandẽ eas ipsas iudicibus ecclesiasticis mittere cogãtur, interim nũtijs ad hoc cõductis erogãda est pecunia, cessandũ à q̃tidianis opibus, ferẽdæ impẽsæ itineræ atq; aduocatoræ. Quòd si forte superiores suos in ius vocati nõ cõtinuo implorauerint, missionũ literas impetrarint, easq; iudicibus p̃dictis trãsmiserint, ac ad monitionem vsq; processum interea fi &, etiã eccl'iastici iudices vel requisiti hinc à vocatoræ superioribus, q̃cũq; tãdẽ in ius vocati fit causa, remittere tñ ita vocatos atq; admonitos ad ordinariũ iudicẽ laicũ, recusant. LVIII.

¶Quòd iudices ecclesiastici causas aliquot speciales, licet laicas ita suæ asserant ditioni, vt omnino eas remittere nolint.

¶Quum apud ecclesiasticum iudicem ob decerptum virginitatis florẽ, itẽ ob id illegitimenatoræ, hoc est, naturalium liberum statum aut seruientium mercedem, viduarũve quęcũq; etiam iudicio ventilantur causæ, contra laicos reos, tum vel interpellati à litigantium laicorum superioribus, iudices ecclesiastici, terminũ tamen fistendi iure, nec circũducere, aut ad se in ius vocatos, ordinariæ iurisdictioni vt remittãt precibus induci possunt. LIX.

¶De alijs illicitis & inutilibus expẽsis causaræ prophanaræ, q̃ ad ecclesiasticos iudices trahuntur, ac denuo remittuntur.

¶Ad hæc, quũ laicus coram iudice ecclesiastico (vt supra dictũ est) inique in ius vocatur, demumq; ad petitionem iudicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis procurator, qui tã male in ius vocari fecerat laicũ reũ, mercedẽ suã, à cõuento, q tamen temere ad vetitum tractus fuit iudiciũ, petit, cogiturq; dehinc excõmunicationis pœna innocẽs ille vltra expẽsas, quas ob malã in ius vocationẽ in itinera, procuratores, proq; impetrãdis & redimendis missionũ literis, necessario expẽderat. Adde & neglectoræ operæ ęstimationẽ, iam tandem nulliter & inique emissos iudiciarios processus persoluere, atq; ære nõ immodico coactus licet pensare. Nanq; id si forte recuset, anathematis præsto est gladius, hoc ei minantur iudices ecclesiastici fulmen, ni persolutis vocationum literis, habendi libidinẽ ipsorum satiauerint. Ita afflicto additur afflictio. Neq; iuris ratio, quæ temere in ius vocato, refundendas dictat expectas, à iudicibus his curatur quicquàm, imo iudiciarius hic eorum ordo, ex diametro, quod aiunt, cum iuris boniq; & æqui ordine pugnat. Eum tamen iudiciorum ordinem, non ob aliud, quãtum coniectura assequi licet, hactenus ita religiosè obseruarunt, quàm vt plurima actorum turba per hoc ad eorum aliceretur tribunal. Ita semp iniquum, ex re, quæ merito debebat esse æquissima, studeant facere lucrum. LX.

¶Quo modo nouę per violentiam instituantur decimarum præstationes.

¶Item, & si laici per multa annoræ curricula de certis eoræ prædijs, neq; maiores, neque exiguas (vt vocãt) præstiterint decimas, tamen per ecclesiasticos iudices, apud q̃s iniq̃s litigant cõ- LXI.

gant conditionibus, authoritate iudiciaria, ita eis fit negotiũ, vt aut petitas iudicio decimas, D
siue quidpiã aliud est, quod ab eis exigit, prẽstare, persoluere q̃ aut excõicationis pœnã ferre, necessum habeãt. Neq; hoc temere. Nã etiãsi à snĩa quãtumuis iniqua Romã appellauerint, non eos fugit quàm onerosus atq; dispar sit & illic litium euentus.

¶Quo pacto ecclesiasticorum officiales ac suffecti, & ipsi laicos ad ecclesiasticorum tribunal in ius trahere conentur.

LXII ¶Ad hęc oĩa psonæ ecclesiasticæ nedũ ipsæ p se laicos, quibus dictum est, ac similibus casibus, ad eccsiasticos trahũt iudices, verũ etiã ecclesiasticorũ officiales, suffecti, procuratores, domestici famuli, famulæq;, ac deniq; ipsorum etiam subditi, conantur, adnituntur q̃ idem iuris, quod eorum habent superiores, sibiipsis quoque asserere, vsurpare q̃.

¶De causis iniuriarum, quæ coram ecclesiastico ventilantur iudicio.

LXIII ¶Tandem, si quando ex facto euenit, vt ecclesiasticus contra laicum iniuriarum agere illatas forte verbo iniurias, intendat, conatur ecclesiasticus iudex eas ipsas quoque suæ iurisdictioni vendicare causas, quo denuo reus iudicio conuentus, ordinario iuri suæq; eripitur, atque eximitur iurisdictioni.

¶Quemadmodum causæ prophanæ ob interpositа iuramenta, ecclesiastico tribunali asserantur.

LXIIII ¶Insuper & id præsumunt officiales, si quãdo in causis prophanis, ac inter personas ecclesiæ minime sacratas, dicatasve, sed omnino laicas, data fide, seu prẽstito iuramento, verbo, vel in scriptis, pacta, obligationes, contractus. vel promissiones factæ sint, vel celebratæ, q̃ eam ob rem, atq; huius prætextus rõne, tales prophanæ, laicæq; causæ coram ipsis potius, E
quàm ordinario iudice agitari debeant, quæ noua ecclesiasticorũ techna vsu si increscret ac diutius toleraret, iam actũ foret de ciuili causarũ auditorio, q̃ omnes prophanę ciuiles q̃ causæ icontractuum atq; transactionum, hac via necessario ad ecclesiasticos pertraherent. Quis enim contractuum, atque transactionum, hac via necessario ad ecclesiasticos pertraherent. Quisem̃ cõtractus, quæ trãsactio, quæ deniq; inter paciscẽtes conuẽtio, quæ nõ sit solenni ita stipulatione, aut promissione vallata? Illac nimirũ reũ veniremus, vt in totum ciuilia eluderentur iudicia. Quod nedum contra æquitatem ipsam, contra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intolerabile foret. Nam vt demus hoc interim ecclesiasticis iudicibus de periurio commisso, notionem vt habeant, nihilo magis per id causæ ipsius principalis, contractus puta, aut transactionis, quam ob rem ille peierauit, iudices competentes erũt, quin periuros illos ob religionis transgressionem manifestariam tantum iudicio conuenire possent, ac Canonicam huic indicere mulctam, reseruata tamen ciuili magistratui, qui periuros pœnali iudicio scd̃m ciuiles sanctiones plectere ius habent, commissa sibi ob id pęna.

¶Quonam modo reformationes suorum iudiciorum nec obseruent, neque manu, hoc est, executione debita tueantur.

LXV ¶Præterea, nedum rationi consona iura communia, sed & ecclesiarum aliquot Cathedralium, propriæ reformationes, notoriæ, in quàmplurimis casibus negliguntur, irrita q̃ fiunt, dum contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæ contra hos tantum, quorum potestatem ipsi non reuerentur. At si res potentiores, aut eos quibus manu pares esse non possumus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quippiam. Nam & si maxime episcopi locorum ordinarij, aut eorum officiarij à vim passis, aut his quibus contra ius iniuriæ illatæ sunt, pro debita iustitiæ executione, ac talium grauaminum onerumve abrogatione interpellentur. Sæpenumero tamen euenit, vt quęrela hæc vel præpositum contingat, vel decanum, vel certe capitulum, ac ecclesiæ Canonicos capitulares, hoc est eos, contra quos loci huius ordinarius Episcopus vtcunq; æquitati fauens, remorante eum hac via, in electione præstita, ac promissa fide, meritam transgressionis emendationem atque mulctam præsumere, eisque infligere non audeat. F

LXVI ¶Ad hæc Episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempore ecclesiasticorum iudiciorum Synodum q̃, ad suum libitum speciales quasdam & prætentas ferant reformationes, ordinationes, leges, atque statuta, quæ ipsa multifariam à iure communi dissident, ac seorsum toto ciuili magistratui & iurisdictioni, eorum q̃ subditis derogant, atq; perniciem adferunt. Neq; vllam præ se ferentia æquitatem, quod ad ecclesiasticorum priuata compendic, in q̃ laicorũ necem sint excogitata, atq; efficta. Eam q̃ ob rem laici ea acceptare, aut his parere minime tenent. Nam neq; ipsi ecclesiastici domesticas has suas constitutiones secundũ rõnabilẽ synceriorẽ, ac germanũ ęquitatis intellectũ, obseruãt. Etem̃ tãetsi reformatões huiuscemodi, vt plurimũ, statuãt corã officialibus, eorũ q̃ eccl'asticis consistorijs, manifesta ac notoria tãtum, minime q̃ occulta delicta, debere agitari atq; ventilari, cõsiderari q̃ in primis salus animarũ, & honor Iesu Chr̃o debitus, potius q̃ pecuniarũ lucrum. Attamen eius rei oppositum, atq; ex professo contrarium, negotium ipsum, innumeræ q̃ aliæ coniecturæ ac circum-

A ac circũſtantiæ plus liquido manifeſtũ reddunt, id quod partim ex ſupra enumeratis, partim ex recẽſendis ſequẽtibus articulis, vtcũq; ſuccinctis, cuiq; æſtimare facile eſt.

¶Quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ peccatoribus imponant.

¶Patrum canonibus ſancitum eſt, ſpiritualibus ac manifeſtis peccatis, ſpiritualem pœni LXVII.
tentiam ſeu ſatisfactionem imponendã eſſe, vt ſic non pecuniæ lucrum, ſed potius animarũ ſalus quęri intelligatur. Id quod ſupra etiam memoratum eſt. At eccleſiaſtici iudices & officiales, perperam animaduerſis canonibus, dictam ſpiritualem pœnitentiam in tantũ exaſperant, aggrauant & augent, vt laici, priuſquàm eam ſatisfactionem acceptare velint, pecunia magis ſibi ab ipſis immunitatem comparent, quate laici multum prẽmuntur, eccleſiaſtici cõtra, multum ditantur, vtputa, qui in ſuum priuatum commodum & partis agũt munus, & iudicis, quod tamen omnibus iuribus diſſonum eſt.

¶Quemadmodum honeſti viri & mulieres ex falſo rumore ſæpenumero grauentur.

¶Accidit etiam nonnũquàm, ꝙ viri & mulieres coram Officiali, ſeu eccleſiaſtico tribu- LXVIII.
nali, vt delictorum ac ſcelerum ſontes, ſiniſtro rumore deferuntur, ac non prius per ſentẽtiam innocentes declarantur, quàm vbi ſe iureiurando purgauerint, qua purgatione facta, in priſtinum æſtimationis ſtatum reſtituuntur. Et quàmuis tam ſiniſtre denuntiatis incõmoda, damna, impenſæ, eam ob rem perpeſſæ, merito refundi deberent, nihilominus tamen innocentes ipſi in dictæ reſtitutionis fidem, Officiali, eccleſiaſticove iudici, duos au-
B reos, cum aurei quarta parte, pro abſolutoriis literis, nequaquàm neceſſariis, numerare coguntur. Et hoc eſt, cur Officiales, eccleſiaſtici q; iudices, tã iniquas & illicitas, rumoris falſi, atq; delationis cauſſas, ita adſectẽtur, ad ſe euocẽt, ſolisq; ſibi vẽdicent. Id tamẽ ipſum non ſine magna ſingulari, ac graui iactura mortaliũ committũt. Nã ſæpius euenit, ꝙ altercãtes mulieres, ira, inuidia, ſeu alio quopiã adfectu cõmotæ, inuicẽ ſe maledictis impetãt, conuitiis proſcindãt, in tantũq; demẽtentur, ꝙ altera alterã vel adulterij, vel magicæ artis ream inſimulet. Quod vbi coram Officiali deducit, tum illa, quæ per iracundiã alterã probris ac cõtumeliis adfecerat iuriſiurãdi ſacramẽto ſeſe excuſare, ac purgare cogitur. ſ. quicqd iniuriarum in alterã profuderit. Id oñe nõ ex certo animi propoſito, ſed ira, inuidia q; profectum eẽ, pariq; modo altera, q̃ adulterij, necromãciæ ve inſimulata eſt, ſuã innocẽtiã, q̃dq; prædictorũ nequaq̃ ſibi cõſcia ſit facinorũ, iuramẽto detegere iubet. Interim vero quilibet apud ſe facile conijcere põt, in talibus cauſis, mulierib⁹, ſiue memoratorũ ſcelerũ vacuæ ſint, ſiue ijſdẽ criminibus obnoxiæ, iurãdum tamẽ eſſe, dũmodo famã, honorẽ, ac vitalẽ ſpiritũ retinere velint. Qua ex re nõ ſolũ illicitũ pecuniarũ lucrũ quæritur, ſed deliberatæ peierationes, extorquẽtur, ſeculares q; iuriſdictiones, & iudices in eorũ mulctandi officio impediuntur. Et ſic contra rationem, impunita remanere delicta neceſſarium eſt.

¶Quomodo eccleſiaſtici iudices illicitum ex iactatis matrimoniorum cauſſis petant intereſſe.

¶Deinceps, quum inter virum atq; fœminam, de pangendis matrimonialibus ſacris il- LXIX.
C lis fœderibus, negotiũ quod inter eos forte agebatur, eouſq; proceſſit, ꝙ ab alterutra partium matrimonij contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfectus q; prætendatur. At inficietur altera, datũq; eſt, ab altera alteri perſonæ veſtiũ, aut alioqui mũdi muliebris quidpiã tanq̃ Arrabonis loco, adſeruandũ ac cuſtodiendũ. Accidat q; deinde, vt aſſerti contractus matrimonij. ſ. contẽplatione, cõtrahentes, ad eccleſiaſticũ peruenient tribunal, ac ibidem per ſententiam, in diuerſum ire iubeantur, ſeparentur q;. Tum iudex ille eccleſiaſticus inique hoc ſibi in hac cauſa prætendit intereſſe. Nimirum, vt omne quicquid hinc inde Arrabonis vice traditum ſit, vt hoc ſibi cedat tanquàm commiſſum. Id quod nedum contra omnia iura, ſed & æquitatem atq; honeſtatem ipſam proculdubio eſt.

¶Quibus artibus iudices eccleſiaſtici cauſſas promiſcuas, q̃ corã ciuili etiã magiſtratu in iudiciũ deduci poſſunt, ſibi ſolis vẽdicare conẽtur.

¶Item, licet complures ſint cauſæ ita promiſcuæ iuriſdictionis, vt ſecundum iura com- LXX.
munia, apud eccleſiaſticos atq; ciuiles iudices agitari, & puniri poſſint, ſæpiuſcule tamẽ eue nit, vt quũ ciuiles iudices, conceſſam ſibi hac in re prouintiam & iuriſdictionẽ adminiſtrare atq; exercere velint. Quod id ipſum ne faciant per iudices eccleſiaſticos ſub excommunicationis pœna eis interdicitur, prohibetur q;. Quòd ſi diutius p̃ſtare deberet, breui eccleſiaſtici iudices à ciuili magiſtratu, eiusq; iuriſdictione quaſcũq; etiã cauſas eximerẽt, ſuæq; aſſererẽt ditioni. Id q̃d Cæſareæ Maieſt. cæteris q; Impe. Romani mẽbris graue eſt, & intolerabile. Et quanq̃ ſecundũ iura communia, manifeſta periuria atq; adulteria, maleficiorũq; præſtigiæ, ac cõſimiles aliæ cauſſæ, p̃ eccleſiaſticos ac ciuiles iudices, promiſcuum, vter occuparit, ciuiliter pro tpe plecti poſſint, habeat q; ita p̃uẽtio hac in re locũ. Attñ eccl'iaſtici

iudices

iudices contra omnia iura, cauſſas huiuſcemodi, ſolis ſibi, ſuæq; iuriſdictioni vſurpare conã D
tur. Quod ipſum iuriſdictioni ciuili non ferendum eſt onus ac grauamen.

¶Quemadmodum cauſſæ prophanę ſub prętextu, denegatę executionis ad eccleſiaſticorum conſiſtoria trahuntur.

LXXI ¶Item, ſi quando pſonę laicæ in cauſis etiam oñino prophanis, à iudicibus eccleſiaſticis Citationes impetrare conent, prętendãtq; magiſtratum ciuilem, debitã ſibi iuris executionem facere neglexiſſe, antequàm ſummarie ſaltem p euidens aliquod docuerint inſtrumentum, iuſtitiam, vt querunt ſibi denegatã, Citationes tamen atq; alij iudiciarij proceſſus à iudicibus eccleſiaſticis ad ſolam petentium querelam his decernunt. Quod ſi deinceps ad petitionem, vel ciuilis iudicis, aut partis in ius vocatæ, cauſſæ huiuſcemodi ad ordinarium tribunal remittant, præfigitur, ciuili iudici per breue quatuor hebdomadarum, puta tempus fatale, intra quod actoris intentioni & querimonię ex integro atq; ex aſſe executionis ordine ſatiſfaciat. Ac ſi in arctiſſimo ita pſtituto termino, ſententia diffinitiua, aut non fertur, vel executioni lata non mandat, libertatem dehinc iudex eccleſiaſticus dat actori laico, coram ſuo tribunali, vlterius procedendum, fitq; non raro (mirum hoc auditu) vt cauſſa, quæ intra menſis ſpatium coram ciuili conſiſtorio agitari, peragiq; debebat, quod hęc eadem apud eccleſiaſticum iudicem triennio aut eo amplius pendeat, hinc indeciſa.

LXXII ¶Aiunt prętereа iudices eccleſiaſtici, in talibus caſibus, prophanas ad ſe cauſſas pertrahere ſibi licere, ſi magiſtratus ciuilis in adminiſtranda iuſtitiæ executione negligens inueniatur, è regione tamen ferre minime poſſunt, vt in pari caſu, idem iuris cum eis ſeruetur. Nimirum vt in cauſſis eccleſiaſticis quiſpiam de neglecto cultu iuſtitiæ ab eccl'iaſticis apud laiE
cos, aut ciuiles magiſtratus conqueri ac iuſtitiam ſibi per ciuiles magiſtratus adminiſtrari poſtulare poſſit, quanquàm iura communia in genere definiant, ſtatuantq;, quo pacto Canonica ciuilibus, & e regione Canonicis ciuilia iura opem ſuppetiasq; ferre debeant.

¶Quo pacto eccleſiaſtici iudices, ſeculares cauſas prętentæ iuriſdictionis prætextu, ineſſe tranſferre conentur.

LXXIII ¶Neq; hoc pleriſq; longa experientia reę ac eruditione doctis probat, q̃ iudices eccleſiaſtici, quibuſdam in locis diuturni vſus quaſi poſſeſſionis, adimpletæq; pſcriptionis prætextu, laicoę controuerſias coram ſe dirimendas hactenus pſumpſerunt. Nam ea ex re Cæſarea maieſtas. Romanumq; Imperium haud parum detrimenti patitur, vt puta, quod non minimus Imperij honor tpalis. ſ. iuriſdictio, memoratæ pſcriptionis velamine minuit, attenuatur, & penitus ab Imperio ad eccleſiaſticos refert. Quod contra recepta, apertaq; iura, nemo eſt qui neſciat, quibus ſtatuitur, & cauetur, vt nulli præſcriptioni quantumuis longe aduerſus præeminentem, tum Papæ, tum Cæſaris poteſtatem ſit locus.

¶Quàm inique homicidæ, alijq; pctõres ab eccleſiaſticis iudicibus duplici afficiantur pęna.

LXXIIII ¶Quum diuina humanaq; iura vetent, vt nemo duabus cedi debeat virgis, merito plerique, quibus cerebrum eſt, nonnullarum Cathedralium eccleſiarum odioſa ſtatuta, peruerſosq; mores, quibus vtriuſq; ſexus homicidas, reliquosq; maiorum, minorumve criminum reos hucuſque vexarunt, deteſtantur. Nam hactenus ſeruata eſt conſuetudo, quod homiciF
dij, ſimilium q; facinorum, quos caſus ep̃is reſeruatos vocant, rei, peracta in aurem confeſſione, publicam pœnitentiam, in totius populi conſpectu, cum magno ſuoę ipſoę dedecore, ignominia, infamia ſubire coguntur. Quæ quidem pœnitentię forma, non vſquequaq; improbanda foret, vtpote quæ ad primitiuæ eccleſiæ inſtituta quàm proxime accederet, ſi hac contenti, non etiam ampliorem iuſto, peccantibus egregij iſti, maleq; officioſi Officiales extorquerent pecuniæ ſummam, duplicique delinquentes punirent pœna. Qua re mirum, q̃ multi offendantur. Quod quàm iniquum, quamq; longe à Chriſti inſtituto ſit alienũ, cuiq; ſanæ mentis coniectura aſſequendum relinquitur.

¶Quomodo funeſtæ pecuniæ intuitu, eccleſiaſtici iudices & officiales illegitimas cohabitationes & vſuras tolerent.

LXXV ¶Prętereа officiales auri ſacra pellecti fame, vſuras ac pecuniæ fœnus illicitum, nedum non interdicunt, ſed & paſſim pmittunt, fouent ac tutant. Inſup etiam clericos, religioſosq; & ſeculares, accepto ab eiſdem annuo cenſu, publice cum ſuis concubinis, pellicibus, & alijs id genus meretricibus, illegitime cohabitare, liberosq; procreare ſinũt. Quæ res ambę quãtum ſcandali, periculi, detrimenti, fortunis, animabus & corporibus pariant, non eſt quod recenſeatur, quum nemo id, niſi talpa cæcutiat magis, non videat.

LXXVI ¶Prætereа contingit aliqñ, q̃ alter coniugũ, belli, votoę, ſeu alia quapiã cauſa peregre proficiſcat, qui ſi aliquanto diutius, q̃ alterius cõferat libidini, abſit, tũ officialis, alteri, pacta tamen numerataq; prius mercede ſatis magna, cũ alia victitare pſona ac cohabitare indulget, non præhabita prius diligenti veſtigatione, ſuperſtes ne ſit abiens coniunx, an naturæ con-

A concesserit. Et ne hoc eorum factum à quoquam calũniari posset, tolerãtiæ nomen ei, non sine magno mortalium offendiculo, sanctíq; matrimonij contemptu indiderunt.

¶Vt Officialium delegati seu synodales iudices illicitos è domibus census exigant.

¶Et hoc Germanis post hac non ferẽdum onus est, ꝙ synodales iudices quarundam regionum oppidula & vicos ostiatim peragrant, censusq; è domibus annuos exigũt, ꝗs vbi tenuis plebecula persoluere nequit, protinus cũ excommunicationis iaculis petitur, ad eorum quoq; censuum cũ summa rei familiaris attritione atq; attenuatione cõpellitur. Quòd si penitus amoueri nõ põt grauamen, aliquo saltem fine ad æqui boníq; regulã coherceat. LXXVII.

¶Quo pacto hebdomadaria pecunia mechanicis exigatur.

¶Pari modo proxime memorati iudices, quibusdam in locis à stabularijs, pistoribus, lanijs, propolis, molitoribus, eiusdemq; generis mechanicarum artium professoribus, qualibet septimana pecuniam postulant, qua forte per inopiam non soluta, ecclesiastico ad id fulmine adiguntur. LXXVIII.

¶De iniquis ecclesiasticorum arestis (vt vocant) & impedimentis.

B ¶Non mediocrem itẽ superioritatis & iurisdictionis temporalis iacturam Cæsarea maiest. Romanũq; Imperium patitur, ex male obseruata hactenus pluribus in locis, diuturna consuetudine, videlicet, ꝙ ecclesiastici iudices, vbi inter duos laicos ciuilis orta est cõtrouersia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partiũ mãdant, ne inceptã coram seculari, seu suo iudice litem prosequatur, sed in ecclesiastico coram sese iudicio compareat. Cui mãdato vbi pars vocata obtemperat, & se suamq; causam ad suum ordinarium iudicẽ remitti in iudicio petit, tum primum libellus, articuli, exceptiones, replicæ duplicæ, & cæteræ id genus scripturæ, vtrinq; producũtur, quibus, reliquisque actis & agitatis, perlectis, numeratisq; potius, quàm ponderatis, tandem interloquuntur, controuersiam coram se ventilandam esse. Cui sententiæ propterea, velint, nolint, parere coguntur, etiamsi maxime ea grauentur, ꝙ appellationem ad curiam Romanã interpositam, ob immensos, tum labores, tum impensas prosequi nequeãt. Neq; enim cuiuis commodum est, adire Romã. An vero talibus, similibusq; sententijs se suspectos reddant, neẽ ne, cuilibet bono viro conijciendũ relinquitur. Vnum hoc certũ est, ꝙ ex iam enumeratis casibus, copiosa ciuilium causarũ sylua, iurisdictioni, temporali, ac ciuili magistratui, indies subtrahitur atq; eripitur. Quod non solũ iuribus & æquitati, sed etiam rationi contrarium esse dignoscitur. LXXIX.

¶Vt pleriq; inopia rerum laborãtes iudicialium expensarum, variorũq; laborum & expensarum, formidine, ad iniquas transa-

C ctiones compellantur.

¶Neq; hoc silentio præteriri potest, ꝙ ecclesiastici iudices & officiales miseros at simplices laicos, multoties ad illicitas, iniquas, sibíq; penitus nociuas transactiones adigũt. Nã si quando eos in ius vocant, magna patronorũ, rabularum forensium, scribarũ, cæterorũq; quorũ opera in iudiciario strepitu, vt necessum habent, caterua, nullo ære cõducta, sed gratuito cõquisita, stipati astant, ac pauperibus illis prophanis, ægestate pressis, id hominum genus, non nisi magno conducendum est. Quod vbi fortunæ, reiq; familiaris tenuitas denegat, ni penitus causa, etiam iustissima, decidere velint, transactionem seu compositionem vtcunq; iniquam inire coguntur. Quare quantum grauentur tenues, nemo est q non facile id deprehendat. LXXX.

¶In multis ecclesiasticorũ consistorijs, externi causarũ patroni & procuratores, quam non admittantur.

¶Et hoc hactenus Germanis multum attulit molestiarum, ꝙ per ecclesiasticos iudices, nulli coram se litigantium partium, alijs vti aduocatis & procuratoribus licet, quàm ijs, quos sibi suisq; tribunalibus, iusiurandi sacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus consulantur, adeo breues præfigunt terminos, vt ne adiri nequaquam possint. Et ne hoc eorũ factum tanquàm æquitati contrarium, improbari possit, se id in controuersiæ commodum facere adfirmãt, quo celeriorem per cõsistorij iuratos procuratores sortiat exitum. At interim meridiana luce clarius apparet, qua synceritate, quave dexteritate id agatur. Nẽpe cõpertũ habẽt officiales, se suosq; superiores, à cõsistorij aduocatis & procuratoribus timeri. Et sic miseri clientes patronorũ verecũdia, dum ꝗd cõtra ecclesiasticũ iudicẽ, eiusve superiores, quacũq; in parte facere possent in iudicio proponere nõ audẽt, vltra q̃ par sit, negligũtur. Quã rẽ ecclesiastici prælati, ijsq; quorũ in territorio tale exercetur consistorium, quum prohibere, penitusq; eradicare deberent, tutantur ac defendunt. Et id potissimum eam ob causam, vt si quando ipsis, subditisve ipso- LXXXI.

tis ve ipſorum in eccleſiaſtico iudicio experiendum ſit, dicti aduocati & procuratores con- D
tra ipſos exteris ſuis clientulis, ea quæ cauſſæ ſibi poſtulat neceſſitas, conſulere, in iudicio q̄
proponere vereantur, ne, ſi diuerſum facerent, p̄latos ſibi infenſos, iudices q̄ ſibi male pro-
pitios redderent, talem q̄ aduocatorum & procuratorum metum ac formidinem, nemo eſt
cui vel cerebrum ſit, cui leua in parte mammillæ cor ſaliat, qui inficias ire vel poſſit, vel au-
deat, cum id quotidiana experientia adeo eluceat, vt nemini non, niſi forte ijs, qui nondum
ære lauantur ſit exploratiſſimum. Quotus enim quiſque eſt aduocatorum, vel procurator⁊,
qui non amore, ſpe, timore, inuidia, fauore, muneribus, ſimilibus ve adfectibus, animo non
aliquando, recto q̄ conſilio deijciatur, quum nihilominus vacui etiam p̄dictorum adfectu-
um vix tandem precibus, pretiove inducuntur, vt nihil diligentiæ, laborum nihil, nihil item
clientuli iurium prætermittatur. Enumeratis vero grauaminibus, nulla præſentior adhibe-
ri poſſet medicina, quàm ſi litigãtibus à certo vſq̄ limite, & aduocatos, & procuratores vel
conſulere, vel ad conſiſtorium ſecum adducere liceret.

¶Quàm leuibus ex cauſis, pauperibus ſacramenta denegentur.

LXXXII ¶Et hoc facinus, Chriſti diſciplinam profitentibus penitus abominandum eſt, quod ijs,
quibus eſt res anguſta domi, vbi parrochis & eccleſijs ad diẽ ſolutioni deſtinatũ, per inopi
am ſatiſſacere nequeunt, corpus & ſanguis Chriſti, ſacroſancta, quæ nobis ſacramenta in re
miſſionem peccatorum reliquit, denegantur, immo quaſi pignus prę cluduntur, non atten-
ta vlterioris dilationis (& quidem modice) petitione. Quanquàm tales ſimiles q̄ cauſſæ pro
conditione ſua coram ſecularibus iudicibus, merito finem ſortiri deberent.

LXXXIII ¶Item, quum agricolæ Autumni tempore vindemiare cupiunt, quẽadmodum vnicuiq̄ E
ad ſui vtilitatem facere licet, nihilominus tamen, ſi vindemia illa diſplicet ſpiritualibus (vt
vocant) qui eo loci decimas poſſident, miſeris inhibent agricolis, ſub excommunicationis,
necnon pecuniarum pœna, ne vuas colligant prius quàm ipſi id permittant. Vnde euenit,
vt ſæpe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cum vuas ſuas, quas maximis expenſis
& laboribus per integrum coluerunt annum, vindemiare non audeãt. Etiam ſi illi interim
vel frigore pereant, vel etiam marceſſere incipiant, tantummodo ob decimarum lucrum
iniquum, ſæpius etiam ob inuidiam deteſtandam Quę ambo contra iura ſunt diuina, fas, &
omnem pietatem, ac ideo merito aboleri debent.

¶Vt Eccleſiaſtici Synodis abutantur.

LXXXIIII ¶Nec minus moleſtum, graue, & Germanorum vulgo intolerabile eſt, quod ſynodales
iudices pluribus in locis quotannis id quod non niſi poſt annorum intercapedinem vt fie-
ret, iuribus permiſſum eſt, obequitant, ac mirum, quid fictitiæ iuriſdictionis, aut ſuperiori-
tatis exerceant. Hoc interim conſtat ſimplici popello hac via, neceſſaria ſubtrahi alimenta,
neque talis peragratio eo fine & ordinatione, qua ſummis Pontificibus inſtituta eſt, obſer-
uatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinoroſos & criminum ſontes à vitijs
deterrere deberent, pecuniam præſentem & numeratam, & quicquid denique eis in lucel-
lum cedere poteſt, exigunt. Id quod in ſuperioribus etiam partim memoratum eſt.

¶De Canonicis cathedralium & collegiatarum eccleſiarum Parrochis,
reliquiſq̄ religioſis pſonis & primum, q̄ iniquis nexibus
epi & prę lati à ſuis adſtringant Capl'is.

LXXXV ¶Illicitum eſt & hoc plane q̄ iniquum, quod Canonici eccleſiarum q̄ cathedralium prę- F
eminentiores, quorum in manu potior eccleſiaſticorum iudicio⁊ Synodorum, accenſura⁊
pars ſita eſt, reliquiq̄ collegiata⁊ eccleſia⁊ Canonici, quibus eligendi ſuperiorẽ pote
ſtas eſt, nullum in epiſcopum, ſeu p̄latum eligunt, niſi ſe prius iureiurando aſtrinxerit, pla-
neq̄ deuouerit, literis quoque interdum, inſtrumentis q̄ ſigillo probe munitis cauerit, ipſis
ipſorum q̄ ordinatis iudicibus ab officialibus in nullo vtcunque graui, vel inhoneſto, in-
tolerabili q̄ propoſito, ſe contrarium fore. Ac ſi quando eos delinquere contigerit, impune
eis per ipſum, vt hoc ſibi liceat.

¶De non ferendis vltra oneribus, quibus miſera plebs pro ſacramento-
rum adminiſtratione grauatur.

LXXXVI. ¶Pleræq̄ item parrochiales eccleſiæ, monaſterijs, prælatis, alijs q̄ eccleſiarum curata⁊
rectoribus, incorporationis (vt vocant) ſeu alio quopiam iure, ſubditæ ſunt, quas & ſi ipſi iu
xta Canonum conſtitutiones, per ſeſe prouidere teneantur, vbi alijs elocant gubernandas,
beneficiorum dotem, ac decimas, plerunq̄ ſibi ipſis reſeruant, & præterea tam enormibus
abſentia⁊ penſionibus grauant, atque onerant vt conductitij iſti parrochi, eorum q̄ vicarij
viceplebani, ſacellani, coadiutores, cæteriq̄ conductarum eccleſia⁊ adminiſtratores, com-
petentem ſuſtentationem, decentia q̄ alimenta inde habere nequeant. Quo fit, (nam vnde
conductitij iſti paſtores & mercenarij, viuant, habeant, oportet, vt illicitis exactionibus, lo
catas ſibi ouiculas, miſere deprędent, dilanient, omnem q̄ ſubſtantiã tantum non abſumãt.

Poſtquã

A Postquã em altaris, baptismiq; sacramenta administranda sunt, Primus, Septimus, Tricesimus, Anniuersariusq; dies peragendus, auricularis confessio audienda, mortui sepeliendi, & quicquid deniq; reliquum est, quod ad vita functorum ceremonias obseruandas, opere pretium arbitrantur, id gratuito faciunt nequaquam, sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera plebecula, vel cum summo suo dispendio præstare difficulter potest, talesq; exactiones vsq; ad summum indies augent, atq; accumulant, nõnunquam quoq; excommunicationis fulmine ad soluendum adigunt, pleroscq; etiam, quibus per inopiam non licet ad celebranda vita functis obsequia, anniuersarios, & alias eius farinæ ceremonias, compellere conantur.

¶Vt ob missas cantandas & legendas, pecuniam exigant.

¶Neq; hoc præteriri potest, quum non minimum sit, quo Germani præmantur, quod LXXXVII
sacerdotes, vnius diei missas, ad quas alias fundationes, seu annuæ recordationis iure celebrandas obligantur, non semel, sed quater, quinquies, pluriesve venundant, vnaq; missa, duobus, tribus, aut pluribus ecclesiasticis beneficijs satisfacere præsumunt.

¶Quo pacto Parrochi, à à suis parrochialibus subditis, vbi domicilum mutare voluerint, pecunias emulgeant.

¶Item, sicubi curatæ ecclesiæ subditis domicilium matrimonij, seu alterius cuiuspiam LXXXVIII.
negotij caussa, in aliã transferre parrochiam, animo secum volutat, non prius migrandi licentiam à parrocho impetrat, quàm vbi pro testimonialibus literis aureum numerarit
B nummum, quem si soluere vel nolit, vel egestate pressus, non possit, sacramentorum interdicto, donec satisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaq;, ac cęteris supra tactis oneribus & grauaminibus facile deprehenditur, mirumq; in modum emicat, q̃ omnia Romanæ ecclesiæ sacramenta his qui opibus abundant, auro venalia sunt, reliquis vero quibus minimũ suppetit nummorum, & iniquus est Plutus, ille diuitiarum deus, non impartiuntur, sed penitus denegantur

¶Quemadmodum sepulturæ ius quibusdam mortuorum cadaueribus, magno sit ære redimendum.

¶Papalibus statutum est canonibus, vt his dumtaxat publici iuris ecclesiastica denege- LXXXIX.
tur sepultura, quos manifestis & plane notorijs, mortalibus (vt vocant) peccatis, ex communi hac mortalium sorte, absq; dominici corporis, sanguinisve participatione migrasse compertum sit. Verum ecclesiastici nõ animaduersis talibus Pontificum Decretis, forte fortuna, aqua suffocatos, gladio, ruina, vel incendio occisos, iugulatos, atq; vita casu functos, etiamsi nõ pateat, pctis mortalibus obnoxij decesserint, nec ne, in ecclesiasticã tumulare sepulturam, nõ permittunt, quousq; tam iniquo fato, mortuoꝝ vxores, liberi, amicive ab ipsis cœmiterium nõ modico ære comparauerint.

¶Vt pleriq; ecclesiastici, vitam laicam, plene q̃ rixosam agant.

¶Nec minus etiam Germanis molestum est, q̃ potior parrochoꝝ sacerdotum, mona- XC.
chorum, aliorumq; ecclesiasticoꝝ pars, in diuersorijs, stabulis ac choreis, populoꝝ turbis
C se immiscent, in plateis item habitu minus decenti, vtputa gladijs, vestibusq; ludicris, prę-
terea rixis, iurgijs, litibus, altercationibus laicos ad iram, & cõsequenter ad arma prouocant, vulnerant, nõnunquam etiam confodiunt. Dein excommunicationis fulmine miseros illos laicos, vel quos læserunt, eousq; diuexant, quousq; ad libitum suum laici se cum his composuerint.

¶Item in locis plerisq; Episcopi, & eoꝝ officiales nõ solum sacerdotum tolerant concu XCI.
binatum, dummodo certa persoluatur pecunia, sed & sacerdotes cõtinentes, & qui absque cõcubinis degunt, cõcubinatus censum persoluere cogunt, asserentes, Episcopũ pecuniæ indigum esse, qua soluta, licere sacerdotibus, vt vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant. Quàm res hęc sit nephanda, nemo non intelligit.

¶Quo pacto nonnulli ecclesiastici, publicas exerceant tabernas, & illicita corrodant lucra.

¶Ecclesiastici item, potissimum in his locis, vbi iurisdictionem habent, in temploꝝ de- XCII
dicationibus, publicas exercent tabernas, suisq; sacellanis & sacerdotibus, taxillos, chartulas lusorias, & quicquid ad ludũ pertinet, cõuiuis administrare, ac omni sepposito pudore, illicitum inde percipere lucrum studeant, idq; superioritatis quodam iure sibi licere adserũt. Quanquam Pontificũ canones, Imperatoꝝ leges, omnesq; omnium prouinciaꝝ magistratus vetent, ne ecclesiastici ita à decoro & honesto deuient, vt his seinuoluant negotijs, circa quæ vix laicos occupatos esse decet.

¶Quomodo ecclesiastici moribundis, vt suos & legitimos hę-redes defraudent, persuadeant.

¶Inter cætera etiam hoc obticendum est nequaquam, quum non minimum sit onus, XCIII.

quo Germani grauãtur,ꝙ regionum peruagatores,quos vulgo Terminarios ac Stationarios vocant,monachi & ſacerdotes,infirmos, animamq́ iamiam agentes, ac præſertim eos,quibus æs eſſe in ciſta norunt,temporalibusve bonis abundare compertũ habẽt,blanditiloquentia,adulatione,verbisq́ venuſtulis(vt ad peſſima quæq́ hoc genus hominũ ſemper plus æquo inſtructum eſt atq́ paratũ)adoriuntur, circumueniunt, perſuaſionibusq́ fictitijs eo tandem adducũt,ꝙ ſibi potiorem & pecuniarꝝ & bonorꝝ partem in teſtamẽtis legãt. Qua re liberi agnati,ac cognati,reliquiq́ ſui & legitimi hæredes,quibus potius tota hæreditas illæſa relinquenda erat,contra omnem æquitatem,mirum qua iactura adficiantur,interdumq́ ad miſeriam vſq́ adigãtur. D

¶Quibus medijs innumeram pecuniæ ſummam, mẽdicantium ordines Romã importẽt,virginumq́ veſtaliũ monaſteria moleſtẽt.

XCIIII. ¶Quum nemini dubium ſit,his qui iure experiri volũt pecunia,eaq́ nõ modica opus eẽ & pleriq́ mẽdicantium ordinum regulis addicti,multas cauſſas atq́ lites in iudicialem cõtrouerſiam,nõ ſine magno ordinariorum,parrochorꝝ,atq́ laicorꝝ detrimẽto,cõtra phas nephasq́,imò nulla omnino neceſſitate exigente Romam pertrahãt. Tribus inſuper eorꝝ generalibus,quos vocãt Cardinalicij galeri dignitatem,innumera(vt fertur)pecunia comparauerint. Non parum timendum eſt,ne nõ præfati mendicantium ordinibus ſubiugati, multa ſacrarum virginum,& præſertim ea,vbi ſe ſolos dominari norunt,monaſteria, in bus Principum,Comitum,Baronum,nobilium,ac ciuium liberi frequenter vitam viunt, pecunijs expilent,ac depeculentur,& eis dehinc,quibuſcunq́ alijs modis, interitus perniciei,moleſtiarum,variorumq́ incommodorum radix atq́ origo ſint. Interimq́ miſere,captiuas moniales,ſub perpetui pœna carceris adigãt,ne cuiquam alij,quo ſecum pacto agant manifeſtent,id quod quibuſdam in locis plus nimio,prohdolor, compertũ eſt. Quibus vero pharmacis huic morbo mederi poſſit,cogitãdum relinquitur. Num præſtaret,ꝙ virginum monaſterijs,ac mendicãtium ordinibus,in meri ac mixti imperij iuriſdictionibꝰ fitis,quibus hactenus per iuriſdictionum magiſtratus,ac poteſtates,nulli præfecti eſſent curatores,ſeu diſpenſatores,duo, ætate,moribus,ac probitate perſpicua præſtãtes viri,vnicuiq́ tali monaſterio ſeorſim præficerẽtur,qui omnibus eorꝝ communibus cõputationibus,acceptorum videlicet,& expenſorꝝ intereſſent,quibusq́ curæ eſſet,ne in poſterꝝ prędicta virginalia cœnobia,à mendicãtibus monachis,eorum nõ neceſſaria præſentia, vel quocunq́ alio modo grauarentur. Qua vna re proculdubio efficeretur,ꝙ dictorꝝ monaſteriorum annui fructus,cenſus,redditus,indies augerẽtur,monialium perſonæ in magnũ vſq́ excreſcerẽt numerꝝ,& ſic multo melius,vberius,vtilius,q̃ ſi ipſarꝝ pecunia,vel Romã vel in alium quempiam locũ indecentẽ,cõferatur,ſuſtentari poſſent. E

¶De Romanorum Pontificum Legatis & Oratoribus,necnon Comitibus(quos vocant)Palatinis.

XCV. ¶Accidit aliquãdo,ꝙ Legati & Oratores Romani,cũ Papalibus(vt vocãt) facultatibus in Germaniam mittãtur,qui talium facultatum vigore & prætextu,liberos vulgo conceptos,naturales,Baſtardos,ſpurios,damnato ex coitu prognatos,alioſq́,qui cõtra Chriſti inſtituta,legumq́ ſanctiones in mundum æditi atq́ expoſiti ſunt,legitimos efficere,& ad quoſcunq́ actus legitimos,idoneos reddere,ad ſucceſſiones item cum legitimis & naturalibus liberis habiles facere & admittere,omniũ deniq́ ſtatuum ac dignitatũ capacitatem tribuere conãtur. Cuius tamẽ rei,in Romani imperij territorio,nullã omnino habẽt poteſtatem. Nec parꝝ inde litium,iurgiorꝝ,errorum,cõtrouerſiarꝝ,offendiculorumq́,in ſacro ſancto Romano imperio oritur,ꝙ ex nõ cõceſſo coitu cõcepti,cum legitime æditis ad parem admitti debẽt ſucceſſionem. Quã rem vt nimium Germanis moleſtã,imperij ordines tolli,amoueri,penitusq́ aboleri ſummopere petũt. F

XCVI. ¶Pari præterea modo à Romana ſede iam dictis Legatis,vicecomites Palatini ſufficiũtur,ſimili poteſtate legitimãdi,ad ſucceſſionem admittẽdi,& omnia ad inſtar legatorum, quorꝝ iam ante mẽtio facta eſt,efficiendi,necnõ Notarios creandi. Qui tamẽ vicecomites adeo ſunt inidonei,adeo inabiles,adeo literarꝝ ignari,adeo deniq́ rerꝝ inexptes,vt minimum etiã,quod ad Notariatus artem pertineat,ignorẽt. Vnde nõ immerito ſubſequitur,ꝙ multo ineptiores,q̃ ipſi ſint,creent Notarios,vt ſemper dignum,quod in prouerbio eſt cõtingit patellæ cooperculũ. Quod ipm imperij ſtatus,abrogari efflictim rogitãt. Præfati item Apoſtolicæ ſedis nũtij & Legati à iureiurãdis,pactis, obligationibus abſoluere,& ſic abſolutos ad agẽdum de nouo reſtituere moliuntur. Qua vna re æquitati fideiq́ humanæ nihil eſt aduerſum magis.

XCVII. ¶Conantur inſuper beneficia quæ patronatus iuri ſubſunt conferre,& ſic patronis tam eccleſiaſticis,quàm ſecularibus in iuribus ſuis derogare,penitusq́ eos priuare,quod etiam merito aboletur.

¶Vtriuſq́

¶ Vtriusq; sexus religiosi, in suoꝝ monasterioꝝ, clausaꝝ, fundationum, aliorumq; cõuentuum, cõmodũ, succedũt secularibus, quũ ipsi vicissim ab illis ad hæreditates, neq; vocentur, neq; admittantur.

¶ Neq; hoc Germanicoꝝ grauaminum postremũ est, quãuis vltimũ hic sortiatur locũ XCVIII. mos nõ amplius ferẽdus, hactenus inoleuit, paulo q; altius, q̃ par sit, radices egit, videlicet, q; Monachi, Moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nolhardi, Cõuentus, & quicũq; tandẽ sunt, qui se religiosos, & à popularibus segregatos profitẽtur parẽtibus, cõsanguineis, agnatis, ac cæteris amicis in hæreditarijs bonis aliquãdo in partem nõnunquã in totũ succedũt, At vicissim eoꝝ cognati, seu necessarij laici, à præactis religiosis, ad ipsoꝝ hæreditates adeundas, nõ solum nõ vocãtur, sed nec admittũtur quidẽ. Quod Germanis & graue & molestũ, iniustũ etiam ac nõ diutius tolerãdum onus est. Eapropter necessario, ac summa prudentia curãdum est, vt deinceps nemo se memoratoꝝ religiosoꝝ votis vel astringat, vel addicet, nisi prius ea de re ciuiles magistratus certiores fecerit, quoꝝ præsentia, authoritate, & cõsilio religionem ingredi volẽtibus, à parẽtibus & amicis, iuxta cuiusq; fortunã ac facultates, mediocriter prouideri debet, vt habeant, vnde commode in monasterijs viuere possint. Ea tamẽ lege, eo pacto & cõditione, vt omnibus hæreditatibus, omnibusq; parẽtum, fratrum, soroꝝ, cognatoꝝ, cohęredum, ac quorumcunq; alioꝝ successionibus renuntient, in animumq; nequaquã inducãt suum, se in posteꝝ hæreditario iure quicquã nedum sperare, tantum abest, vt cõsequi se posse putare queant. Idemq; cũ his qui iam olim religio
B sorum regulis sese subiecerũt, fieri à sacri Romani imperij Statibus, & petitur & censetur.

¶ Quod & in proxime habitis Wormaciæ comicijs, de hactenus memoratis grauaminibus tractatum sit.

¶ Potior item pars hactenus enumeratoꝝ articuloꝝ, Romanã sedem, Archiepiscopos, XCIX. Episcopos, prælatos, officiales, ecclesiastica cõsistoria, cæterasq; ecclesiasticas personas cõcernentium Cæsareæ maiestati in proximo principũ ac procerum Wormaciæ celebrato cõuentu, à laicis imperij columnis & statibus, in scriptis, nõ sine supplicibus oblata est precibus, quo prædicta grauamina, æquitate, necessitateq; ita postulãtibus aboleat, atq; è medio penitus tollat. Quod ipsum nõ clàm Archiepiscopis, Episcopis, reliquisq; ecclesiasticorum statibus in prædictis comicijs factum est. At hucusq; nihil vel immutare, vel emendare cœperũt. Eam ob rem seculares imperij ordines necessario vrgentibusq; ex causis adacti sunt, Papali sanctitati supra memorata, ac nõ amplius ferenda onera, prout sua sanctitas, clementi Christiano, planeq; paterno, animi adfectu fieri petijt, indicare, atq; supplici ter rogare, quo prædicta grauamina sua sanctitas emẽdet atq; è medio tollat.

¶ Plura adhuc grauamina ob oculos versantur, indicatu maxime necessaria, quæ tamen breuitatis gratia obmittuntur.

¶ Quamuis seculares sacrosancti Romani imperij ordines, longe grauiora, multoq; plu C. ra adhuc haberent onera, quæ æquitate interpellãte, indicanda forent. At ne iustæ breuitatis modum excedere videantur, iam recensitis hoc tempore reseruatis alijs in magis cõmodum tempus, cõtenti esse volunt. Ea spe freti, ea fiducia nixi, vbi hactenus enumerata
C abolita fuerint grauamina, q; & reliqua vnà corruitura sint.

¶ Peroratio, ac finis petitio.

SVper hæc omnia, omnium sacri Romani Imperij supremæ atq; inferioris conditionis statuũ, supplex est adhortatio, humilisq; precatio atq; petitio, qua sanctati Pontificiæ supplicãt, quatenus sanctitas sua, omnia prædicta onera ac grauamina sedis Romanæ, ac sæpedictoꝝ cæterorum statuum ecclesiasticoꝝ & personarum ecclesiasticaꝝ, id quod nõ semel in præcedentibus quoq; iustis precibus postulatum est, clementer tollere, emendare, abrogareq;, & è medio auferre dignetur, ac Archiepiscopos & Episcopos, si qua in re per eorum Capitula, grauamina hæc quo minus emendare, abrogareq; auderẽt, obligati forent, à promissione, obligationeq; tali, mandatis absolutorijs, sę ueritatem quãdam, sed eam quidem necessariam præ se ferentibus, absoluere, liberareq; velit, inq; omnibus & singulis his, ita paterne ac gratiose se gerere & exhibere, vt talia onera atq; grauamina in genere, seorsimq;, quantotius ex radice funditus ac penitus tollantur, amoueantur & emendentur. Quod ipsum, & quidem breui, futurum, curatumq; iri sacri Romani imperij status laici, vel ob dei Opt. Max. laudẽ, præcipuum & honorem: hinc rei quoq; ipsius necessitatem atq; æquitatem maxime, quum (vt prędictum est) sanctitas Pontificia per Oratorem & Legatum suum ita magnifice, ampliter, ac Christiane se obtulerit indubiam, certissimamq; spem animo conceperunt. E regione, se sanctitati Pontificiæ tanquam obsequentes, morigerosq; filios, cæteris quoq; statibus ecclesiasticis, vt in Chri-

sto fratres,& commembra capitis vnius,nimirꝝ Christi,se deuouentes,obligantesq;. D

¶Quòd si enumerata onera, atq; grauamina in præstituto tempore non etiam otius ex oculis mortalium sublata,atq; abolita,& abrogata fuerint,id quod imperij Romani status laici futurum minime suspicantur,auguranturve,tum sanctitatem Pontificiam latere nolunt,prædicta vrgentissima atq; intolerabilia,penitusq; non ferēda onera,diutius eos, neq; perferre velle,neq; tolerare posse.Sed rei ipsius iniquitate & necessitate,huc eos adigi,cogi,atq; compelli,pro eorum captu ac industria,de alijs commodioribus forte vijs & medijs cogitandi,vestigandi,ac consultandi,quibus tandem modis,qua arte, qua denique solertia,onerum atq; grauaminum supra memoratorum,ab ecclesiasticis exonerari, liberari,ac tandem in pristinam immunitatem & liberalitatem asseri,atq; vendicari possint.

¶Quemadmodum omnia hæc,priusquam sanctitatis Pontificiæ Orator & Legatus à Normberga soluisset,eidem per modum responsi hinc legantis sanctitati referenda, ad longum sunt exposita,atq; enumerata,essentq; ita in compendium,& quodammodo per catalogum redacta & recensita,memorato nuntio atq; Oratori pontificio ferenda secum Romam tradita,si non præter omnium expectationem,abitionem suam hinc tantopere maturasset,ac inopinato ita discessisset. Verum ne ob id eo magis Germanorum principū, procerum,atq; Romani imperij statuum consultatio & conclusio sanctitatem Pontificiam fugere,vel latere possent,tandem placuit,onera ac grauamina,quoꝝ non infrequēs tum coram agente adhuc Legato facta fuit mētio,per capita,ac sigillatim ita scripta,sanctitati Pontificiæ transmittere,eandemq; quàm humilime ac suppliciter, E

pro abrogādis hisce
oneribus,
rogare,obsecrareq;,ne
deteriora contingant.

Finis Centum Grauaminum Germanicæ nationis.

O. G. pio lectori S. P. D.

HIsce prædictis non solum Germanicæ nationis(vti principes nostri voluere seculares,sed multarum etiam aliarum(ni fallar)nationum grauaminibus, Annatarum taxæ,ordine satis confuso ac plane incerto adiectæ fuerunt. Quæ ad honorem sacrosanctæ sedis Apostolicæ,hoc loco non indecenter omisimus.Nam & in infinitum se extendere videbantur,& tantam hoc tempore pecuniarum summam,aurive pondus ad illam deuolui,cogitare ausint pauci, dicere nemo. Attamen,si tibi est ardens ingenium,mens ignea,& non præceps,sed generosus impetus, forte fortuna in subsequentibus,& potissimum folio.192.aliqua ex parte Annatarum taxam callenter ac pulchre deprehendes. Excusandi tamen non videmur,quòd propter inflicta nobis scandala & Romanæ curiæ(etiam si verum esset)grauamina,debeamus ab vnitate catholicæ fidei F
insipienter resilire,& in profundum malorum nos præcipitare. At dicet quis? Nonne & hoc vigilanter in curia Romana est obseruatum, vt gratiæ & reseruationes pectorales, mentales,generales & speciales regressus,accessus,incorporationes, vniones,& id genus alia multa,quæ & diabolus odit & omnes angeli eius,& ex quibus omnes hæreses hisce tē-
Fol.sup.180 poribus promanarunt,ob pecuniæ(vt principes nostri seculares dicunt)amorem & sacrā auri famem,vilissimis quibusq;,vel bonis etiam viris,concedantur? Itemq; & si hoc ipsum addideris,ꝙ si res illa altius radices ageret,breui nos eo rerum venturos esse,vt R. Archiepiscopis,Episcopis,principibus,patronis,& nobis tandem omnibus,nihil iuris,in his(de quibus loquimur)remaneret. Tace obsecro lector & audi. Nunquid Paulum Euangelij tu-
Roma.3 bam Romanis insonuisse ignoras? Omnem animam potestatibus sublimioribus subiectā esse debere. Vide etiam quid Petrus,apostolorum princeps ingeminet:Serui(inquit)subditi estote in omni timore dominis,non tantum bonis & modestis,sed etiam discolis. Nā teste iterum ad Romanos Paulo:Qui potestati resistit,dei ordinationi resistit. Hanc igitur ob causam Ambrosius ait in suo pastorali:Honor & sublimitas episcopalis,nullis poterit comparationibus adæquari. Non excuso iniquitatem lector,nec lucem in tenebras verto. Scio enim Esaiam prophetam dixisse:Væ vobis qui dicitis bonum malum,& malum bonum. Hoc solum adiecero,te propter Annatarum grauamen,aut abusus alios,ab eccle

fia catholica & prælatis tuis deficere non oportere. Nec obest, principes nostros, sacrosanctæ sedi Apostolicæ multa ac varia obiecisse. Scies enim illustrissimis ipsis principibus, multo maiorem, quàm nobis, quum dicendi, tum redarguendi libertatem esse concessam. Nam vt philosopho placuit libro quarto Politicorum, & Ciceroni tertio de legibus: Sine principibus & illorum prudentia, impossibile est esse ciuitatem. Verum hac de re satis. Ego igitur, qui incertas Annatarum taxas ad sacrosanctæ apostolicæ sedis honorem hoc loco reieci, operæpretium esse duxi, Nicolaum à Clamengijs doctorem egregium & Archidiaconum, de Annatis ipsis nonnihil differentem, tibi ob oculos constituere, vt ipsius sentimẽto adiutus, de illis prudenter disputes ac loquare. Claruit enim tempore Sigismundi Imp. quum Constantiense celebraretur Concilium. Anno domini. M.CCCC XVII. Lege itaq; quæ de Annatis, in particulari (vt dicitur) conscripsit, & vale feliciter.

APOSTOLI ET RESPONSIO DATI PER NATIONEM GALLICANAM DOminis Cardinalibus, &c. appellantibus ab eiusdẽ conclusione, voto, deliberatione, ac declaratione Constantiæ captis & factis solenniter per eandem, cp vacantiæ, ac minuta seruitia nullo iure sint debita & de cætero nihil soluant.

VM euangelica veritas dicat, nihil cum scandalo fiendum esse, subiungit tamen, cp necesse est vt veniant scandala, sed imputet sibi per quem venit scandalum, maxime actiuum: quia passiuum vel defensiuum communiter non est in dolo, nec in culpa. Cum autem venerabilis natio Gallicana, & ipsius venerabilia ac honorabilia supposita, tam maiora, mediocria, quàm inferiora Constantiæ congregata, pro generali Concilio inibi cõuocato & debite congregato, pro deducendo in eo id in quo habent voces iudicatiuas, consultiuas, & querelosas, secundum materias suppositas, & relationes debitas cogatur respondere, & Apostolos (ad quos teneri posset) dare cuidam interpositæ appellationi pro parte magistri Iohannis de Scribanis, asserentis se procuratorem, fiscalem, nomineq; cameræ apostolicæ & sibi adhærere volentium, & pro ipsius nationis honore & conclusionis in ea habitæ (ex qua oriri dicitur interposita appellatio) iustificatione, ac veritatis manifestatione, in responsione huiusmodi & apostolorum petitorum datione ordinetur veritas, quæ si scandalum generet apud aliquos, vel etiam alicubi, hoc causam actiuam præstantibus, non autem venerabili nationi Gallicanæ defensiuam assumenti, suæq; ecclesiarum, ac monasteriorum, cæterorumq; beneficiorum apud ipsam portionem necessitatibus prospicienti, ascribatur. Descendendo igitur ad materiam, nouerit idem magister Iohannes de Scribanis, dominiq; Cardinales, ac eorum collegium, & cęteri vniuersi, qui tunc & nunc pro generali Concilio sunt & fuerunt Constantiæ congregati, fuisse ordinatum, quot deputarẽtur de singulis nationibus certi, qui cum deputatis dominis Cardinalibus conuenirent ad auisandum quæ essent reformanda in curia Romana, tam in capite, quàm in ipsius membris, & de modo pro futuro prouidendi, sicut factum fuit & est inter sic deputatos natio, num, cum quibus fuerunt & tunc erant domini Cardinales, Pisanus, Cameracensis, & Florentinus, qui domini Cardinales contradicentibus deputatis nationis Gallicanæ aperuerunt materiã Annatarum, & iurium ac minutorum seruitiorum, & quantum potuerunt, fundauerunt eas esse debitas, adducendo in medium rationes & iustificationes, quas per prius longe aduisauerunt. Discussione facta inter omnes, validioribus rationibus & authoritatibus iuris diuini pariter & humani demonstratum est, non esse debitas. Et quamuis dedissent operam ad trahendum ad eorum opinionem quos potuerant, inductione tamen facta de singulorũ deputatorum votis, longe maior fuit pars, cp non debentur, nec vlterius tolerari deberet. Propter quod domini Cardinales concludere noluerunt, sicut & in alijs fecerant, & sic fuerunt primi qui materiam promouerunt, & aperuerunt vnde sequuta sibi imputent, & nulli alteri. Nouit etiam idem de Scribanis, dominiq; Cardinales & cæteri alij, deputatos fuisse

Necesse est vt veniant scandala, sed imputet sibi per quem veniũt maxie actiua

Cardinales cõcludere noluerunt, annatas non esse soluendas.

certos alios de singulis nationibus ad aduisandum de remediis & modo procedendi, & D
prouidendi in exorbitantibus, exorbitanterq; ac indebite factis de præterito in curia Roma-
na per olim Ioh. tunc papam, & alios de tempore suo, inter quos fuit aduisatum, q dom̃i-
nus Iohan. præfatus, & curia sua Romana apostolica, & domini Cardinales, & eorum col-
legij camerarius, siue pro camerario se gerens, à beneficijs, prælatorumq; & prælaturarum
vacantibus, & quoties vacabant (etiam si ter aut pluries vacassent in anno) pro qualibet mu
tatione tituli voluerunt habere & exigere fructus primi anni beneficij, siue prælaturæ va-
cantis, & aliquãdo longe vltra, & quandoq; papa qualibet vice Annatas vacan. habebat,
& Cardinales nihilominus partem mediam, quodq; propter vacan. fuerunt quandoq; pri
uati prælati & translati inuiti, & quãdoq; propter plus offerre (sumptis alijs coloribus) as-
sumpti & alij prælati, qui forte non fuerũt præferendi, ex quibus sequutæ sunt strages, gu-
erræ, scandala etiam nondũ sopita. Et quia exorbitanter factũ fuerat, & contra ius & iusti-
tiam, in oppressionem prælaturarũ, ecclesiarumq;, monasteriorum, & beneficiorũ, & etiã
personarum quibus contigerat, & ita factum fuerat per eosdem deputatos, pluribus ratio
nibus fuit conclusum, non debitũ, & esse tollendum de præterito, & per aliquos ex eisdem
fuit dictum, propter easdem rationes, & infra dicenda esse extendendũ ad futura. Et super
hoc fuit composita schedula, & inter eos lecta, & sicut solet fieri, communicata, & deinde
ad nationes singulas missa, saltem per deputatos dictæ venerabilis nationis Gallicanæ fuit
relata in eadem atq; electa, & communiter super ea solenniter septem diebus deliberatum
successiue, sciente dicto de Scribanis, dominis Cardinalibus collegialiter ac singulariter, q E
etiam in huiusmodi odiũ & vindictam, dixerũt aliquos notabiles p̃latos excõmunicatos,
contra rei veritatem, etiam ex ipsorũ parte eorum nominibus non expressis. M. Io. Ponce
ti pro eorundem collegio clerico & promotore se gerenti, qui se interponere appellationẽ
dixit, alijsq; rationibus, & cunctis Cõstantiæ pro generali Cõcilio congregatis scientibus
& debite in ea cõclusum fuit de præterito, p̃senti, & futuro esse tollendum. Causa vero mo
tiua, nationesq; & iura recollecta (quãtum fieri potuit) ex dictis diuersorum, qui in dicta
natione deliberauerunt, & aliàs aperta fuerunt, subsequenter exprimuntur, & iuxta Grego
rij responsiuum oraculũ, & Concilij Lateranen. prohibitiuum edictũ, initium & causam
debendi istarũ p̃stationum fructuum primi anni p̃laturarum, dignitatum, vel beneficio
rum vacan. qui asseruntur debiti, & quos volunt exigere, diligenter inquirẽtes, priuilegio,
consuetudine, aut p̃scriptione non posse defendi certũ est, sicut fuit obseruatum & de non
vacantibus in curia secundum antiqui iuris ordinem, nullum reperiri posse initium, præ-
terq; reseruationem quandã temporalem, primo per Iohannem papam. xxij. factam pro
certo passagio vltramarino, & quibusdam alijs necessitatibus suis de omnibus dignitatib⁹
In Anglia pro abbatialibus, fructibus abbatiarũ vacã. nihil sedi apostolicæ soluit & bñficijs, exceptis abbatialibus. Propter quod seruatũ est in Anglia vsq; ad hodiernũ diẽ,
nihil sedi Apostolicæ soluere pro huiusmodi abbatialibus fructibus abbatiarũ vacan. Exce
pit q; episcopales, & etiam alias supra maiores per expressum, certasq; postmodũ fecit su-
per illis declarationes. Deinde postmodum nõnulli Romani Pontifices ipsius successores,
etiam certis temporibus similes fecerunt reseruationes certis causis expressis, quas clerus, F
principes, & populus aliquo tempore tolerarũt, sed postmodum nimium grauati ex eis in
aliquibus regnis & prouincijs recusauerunt soluere, prout fuit factũ in Anglia, & quibusdã
alijs, eo q per modũ facultatis toleratum fuerat. Et sic quantumcunq; eis placuit, licite po-
tuerunt, atq; possunt recusare, maxime quia cessant causæ, quæ tunc erãt, eo q non fit pas-
sagium vltramarinũ, vel aliud virtuosum ex talibus pecunijs. Et quia Italiæ Galliæ, Alema
niæ, & Angliæ partes per dei gratiam sunt vnitæ ad inuicem, propterea tolerari nõ debẽt,
cum propter diuisionem temporibus retroactis aliquantulum diutius fuisset toleratum,
nec sine reseruatione, aut contradictione (quæ impediunt & cessare faciunt exactionem)
reperitur talis præstatio decem annis continuata, & quando erunt talia, præscriptionem
non inducunt, maxime de supremo ad inferiores, & minus consuetudinem, vt est Iuri-
stis notum, & infra expressius dicetur. De vacantibus vero & fructibus primi anni maio-
rum prælaturarum, abbatialium, videlicet episcopalium, & super nullum aliud initium
fuisse inuenitur, quàm voluntaria & gratuita oblatio quorundam, qui in discordia electi ad
abbatialem, vel cathedralem ecclesiam, dum prosequerentur, in curia per appellationem
ad eam factam, per eum qui obtinebat finalem victoriam, promouebatur siue eligebatur.
Oblatio gratuita Italis seruitium, Alemanis propina dicta. Et talis oblatio & gratuita datio, iuxta vulgare Italicum dicta fuit seruitium, & secundum
Alemanos propina dicitur. Et dicta fuerũt seruitia cõmunia, quia cõmuniter inter eos diui
debantur, eo q singulos quibus dare volebat, non conuocabat, & singulis dare fuisset ni-
mium onerosum his qui tunc agebãt in publico cõsistorio, sed postmodũ deductum est in
cõsistoriũ secretũ, quod tñ fuerat & symoniacũ, vel multũ de symonia suspectũ, & species

mali

A mali crudelis, etiam si prætextu consuetudinis. Tum quia ante vel post promotionem ad huiusmodi dignitates, aliquod huius prætextu dare vel recipere secundum sacros Canones est etiam prohibitum. Tum quia alienatio est talis oblatio, datio, vel obligatio, quam etiam facere non potest talis electus vel promotus. Et successiuo tempore volentes gratuite dare, & voluntarie conferre summam certam, vel aliquid, eo quod tunc nulla certa taxa est in camera, quo ad aliqua, ad tertiam partem valoris episcopatus, monasterij: Aliqua vero ad mediam in aliquibus etiam taxa dictum valorem excedit, prout in libris Cancellariæ scriptæ sunt, & vltra pro minutis seruitijs compulsi sunt dare & offerre ad soluendum se, & monasterium, siue etiam obligare per suarum literarum retentionem. Et nouissime additum est, & compelluntur per eandem retentionem se obligare ad id, quod reperiretur esse debitum in libris eorum cameræ, siue dominorum Cardinalium per oblationem, vel obligationem alicuius prędecessoris monasterij vel ecclesiæ, ad quam assumitur, vel transfertur. Ex quo resultat periculum, & maxima absurditas, propter diuersitatem librorum, in quibus diuersimode possunt scribi solutiones, vel non scribi, secundum diuersitatem vel obligationem, aut forte malitiam officiariorꝫ, qui prę sunt talibus, prout quandoque compertum est, quemadmodum de hoc per formas obligationum, quas super hoc habent in Cancellaria, & quas in talibus obseruant (quarum copia inferius scribitur) poterit constare plenius. Et nullus talis modus inducit consuetudinem, præscriptionem, nec iustam causam talia exigendi, vel etiam obseruandi. Tum quia gratuita vel voluntaria oblatio

Libri camerę diuersi, hinc exactiōes impares.

B vnius vel plurium singularium, non inducit consuetudinem vel obligationem, ad quam teneantur alij, nisi velint, cum hoc fit per modum facultatis, quod præscribi non valet. Nec est ius continuum, quia respectu diuersorum & separatorum corporum oblatio, & datio perfecta est, quæ per successores continuata non est: & si continuata foret, nihil refert ad alios: & quia etiam quàm plures ex illis qui obtulerant, & debebant, seque ad soluendum obligauerant, postmodum recusauerunt soluere tanquàm indebitum, nec etiam soluerunt. Tum quia nullo statuto, priuilegio, consuetudine, præscriptione, aut alio titulo potest induci, quod propter conferre, aut consentire promotioni, aut electioni alicuius monasterij, vel ecclesiæ Cathedralis, siue vt præficiatur administrationi prælaturæ, beneficij, siue ecclesiæ, aliquid possit, vel debeat peti vel exigi, eo quod secundum Apostolicas & Canonicas traditiones, clarissime foret simoniacum. Tum quia non petuntur, neque exiguntur hę Annatæ per cameram Apostolicam & dominos Cardinales, ex eo quod vacant: sed quia conferūt, seu quia collationi & promotioni, quæ fit per Papam, assentiunt. Et hoc est clare secundum Canones simoniacum. Tum, quia constat, quod propterea exiguntur, quia conferunt, seu electioni vel promotioni consentiunt, & non quia vacant, eo quod ab illis, qui promouentur ad prælaturas huiusmodi extra Curiam, & per alium quàm per Papam, nihil habent, vel exigunt. Et constat etiam ex eo quod nihil percipiunt in tali exactione, nisi domini Cardinales, qui actu sunt præsentes, & tamen de iure communi omnes Cardinales etiam absentes participarent, si quia vacant, deberentur vel exigerentur. Tum quia talis vsus vitiosus, inhonestus, continens speciem mali, & de iure prohibitus: propterea nulla

Vīolentantur ad soluēdum in Curia promoti.

C Curia promouētur, ad dandū & offerendum, seꝫ & monasterium siue ecclesiam, ad quod siue ad quam promouentur obligandum, ad soluendum taxam, siue quotam, quæ refertur eis esse in libris cameræ cum minutis seruitijs, & omne illud & quicquid reperitur, debitari per dationem vel obligationem consimilem factam cameræ Apostolicæ, & dominis Cardinalibus suorum prædecessorum, per literarum suæ promotionis retentionem & detentionem. Et tales modi nunquàm inducunt consuetudinem, neque prę scriptionem, cum sint violenti: & cum hoc resultat alia violentia: quia quantumcunque promoti, benedicti, vel consecrati, & notum sit monasterijs vel ecclesijs, quibus præficiuntur, sine literis huiusmodi non possunt intrare possessionem: propter constitutionem pœnalem factam in fauorem huiusmodi indebitarum exactionum, quæ incipit, iniunctæ. Tum simoniacum vel suspectum de simonia: quia petuntur fructus primi anni, & soluitur in Curia realis pecunia pro fructibus colligendis in partibus: & quia soluitur ante tempus: & quia quandoque soluitur totum cameræ, & ante adeptam possessionem: & nihilominus Cardinales taxam requirunt, & per retentionem literarum exigunt re vel obligatione quando possunt. Tum, quia ex præmissis infertur rationabilis diffamatoria murmuratio contra Romanam Curiam, quam deus seruare puritatem & iustitiam, & ab omni specie mali abstinere voluit, resultatq; infectio & nullitas omnium & singulorꝫ quę fiunt in p̄missis datione, oblatione, obligatiōe, siue cōtra obligātes fulminationē & summissionē, propter modū & causam, ex quibus fit concurrētia in actu, qui non tenet. Propterea q̄ dicunt incidere in sentētijs quæ hmōi occasione feruntur, non debent eas tenere, nec timere, nec videntur absolutione indigere.

Romanam ecclesiā puritatē & iustitiā seruare, & aboī specie mali abstinere deus voluit.

Cēsurę ꝓpter annatas nō solutas timendę non sunt.

Propter enim prædictam concurrentiam continent errorem intolerabilem, & quia contra ius constitutionis. Nam viderentur hominem obligare ad incidendum in hæresim, largo sumpto vocabulo, videlicet quod sit licitum spiritualia emere, vel pro spiritualibus pecuniam & temporalia dare. Tum quia talis consuetudo, prescriptio, seu priuilegium quando essent, nimium forent ecclesijs, clero & prouincijs onerosa, & substantiarum ecclesiarum destructiua. Et propterea de iure nulla esset præscriptio, quę nullatenus procederet, & priuilegium (si quod appareret) non solum de iure decurtandum, sed etiam totaliter submouendum, vtroque iure hoc testante clarissime. Tum quia prælatus quilibet, qui in Curia promouetur ad monasterium vel ecclesiam Cathedralem, antequàm suæ expediantur literæ in Curia, iurat nihil de iuribus monasterij vel ecclesiæ alienare, & ipsis literis in Cancellaria expeditis, & deinde bullatis, ac etiam registratis portantur ad Cancellariam, à qua haberi non possunt, nisi primo se obliget (vt præfertur) quæ obligatio est alienatio clara. Et sic promotus videtur cogi committere simoniam & simul periurium. Tum quia non fuisset credendum, nec est, cameram Apostolicam, ac dominos Cardinales, aut quoscunque alios, propter quodcunq; lucrum, siue temporale commodũ, velle sustinere aut etiã defendere tantam inhonestatem, prętextu cuiuscunque consuetudinis, præscriptionis, aut priuilegij, etiam quando essent, in quibus includuntur labes simoniæ & clarum periurium, scandalum q; & damnatio animarum. Tum quia adhuc præmissis cessantibus, & suppositio, quod annatæ petitæ deberentur, tollendæ sunt ex toto causis & inconuenientibus ac scandalis sequentibus. Nam licet secundum Apostolicam doctrinam, Papæ potestas à Christo immediate sit, tamẽ est ad ecclesiæ ædificationẽ, & non ad ipsius destructionem, quæ tamen resultaret in obseruatione prædictorum, est q; huiusmodi potestas ordinata ad iustitiam, & rectum iudicium exercendum, quod non obligaret, & cessaret in exactionibus præmissis, habet q; præsidere propter bonum publicum, & salutem animarum, & nõ propter seipsum, alias videretur abusus. Nec videtur facultas Papæ, nec ecclesiæ Romanæ concessa, neq; eis competit prolibito voluntatis exactiones siue præstationes aliquas imponere ecclesijs, aut personis ecclesiasticis, cum eorum non sit dominus, sed tantummodo Christus, maxime per quas causetur ipsarum oppressio, vel inde oriatur scandalum, detur q; causa murmurandi, vel etiam resultet detrimentum animarum, aut frustretur, siue fraudetur intentio fundatorum ecclesiarum Cathedralium, monasteriorum, & aliorum inferiorum beneficiorum. Tum quia per exactionem prædictarum annatarum tam ardẽter & inhoneste exactarum, siue cleri principum q;, in quorum dominio sunt, & eorum de genere, qui ea fundauerunt expresso consensu, & leuem decimæ impositionem sequutæ sunt oppressiones in clero & in ecclesijs, & inde murmurationes graues exortæ, & apud regem magnos q; Principes & alios nobiles, & illos de populo vsque ad plebeios scandala, quia vident pati ruinas ecclesias Cathedrales, monasteria, alia q; beneficia, quæ sui primogenitores & alij magnates fundauerunt, & vberanter dotauerũt, & largiti sunt ducatus, comitatus, & alias dignitates temporales, baronias, castra, terras, iurisdictionem, & alia temporalia bona, pro sustentatione ministrantium in diuinis, & ad diuini cultus honorem & augmẽtum, suorum q; peccaminũ expiationem, alimentationem pauperum, redemptionem captiuorum, ecclesiarum ipsarum ædificationẽ & reparationem, terrarum ac possessionum, ecclesiarum & monasteriorum culturam, iurium ipsarum prosequutionem, conseruationem & defensionem, quæ omnia cessant, nec fieri possunt: sed numerum in ecclesijs sic fundatis ministrantium iuxta fundatorum ordinationem minuere oportet, propter dictas intolerabiles exactiones. Tum quia scandalizantur, & inde murmuratur cum recurrunt ad causas, propter quas talia contigerũt dicentes non fuisse intentionem fundatorum, nec eorum existere, quod propter tales exactiones, vel etiam similes, vel propter replere quadraginta aut etiam plures personas deberent frustrari intentionibus suis fundatores, & ipsi in hoc pati verecũdiam, quod dotata per eos, & largita tam exuberanter, deducantur ad ruinam, & patria redatur infirmior ad se defendendum contra hostes, eo quod castra & munitiones nec retinere, nec defendere possunt, quibus collata sunt, & propterea nolle pati omnino dicunt, cum talia & in nullo subdantur Papæ nec Cardinalibus, vt fiant eis tributaria, cum sint feudalia aut mere temporala. Tum scandala & murmurationes insurgunt, dum vident & sentiunt exigi huiusmodi vacantias & præstationes sine pietate & misericordia, aut aliqua remissione, quantumcunque impotentes, & hoc notum fuit, ficut contigit in Abbate Saturnini Tholosani, compulso obligari ad taxam sibi relatam, quæ erat quatuor milium & ducentorum florenorum, & non valet, annis omnibus (etiam viuendo supra locum) quingentos, & tam ipse q; plures alij compelluntur per exactores deputatos vsque ad impignorationem terrarum dotalium ecclesiæ vel monasterij, & vsque ad venditionem calicum, etiam non conflatorum librorum, & aliorum ornamentorum, & bonorum aliorum ecclesiæ, quæ petuntur soluere.

Annatas tollẽdas esse.

Nota

Annatæ sunt contra Rem publicam.

Tum quia

A Tum quia ſcandala, & murmurationes inſurgunt, quod propter huiuſmodi exactionem prælati, & alij miniſtri reputantur per exactores excommunicati, & per proceſſus ac literas quas affigunt in locis publicis, eos denuntiãt, iniuriantur, & verecundiam faciunt in diebus ſolennibus, nec corã alijs audẽt celebrare, licet in veritate nõ teneãt, ſnĩæ. Inde ſcãdalizant Principes, & alij de populo, & intantum arctantur ad ſoluendum, quod pro dilationibus non dant niſi tres menſes & pro litera & ſigillo relationis ſnĩæ oportet ſoluere realiter tres vel quatuor florenos cum dimidio, ſi ſit ſimoniacũ videat vnuſquiſque, & ſunt in anno viginti floreni, fine eo quod dare oportet clericis ad huiuſmodi proſecutionem deputatis, & quod expendit nuntius in eundo & redeundo, nec per hoc principale minuitur. Tum ſcandala ſunt exorta, & non ceſſant propter exactiones prædictas, ex eo quod poſtquàm eccleſia Romana continuavit tales exactiones, non ceſſavit à guerris, & maior ſolicitudo Romani Pontificis & ſuorum Cardinalium vſque ad Iohannem inclusiue nouiſſime depoſitum, fuit de guerrarum continuatione, in qua fit effuſio humani ſanguinis. Et licet etiam habeat orientale imperium, non tamen cadunt honeſte talia in viris tam perfectis: & quia per humilitatem ſanctimoniam, & deuotionem ſolebant iura eccleſiæ in eſſe conſeruari, retineri & acquiri ſine artificiali gladio, aut alia violẽtia. Tum quia propter tam promptam numerationem huiuſmodi vacantiarum & aliarum exactionum, camera ac alij domini Cardinales non curauerunt, neque ſoliciti fuerunt de dote, & patrimonio eccleſiæ Romanæ, de quo viuere poſſent & debent, neque recolligendo tributa, penſiones & debita, quæ rationabiliter eis deberentur, ſed ea per expreſſum remiſerunt & remittunt, prout fecerunt aliquibus communitatibus, etiam moderni domini Cardinales centum milia Florentinis, cum quibuſdam alijs, regi Apuliæ tributa pro quindecim annis, & cuidam Marchioni remiſerunt: & ita fecerunt pluribus alijs, quibus conceſſerunt dari terras & caſtra patrimonij eccleſiæ: de quorum fructibus viuere habent, & videntur quodammodo affectare occupationem dicti patrimonij, & non ſolutionem dictarum penſionum, & etiam tributorum, vt ſub illo colore poſſint dictas vacantias & alias exactiones exigere, ac per hoc collationem beneficiorum & promotionem ad prælaturas retinere: vt inde magis ab illis de clero timeantur, & vniuerſalius reuereantur, & etiam honorentur, ſicut de facto obſeruant. Tum ſcandala propter præmiſſas & ſimiles exactiones & ipſum modum exigendi in Gallijs exorta ſunt, eo quod ſuperſtites de genere illorum, qui eccleſias, monaſteria, & alia beneficia dotauerunt: audientes referri quod pro pecunijs beneficia habentur in Curia Romana, & quod propterea ruinæ & præmiſſæ beneficiorum deſtructiones ſequebantur, querelam fecerunt fieri apud Regem Francoꝝ eorum ſummum principem in cuius Parlamento & ſuo conſiſtorio, auditis quæ fuerunt propoſita pro parte cameræ Apoſtolicæ, & dominorum Cardinalium (quod bene ſciunt aliqui ex eiſdem) fuit clare & ad plenum ſolenniter apertum, & euidenter monſtratum, quod nullo iure deberentur, & quod clara ſimonia in modo ſe habendi includebatur, quæ plurimum erat ſibi periculoſa, & ad ipſum ſpectabat (vt dicebant) in ſuo dominio reprimere tales abuſus & vitioſos exceſſus, ne conſentiendo iram dei prouocare videretur in ſeipſum, iuxta Gregorianam epiſtolam Theodorico & Theoberto Francorum regibus miſſam, in decretorum volumine inſertam. Fuitꝙ clare demonſtratum, ꝙ vltra præmiſſa & multa alia inconuenientia, per tales exactiones vacuabat regnũ & dominium ſuum, pecunijs & diuitijs, quæ ad nullam pietatem applicabantur, ſed poſtmodum malos & peſſimos pariebant exitus, & cauſabant effectus, quodꝙ Romani Pontifices pluries fuerant moniti & requiſiti, vt in his tam ſcandaloſis & cauſantibus animarum damnationem prouiderent, & Canonicum ordinem darent, quod facere neglexerunt. Certam igitur prouiſionem tunc ſuper his rationabiliter ædidit, quæ per quoſcunqꝫ regnicolas & in dominijs ſuis domiciliatos, ſub diuina & regia offenſa ſeruanda eſt, & quando deberentur, propter tale ſcandalum tollendæ ſunt. Tum quia nec dicta prouiſio totaliter ſuffecit, quin per practicam Romanæ Curiæ aliqua pecunijs interuenientibus in dominijs ſuis beneficia conferrentur, & reſultaret quod prius per ſolennes ſuos ambaſſiatores adiunctis nuntijs notabilibus pro parte prælatorum & cleri regni ſui, atque vniuerſitatis Parrhiſienſis deſtinatos ad Romanam vrbem, inter cætera domino Iohanni tunc in ſede Apoſtolica & Romana ſedenti proponi, eumꝙ requiri, exhortari, & moneri fecit, vt tales exactiones, per quas tales abuſus ſequebantur, & perditio animarum ſubmouere curaret, & prouidere non tardaret. Qui verbo reſpondit hoc ſibi placere, & totaliter ſubmouere velle: & ſuper hoc onerare legatum, quem deſtinaturus (vt dicebat) erat ad Franciam.

Et quia nulla prouiſio ſequuta eſt, licet iuſte potuiſſet, ac poſſet iuxta dicti Gregorij epiſtolam, & alias de iure per ſeipſum prouidere, magis mite in fauorem & honorem eccleſiæ volens in hoc ſe habere diſtulit, & ſuis ambaſſiatoribus & alijs prælatis atque clero regni ſui, & delphinatus deſtinatis ad præſens generale Concilium, iniunxit hanc prouiſionem, & remedia-

Iura Eccleſiæ acquiſita, non gladio, ſed humilitate

Iohãnes Papa reſpondit Legatis Franciæ ſe velle ſubmouere & auferre Annatas

remediationem prosequi: quàm multipliciter conantur quidam impedire, plus curantes D
de quęstu quàm animarum profectu. Tum quia multiplicatum est scandalum, & causa no-
ua adiuncta: ex eo quod dominus Iohannes olim Papa nouissime destitutus, testificatur &
se publice facit audiri: quod vnum millionem & septingenta milia florenorum auri habet
in diuersis locis reposita, & collegium dominorum Cardinalium ad medietatem summæ
tantundem pręsumitur habuisse: quorum forte maior pars de Gallijs processit. Quod prin-
cipes, clerus & populus attendentes, magis commouentur ad exquirẽdum remedium: cum
Magnum & obstupẽdum annatarũ gra uamen dictę pecunię nullum profectum fecerint: sed plures arces & ecclesias maculârunt, & cau-
sa destitutionis dicti Iohannis atq; magni scandali. Fuit ergo talis exactio causa tollendi, ne
similia futuris temporibus eueniant aut etiam contingant: & si prędicti locum non habuis-
sent vel habere possent, sicut tamen habent, adhuc dictæ annatæ & vacantiæ & huiusmodi
indebitæ exactiones sunt tollendę & totaliter submouendæ: quia dant causam proximam
simoniæ committendæ in Curia diuersimode, infamantq; Curiam Romanam, & infinito
rum malorum dant occasionem: & sunt & fuerunt causa, quod venderentur beneficia eccle
siastica, prælaturæ & dignitates: & mercarentur. Sicut factum fuisse reperitur cum domino
olim Iohanne Papa: quod quàmuis simoniacum non esset, sicut est, tamen turpissimum,
abominabile, scandalosum valde est. Tum quia sub prætextu & colore soluendi vacantias
secundum verum laborem & taxam antiquam prætensam, triplicatur & quadruplicatur iu
xta verbum quorundam dicentium: quod sicut offert iuxta taxam, ita potest offerre, &
dare totum valorem vnius vel plurium annorum: & per hoc promouentur ambitiosi, & E
male morigerati, illiterati, & quibus desunt aliæ virtutes: recurrunt ad pecunias: repel-
luntur literati viri virtuosi non habentes pecunias: & futurum est de proximo, quod si si-
cut factum est, ita continuaretur in promotionibus & beneficiorum distributionibus, stu-
dia efficerent deserta: nullusq; curaret scire vel etiam studere: & posset inde pati fides & re-
ligio Christiana propter defectum doctrinæ maximũ detrimentũ. Sũt etiam tollendæ &
remouẽdæ: quia iuxta taxã prælaturæ vacantis, cui cõmittitur inqsitio & processus, merca
tur & vult limitare salarium, quod asserit sibi debitum ab illo pro quo debet relationem fa
cere: & in securo vult habere antequàm referat: prout in hac venerabili natione Gallicana
per egregium dominum Paulum doctorem alterius nationis conquirendo fuit notabi-
liter propositum: & aliquantulum casus vnus aptus: videlicet, q̃ quia tunc erat conuentũ
cum Papa aliquem debere soluere tria milia: quia relationem facere pro vacãtia debebat:
volebat habere trecentos, quos oportebat detrahere de prædicta summa: eo quòd promo-
uendus nihil plus habebat: & tunc Papa de suo proprio soluit quinquaginta, &. C. procura
uit pars propria: & sic pro quolibet miliario habuit quinquaginta: si sit simoniacum iudi-
cent audientes. Idem facit notarius, qui scribit in processu: scutifer Papæ, & scutifer domi
ni Cardinalis referentis: qui de more mittuntur ad promotum, vt plurimum ad intimandũ
suam promotionem: qui sua salaria dicunt esse limitanda secundum quantitatem vacan-
tiarum, & idem trium portarum ostiarij, & quàmplures alij consimiles, qui non exprimun-
tur de præsenti. Tum quia promotus in Curia propter tales angarias cogitur esse passiue F
vsurarius: & intrare manus mercatorum: qui pro quingentis mutuatis volunt habere &
Interesse mercatorum recuperare mille cum suo interesse: quod clare expertum est: & adhuc cogitur fieri simonia,
propter huiusmodi maculatas exactiones: eo quod oportet secundum limitationem taxæ
pro iure sacræ vel benedictionis munere realiter pecunias soluere: quod abhorrendum
est. Tum quia etiam huiusmodi vacantiarum insurrexit quædam turpissima venalitas: eo
quod licet fuerit cõmissum pro aliquo notabili promouendo ad prælaturã vacantẽ, quan-
tumcunque notabilis & sufficiens fuerit: nihilominus pro omnibus alijs volentibus concur
rere similiter committetur: & quandoque eidem commissario, quandoque diuersis, & qui
melius soluere vacantias poterit, & se commissario gratum reddere, & apud campsores, qui
bus pecuniæ sunt numerandæ, de soluendo certos & cautos facere, ille sufficientior est,
& præfertur alijs secundum modum quandoque obseruatum. Et inde sequuta sunt scanda
la diuersa, vt taceamus illa. Rursusq; quia cum propter retinere solutionem vacantiarum,
& aliarum exactionum huiusmodi decimæ & subsidia charitatiua quandoque inducantur:
vęnũdatus est clerus, & libertas ecclesiastica sublata & totaliter remissa: & est data & con-
cessa Principibus & comitatibus participatio in huiusmodi exactionibus: ne contradice-
rent, & nullatenus clero assisterent: & vt ex eo per brachium seculare possent facere ex-
igi: & vltra illa tributa alia & exactiones aliquibus concessa sunt super clerum: ita quod
in plerisque dominijs facti sunt prælati, clerus, & quicunque religiosi deterioris conditi-
onis quàm laici: quod forte Papa facere non potuit, neque potest: cum sit in subuersionem
& turbationẽ vniuersalis status eccl'iastici, absoluere priuilegia & libertates eorũ, q̃ seruare ea
habent, vt in pace & quiete deo valeant famulari, & iram dei populo placare. Præmissis igi
tur omni-

A tur omnibus ſtantibus dicere eas debitas,& exigere poſſe(vt præfertur)& pertinaciter hoc tenere, eſſet forte hæreticum & periculoſum valde.

Ex ipſis igitur & quibuſdam alijs de præſenti non expreſſis, & ex cauſa & reſultantibus ex eis & parte eorum,quæ ſufficere ad hoc poterant & poſſunt, concluſit rationabiliter & de iure hæc venerabilis natio,& ſuppoſita eiuſdem matura deliberatiõe præhabita, dictas annatas ſiue vacantias,& quas appellant communia & minuta ſeruitia de præſenti,& de præterito, nec aliquo tempore,nec continuari,nec per modum tributi ſeu debiti imponi poſſe monaſterijs vel eccleſijs aut beneficijs ſeu perſonis eccleſiaſticis, non eſſe debitas: & quatenus de facto,prætextu eorum qui præterierunt nullus conaretur eas exigere vel leuare,totaliter eſſe tollendas,& reſiſtendum. Modo ad cauſas & rationes, quibus nititur iuſtificare & confirmare ſuam appellationem interpoſitam,præfatus de Scribanis,& qui ea compoſuerunt,& ſibi adhærentes,reſtat reſpondere. In primis enim dicit idem de Scribanis fuiſſe deliberatum in natione,procedendum eſſe in arduis per ſecretum ſcrutinium: & ita fuiſſe practicatum &c. Reſpondetur,quod in actibus particularibus,de quibus actum eſt, quod per ſecretum ſcrutinium fieret deliberatio,ita obſeruatum eſt. In alijs vero,in quibus ſpecialiter actum non eſt, nequaquàm: quia repugnant honeſtati Concilij, & plenariæ libertati. Et quando ita ordinatum fuiſſet,non eſſet ſubſtantiale formæ, nec Decretum irritans in contrarium. Et quia nationes ſingulæ deliberãt apud ſe,quæ videnť eis vtilia, vel neceſſaria, ſine alioꝝ conueniẽtia: ſicut factum fuit de procedendo in cauſis præcedentibus,& committẽ dis ſuperuenientibus in Curia ſede vacante,quod non eſt de iure: in quo deliberatum fuit, & etiam concluſum in quibuſdam nationibus,antequàm fuiſſet datum verbum in natione

B Gallicana: quę qdẽ natio cõſtringi non debet: nec plus ancillari cæteris nationibus: & vltra quãdoq; fuit actum, vt in actibus certis per ſecretum ſcrutiniũ deliberaret,in quo fuit ſolemniter & debite oppoſitũ: quare ſupfluo fundat ſe, & nulliter p̃fatus de Scribanis. Cũ dicit vltra in ordine idem de Scribanis,appellans,quod materiæ in nationibus deliberandę primo deferri debent ad deputatos quatuor nationum. Reſpondetur, ita factum fuiſſe, vt dictum eſt,& quando non eſſet factum,ſubſtantiale non eſt. Cum dicit idem,appellans eſſe Papæ ſubueniendum ab inferioribus eccleſijs,quas aſſerit deſcendiſſe à Roma &c. Reſpondetur, quod quilibet epiſcopatus debet certos ſuos habere redditus pro donatione & ſuſtentatione ſua ſiue epiſcopi,ſicut habet epiſcopus Romanus,quę ſuffecere & ſufficere poſſunt cum induſtria,& alia quæ extra ordinarie ſuperueniunt. Nam Apoſtolus ex induſtria quærebat ſibi victum,ne quibus miniſtrabat, eſſet nimium oneroſus: & ſi non ſufficiant redditus Epiſcopi Romani de præſenti,primo habet requirere ſubſidium à clero ſuæ ciuitatis & dioceſis,deinde ſuæ prouinciæ, & per modum ſubſidij charitatiui temporalis, & non perpetui cenſus, & poſtmodum ab alijs eccleſijs immediate ſubditis poteſt ſubſidium benigne implorare,quæ cauſa neceſſaria ſuppoſita expreſſaq; & vera honeſte non poſſunt denegare ad tempus. Nec tunc forte venit exactio ſubuentionis, reſpectu datæ temporalitatis pro fundatorum eccleſijs,vt certum onus ſupportetur,aut aliquid aliud fiat ſecundum eorum ordinationem,ne fruſtrentur ordinatione,& intentione eorum: ſed tantum reſpectu

C eorum: quæ proueniunt ratione ſpiritualitatis,& dotis conſtitutæ à iure, vt ſunt decimæ, oblationes,portio Canonica mortuariorum & ſimilia. Quod autem Eccleſiæ aliæ deſcenderint à Roma,præceſſit Eccleſia Græca, in qua primo ſedit Petrus Antiochiæ,& Iacobus Hieroſolymis,& fuerunt aliquæ quæ contendebant de pari,& quæ præceſſerunt, ab ea non videntur deſcendiſſe,veruntamen ab omnibus recognoſcitur, tanquàm ſuprema domina & magiſtra omnium propter virtutes & merita eorum qui præfuerunt in ea,cuius vltima non correſpondent primis. Subiunxit poſtmodum præfatus appellans, quod ſubueniendum eſt dominis Cardinalibus,qui coadiutores ſunt Papæ &c. ſicut dicit. Reſpondetur,quod domini Cardinales duplicem habẽt ſtatum primæuum: cuius retinent titulum & principales dignitates in collegiatis eccleſijs in Curia Romana obtinent, vel ſunt curati parrochialium eccleſiarum eiuſdem: & illo reſpectu dicuntur Cardinales,id eſt, Principales: quod non competit eis ſpecialiter: ſed multæ ſunt eccleſiæ ſicut Rauennaten. quæ obtinentes dignitates,in ea nominant Cardinales,& ita eſt in pluribus alijs eccleſijs, in diuerſis regnis,& prouincijs: & ex iſta præſentij inſtitutione eorundem primum officium fuit & eſt,& eſſe debet,confeſſiones audire, prædicare & etiam baptizare &c. quo ad presbyteros. Epiſcopi vero Cardinales hæc habent facere & exercere in ſuis diocœſibus: & iſti de ſuis titulis,& eorum emolumentis iſto reſpectu debent & tenentur contentari, ſicut alij de clero in ſingulis diocœſibus. Et ſi non valeant quantum valuerunt, limitent expenſas, vel petant ſibi prouideri debere,& per modum Canonicum.

Et ille ſtatus fuit in charitate fundatus,& valde humilis & benignus. Alium ſtatũ aſſumpſerunt: qñ Conſtãtinus imperium occidẽtale contulit eccleſię Romanę, quã voluit habere ſenatum &

Concluſio nationis Gallicanæ de non ſoluẽdis annatis

Epiſcopus Romanus, a quibus debeat q̃rere ſubſidiũ.

Eccleſia Græca, præceſſit Romanam

Cardinales ſunt in duplici ſtatu primæuo.

natum, & quod ſenatores veſtibus, honore & ornatu decorarentur. Qui ſtatum illum re- D
præſentarent. Et illũ tenent & repræſentant domini Cardinales (vt dicit Innocentius) quo
rum officium eſt principi conſulere. ſ. Papæ, ſicut conſulebant principi temporali. Sciens
Conſtãtinus eccleſiam non poſſe onera talis ſtatus ſufferre, nec expenſas ſuſtinere, & quod
ſtatum eorum propter hoc nollet admittere, niſi aliter prouideret, contulit & dedit eis pri
monium & temporalia pro ſtatu eorum. Quod poſtmodum augmentatum, & ſi illud oc-
Cardinales ſint contenti primo ſtatu
cupatum fuerit, culpa & negligẽtia eorꝝ factum ẽ: ſicut ſupra dictũ eſt. Ideo recuperent vel
ſint contenti eorum primo ſtatu, cum ſtatus eorum ſit nimium eccleſiæ oneroſus: & non
eſt neceſſarius, ſicut prætendunt multi, maxime cum tanto eccleſiæ onere. Quod enim do-
mini Cardinales ſunt Papæ Coadiutores, ſicut dicit qui appellat, nihil eſt, ſuper falſo ſe fun-
dat, quia Epiſcopi ſunt Papæ coadiutores, & ſupra Cardinales de iure. Cardinales vero
ſunt tantummodo Papæ conſultores. Et patet: quia dudum Cardinales qui bene ſeruie-
rant, in eorum remunerationem, & pro quiete ipſorum promouebantur ad Cathedrales
Eccleſias. Patet etiam quod maiores eſſe videant Cardinalibus: quia cum florebat tempo-
ralitas eis data, eccleſia & generale Concilium ſtatum eorum limitauit ad vigintiquinq; fa-
miliares tantum: epiſcoporum vero ad triginta, quos tamen contemnunt hodie: & per vio
lentiam eos & alios de clero opprimere conantur: atque volunt ſibi facere tributarios, &
eos faciunt vi familiariter ſeruire: nec pro quocunque prælato etiam prono adorante eos
in terra ponerent manum ad capellum, & ſalutarent eum. Quod nunquàm aliquis rex, aut
princeps fecit, neque hodie permitteret, cum immediate recipiant epiſcopi poteſtatem &
dignitatem à Chriſto: Domini vero Cardinales ab homine, quo ad ſtatum aſſumptum E
ſenatorum, dictum & futurum eſt, atque neceſſarium in ſtatu eorum prouidere, vt certus
conſtituatur numerus, ſtatusq; eorum limitetur: decernendo quod fierent tantummodo
temporales, ſicut aliqui dixerunt: & in quolibet generali Concilio qui bene ſe habuiſſent,
confirmarentur, qui vero male, eradicarentur, & domos ſuas remitterentur. Cum vlteri-
us ſubiungit, appellans q; Papa & Cardinales ſunt in poſſeſſione percipiendi à prælatis an
natas: præſertim in dominio regis Franciæ. Reſpondetur prout ſupra, & vltra, quod nul-
lus vnquàm componit titulus percipiendi, & ſi aliquando perceperunt, hoc fuit per modũ
permiſſiuæ facultatis & benignæ tolerantiæ, quæ ſecundum Innocentium, & quoſcunque
doctores poteſt reuocari quandocunque. Et eſt mirum literatos talia pro fundamento alle
gare, quod à cætero ſufferre non intendunt: qa quandocunque eſſet eis aliter ſubuenien-
dum, contribuendum, eſſet æqualiter per nationes & prouincias, & talis prouiſio annata-
rum nimium eſſet exceſſiua. Nam taxa vacantiarum ſecundum quod deſcriptum eſt in li-
Summa exactionis in Gallia,
bris cameræ Apoſtolicæ, de eccleſijs Cathedralibus & Abbatijs Galliarum taxatis, aſcendit
ad ſexcenta nonaginta ſeptem milia ſeptingenta quinquaginta Frãcorum, ſine prælaturis,
quas non taxant & alijs inferioribus dignitatibus & beneficijs, quę fere ad tantundem aſcen
dunt, quæ ſumma prima ſex annos (velut clare demonſtraretur) integraliter ſoluitur: & ſin
gulis annis diuiſa aſcenderet ad ducenta milia, prælaturis & alijs minoribus beneficijs in-
iunctis. Quod ſi in ſingulis nationibus tantundem reciperetur & haberetur, aſcenderet ſum
ma, & eſſet in vniuerſo ſex miliones nongenta ſeptuagintaſeptem milia, & quingenti flo-
reni: quod eſſet exceſſiuum valde, etiã quando non ſolueretur, niſi tota in decennio & vltra,
domini Cardinales moderni obtinerent in Gallijs ſex Cathedrales eccleſias, & alias dignita- F
tes, ac alia beneficia, de quo deberent contentari ſine tanto quæſtu vacantiarum, & recur-
rere ad alias nationes: tantundem eis facerent, quod eſſet rationabilius: quando omnes, Ita-
lica, Germanica, Hiſpanica, & Anglica nationes tantum facerent eis, eſſent ad minus trecen
ta & qnquaginta annis ſingulis. Detrahunt em̃ & obloquunt venerabili nationi Gallicanę,
Communia ſeruitia quatenus debeãtur Papæ
quæ ſola plus facit quàm totum reſiduum, & ſuſtinet pondus & æſtus diei. Quod autẽ com
munia ſeruitia, ſicut dixit, appellans, deberentur propter ſeruitium, quod communitati
& Reipublicæ impendit Papa & Cardinales &c. Reſpondetur, quod Papa adminiſtrãs iu-
ſtitiã & regnãs ad ædificationem eccleſiæ & ſalutem animarꝝ, & nõ propter ipſum ſeruit, q̃
plurimũ: & tali ſeruiendũ eſſet etiã realiter quo ad dños Cardinales: ſi nõ debeat eis niſi quia
ſeruiũt: q̃ plures ex eis de nihilo ſeruiũt, imò nocẽt & officiũt ſupſedẽdo ab exp̃ſſiõe cauſarꝝ,
Obiectio diluitur
quæ ſuo tpe locũ habere potuerũt. Quãdo vlterius ſubiungit, appellans, q; fine vacãtijs vi-
uere non p̃nt, attento q; patrimoniũ eccl'iæ ꝓpter ſchiſma & malũ regimẽ eccleſiæ Roma
næ & p̃fidẽtiũ in ea, ẽ occupatũ &c, allegat ſuã turpitudinẽ, & deuorãtibus ſubſtãtiã ſuã nõ
eſt dandus recurſus ad alienas: & qui præſederunt in Romana eccleſia, fuerunt Cardinales,
& de illo ſtatu aſſumpti: & eos qui pręfuerunt, elegerunt domini Cardinales etiam qui ſunt
moderni, & præſumuntur elegiſſe meliores: qui, vt confitetur appellans, & ſibi adhæren-
tes totum deſtruxerunt. Imputent ergo ſibi ipſis. Et cum vlterius appellãs dicit, quod ſi re-
mouerent vacantiæ, Cardinales Reip. ſeruiẽtes, non haberẽt vnde viuerẽt, & ſic eas nõ de-

bere

A bere ſoluere nimia leuitate fuit concluſum in natione Gallicana. Reſpondetur, ꝙ ex ſupradictis poteſt apparere, ſi nimia leuitate vel digeſta deliberatione proceſſit cõcluſio, & ſi nimia cupiditate conetur eam impedire. Procedendo vlterius dicit idem appellans, ꝙ procurantes fieri dictã concluſionem erant debitores cameræ apoſtolicæ. Reſpondetur, ꝙ ſi debitores reputet propter vacantias quas aſſerit debitas, patet per ſupradicta non eſſe debitores, nec etiam debitas, nec eſſe ſoluendum, ſi ex alia cauſa dicat eos debitores, iuſtificat actum. Quòd ſede apoſtolica vacante, ſicut dicit idem appellans, nihil ſit innouandũ, &c. Reſpondetur, quod nihil innouatur, ſed quod eſt vitioſum, ſcandaloſum ꝙ & indebitum, tale eſſe declaratur & declarari petitur. Quando vlterius progreditur idem appellãs, oſtendens, quod inconſultis aliis nationibus, ad concluſionem natio Gallicana proceſſit, &c. Reſpondetur, quod per medium deputatorum aliarum nationum, quæ omnes cõſenſerunt, quod de præterito tollendæ eſſent conſulte ſatis nationes, vident, & quod ſuper illis natio Gallicana deliberaret, omnes ſciuerunt nationes, & etiam domini Cardinales vltra deliberationem, motiua & concluſionem ſuam voluerunt communicare aliis nationibus ad effectum cõcurrentiæ & prouiſionis dandæ. Quod domini Cardinalrs per exquiſita media impediuerũt, & inter nationes nõ eſt, quæ tantum fuerit grauata ſicut Gallicana in iſtis exactionibus, & propterea magis ſolicita eſſe debet. Et cõſtat, quia in Anglia nihil percipit, niſi de epiſcopatibus (qui ſunt pauci) Camera vel domini Cardinales. Nec paterentur, ꝙ interea Cardinales obtinerent beneficia, & in certis regnis Hiſpaniarum ordinatum eſt, ꝙ Camera nihil totaliter recipiat. In Italia vero, beneficia, prælaturæ, & digni

B tates modici ſunt valoris, & cum hoc domini temporales & communitates prohibẽt, quãdo videtur eis atq; placet, ꝙ dicta Camera nihil recipiat, & nouiſſime communitas Florẽtina papæ Iohãni, qui tunc erat, & dominis Cardinalibus in eorum ciuitate exiſtentibus, propter vnicum abuſum quem papa commiſit in cõferendo vnam Abbatiam, ſitam in eorum dominio, priuauerũt papam poteſtate cõferendi beneficia in eorum dominio vſque ad quinq; annos, nec tunc appellauerũt, & tamen per hoc perdũt fructus Annatarum. In Alemania in certis diocœſibus, & prouincijs percipit aliquid, in aliis vero nihil, imõ nec ad mittuntur literæ apoſtolicæ, niſi quãtum placet epiſcopis, qui recuſant in denegãdo vidimus, & propterea Gallia, quia nimium grata fuit, & obediuit, nimium grauata eſt, & adhuc opprobrijs laceratur. Quãdo vero ſubiungit ſæpedictus appellans, quod minis & terroribus & certorum principũ voluntatibus allegatis fuerunt impediti volentes deliberare, &c. Reſpondetur, quod (ſicut dictum eſt) ad opprobria & iniurias prorupit appellans, ſibiq; adhærentes, & appellationis compoſitio ad intelligendum, & eſt falſum quod aſſerit, ſed domini Cardinales fuerũt illi qui incutiebãt terrores & inferebãt minas, atq; dicebant iniurias prælatis & aliis notabilibus viris nationis Gallicanæ, & eorum familiaribus cũ nimia auſteritate, vt libere nõ auderent quod cõſcientia dictaret ſuper illis exprimere, & aliquibus dixerunt, quod inquireretur contra eos ad finem deſtinationis eorum ſtatus. Aliis dixerunt iniurias, aliis vero ſpem dabant promotionis, & exaltationis ſtatus, de quo adhuc cõfidunt aliqui, & familiares ſuos venire faciebant ad nationem Gallicanam ad vociferãdum & clamãdum (ſicut de facto fecerũt) ad deliberationem impediendum, & vltra vidẽtes nõ poſſe impedire deliberationem quæ fiebat, ad inuicem cõ gregati omnes protho

C notarios, auditores palatij, ſcriptores, notarios, curſores, & quoſcũq; alios etiam mechanicos Romanam curiam ſequentes, cõuocauerunt, & ad ſe venire fecerũt, & cum gemitibus eis dixerunt, ꝙ natio Gallicana per ſe ſola præſumebat deſtruere velle ſtatum papæ & Cardinalium, prothonotariorũq;, Cameræ clericorum, Cameræ auditorum, plurium ſcriptorum, notariorum, aduocatorum, curſorũ, cæterorum quorumcũq; Romanã curiã ſequentium, & ipſam Romanã curiã incitarũt, loquẽdo, ꝙ oportebat ſe illis opponere, & ad contrariũ laborare, & cõcluſionem receptã de nõ ſoluendo vacãtias facere per media, vt non admittatur per alias nationes, & fuit dubiũ & etiã periculũ de magna cõmotione cõtra natos de Gallis. Nec talia attentauerũt, quãdo natio Anglicana & eorũ rex illuſtris interdixit tales exactiones nolle plus ſuſtinere in regno ſuo Angliæ, & videntes propter hoc nõ poſſe proficere, quia rationabile eſt quod petitur, & irrationabile quod impedire conantur, conuerterunt ſe ad appellationes, & vnam interpoſuerunt nominibus ſuis, & aliam interponi fecerunt, per dictum de Scribanis, aliam vero per magiſtrum Iohãnem Ponceti eorum promotorem & clericum. Per tales appellationes & oppoſitiones volẽtes impedire & illibertare dicentes vota ſua, & in prædicationibus publicis materiam procurauerunt ad intentum eorum, & per verba magiſtralia notauerũt nõ ſibi propitium eſſe, ꝙ bene fuit intentũ. Quare ꝙ imponit aliis, apud ſemetipſum & ſibi adherẽtes querat appellãs. Quãdo eñ ſubiunxit idẽ appellans, ꝙ ad dictam quæſtionem proceſſum eſt ſine prius procedẽdo dominis Cardinalibus, & in hoc natio Gallicana non ſufficienter conſulta fore tollendas

Gallicana natio olim maxime grauata ẽ Anglia.

Hiſpania

Italia.

Alemania.

Prædicatiões publicas torquerant ad ſuos affectus.

dictas Annatas & vacantias cõclusit,&c. Respondetur,quod quo ad ipsam nationem satis D
late & ample prouisum est dominis Cardinalibus de sexaginta ad septuaginta milia,vt su
Diluit obiecta. pra dictũ:& consultissime conclusit,& mirꝛ est quod tanto tempore tolerauit. Cum vlterius dicit idem appellans,quod de laudabili consuetudine protectio & tuitio Romanæ curiæ cameræ,sede apostolica vacante ad Cardinales spectat, qui non fuerũt requisiti in dicta conclusione,&c. Respondetur,quod bene facit allegare consuetudinem pro titulo putatiuo,quia de iure est eis interdictũ,ne de factis camerę in aliquo se intromittãt,sede apostolica vacante:& si qua sit consuetudo occulta & totaliter ignota,nec debuerũt vocari nec requiri. Conclusio est nationis quo ad nationẽ,quæ respectu aliarꝛ nationũ est cõsultiua,& quo ad totum Concilium est querelosa,quam Concilio intendũt insinuare,& apud ipsum prosequi,vt remedietur in eis,vt redeuntes ad propria suis principibus, prælatis & clero,q ibi remanent,& de cæteris de populo possint referre diligentiam quam fecerunt,ne videãtur consensum præbuisse,nec acquieuisse tolerationi abusiuæ in prædictarꝛ vacantiarum præstatione,vt si Concilium prouisionem non dederit,constet quod per eos non steterit. Progrediendo vlterius,dicit idem appellans,quod domini Cardinales sunt causa vnionis, &c. Respondetur quod vtinam ita esset,q̃d de præterito non fecerũt, nec vsq; nunc est factum:quid fiet,videbitur postea. Nec quo ad hoc etiã præsumit,quæ in facto consistunt etiam de præsenti. Cũ dicit vlterius ille idem apellans,quod remouere vacãtias est subuersio totius ordinis clericalis,&c. Respondetur,quod de inordinato & vitioso ordine vellet fa- E
cere ordinem ad ipsius commodũ,nec curaret de nutrimento peccati, nec de quocũq; scãdalo,dummodo affluat aurum & pecunia. Si debeat subuerti ordo clericalis propter tollere vacantias,potest videri ex præcedẽtibus. Vlterius præfatus de Scribanis dicit,quod attestari symoniam interuenire in solutione earum,est venire contra vota plurium Concilioꝝ, &c. Respondetur,q̃d nunquàm in aliquo generali Concilio fuit ordinatũ, quod qs posset
Nota recipere pecunias vt spiritualia aut beneficium conferat,vel aliquem eligat ad dignitates & prælaturas,sed bene iure diuino canonico & ciuili,& per generalia Concilia reperiuntur prohibita,quæ etiam damnant actum & consuetudinem. Quando vlterius progredit cõtra claram rei veritatem,& ipsius conscientiam,videlicet quod solutio istarum vacantiarꝛ est onus reale,nec in hoc versatur aliqua obligatio personalis, cum p illam maneat officiũ obligatum,& non psona. Respõdetur,quod mirabiliter iustificat actum existis appellationibus,sicut supra dictũ est: clarũ est,quod literæ promotionis haberi non possunt,donec obtulerit quod petitur ab eo,fc'q; monasterium,& ecclesiam obligauerit,nec alio exigitur modo,quin ista obligatio sit psonalis,aut iura omnia fallunt, aut est psonalis. Nec põt esse realis,quia per obligationẽ,quam fecit de monasterio,vel ecclesia, non est hypotheca: qa dominus non est,& quia non possidet tempore obligationis,& quia non vergit in vtilitatem ecclesiæ vel monasterij,& qa etiam turpi causa,& quia sine consensu cõuentus vel capituli,& qa tempore fundationis non fuit tale impositũ,nec post,p consensum illorum qui consentire habẽt & necessario. Aliter non potest esse reale,& quando esset hypotheca,adadhuc discuteretur primo psonã,quæ antea fuerat obligata. Quod mutata psona remane- F
at onus supra ecclesiam vel monasterium quod dimittit,non est verꝛ:nisi quantum p porrectionem dictarum literarꝛ eum obligare faciunt ad soluendum,in quo obligatus reperitur fuisse antecessor,& sic possunt exigere ab vtroq; totum debitum quando volunt. Et q̃ hoc sit verꝛ,patet p formam obligationis,quam seruant in talibus in camera apostolica etiam
Forma obligationis Archiepi,Episcopi,&c. domini Cardinales,quæ talis est Primo rubricat forma obligationis patriarchæ,Archiepiscopi,vel Episcopi,aut electi,quando in propria forma sequitur. Vos domine patriarcha,archiepiscope,episcope aut electe de licentia & authoritate apostolica vobis in hac pte concessa gratis & sponte offertis:dare promittitis & donatis pro vestro communi seruitio cameræ sanctissimi in Christo patris & domini,domini &c. Alexandri Papæ quinti,& sacro collegio reuerendissimorꝛ in Christo patrum dominorꝛ sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinaliũ videlicet,&c. floren. auri de camera boni & legitimi ponderis,& quinq; seruitia cõsueta pro familiaribus & officialibus dñi nostri Papæ,& dñorum Cardinalium prædictorꝛ. Itẽ recognoscitis eisdẽ, cameræ & collegio ac familiaribus & officialibus oẽs illas pecuniarꝛ quantitates,in qbus prædicta vestra ecclesia in libris ipsorꝛ cameræ & collegij per aliquorꝛ prædecessorꝛ vestrorꝛ psonas obligata est. Quos quidem florenos cum quinq; seruitijs & recognitis supradictis,promittitis reddere & soluere realiter cũ effectu in Romana curia,vbicũq; fuerit,videlicet reuerẽdissimis in Christo patribus & dñis, dominis miseratione diuina Henrico epõ Sabineñ.& Amedeo sanctæ Mariæ nouæ diacon. Neopolitañ.& de salutis vulgariter nũcupatis,sanctę Romñ.ecclesiæ Cardinalibus,& Frãcisco miseratiõe eadẽ archiepõ Narboñ.dñi nostri Papæ & sacri collegij Cardinalium camerario,vel eorꝛ successoribus vel deputatis ab eis,medietatẽ,s.in festo,&c.& aliam me-

dietatem

A dietatem in festo,&c. recognita vero in alio simili festo,&c. Quod si debita loco & ter minis, dictã floren. summã & quinq; seruitia cõsueta,& recognita supradicta nõ soluatis, vt est dictũ, promittatis redire ad Romanã curam infra quatuor menses, post elapsos ter minos huiusmodi vel alterũ eorundem immediate sequentẽ,& coram dictis dñis camera riis, seu eorũ successoribus aut deputatis ab eis, personaliter comparere,& inde non recede re, donec per vos fuerit de prædictis integraliter satisfactum, super hoc obligatis vos vel ecclesiam vestrã,& successores vestros, ac omnia bona ecclesiæ vestræ mobilia & immo bilia, præsentia & futura, vbicunq; sint & cõsistant. Et vt sitis vinculo fortioris obligatio nis astricti, submittitis vos, cp successores vestros iurisdictioni & coertioni dictorũ domi norũ camerariorũ,& cuiuslibet eorũ insolidũ, ac etiam successorũ suorũ & deputandorũ ab eis,& de voluntate vestra qui hoc vultis,& petitis,& hanc iurisdictionẽ in eos porrigitis, præfati domini camerarij,& quilibet eorũ eandẽ iurisdictionẽ in se suscipientes,& suscipi ens in loco mandatũ faciunt & præceptũ, vt de re confessata de soluendo dictam florenorũ summam,& quinq; seruitia ac recognita supradicta, de reueniẽdo ad Romanã curiam,& de non recedendo ab ea absq; satisfactione,& cp omnia alia & singula supradicta efficaci ter compleatis & attendatis, cp si non feceritis suspensionem, alias ad ministrationẽ spiri tualium & tẽporalium dictæ ecclesiæ,& ab exequutione pontificalium & maioris excom municationis sentẽtias ex nunc prout extunc, in vos canonica monitione p̃missa proferũt in his scriptis, cõmunicantes nihilominus dicti camerarij,& quilibet eorũ, se contra vos di ctum dominũ patriarcham, archiepiscopũ, episcopũ vel electũ, processuros & processurũ,
B absq; alia vocatione ceu monitione, ac grauiores pœnas & sentẽtias spirituales & tempora les & aggrauationes earũ, prout eis ceu eorũ alteri placuerit, seu visum fuerit expedire,& cp vos denuntiabunt & denuntiari facient per se vel per alium seu alios excommunicatũ, sus pensum, periurũ,& aliis pœnis & sententijs astrictum, quas propter hoc in vos duxerint proferendas. Et vos domine patriarcha, archiepiscope, episcope vel electe renuntiatis su per his omnibus literis, priuilegijs, indulgentijs apostolicis impetratis, vel impetrandis, cõ cessis, vel concedendis quibuscunq;,& beneficio appellationis & restitutionis in integrũ, ac omni foro, vsui, præscriptioni & iuri reuocandi donum,& omni auxilio iuris canonici & ciuilis, per quod contra præmissa de iure vel de facto venire possetis, vel aliquod præ missorum. Et omnia præmissa iuratis ad sancta dei Euangelia tenere, seruare, approbare, & in contrarium non venire directe vel indirecte per vos vel alium vel alios. Si vero ante satisfactionem huiusmodi vos contingat mori, cedere vel transferri,& ille vel illi, qui ad re gimen ipsius ecclesiæ vobis substitutus vel substituti fuerint, infra quatuor mẽses post sub stitutionem & dictæ ecclesiæ possessionem adeptam, de floren.& seruitijs & recognitis sa tisfacere nõ curauerit seu curauerint, exnũc prout extũc easdẽ pœnas & sentẽtias in eosdẽ substitutos,& eorũ quemlibet infligũt,& proferũt in his scriptis, prout dictum est & nar ratum authoritate dictorum dominorum meorum Cardinalium,& nostra proferimus in his scriptis,& vos dominum patriarcham, archiepiscopũ, episcopũ vel electum, volen tem, petentẽ & requirentem ad p̃dicta recitata, condemnamus,& nihilominus monemus vos semel, secundo, tertio & peremptorie ac sub excõmunicationis pœna, vt prędicta ad impleatis, attendatis & obseruetis, alioquin excommunicationis sententiam in vos profe rimus in his scriptis. Et vos domine patriarcha, archiepiscope, episcope, vel electe, vultis
C cp per nos clericos vel notarios cameræ, qui fuimus hic præsentes de præmissis omnibus & singulis, fiant vnum vel plura publica instrumenta.

Iurãt ad sancta dei Euangelia.

SIMILES FORMAE PRO EISDEM, QVANdo fit per procuratores,& ibidem pro abbatibus.



T sic per tenorem dictæ obligationis constat, cp nõ est reale, sed violentũ personale, sicut supra dictũ est, eo cp per literarũ retentionem ad hoc cõpelluntur. Et licet cõposuerint formam aptio ri modo quo potuerunt ad iustificandũ & colorandũ factũ suũ, veruntamen reprobanda est & vitiosa valde,& propterea super his obligationibus nunq; voluerunt grossare instrumentũ, nec co piam obligationis dare. Peccant in quinq; vel quatuor substan tialibus secundum formam iuris, quod per quemlibet intelligen tem potest clare intueri, nec etiam Cardinales aut eorum præ tensus camerarius vnquam habuerunt iurisdictionem, nec ha bent potestatem ad hoc, quam prętendunt. Cum dicit vlterius idem de Scribanis appellãs,

quod attẽtis cõuentionibus per regem Romanoꝝ & Petrũ de Luna factis, videlicet nihil D
debet innouari, cũ per hoc posset impediri vnio ecclesiæ, cũ sit in vilipendiũ totius Chriã
nitatis remouere vacãtias, &c. Respondetur, q̃d remouere causam q̃ præstat & occasionẽ
dat peccati, & dãnationis animaꝝ, per quã etiã parãtur scandala & fiunt, per quã destru-
untur ecclesiæ, & vniuersaliter psonæ ecclesiasticæ opprimũtur, & stãt in errore, intẽtioq̃
fundatoꝝ ecclesiaꝝ, & beneficioꝝ fraudatur, & per quã opera pietatis impediuntur, & iu-
stitia læditur: est adornare Christianitatem, & eam in deuotione confouere. Nec per hoc
fit innouatio vel immutatio contra promissum vel conuentum, & quando hæc facta non
essent aut fierent, Romanoꝝ rex illustrissimus, & oẽs alij reges, & quicũq; Christiani, habe
rent increpare totũ generale Conciliũ, quod mora in hmõi data fuisset, & vltra q̃d citius
venient qui obediunt Petro de Luna, de quo modica spes q̃d volũtarie aliquid boni faci-
at, & facilius propter hoc inclinabũtur ad recedendũ ab eius obedientia. Subiungit quod
ex illis appellabat ad sedem apostolicã, & summum pontificem futuꝝ, & apostolos petit,
&c. omittẽs Concilium generale fraudulenter. Non dubiũ, quod deberet esse iudex com-
petens in causa huiusmodi, & q̃d sedet de præsenti, & ad eum potest haberi recursus facili-
ter, & appellãdo ad Papam tãtum facit causa diffugiꝝ: nec Papa videret iudex competẽs,
eo quod sit pars formata, & eius camera apostolica, & Concilio Cardinaliũ in hoc vte-
retur, qui affectum quem habent ostendũt. Ideo ex præmissis & resultãtibus ex eis tam cõ-
iunctim quàm diuisim, appellationem dicti de Scribanis, neq; aliã interpositã nomine di
ctorum dominoꝝ Cardinaliũ & eoꝝ collegiꝝ, nec aliã interpositã per magistrum Iohan-
nem Ponceti, ceu quoscũq; alios in materia hmõi, & ipsius occasione: hæc venerabilis na
tio Gallicana propter hoc solẽniter cõgregata matura deliberatione habita, nõ ducit ad-
mittendum, nec eos admittit appellãtes, nec eorum friuolis appellationibus, vel alteri eaꝝ E
esse deferendum, neq; defert. Parata eadem venerabilis natio & se offerens, velle respondere plenius ac singulariter singulis causis, ex quibus causantur & iustificare nitũtur dicti domini Cardinales & dictus Ponceti, appellans per eos, suis nominibus interpositis, quaꝝ copiam etiam facta debita diligentia habere nõ potuit: quãdocunq; dabitur ei vel habere poterit. Protestando etiam de specificatione quorundam aliorum hic non expressorum. Hanc responsionem eisdem de Scribanis, procuratoriq; collegiꝝ dominoꝝ Cardinalium, & ipsis dominis Cardinalibus ac præfato pontifici singulariter singulis, ac quibuscũq; suis adhærẽtibus, & adhærere eis volentibus coniunctim & diuisim pro apostolis ad quos teneri posset, dans & eis faciens & præsidens eiusdẽ nationis, de consensu & mãdato totius nationis. Protestans eadem venerabilis natio, & præsidens ac singula suppositia eius, maxime & specialiter destinati, pro parte prælatoꝝ atq; cleri Galliaꝝ, ad hoc generale Concilium de prosequendo eoꝝ receptam conclusionem apud præsens generale Concilium, & vbicũq; de iure debite poterit & licebit, & de eadem referendo, intimãdoq;, & scribẽdo sereniss̃imo principi Francoꝝ regi, & Germano suo regi Ceciliæ Ludouico nominato, illustri duci Acquitaniæ, primogenito regis Francoꝝ illustriss̃imo, cæterisq; ducibus & F
comitibus & baronibus Galliarum, prælatis ac illis de clero qui in partibus remãserunt no
bilibus, & illis de populo omnium Galliarum ad ipsorum excusationem & exonerationẽ,
& ad debitam prouisionem consequendam, &c.

FINIS.

¶CONSTITVTIO SACRI BASILIEN. CONCILII super Annatis, in sessione vigesimaprima.



Acrosancta generalis synodus Basilieñ. in spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiã repr̃sentãs. Ad perpetuam rei memoriã in nomine spiritus paracleti statuit hæc sancta synodus, q̃d tã in curia Ro. q̃ alibi, pro seu in cõfirmatiõe electionum, admissione postulationũ, p̃sentationũ prouisione, collatiõe, dispositione, electione, postulatiõe, præsentatiõe, etiã à laicis faciẽda: institutione, installatione, & inuestitura de ecclesiis etiam cathedralibus & metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisq; ecclesiasticis quibuscũq;, necnon ordinibus sacra & benedictiõe ac pallio: de cętero nihil penitus ante vel post exigatur ratione literarum, bullæ, sigilli, Annatarum, communium & minutorum seruitioꝝ, primorum fructuum, deportatuum, aut sub quocũq; alio titulo, colore vel nomine: prætextu cuiuscũq; consuetudinis, priuilegiꝝ vel statuti, aut alia quauis causa vel occasione directe vel

A cte vel indirecte, ſolum ſcriptoribus, abbreuiatoribus ſcꝫ, & regiſtratoribus literarum ſeu minutarum pro ipſoꝝ labore competenti ſalario perſoluendo. Huic autẽ ſacro canoni ſi quis exigẽdo, dando, vel promittendo contraire p̃ſumpſerit, pœnam incurrat aduerſus ſymoniacos inflictam, ac in ipſis dignitatibus, & beneficijs taliter obtentis, nullũ ius aut titulum acquirat, obligationes quoꝫ, promiſſiones, cenſuræ ac mãdata, & quicquid in præiudicium Decreti huius ſaluberrimi fieri cõtinget, nullas obtinere vires atq; irrita cenſeant. Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex, qui præ cæteris vniuerſalium Cõciliorum exequi & cuſtodire canones debet, aduerſus hanc ſanctionem aliquid faciendo, eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur. Cæteri vero pro modo culpæ iuxta canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores digna vltione puniantur.

Romanus põtifex præ cæteris cuſtodiat canones.

FINIS.

ARRESTVM CVRIAE PARLAMENTI

Parrhiſien. ſuper Annatis non ſoluendis.

B 

Arolus dei gratia Francorum rex, vniuerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem. Notũ facimus, ꝙ cum nuper pro parte quàmplurimorum numero grandi regni noſtri prælatorum, Parrhiſius tunc exiſtẽtium, necnõ filiæ noſtræ dilectæ vniuerſitatis ſtudij Parrhiſienſis nobis querulose fuiſſet expoſitum, ꝙ eccleſiæ noſtrorum prædicti regni & Delphinatus Vienneñ. pro magnitudine grauium exactionũ & onerũ eiſdem eccleſijs tam per Benedictũ Papam. XIII. q̃ ſuos anteceſſores cõtra cõmunis diſpoſitionem iuris impoſitaꝝ, oppreſſæ atq; intantum grauatę hactenus fuerãt & erãt, ꝙ eædem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant, & in deſolationem vndequaq; vergebãt, niſi per nos de remedio ſubleuarentur. Finantiæ etiam ſuper ijſdem eccleſijs exactæ de eodem regno noſtro in magnum & irreparabile reipub. regni eiuſdem noſtri præiudicium exportabãtur à nobis, quibus eccleſiam, præſertim ſupradictoꝝ regni & Delphinatus noſtroꝝ ab omni oppreſſione præſeruare incumbebat, & vnde ſpecialiter aſtricti & obligati deo creatori noſtro rationem eramus reddituri, humiliter ſupplicando, quatenus eccleſijs memoratis ſuper præmiſſis exactionibus & grauaminibus eas ceſſare faciendo prouidere dignaremur, vt miniſtri & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ diuinis inſiſtentes & famulantes, viuere, eccleſias ſibi commiſſas regere, earum ædificia in bono & decenti ſtatu tenere, alioſq; actus, ſuam profeſſionem, & ſundatorum ſuorum diſpoſitionem concernentes, exercere valerent. Et ob hoc nonnulli & plures de noſtro magno conſilio ad videndum & deliberandum ſuper his, & alijs eccleſiam prædictam tangentibus quid rationabiliter fieri poſſet & deberet, dudum commiſſi ac de-

C putati, aliqua nobis ſuper dictis exactionibus referẽda vidiſſent & aduiſaſſent, ſeu deliberaſſent, quia tamen prælatis & filiæ noſtræ præfatis videbatur dictam deliberationem largius declarandam fore, ijdem prælati & filia noſtra aliquas declarationes, & additiones cũ deliberatione, & aduiſamento ſupradictorum noſtrorum conſiliarioꝝ feciſſent, easq; noſtræ Parlamenti curiæ, cum nominibus dictorum noſtrorum conſiliariorum, qui dictæ deliberationi præſentes adfuerant, in quadam ſchedula ſub noſtro contraſigillo miſiſſemus, & per literas noſtras patentes eidem curiæ noſtræ mandaſſemus, & eidem poteſtatem & authoritatem impartiendo, expreſſe iniunxiſſemus, quatenus ad eandem curiam aduocatis & accerſitis de noſtro p̃dicto magno cõſilio, & requeſtis noſtri hoſpitij tot & talibus, prout eidem curię noſtrę bonum videretur, ipſa curia noſtra, eccleſię p̃dictorum regni & Delphinatus noſtroꝝ ſuper contentis in dicta ſchedula prouideret, ſecundũ quod nobis eſſe faciendum cõſuleret, prout hęc & alia latius & luculentius ex ipſaꝝ noſtraꝝ ſerie ac tenore literaꝝ liquebãt. Cõſtitutis propter hoc in eadẽ noſtra curia procuratoribus, noſtro generali, necnõ chariſſimi patrui noſtri Ducis Eituriceñ. & ipſa filia noſtra vniuerſitate Partiſienſi pro parte eiuſdem filię noſtrę ſub his verbis apoſtolicis. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, propoſitum fuit quod ſacroſancta mater noſtra eccleſia entium ad inſtar naturalium & politicarũ, macrocoſmi videlicet, & microcoſmi, qui ſunt maior & minor mundus in pondere, numero & menſura à ſummo creatore (philoſophis atteſtantibus) cõditore dirigi debeat atq; regi in ordine, quoꝝ elementis quatuor primam diſtribuerat materiam idẽ creator omnium in ſuam grandẽ naturę portionem, eoꝝ

Sententia ſeu opinio Vniuerſitatis Parriſienſis ſuper Annatis.

cuilibet totaliter conferendo quãtum alteri,& ijsdem ex se inuicem vicissitudinem sui ali- D
menti & sustentamenti referendo tadeo vt quod vnum ipsorum sub æquinoctiali vel po-
lo per alterius conuersionem deperdidisset,de alio recipere & sibi restaurare ipsius naturæ,
munere & instinctu,& increatæ sapientiæ prouidẽtia dignosceretur. Sic regalis, sic aristo-
cratiæ & timocratiæ politiarum,nullius quarum rectorem nutrimentũ seu ipsorum maio-
rem partẽ omnium subiectorꝫ aut inferiorꝫ absorbere vllus vnquam sufficeret, quemadmo
dum in microcosmo,si ad excessum alterꝫ membrorꝫ alimoniam cęteris egentibus sume-
ret,vnde corpus ipsum in languorem,& exinanitionem vergere contingeret,medio quo-
dam substractiuo sed restrictiuo huiusmodi superabundãti membro esset occurrendũ.Sed
Benedictus supradictus neqꝫ modum,neqꝫ pondus,neqꝫ mensuram, in ecclesia & ecclesiæ
subiectis obseruare consueuerat, quin magis ipsos iugis & seruitutibus importabilibus, à
nonnullis defunctorꝫ successoribus spolia auferendo,ab alijs prælaturarꝫ & beneficiorꝫ ec-
clesiasticorum vacãtias extorquendo,à quibusdã exigendo arreragia tãquam debita præ-
teritorꝫ & incognitorum temporum à beneficiatis,suorum quæ de nouo obtinebãt bene-
ficiorum:primam expetendo & percipiendo Annatam ab his,qui tempore subtractionis
obedientiæ dudum sibi per nos & clerum regni & Delphinatus nostrorꝫ prędictorꝫ factę
ad prælaturas seu dignitates,aut alia ecclesiastica beneficia promoti fuerãt fructus (quos di
ctæ subtractionis tempore male perceptos fuisse dicebat)recipere enitẽdo, & procuratio-
nes capiendo,prælatis archidiaconis & alijs ordinarijs pro visitatione debitas, alijsqꝫ exa- E
ctionibus ac extorsionibus indebitis adegerat,affecerat,& cõtorserat,adigebat, afficiebat,
& contorquebat: contra iura nõ tam Christicolarꝫ quàm ethnicorum quorumcũqꝫ,apud
quos & ab omni tempore clerum,ab omni munere & seruitute fuisse liberum compertum
erat. Eos enim non ancillæ filios sed liberę qua libertate:Christus eos liberauerat(teste a-
postolo)ipsosqꝫ sub his adhortãte verbis:state & nolite iterum iugo seruitutis contineri.
Nam(vt eadem nostra filia dicebat)in politia seculari quis principem tam à nobili q̃ igno
bili Annatas primas omnium hæreditariorum,in aliquem quoquo titulo translatorꝫ,excĩ
pere & extorquere satagentem,non tyrãnum aut suæ politiæ euersorem censeret,& talem
rectorem sustinere valeret? Quãto minus erat idem Benedictus,qui minister,& non do-
minus ecclesiæ ab euãgelica veritate asserebatur,primarum Annatarꝫ fructus sibi tyrãnice
approprians beneficiorum tolerãdus? Illud paruipendens Samuelis, in regum libro popu
lum alloquentis,& dicentis: Loquimini de me coram domino,& coram Christo eius,vtrũ
Laus Samue lis. bouem alicuius tulerim vel asinum,si quempiam calumniatus sim,si oppressi aliquem,si de
manu cuiusquam munus accepi & restituam vobis. Ac dixerunt: Non es calumniatus neqꝫ
oppressisti nos,neqꝫ tulisti de manu alicuius quippiam. Exẽplo tamen cuius instrui,& ter-
minis rationabilibus contentari,non exactioni,& concussioni pecuniarum tyrannicis in-
hiare debebat:euangelio exhortante,neminem concutere, neqꝫ calumniam facere,& cõ-
tentum esse debere ſtipendijs,ipsius apostoli exemplo, in apostolorum actibus dicentis, F
argentum & aurum nullius concupiui,sicut ipsi scitis,quoniam ad ea quæ mihi opus erant,
& his qui mecum sunt ministrauerũt manus istæ. Ego(inquit apostolus) scio quoniã post
discessum meum intrabunt ad vos lupi rapaces,non parcentes gregi. Quam rapacitatem
spiritu prophetico clare proponebat prænuntiasse ipsa filia nostra prophetã Ezechielem
suis sub his verbis. Facti sunt greges mei in rapinã,& oues meæ in deuorationem,eo quod
non erat pastor. Neqꝫ enim quæsierũt pastores gregem meũ,sed pascebãt pastores semet-
ipsos,& greges meos non pascebãt. Propterea(inquit dominus)cessare eos faciam,vt vltra
non pascãt gregem meum,& liberabo gregem meũ ab ore eorꝫ,& non erit eis vltra in es-
cam. Ex qua clarum est prophetia domino Benedicto supradicto, qui tãtã confusione &
inordinatione cupiditatis debacchabatur, subtractionẽ nedum finantiarum supradictarꝫ
sibi fieri debere,sed plenariam,quamuis aliàs & dudum sibi factã & iure & facto durare ac
tenere cẽseret, & in eadem se permanere profitebatur eadem filia nostra. Ex eo præsertim
quod restitutionem obedientiæ per nos eidem Benedicto factã nullam esse,quæ sub condi
tione non impleta & sub causa cuius nullus sequebatur effectus factam,prout per schedulas
quasdam in ipsa restitutione cõtentas apparere dicebat. Ecclesiæ etiã regni ac Delphina-
tus nostrorꝫ prædictorum authoritate dictam restitutionem minime factã, & per conse-
quens ipsam subtractionẽ durare,seu ipsam aut saltem dictarꝫ pecuniarꝫ & finantiarꝫ eidẽ
Benedicto fieri debere,cũ idem Benedictus ad destruendũ ecclesiasticã potestatẽ nõ homi
nis(apostolo teste)cõtra sanctæ synodi authoritatem diffinientis,nullũ episcopũ expete-
re debere aurum & argentum à parẽtibus vel clericis,vel monachis q sub eo sunt, & Gre
gorij,Bernardi,& aliorꝫ sanctorꝫ doctorꝫ,immo euãgelij authoritatẽ,dictas finantias in ec
clesiæ prædictæ subuersionem & exitium extorqueret. Eãdem autem subtractionem per
eandem nostrã curiã,& prælatorꝫ,& dictæ filiæ nostræ Concilio faciendã esse dicebat ea-
dem filia

A dem filia nostra exẽplo regis Ioas, qui Cõcilio Ioiadæ sacerdotis pecuniis ad tẽpli reparationem destinatis, qbus sacerdotes sui tẽporis abutebãtur manũ apposuerat, & eaꝝ partẽ ad necessitatẽ diuinis famulãtiũ, partẽ ad mercedẽ latomoꝝ, & partẽ in architectoꝝ salariũ partiebaꝫ. Vnde dictũ in ipsius laudẽ prodierat, q̃ rex Ioas rectũ fecerat, corã dño cũctis diebꝰ, qbus eũ docuerat Ioiada sacerdos. Per quẽ eadẽ filia nr̃a summos doctores intelligi dicebat, & q̃ eiusdẽ ecclesiæ oppressioni prouidere nobis aut eidem curiæ nostræ incumberet, & authoritate, & naturali rõne, & proprij iurisiurãdi debito, & antecessoꝝ nostroꝝ exẽplo apparere eadẽ filia nostra ostẽdebat. Ambrosii in lib. de patriarchis necessitatem defensionis ecclesiaꝝ Regi ptinere asserentis. Recto præterea rõnis dictamine, quo gẽtes etiã quæ legẽ nõ habẽt, eidẽ Benedicto dictaꝝ finantiaꝝ exactionẽ esse subtrahendam diffinirent, ad q̃d proprij vinculũ iuramẽti nostræ coronationis, in qua vnicuiq; de prælatis & ecclesiis sibi cõmiss̃s canonicũ priuilegiũ & iustitiam seruare, & defensionẽ pro posse contra oppressores adhibere promiseramus, nos adigebat ac specialiter astringebat. In exẽplum erãt rex Ioas p̃dictus, prædecessoresq; nostri tpibus Bonifacij Clemẽtis, Gregorij, & alioꝝ quondã summoꝝ pontificũ. Per hmõi eñ iniustas exactiones piæ fundatorum beneficioꝝ fraudabãtur intẽtiones, & à sua salute & gloria defunctoꝝ animæ morabãtur captiuæ. Quod si eoꝝ hostes & veritatis suppressores, hanc psequutionẽ & inobedientiã esse p̃tenderẽt, cum deo magis q̃ hominibus esset obediendũ, hæc hominũ vanilo
B quia (Papa Pelagio asserente) nos nequaquam retardare deberent. Errant (inquit) huiusmodi rumoris fabulatores. Nõ persequitur qui malũ iam factũ punit, aut prohibet ne fiat, sed diligit. Ex qbus cõformiter ad sui thematis verba, eadẽ filia nostra requirẽdo cõcludebat, quatenus subtractio fieret eidẽ Benedicto obedientiæ, aut saltem dictaꝝ finantiaꝝ & pecuniaꝝ exactionis, quod̃q; pecuniæ in manibus collectoꝝ aut subcollectoꝝ existentes, in nostra arrestẽtur manu, & his qbus eidẽ Benedicto aliquid occasione prædictoꝝ debere imponebaꝫ, ne soluerent inhiberetur procuratoribus generali nostro, ac dicti nostri patrui sub excusatiõe protestãtibus, se nõ affectionis inordinatæ libidine aliq̃d dicere velle & se si notæ aut reprehẽsionis dignũ aliq̃d dicerẽt, debitæ correctioni submittẽtes, ac vlterius proponẽtes, q̃d ecclesiæ fuerant & erãt per principes temporales fundatæ ac dotatæ, quaꝝ dos seu patrimoniũ authoritate capi nequibat aut debebat. Licet eñ Constantinus ecclesiæ Romanæ sedis præeminẽtiam, quam sibi dari Cõstãtinopolitana, Alexandrina q̃; & aliæ nõnullæ ecclesiæ contẽdebãt, tribuisset, ratioq̃; suaderet, & vellet vt prælati q̃ fidẽ publicarẽt, diuinis insisterẽt, ecclesiastica frequentarẽt officia, & sacramẽta ministrarent, necessaria referrẽt sui status & vitæ, nõ tamẽ ipsi exactiones imponerent nulla præsertim vrgẽte necessitate. Nam archiepiscopos (quo nomine Romanæ vrbis episcopũ scriptura nũcupat) sup̃ suis Suffraganeis seu eoꝝ subiectis exactiones imponere iura vetabãt. Quod si ecclesia Romana cæteraꝝ caput, & principalis existẽs, vt sunt seculi varietates & vicissitudines tempoꝝ, & mentium & animoꝝ malitia, in aut à suo (quod maius & auctius regno nostro possidebat) patrimonio, sorte aliqua disturbabatur, quo minus ipso libere vte-
C retur, cæteras monere debebat ecclesias, excitare, adhortari, & requirere de subsidio charitatiuo, quod eidem ecclesiæ Romanę annui posset ac deberet, cũ tamẽ Cõcilio, moderamine, & iusta causa, absq; præiudicio culpa nõ præcedẽte, durãte necessitate, ac de cõsensu & benignitate principũ, patronoꝝ, & aliorum prælatoꝝ, & non cum grauamine assiduo & indistincto cęteraꝝ ecclesiaꝝ, q̃s vtiq; & præsertim hoꝝ nostroꝝ regni & Delphinatus supradictus Benedictus passim, & pharisæoꝝ more q decimas indifferẽter de plãtulis, herbis, baccis, & oñis generis fructibus extorquebant, cũ graui cõpulsione, subsidijs & exactionibus insolitis, & contra libertates ecclesiæ exagitabat & premebat, quibus cum secularis iustitia ecclesiasticæ subsidio & iuuamini semp fuisset (alteꝝ enim alterius semp egebat auxilio) necessitas occurs̃andum impellebat, suadebat æquitas, exigebat ratio, ac totius clamor populi incutiebat. Interesseq; præterea nostrũ, huic ruinæ impendẽs nos stimulabat, ne venerabiliũ huius nostri regni ecclesiaꝝ, tanto charitatis ardore extructaꝝ, & quarum fundatores & auctores dicebamur, tã misera, tam flebilis, & tam neglecta surriperet destructio, exemplisq; instrueremur egregijs Theodosii, Honorij, Constantini, Caroli magni aliorũq; anteceſſorum, q corruptelis cõtra ecclesiã ipsam quãdoq; attẽtatis solerter obuiauerãt, ac succurrerãt liberaliter. Subsidiũ aũt q̃ ecclesiæ eidẽ cõferre poteramus & debebamus, erat eidẽ Benedicto in huiusmodi abusionibus nõ obedire, obedientiãq; subtrahere. In quo nullatenus iuxta beati Thomæ de Aquino, & alioꝝ ecclesiæ doctoꝝ autenticoꝝ doctrinam peccabamus. Ex quibus aliis pluribus astructis rationibus concludebant & requirebant, quatenus eadem curia nostra iuxta nostras mandatorias literas inhibẽdo dicti Benedicti officiarijs, ne quas ratione præmissoꝝ exigerẽt in dictis regno & Delphinatu nr̃is pecunias, ac exactas & penes eosdẽ officiarios existẽtes arrestari

vſque ad Prælatorum congregationem faciendam prouideret. Pro parte Benedicti & ſuæ D
cameræ officiariorum ab aduerſo extitit requirẽdo propoſitum: quod cum materia præ-
agitata grandis & alta iura ſedis Romanæ (cuius erat ipſe Benedictus caput) ſuam q̃z came-
ram & antiqua deueria ſua ac Cardinales concerneret, & tangeret: ĩdem q̃z Benedictus &
Cardinales nullo in eadem noſtra Curia procuratore fulcirentur, quo cauſa pr̃ſens dedu-
ci, foueri poſſet, aut defenſari, & prælati noſtri regni ad proximum omnium ſanctorum fe-
ſtum congregandi dicerentur: in cuius temporis interſtitio nullum vertebatur periculum:
eadem noſtra Curia ſuperſedere vellet prout tenebatur. Præfata filia noſtra in contrarium
proponente, ac dicente: quod radix pro parte ipſius Benedicti propoſitorum inualida cen-
ſeri debebat: eo quod eadem filia noſtra proceſſum ſubire ordinarium non intendebat: ſed
ſibi ab ipſa noſtra Curia prouiſionem fieri: quam abſque mora referre debebat. Nam quan
tuſcunq; eſſet Papa ſeu Pr̃latus non erat ſuus: ſed oĩs eius poteſtas ſiue dignitas & alius cu
iuſlibet magis eccleſiæ quàm perſonæ. De iure igitur Benedicti ſiue eccleſiæ Romanæ facien
dum erat, quod ad profectum pertinere videbatur eccleſiæ, & non in ipſius præiudicium, te
ſte Apoſtolo, eccleſiæ ſuppoſita ſub his compellante verbis: Templum dei eſtis vos, & ſpi-
ritus ſanctus habitat in vobis: ſi quis illud violauerit, diſperdet illum dominus. Subdit: Nõ
glorietur quis in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Cœphas, ſiue Paulus, ſiue Apol-
Beneeicti ex; lo. Pecuniæ autem ſiue finantiæ quas idem Benedictus exigebat, non ad eccleſiæ profectũ
acto iniuſta. ſed ipſius & animarum tendebant interitum: cuius interitus & præſentis horrendi ſchiſma
tis erant medium & fomes. Quare à nobis & eadem noſtra Curia (quibus iuſtitiam mini-
ſtrare erat neceſſe) huiuſmodi mortiferæ peſtilentiæ non tam reĩciendæ quàm penitus, & E
abſque vlla mora tollendæ erant: cum & vnumquemque iure gentium gladium de manu
interfectoris confeſtim eruere, & vim vi repellendo interficere liceret: ex his prout ſupra
requirendo dictis noſtro & patrui noſtri procuratoribus ſuam requeſtam fieri requirenti-
bus, attento quod per notorias exactiones ſ̃pe dictas, Reſpublica ex defectu prædicationũ
& ſubiectoꝝ, viſitationum & correctionum, & alias vt ſupra multipliciter contra ſacrorum
Canonum inſtitutiones grauabat: quodque querelas ſuas non proceſſum inituri, ſed re-
medio aut prouiſioni innitentes intentabant: nec erat, qui contrarium opponeret ad hoc.
& vt ſupra concludentibus: officiarĩs ipſius Benedicti in contrarium contendentibus, & vt
negotium abſq; præcipitatione protelaret, quantũ pro abſentibus ſupplicari fas erat, pro-
ut ſupra inſtãtibus ne quic̃ innouaret, requirendo concludentibus. Tandem auditis hinc-
inde ad plenũ partibus antedictis: in oĩbus quę dicere ac proponere circa p̃miſſa volue-
runt, & in arreſto appunctatis: congregatis igit̃ eiſdem noſtrę Curiæ noſtri Parlamenti ca
meris: conuocatisq; & aſtãtibus in notabili numero de gentibus noſtri magni conſilĩ, ac
viſis ſupradictis literis & ſchedula: conſideratis inſup & attentis diligenter & cũ magna &
longa deliberatione omnibus circa hęc attendendis & conſiderandis, & quę eãdem noſtrã
Curiam in hac parte poterant & debebant mouere, p̃ præfatę Curiæ noſtræ arreſtum p̃di
ctis obtemperando literis, p eandem filiam noſtram à nobis impetratis: dictũ fuit, quod di
ctus Benedictus & officiarĩ ſui ceſſabunt in nr̃is regno & Delphinatu ab exactionibus an-
natarꝝ primarꝝ, fructuum & emolumentoꝝ, pr̃laturarꝝ & alioꝝ beneficioꝝ quorumcũq;
vacantium, ſeu quę vacauerunt, aut vacabunt, tam pro primis annatis, q̃ etiam fructuum &
emolumentoꝝ, qui tempore ſubtractionis alias eidem Benedicto factæ & vacationis pr̃- F
laturarꝝ, dignitatum, & alioꝝ beneficioꝝ obuenerunt ſeu obueniunt qualitercunq; necnon
procurationum pro viſitationibus debitarꝝ & arreragioꝝ quorumcunq; ratione præmiſſo
rum vel aliarꝝ exactionum debitarꝝ: ipſasq; procurationes poterunt p̃lati, archidiaconi, &
alĩ ordinarĩ, quando ipſos ſuos ſubiectos viſitare contigerit, & leuare. Ceſſabũt etiam Car
dinales & Camerarius collegĩ à p̃ceptione illius partis, quam in vacationibus pr̃laturarꝝ
pro primis annatis vel alias ante pr̃ſens arreſtum p̃cipiebãt, & arreragioꝝ quorumcunq;
occaſione præmiſſa debitoꝝ. Et ſi aliquid ex his, quæ leuata ſeu exacta fuerunt, occaſione
prædictoꝝ apud collectores ſeu ſubcollectores, aut alios quoſcunq; exiſtit ſeu remanet ſub
manu noſtra, arreſtabit̃, & id arreſtauit & arreſtat ipſa curia noſtra, ipſisq; ne aliquid eidem
Benedicto ſeu hoc cuiquàm alteri tradant, aut ſoluant, inhibebitur, & inhibet etiam eadem
Curia noſtra. Et p̃ idem arreſtum eadem Curia noſtra ordinauit & ordinat, quod excom-
municationis ſententia præmiſſoꝝ occaſione illigati relaxabunt̃: & hæc quouſq; alias p̃ ean
dem Curiam noſtram extiterit ſup̃ præmiſſis ordinatum. In cuius rei teſtimonium pr̃ſen
tibus literis noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Parrhiſĩs in Parlamento noſtro.
Die. XI. Septembris. Anno dñi. M.CCCC.VI. & regni noſtri. XXVI.

¶ Per Arreſtum Curiæ.

B A I A E.

FINIS.

O. G.

A O. G. LECTORI BENEVOLO. S. P. D.

NVnc Conciliorum materiã aggredimur lector Christiane ex eodem ipso Nicolao à Clamengijs. Priusquàm tamen id fiat, neminem fore sperauerim, cui cerebrum sit, cuiq; leua sub parte mamillæ cor saliat, qui tam grauaminum prædictorum, quàm multiplicium etiam abusuum, & grauium Annatarum enumeratione ex illis promanantium, offendi possit. In promptu enim ratio est. Nã summus põtifex Adrianus sextus (qui nemini fucum facere didicit) in sua ad principes Roñ. imperij epistola, multos in ecclesia Romana abusus esse, & remp. Christianã, ab aliquot seculis male hactenus administratam, integerrime fatetur. Facit idipsum diuus Maximilianus in suis literis, & id quidem longe locupletius. Item q̃ non desunt clarissimi doctores vniuersitatis Parrhisiensis, qui in sua contra Leonem. X. (virum alioqui in se, & bonum & pium) ad futurum Concilij appellatione, non paruã de his, & id genus alijs incommodis, mentionẽ fecere. Quæ etiã illustrissimi Roñ. Imperij proceres, sola (vt ipsi fatentur) pietate ducti, vltro promulgarunt, ac omnibus bonis nota esse voluere. Nos tamẽ nec albo illa lapide, nec nigro notamus. Nam alba ne sint an atra, ipsi, qui lolio victitamus, dispicere nunc satis non
B possumus, nec etiam nostri est officij (vt supra in duabus nostris præfatiunculis protestati sumus) illa adamussim dijudicare. Ecclesiam semper sequemur catholicam. Quicquid illa in his, alijsq; omnibus, ad Christianam remp. pertinentibus, suo tempore decreuerit, id ipsum dubio procul sequemur omnes. Interea tamen temporis, reddamus omnibus debita (vt Paulus inquit ad Romanos) cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Esto quoq; subiectus pontifici tuo, quem (sicuti diuo Hieronymo placuit ad Nepotianũ scribenti) tanquàm animæ tuæ parentem ama. Tibi etiam atq; etiam ex eiusdem ad Celantiam epistola, certo certius persuade, solam apud deũ libertatem esse non seruire peccatis. Tu æquum igitur & iniquum (quemadmodũ Senecæ placuit tragœdia. vij.) regis imperiũ feras, donec (vt idipsum addidero) vel illustriss. principibus à summo põtifice satisfactũ, vel his oñibus, & id genus similibus, quæ Christianæ reip. obesse videtur (nemo eñ sibijpsi lex esse debet) per Conciliũ generale, contrariũ fuerit constitutũ. Tecum igitur habita lector, & quid Nicolaus à Clamengijs de Conciliorũ materia loquatur, diligenter animaduerte & vale feliciter.

Supra fo. ij 72

Folio. ij 70.

Sup. fol. 34.

Sup. fol. ij 71.

Fol. ij 67. & 170.

DISPVTATIO NICOLAI DE CLAMENGIIS HABITA PER SCRIPTVM,

C super materia Concilij generalis cum quodã scholastico Parrhisiensi.

BEam rem dixi, multis posse videri efficacius aliunde acta Cõcilij, q̃ per ipsum Conciliũ fuisse probãda, qare vera nõ conuenientissimũ mihi videbatur (quod cũ pace authoris velim eẽ dictum) acta Concilij, apud Conciliũ per ipsummet probare Cõcilium. Aut eñ aliunde suberat probatio, aut nõ suberat. Si aliũde opportuna suppetebat, nõ te mihi negaturum arbitror congruentius extitisse, hoc fieri. Quid eñ si corã illis sermo fiebat q̃ res egerãt ac digesserant, cũ rectius atq; cõmodius si ad alienos sermo fuisset, vernacula adhiberet probatio, q̃ apud illos q̃ egerant. Si aũt nihil aptũ ad cõfirmationẽ illarũ cõstitutionũ, vel ex scripturæ authoritate, vel ex sacris canonibus præcedẽtium Conciliorũ trahi poterat, nescio si vtilius fuisset restituta primũ pace, tãta noua cõdere decreta, q̃ nullis prioribus ẽdita Cõcilijs inuenirẽtur, cũ periculosæ nimis sint nouitates tpibus schismatum, multaq; aliàs scãdala pepererint, & pẽrtim cũ de actis Pisani Cõcilij multos etiã nũc ambigere audiamus, q̃ nõ tã schisma sublatũ vidimus, q̃ auctũ & corroboratũ. Nã quod ait authoritatẽ ecclesiæ oñi præstãtiorẽ eẽ rõne, nõne p authoritatẽ ecclesiæ fuisset facta probatio, si p scripturã diuinã, vel p aliarũ statuta synodorũ fuissent in testimoniũ maioris certitudinis illa cõfirmata? Licet aũt ecclesiæ militãtis authoritas sit maxima, q̃ fundata supra firmã petrã: cõuelli nõ põt, & aduersus q̃ portæ inferi nunq̃ præualere potuerũt, nõ illi tñ nos oportet (vt videtur) triũphantis ecclesiæ titulos ascribere, vt infallibilis sit aut impeccabilis, quæ sæpe (vt nosti) & fallit & fallitur nõ dico in his quę fidei sunt cũ Chrs ad mortẽ properãs: de illa ad Petrũ dixerit, Petre rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Sed in alijs q̃ vel facti sunt, vel

morum,

morũ, vel iudiciorũ, in quibus propter circũstãtiarũ infinitã varietatẽ ac multitudinem pdifficile est optimi mediũ semp attingere. Si igit aut moralia sint, aut iudicialia ista Conciliũ acta, cũ in talibus falli possit ecclesia, non absurdũ videt fuisse, si ad argumentũ maioris firmitatis aliqua similiũ exempla, vel de scripturis Canonicis proferant, vel de antiquis ac probatissimis Conciliis, quę inconcussæ sunt authoritatis. Si aũt oĩa illa acta Conciliũ, fidei definitiones sunt, cũ nõnulli (vt fama vulgauit) multa ex aduerso producãt sanctorũ patrũ ac synodaliũ sanctionũ decreta, vide quale fuerit pendẽte adhuc schismate in tantarũ rerũ opinionum q̃ varietate, doctissimorum q̃ hoĩm controuersia, tot fidei cõstituere articulos, vbi nõ solũ conueniẽs, sed necessariũ mihi fuisse videt, alias saltem constitutiones vel determinationes, quæ ab aliis in contrariũ adduci dicunt, in partem veritatis & fidei interpretari oportuisse, & non istis esse contrarias ostẽdi debuisse, ne alias in materia fidei ipsa errasse videret ecclesia, contraria determinãdo. Quod em̃ dicis patrũ decreta rationi non inniti solere, certe cũ tua bona venia, si fidei negotiũ est, vel materia contẽtiosa, rationibus maxime ex scriptura ductis, vl̃ ex sanctorũ patrũ diffinitionibus inniti cõsueuerũt, à quorũ vestigiis nisi legitima grauissima q̃ rõne adducti, non solẽt discedere, quã (si contraria eos contingat statuere) explicare nõ omittũt, ne gratis & volũtarie in rebus arduissimis locuti videant, sanctorũ q̃ patrũ decreta sine causa mutasse. Sed iam venio ad verbũ Augustini quod commemorasti quo ecclesiastica videt authoritas maxime extolli atq; fulciri. Euãgelio (inquit ille) nõ crederẽ, nisi me authoritas ecclesiæ cõpelleret. Mirũ sane prima specie satis videt, quod authoritatẽ peregrinantis in terra ecclesiæ authoritati videt euãgelĩ anteponere, cũ in multis illa falli possit, illud oĩno nequaq̃ possit, & cũ ipsius ecclesiæ authoritas quãtum ad ipsius radicẽ & fundamẽtum maxime ex euãgelio cõstet, imo ipsius institutio, potestas, ædificatio non aliũde tã expresse & certitudinaliter, q̃ ex ipso habeamus euãgelio. Non certius autẽ (vt existimo) videre possumus de ecclesia atq; euangelio, quod altero excellentioris sit authoritatis, q̃ si demus fieri posse, vt aliquid euãgelio contrariũ ecclesia statuat. Quod vtique scio fieri non posse, sed fingamus gratia melius enucleãdę veritatis fieri posse. Putas ne in casu illo Augustinũ pro ecclesiastico statuto fidẽ fuisse euãgelĩ reiecturum? Equidẽ non facile crediderim doctorẽ illũ acutissimũ atq; excellentissimũ hoc fuisse facturũ, aut per illa hæc verba sensisse, præsertim cũ de fide euãgelĩ Paulus dicat: Si quis etiã angelus de cœlo aliud vobis euangelizauerit, anathema sit, aliud, inquàm, id est, contrarium. Scripta quippe sunt ab Augustino verba illa, nisi me fallit memoria, in libro cuius titulus est, contra epistolam fundamenti Manichæorum, quem ante non multa tempora ad integrum perlegi. Manichæi autem contra quos ibi agitur, scripturas sacras pro arbitrio suo, non pro ecclesiæ catholicæ ordinatione vel acceptandas ducebant, vel repudiandas. Vetus pro maiori parte testimonium non admittebant, euãgelio credi volebant, epistolas Pauli Apostoli multis adiectis & detractis à falsariis quibusdam: corruptas dicebãt, multaq; similia deliramẽta sine ratione, sed sola voluntatis suæ peruersitate de scripturis confingebant. Vt igitur doceret Augustinus nõ ex volũtatis arbitrio, sed Canonica institutione, Canonicas scripturas recipi oportere, illa verba mihi videt, quãtum recordari valeo, posuisse, euãgelio non crederem nisi me authoritas ecclesiæ compelleret, hoc est, euãgelio tanquàm scripturæ Canonicæ nõ crederem, nisi ecclesiæ authoritas ad hoc me compelleret, quæ illud intra corpus Canonis habendum censuit, & cui soli est illa authoritas attributa, vt scripturas possit canonicas facere, cui q̃ à quolibet fideli in hoc credi debet atq; obediri. Scripta sunt à plerisq; sub aliquorum Apostolorũ aliorum q̃ fidelium nominibus multa euãgelia, de quibus etiam meminit Lucas, in prologo sui Euangelĩ, sed tum propter authorum incertitudinem, tum quia non vsquequaq; vera erat illorum narratio, non immerito inter apocrypha per ecclesiam deputata sunt. Illis ergo nõ est credẽdum, quia non sunt per ecclesiam pro canonicis approbata, sed à Canonica Catholica q̃ authoritate prorsus excluſa. Deinde quod postea addis, certiorem esse habitũ fidei quàm rationis, & si non euidẽtiorem, fateor apud fideles veros verum esse, quod dicis captiuantes (vt ait Apostolus) omnem intellectũ in obsequiũ Christi ac suæ fidei, qui profecto prius discederẽt à ratione q̃ à fidei authoritate, si vtraq; inuicẽ concordare nõ possent. Sed non oĩa quę eccl'ia cõstituit, fidei diffinitio sunt, & plerũq; etiã cũ fidei sunt, à ratione nõ discrepãt. Illud quoq; q̃ ex Lactãtio adducis, ea quæ diuinæ authoritatis sunt, cũ ratione probãte tradi non oportuisse, ne per inductam minueret dicẽtis authoritatẽ, fil'em habet respõsionẽ. Non em̃ tanq̃ fidei articuli sunt amplectẽda quæcũq; eccl'ia determinat, vtpote quę aliquotiẽs cõtraria determinauit, q̃ in fidei materia nõ esset conueniens. Deniq; nõ ignotũ tibi est, tũ Chr̃m ipm̃ legiferũ nr̃m, tũ suos Apostolos in suæ legis ac fidei traditiõe sępe tale genus probatiõis, quale dicebã ex sacris scripturis veteris testamẽti, dictis q̃ patrum & prophetarum, in dictorum suorum confirmationem adhibuisse, quo nullum nobis ad imitationem certius possumus exemplum proponere, cũ illius actio & vitæ nostræ

Quomodo sit intelligẽdum illud Augusti ni, Euangelio nõ crederem.

Nota

& morum nostrorꝫ atq; actionũ certissima atq; infallibilis fit instructio. Nec illud prꝛterea te fugit, ꝙ credo ex fonte illo imitationis Christi deriuatũ, ꝙ nostri scholastici Theologi, etiam ad illa quæ fidei sunt rationes & naturales & morales quotidie adducũt, vel propter illos qui nõ fundatissimæ sunt fidei, sed ductu rationis in principio ad illam indigẽt attrahi vel ne naturæ, rationiq; contraria videatur fides imperare, ac ꝓ hoc ab illa velut à re irrationabili atq; inepta: pusilli plerique ac sensibus dediti, ad intelligibilia q; ac spũalia non facile valentes assurgere, refugiant. Vides in Iohãnis Euãgelio ad sermonẽ mulieris Samaritanæ plurimos ex ciuitate Samariæ ad Christũ venisse, in eumq; credidisse, q postea in fide corroborati dicunt illi, iam non propter tuã loquelam credimus, ipsi enim audiuimus & scimus, qa hic est vere saluator mundi. Figurat aũt (vt aiunt doctores) mulier ista Samarita na rationem vel similitudinem naturalẽ. Samaria quippe coniuncta dño interpretat, per naturalem vero rationẽ anima incipit dño ꝓ fidem coniungi, quæ ratio rudes & nouellos primum ad fidem ducit atq; allicit, cum vero in sacramẽtis fidei plene imbuti fuerint atq; edocti, non iam propter illã credunt, nec illius ductu indigent, sed illã potius tanquam vię periti, nec ducem vlterius requirentes repudiant, sicq; suæ fidei non euacuatur meritũ, cui iam non humana ratio præbet experimentum, licet fortassis in principio præbuerit incitamentum. Non fuisset autem tam necessarium facta Concilij vel ꝓ authoritatem scriptu rarum, præcedentiumq; Conciliorꝫ corroborari, vel eorꝫ saltem ratione reddi, si non aliqua, saltem ꝓ doctos homines dicerent opponi, vel si omnes illi quos respiciunt, aut ad qs

B ventura sunt, ita essent humana ac diuina sapientia præditi, ficut illi qui ea æ diderunt. Sed cum ista respiciant vniuersam ecclesiam, & multa alia statuta nonnullis istorꝫ quorundam forte opinione videantur aduersari, credo vtilissimũ fuisse ac consultissimum, si rationes fuissent dictorꝫ adiectæ, vt oĩ poscenti super his rationẽ, in promptu fuissent, iuxta doctrinam atq; admonitionem beati Petri apostoli, q vult nos semp paratos esse ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in nobis est fide. Non rectũ esse arbitrabatur princeps ille apostolici ordinis, nos in eorum quæ fidei sunt tractatiõe aut determinatione, absq; ratione & pro arbitrio loqui, qui omnibus fidei nostræ rationẽ desiderantibus, iubet esse paratã. Non sibi debent solis sapere qui in synodo vniuersali ecclesiam representant, sed ipsi toti ecclesiæ, & ita debẽt suas determinationes clare atq; enucleate explicare, vt nullum de pusillis, q in Christo credũt, possint sua obscuritate aut dubietate scandalizare. Ratio autem in facto aliquo aut dicto adiecta, obscuritatẽ atq; ambiguitatem, ac ꝓ hoc scandali occasionem ab illo aufert, quã rationẽ si non poterãt in specie vnicuiq; postulãti reddere, poterãt saltem in genere ad satisfactionẽ vniuersalis ecclesiæ, suis constitutionibus addere. Non debẽt insuper vt videtur, qui Concilium agũt, pro fidutia ac libertate agẽdi quæ cũq; libuerint, nimis illi inniti æstimationi, Generale Concilium sumus, fidenter agamus, errare non possumus. Sanxerunt ac diffinierunt q Pisano interfuerunt Concilio, atq; ita promulgari fecerunt per nouam electionem, ad quorundam ambitiosorꝫ instantiam præpropere factã schisma sese ex ecclesia sustulisse, pacemq; reddidisse. Et quis in tota ec-

C clesia tam cæcus fuit, qui non rerum experiẽtia palam viderit, quãtum & ipsosmet, & vniuersam ecclesiam illa opinio fefellit? Nihil profecto deterius, nihil ecclesiæ funestius, vnionisq; capitalius agi potest, quàm ante omnia bene pacata pro securoq; pacis tractatu composita & concordata, ad nouam procedere electionem, quæ res & schisma à principio fecit, & in tantã vetustatem ꝓduxit, & sanctã dei ecclesiã incredibiliter attriuit, quod quàmdiu beneficiorꝫ auiditate fiet, nunq; sumus ecclesiæ visuri vnionẽ. Et nihil profecto est qd magis metuam, q ne in Cõcilio isto ambitiosi sua importunitate ac multitudine hoc fieri euincant atq; extorqueant, q molestius ferũt beneficia quæ ambiunt, diutius vacare, quàm sanctã Romanã ecclesiã ꝓ hoc sacrilegũ schisma funditus conteri atq; deperire. Mea autẽ fert opinio, si ecclesia illa collationẽ omniũ graduũ ecclesiæ vniuersalis nunquam sibi arrogasset, cæterasq; suis iuribus vniuersa ingurgitãdo, ecclesias nequaquã expoliasset, vel hoc schisma nunq; in illa exorturũ fuisse, vel nõ tãto saltem tempore ꝑdurasse. Sed ollam non cessat Hieremias succensam videre, quia ardens non cessat ambitio ad illius succensionem: ignem pariter ac ligna administrare, Ista volui tecũ conferendo paulo latius explicare, qa meam non satis potueras mentem per literas breues & cursorias perspicere. Deũ aũt testẽ inuoco in animã meã, non in calumniam aut sugillationem alicuius hæc me dicere, sed pia & fideli æmulatione, qua salubriter & secure nebus ecclesiæ cupio esse consultum, cuius nos vnitatem videre Christus sua benignitate largiatur. Nec intentio est, in hac habita tecum collatione quippiam astruere quod non sanum atq; consonum sit sacris scripturis, catholicæq; synceritati. Vale, apud fontem.

Samaria ītet pretatur con iuncta dño

Gñale Concilium sumus, fidenter agamꝰ, errare nõ possumus.

Nicolaus Clamengius saluberiter & secure rebus ecclesiæ cõsulit.

Ad eundẽ

NICOLAI DE CLAMENGIIS.

AD EVNDEM SCHOLASTICVM SVPER EA- D

dem materia, largior atq; verior collatio.



BENE admones de generalibus patrum Synodis sobrie loqui, consultius esse existimans frenos ori ponere, quam de illis temerario iudicio quicquàm diffinire. Scio me à te & à quouis alio non modo de temeritate, verum etiam de insania ac dementia iure optimo argui posse, si de actis generalis Synodi vellem diffinitor aut iudex fieri. Quis em̃ ego sum, q sensu paruus, doctrina minor, gradu atq; authoritate minimus, de sapientũ eruditissimorum q̃ virorum sententijs censor velim ac iudex esse. Auertat à me Christus tantam præsumptionem, tantam q̃ dementiam. Non recte amice charissime mea verba accipis, meam q̃ mẽtem tenes, si in his quę ad te nouissime, gratia tecum habendę collationis, à te q̃ percipiendæ in aliquibus mihi dubijs instructionis perscripsi, diffinitorie me loqui velle credidisti. Nam quia super tuis prioribus literis aliqua apud me erant orta dubia, quorum non satis aperta erat solutio illa. Pro planiori intelligentia tecum quodammodo disputando, ad tua q̃ aliqua respondendo explicare volui, & partim ratiocinatione, partim scripturarum Catholicorum q̃ virorum authoritate in contrarium adducta communire, quo sic discussa obscuritatis caligine, perspicuæ splẽdor veritatis magis eluceſceret, quę p obiecta quæ q̃ nubila solet clarior erumpere, per contrariam q̃ oppugnationem fortior atque inexpugnabilior apparere, vt nunquàm falli possit illa sententia de ipsa in sacris literis scripta. Super omnia vincit veritas. Denique non ob aliam causam in scholis atque gymnasijs telis solet argumentationum acrius oppugnari, nisi vt hostili exercitu per illam fuso atq; superato, vis eius certissima & prorsus inuicta euidentius innoteſcat. Vides quãta in illis scriptis diligentia, quãto q̃ studio laborauerim, nihil ex meo sensu vel iudicio dicere, sed fere ad omnia testimonium scripturæ adhibere, vt nihil posset à me profectum vel somniatum credi. Si quid ergo ex scripturis aut sanctorum dictis obieci, quod forte iniiciat scrupulum, vel difficultatem pariat, nunquid propterea rem diffinire existimandus sum? Cum etiam si illa quę protuli testimonia, tam certa atque irrefragabilia essent, vt rem ipsam diffinire viderentur, nullo modo mihi attribuenda esset illa diffinitio. Non peto per te vel quemcunq; alium fidem aliquam meis dare scriptis, nisi quantum vel inconcussa sunt authoritate firmata, vel solida ratione roborata. Alioquin nisi his fuerint firmamentis innixa, quis ego sum, vt credi debeat? Vbi autem tali sunt vallata munimine, non mihi in illis credi oportet, sed veritati summæ, à qua verum est: omne quod verum est, quoniam (vt ait beatus Ambrosius) omne verum à quocunq; dicatur, à spiritu sancto est. Qui etiam spiritus veritatis, ab ipsa est veritate nuncupatus. Cui Ambrosianæ sententię Augustini etiam verba consonant, qui in epistola ad Pascentium, ita scribit: Neque enim in nobisipsis, vel per nosipsos veraces sumus, cum verum loquimur, sed cum ille in seruis suis loquitur qui solus est verax. At non satis (vt inquis) generalẽ Synodũ reuereri videor. Nonne contra fidei & scripturæ sacræ certissimã veritatem quotidie disputamus, quæstiones mouemus, dubia proponimus, vt per eorum enucleationem veritas illarum certius appareat? Imo vero pro illarum honore non puto commodius posse certari, quàm si ad certitudinis explanationem opponendo atq; exponendo, quærendo ac respondendo vberius disceptetur, vt si quid forte obscurum aut reconditum erat, per discussionem in apertum veniat. Omnes sane Synodos & pridem rite celebratas, & quæ nunc quoque celebrantur, tum reuerenter suscipio, tum fideliter amplector, & absit, vt aliquid siniſtrum de illis sentire velim, aut dicere, nec idcirco calumniari debeo minus syncere de illis sentire, quod aliqua ad meæ ignorantiæ eruditionem circa illas exquiro, mihi q̃ edisseri postulo, vt de illis possim non solum sane & fideliter sentire, sed etiã pro captu ingenioli vere sapienter q̃ loqui. Licet enim tenuiter doctus sim, veritatis tamen inuestigandæ auidissimus sum, libenter q̃ à peritioribus quæ me mouent in rebus ambigua enodari posco. Ex hoc autem ardore & desiderio indagandæ percipiendę q̃ veritatis, illa præcessit epistola quam ad te nuper misi: literas meas superiores explicatius euoluens, quarum non satis pro breuitate cursu q̃ rapido mihi videbaris ex voto meo sensum assecutus, nonnulla præterea noua dubia interserens, quæ de aliqua re diu cogitando solent largius ac multiplicius emergere. Horum dubiorum tu aliqua in tuis ad illam epistolam responsorijs literis euacuare conatus es, sed adhuc aliqui mihi restant circa illa scrupuli dubietatis, quos tuę obsecro amantissimę dilectioni patefacere constitui, quę obsecro meam velit ignorantiam in tantorum dubiorum inquisitione supportare, nec indignari aut succenſere, si forte nimis multa ex te quærendo importunior sim. Scio tibi alias non deesse occupationes, nec tẽ

Omne verum a spiritu sancto

E

F

pora tibi

A pora tibi tã libera q̃ mihi fluere, quã ob cauſam vereor vltra q̃ ęquũ eẽt, tibi oneri eẽ, ſed no lo ꝓpter mea ſcripta te à legitimis alijs curis, q̃ ex gradu & officio, bñficioq; tibi incũbũt, reuocari aut impediri, ꝓpterq; mea acceſſoria, tua principalia omitti negotia. Satis habeo ſi qñ ab alijs vacabis occupationibus, teq; animi ad hoc voluptas excitauerit, aliqd vel breuiter reſcribas. Per te igit̃ (niſi moleſtũ ẽ) informari cupio, vtrũ credere nos oporteat cũcta vniuerſalia Concilia eiuſdẽ aut æqualis eſſe authoritatis, & ſi ita eſt, quare de ſolis quatuor dicit Grego. illa ſe venerari & ſuſpicere quaſi quatuor Euãgelia, aut totidẽ paradiſi flumina. Si em̃ indiſcretæ authoritatis vniuerſa credidit, quã ob cãm ſola illa quatuor pro cultu venerationis nominatim expreſſit dubiam de alijs ſuſpitionẽ in animis hominũ relinquens. Doceri ꝑterea per te deſidero, vtrum catholica putes veritate tenendũ, tam in his quæ ſunt facti, vel morũ vel iudiciorũ, generale nunquã falli poſſe Concilium q̃ in fide errare nõ poſſe fideliter creditur. Si autem ita ſentis, quæro, quorſum illa ſpectet trita vulgo apud Iuriſtas ſententia, quam pro regula habent, ꝙ ſæpe eccleſia militans & fallit & fallit, quomodoq; intelligenda ſit, & quæ ſit inter militantem & triumphantẽ quantũ ad hoc diſtantia, ſi vtraq; quantũ ad omnia infallibilis eſt. Porro eccleſia in Concilio cõgregata nõne viatrix & peregrina eſt? ſi autem viatrix eſt & peregrina, in ſtatu merẽdi aut demeren di eſſe videtur, ꝙ aũt tale eſt, & poteſt recte agere, atq; ita mereri, & videtur etiam poſſe deficere, ſi poteſt demereri. Neq; em̃ rationẽ meriti aut demeriti videtur habere operatio, cui nec libertas nec facultas adeſt aliter agendi. Sane ꝙ eccleſia in fide deficere nõ poſſit, cer

B tũ atq; expreſſum habemus teſtimonium Chriſti: Petre rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Quod aũt in alijs nõ poſſit, nõ tale me vidiſſe memini documentũ. Si quid tale noſti, oro vt in medium proferas. Nã illud quidẽ quod ex Euangelio commemoraſti, nõ multũ conuincere videtur: Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ. Et primo quidẽ nõ neceſſe eſt, vt falli nõ poſſint in quorũ medio verſatur Chriſtus. De ipſo nãq; Chriſto ad quoſdam phariſæorũ Iohãnes Bapt. dicit: Medius veſtrum ſtetit, nec proinde oportebat vt falli nõ poſſent, nõne in medio inſuper erat perfidiſſimorum Iudæorũ dum crucifigeretur, & cõſpueretur & blaſphemaretur? Et quis illos inſanus dixit falli nõ potuiſſe? Præterea dic, ſi placet, de qua credis aſſiſtentia illud verbum Chriſti debe re intelligi. Si de aſſiſtentia per præſentiã diuinitatis, quæ vbiq; eſt, nihil ad rem pertinet. Sic quippe & nunquã falli & nuſquã poſſet, ſi vbicunq; eſſet, errare aut falli nõ liceret. Si de aſſiſtentia per gratiã, vide quemadmodũ conſequẽs eſſe oporteat, quoties duo vel tres pro cõferendo ad inuicem de pace eccleſiæ, vel aliquo alio fructu cõueniunt, diuinã illis gratiã protinus infundi, cũ forte multa ante peccauerint, de quibus nec cumpuncti ſunt, nec con feſſi. Multi ſiquidem fideli zelo de pace eccleſiæ ſæpe cõferunt & tractant, magnis aliquibus peccatis, quæ cũ gratia minime ſtant implicati. Vel igitur ſolo colloquio de aliquo pio opere illa deleri oportet, vel nõ neceſſe eſt illis gratiam cõferri. Sed demus vt ſingulis taliter cõgregatis, cœleſtis cõfeſtim adſit gratia, nunquid illos collata gratia impeccabiles facit, vt à recto nõ poſſint tramite deflecti, à gratiaq; excidere vel ignorãtia aliqua, vel excæcante iudicium paſſione, præpediri? Mouet gratia ad bene agẽdum & excitat, nõ autem cogit, aut neceſſitatem aliquam immittit, vt aliter fieri nõ poſſit. Si vero de aſſiſtentia per dire-

C ctionem, vel internã in agendis inſtructionẽ, illa cenſes verba Chriſti intelligenda, illa ſanctis viris adeſſe ſolet, qui ſpũs ſancti gratia ſunt repleti, abundeq; perfuſi. Talibus nempe à deo promittitur illud pſalmi: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac quã gradieris, firmabo ſup te oculos meos. Talibus ꝑterea qui religioſe viuẽdo, pieq; operando meruerunt ſpm̃ ſanctum habitatorẽ habere, de ipſo ſpũ dicitur, ille docebit vos omnẽ veritatem. Et rurſum: Ille vos docebit omnia. Soli aũt tales cenſendi ſunt ſpirituales, dicẽte Apoſtolo: Vos autem nõ eſtis in carne, ſed in ſpũ, ſi tamen ſpũs dei habitat in vobis. Deinde ad veram illius ſentẽtiæ Chriſti quam poſuiſti intelligẽtiam, cõſiderãdum videretur qui exiſtimandi ſunt in nomine Chriſti cõgregati, & tu quidem breuiter dixiſti, illos nos exiſtimare debere in vero Chriſti nomine cõgregatos, qui totis pacẽ laboribus quærũt eccleſiæ redde re. Verũ nomen Chriſti, vt noſti, Ieſus eſt, quod vocatũ eſt ab angelo priuſquã in vtero cõciperetur. Chriſtus nãq; à chriſmate, hoc eſt, ab vnctione velut rex dictus eſt, qua vnxit eũ deus oleo lætitiæ præ cõſortibus ſuis, quã ob cauſam etiam Cyrus rex Perſarũ Chriſ à domino legitur appellatus, Saul quoq; quãuis reprobus, Chriſtus dñi à Dauid dictus eſt, Ieſus aũt, ipſo angelo interpretãte, ſaluator dicitur, cauſa interpretationis adiecta. Ipſe em̃ ſaluum faciet populũ à peccatis eorũ. Vide igitur ne rectius ſit atq; ad ſanctorũ dicta cõſonantius, illos in vero Chriſti noĩe dicere congregatos, qui pro vera atq; æterna ſalute, vel ſui vel aliquorũ proximorũ ſuo, vel totius eccleſiæ catholicæ cõgregati ſunt, ſiue hoc ꝑ pacis ſiue ꝑ alterius boni ſalutaris inquiſitionẽ, vel etiã adeptionẽ futurũ ſit. Sic em̃ fideliſſimi diuinorũ eloquiorũ tractatores illos exponũt in noĩe Ieſu petere, qui ad ſalutẽ pertinentia

Num credere oporteat cuncta vniuerſalia cõcilia eiuſdẽ & æqualis eẽ autoritatis

Nũ catholica fide tenẽdum ſit gñale Concilium falli nõ poſſe.

Aſſiſtẽtia per præſentiam.

Aſſiſtẽtia per gratiam.

Chriſus a chriſmate dictus.

petunt. Nã illa quidem tua expositio nimis angusta est, nec satis late patet, & p̃missæ sanctorꝫ expositioni nõ omnino cõcordare videtur. Angusta primo, quia vnicũ pacis bonũ comprehẽdit, deinde nõ sanctorꝫ dictis plena consona, quoniã pax (de qua sola loquitur) nõ necessario ad æternam pertinet salutẽ, sed de mediocribus bonis est, quibus & bene vti possumus, & peruerse abuti, qua profecto si ecclesia nõ esset abusa, nõ sibi per illũ sublata fuisset, de quo propheta ait: Diuisi sunt ab ira vultus eius. Et ieꝛ: Cælaui super iniquos, pacem peccatorꝫ vidẽs. Sed quia solet lõga pax ac prosperitas tẽporalis luxũ & dissolutionẽ, morũq; dissolutionẽ inducere, & recte poterat de pace sua ecclesia dicere: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Ideo sublata est mala pax. i. q̃ malorꝫ fuerat occasio, vt p affli

Cor contritũ & humiliatũ non despicit deus.

ctionẽ discordiæ humiliata, ac per hoc cũ deo reconciliata, qui cor contritũ & humiliatũ non despicit, verã pacẽ iustitiæ atq; bonæ cõscientiæ (quæ salutare vtiq; bonum est, deoq; gratissimũ) rursus à Christo deuote quæreret, adipisciq; cõtenderet. Arma quippe iustitiæ secundũ Apostolũ, non solum sunt nobis à dextris, verumetiam à sinistris, imõ frequentius accidit, vt quos prospera largius cõcessa à deo auerterũt, aduersa salubriter immissa ad eum reuocent. Nec solũ per aduersa temporalia deus nos erudit atq; ad se reuocat, sed per illa etiam quæ sunt ab illo tanq̃ mala prohibita. Quamuis em̃ malũ fit schisma, mala discordia, quæ tanto in sacris literis studio vetantur ac detestantur, quia tamen per contraria curam esse oportet, illis plerunq; per hæc mederi solet deus, quos pax ad lubrica procliuis, aut noxia in malo cõcordia, in moribus ægrotare fecit. Cum aũt sic ex malis deus bona elicit, illisq; ad bona vtitur, rationẽ magis videtur boni q̃ mali habere, & expedientis q̃ impedien

Ad ecclesiæ vtilitatem dictũ est ab Apostolo, Oportet hæreses esse.

tis. Ex fine em̃ in quem dirigũtur, metienda sunt. Quare em̃ dicere nõ audeamus, ecclesiæ fuisse expediens hoc schisma oriri, cum de malo deteriori propter ecclesiæ vtilitatem dicat Apostolus: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, in nobis manifesti fiant. De illis itaq; bonis est pax temporalis ecclesiæ, quæ secũdum traditionẽ beati Augustini, cunctanter & trepide, & cũ adiecta conditione à deo poscẽda sunt, videlicet si nostræ saluti, ad quam omnia vota nostra referẽda sunt, ita expediat, quod vtiq; ipse saluator nouit, nos aũt ignoramus, ideoq; illius arbitrio cuncta cõmittere debemus. Nam iuxta apostolicã sentẽtiam, quid oremus sicut oportet. i. sicut nostræ saluti expedit, nescimus, sed ipse spũs postulat pro nobis. i. salutaria ac spũalia postulare nos facit. Ipse em̃ est de quo dictũ est: Et suggeret vobis omnia. Si igitur pro temporali tantũ pace ecclesiæ recuperanda, aliqui in vnũ cõ

Non oẽs qui cõgregantur, in Christi noie cõgregantur.

gregentur, nõ continuo secundum p̃dicta necesse est credere illos in Christi nomine congregatos. Primo, quia ignorãt an ad salutem ipsius ecclesiæ ita expediat, quam verisimiliter à tumore superbiæ, ardore cupiditatis, funiculis vanitatis, veneno symoniæ, aliisq; malis moribus ex temporali effluentia prodire solitis, per hãc sanare diuisionẽ Christus instituit, qui nõ sineret mala euenire, nisi ex illis dispositis bona elicere, à quibus malis ipsam ecclesiam, licet p hoc schisma grauiter & diu afflictã, nondum tamẽ (prohdolor) liberatam aut sanatã videmus. Quid em̃ aliud sunt temporales afflictiones, quibus ecclesia p̃mitur, nisi amaræ potiones, aut medicinæ quibus tẽporalis cupiditas, superbia vel lasciuia cõprimatur? sicut p Hieremiam dñs ait: Cibabo vos absinthio, & potũ dabo vobis aquã fellis. Deniq; quia pleriq; carnales, quibus hodie supra modũ abundat ecclesia, propterea pacem illam optant, vt in otio & trãquilla quiete, nullo interpellãte turbine aduersitatis, suis possint voluntatibus (ne dicã voluptatibus) liberius seruire. Et quis illos in noie Christi dixerit cõgregatos, qui hac mẽte vnitatẽ quærunt ecclesiæ? qui tamẽ tot sunt, vt nõ facile sint numerabiles, hi aũt carnales filij ecclesiæ nõ solum spũalia nec curãt nec sentiunt, sed etiã persequunt eos, qui sunt secũdum spm̃, sicut à tẽpore Abel iusti, quẽ Caim carnalis occidit, sem per factũ est, & vsq; ad finẽ mundi semp futurꝫ, hi sunt qui pro tẽporalibus tantũ cõmodis ad ecclesiam cõuolant, qui ad seculariũ formã in ecclesia viuunt, ambiũt, cupiũt, rapiũt, p̃esse gaudẽt, nõ prodesse, subditos opprimũt atq; spoliãt, p̃lationis honore gloriant, pompis, fastu, luxu lætant, qui quæstũ pietatẽ æstimant, pro tẽporaliumq; incremẽto quomodolibet acquirẽdo, cuncta & facere & pati sunt parati, qui volentes sancte, iuste, caste, inno center, spũaliter viuere, cũ cachinnis irridẽt. Hypocritas appellãt, crucifixiq; comestores, qui denique nõ alios literatos in ecclesia vtiles arbitrant, nisi qui quæstuosas sunt scientias assequuti, qui temporalia didicerunt tractare, & quomodolibet tueri atq; ampliare. Talibus aũt hodie ecclesia plena est, vt vix in singulis Capitulis aut Collegijs alios inuenire cõtingat. Cum igitur nõ alij in ecclesijs sapientes hodie existimẽtur, nisi hi temporales, ad illorumq; arbitriũ ac dispositionẽ vniuersa agant, si qui ad curiam Romanã, vel ad secularium principum curias, vel ad Concilium mittẽdi sunt, aut isti vltro tanq̃ prudentiores ab alijs mittunt, aut spe maioris promotionis, ad quam inhiant per fauores & intercessiones maxima importunitate se mitti laborant. Quid aũt eiusmodi temporales, nisi temporalia norunt quærere? nisi temporalem quæstum, fructumq; cogitare? An tales putandi sunt pro

Pro Theologis, contra iuristas.

ecclesiæ

A Marcionis? Manichæorũ fœda mysteria, quis posset absq; nausea vel legere vel recensere? Quis nõ execretur Sabellianorũ, Arrianorum, Eunomianorũ blasphema in Christum, aut in totam potius trinitatem cõuenticula? Quibus pstigijs, quibus technis, qua crudelitate conati sunt catholicam veritatem obruere? Operæpretium fuerit vnum & alterum illorum stratagema referre, vt hinc fiat coniectura, quantum malitiæ texuerint illa tabernacula. Athanasium inuictum catholicæ veritatis propugnatorẽ, quoniã scripturis & argumentis superare nõ valuerunt, fictis criminibus statuerãt opprimere. Constantium Cæsarẽ, malitiosis suggestionibus sic irritarãt in virum sanctissimum, vt iusserit apud Tyrũ coacto concilio cognosci de Athanasio, delegato ad id comite quodam à latere suo, qui cognitiõi præsideret. Duo præcipua crimina intentabantur, mulier vi cõstuprata, & brachiũ homini defuncto abcissum in vsum maleficarum artium. Conducere mulierculam quæ huius tragœdiæ partem ageret, nõ erat difficile: sed ad probandũ maleficij crimen accersierant Arsenium quendam olim Athanasij lectorem, qui veritus episcopi quẽ offenderat correptionẽ ab eo profugerat. Hunc diebus aliquot abditũ seruarant Arriani, vt cũ fide mentirentur esse mortuum. Is tamẽ vt intellexit, quid in Athanasium molirẽtur, siue exhorrens facinoris atrocitatem, siue cupiens hac occasione cũ episcopo suo redire in gratiam, noctu clàm profugit è latebris, & Tyrum ad Athanasium nauigio peruenit, eiq; rem omnẽ aperit. Ibi vir vt insigniter pius, ita mire solertis ingenij, quippe qui iuxta præceptum domini, columbinam simplicitatem cum serpentis prudentia coniunxerat, iubet Arsenio, vt
B abdat sese, donec in rem præsentem euocaretur: coacto concilio prodit mulier, inferi horrendo spectaculo loculus defuncti, ostenditur brachium hominis resectum loculo impositum. Horror etiam bonorũ animos peruaserat. Quis enim crederet illa fingi à sacerdotibus? Mulier quæ fuerat edocta, narrat se quondã Athanasium excepisse hospitio, & ab eo noctu, quũ nihil ab illo metueret, per vim fuisse cõstupratam. Athanasius introductus est, ad hæc responsurus. Is qua pditus erat solertia, submonet Timotheum presbyterũ suum, vt ipso tacente, mulieri respodeat. Sciebat em se mulieri ne de facie quidem notũ esse. Quũ illa peroraſſet accusationem, Timotheus, Tu ne (inquit) mulier ais te à me vi constupratã? Tum illa muliebri peruicacia, Tu inquit, tu inquam illo loco, illo tẽpore per vim meã pudicitiam cõtaminasti. Erubuere quidã tam facile detecta mulieris calumnia. Nec tamẽ absolutus est Athanasius, nec ad calumniæ pœnã vocata mulier, cp ijdem essent iudices qui accusatores. Itum est ad secũdũ crimen: En inquiunt, ipsa res loquit, hoc est Arsenij brachium, quod in quem vsum amputaris, tu nobis Athanasi exponito. Hic simili solertia vir prudens rogat illos, num satis nossent Arsenium, cuius hoc esset brachiũ. Respondent quidam, se probe nosse Arsenij faciem. Petit Athanasius, vt liceret sibi accersere quendam, quo ad eam causam haberet opus. Cõcessum est. Introductus est Arsenius, cuius facie nudata. Ecce inquit, Arsenius viuus, ecce brachium dextrũ, ecce sinistrũ incolume, vnde vos istud brachium amputaueritis, ipsi narrate. Quid hic expectas, vt hic Athanasius fuerit expeditus? Imõ discerptus erat inimicorũ manibus, ni Archilaus Orientis comes, qui & ipse ei cõ-
C filio præsidebat, virum sanctum è manibus illorum extractũ per occultos meatus dimisisset. Quidam tergiuersari poterant, tam euidenter cõfutati? Vociferabantur hominem esse Magum ac præstigijs imponere oculis hominum, nec vllo pacto committendũ esse, vt talis artifex viueret. Rursus coacto concilio, perinde quasi legitime conuictus condemnatur Athanasius. Spargitur per vniuersum orbem fœdus rumor, per imperiales pfectos per omnes latebras terra mariq; quæritur vir cœlo dignus, propositis etiam pmijs, qui viuum adduxissent, aut si minus id possent, qui mortui caput attulissent. Quid simile Iudæi moliti sunt in Christum? Imõ quis fando audiuit inter ethnicos facinus execrabilius? Specimen dedi, talia sunt schismaticorũ & hæreticorum tabernacula. Quid nunc cõmemorem de Circumcellionũ furiosa crudelitate? Quid de Donatistarum vafrice, technis ac violentia? Hæc nõ ignorant qui legerunt Augustini de his actis commentarios. Sed hæc vetusta. Magis deplorandũ quod nostra etiam memoria, reperta sunt conuenticula in quibus noctu post decantatas dei laudes, extinctis lucernis, promiscua Venere viri cum fœminis miscebantur. Sit hoc leue, in quibus matres vltro tradebant suos infantes occidẽdos & tã immane facinus hilari vultu spectabant, persuasæ sic interfectos inter præcipuos sanctos habendos. Quæ dementia videtur ex hæresi, quæ κατα̃φυγας dicitur, traxisse originẽ, qui eu charistiam ex farina sanguine infantis macerata cõficere solẽt. Eum minutis punctionibus excipiebãt. Quod si puerũ eum mori contigisset, pro martyre colebatur. Vides in quę portenta deuoluantur homines, qui semel deserto dei tabernaculo, sese manciparunt tabernaculis impiorũ. Iam si præstanti forma puellam, cum anu deformi cõponas, & illa videbitur amabilior, & hæc aspernabilior. Ita propheticus ac spiritualis oculus cõferens synagogas Satanæ, cum tabernaculo dei, in quo regnat cœlestis illa veritas, in quo exuberat pax

Athanasi? ob duo crimina accusatur.

exuperãs omnẽ ſenſum, in quo feruet charitas fuci neſcia, triumphat fides inuicta, in quo vno ore, vnaq; anima canuntur laudes dei, magis erumpit in vocẽ, Quàm amabilia taber nacula tua domine virtutum. Pioꝝ enim concordia cœleſtis illius eccleſiæ imaginem nobis repræſentat, inqua nulla eſt opinionũ diſſenſio: Iam em̃ gloriam dñi non in ænigmate, ſed reuelata facie ſpeculãtur, ſumma animoꝝ concordia, ſumma charitas, vno ore, eademq; mente deũ hymnis celebrant. Adde huc, quod ſpiritualis oculus, quẽ perſpicacem reddit lumen fidei, plus cernit q̃ oculus corporis. Quid igitur ille videt p̃terea? Videt Chriſtum in medio ſuorum reſidẽtem ac benedicentem cœtui ſuo, quemadmodũ ipſe pronuntiauit in Euangelio: Vbicunq; ſunt duo vel tres congregati in noĩe meo, ibi ſum in medio eoꝝ. Videt angelos protectores ac miniſtros ſanctæ cõgregatiõis, magna frequẽtia ſummaq; reuerentia verſantes. In tabernaculis impioꝝ omnia diuerſa ſunt, in quibus præſidet Satanas, nunq̃ nocentior, q̃ quum ſe tranſfigurat in angelũ lucis, interſunt impij ſpiritus ad omne malum inſtigantes. Vt ne iam cõmemorem diuerſum exitũ. Quid Chore & illi coiuratis acciderit, ſciunt omnes. Horribile ſpectaculũ erat, terram dehiſcere, ac viua corpora deuorare, aut igni cœlitus emiſſo, aut fulmine conſumpta tot hominũ millia. Nam poſtridie recrudeſcente populi ſeditione, quatuordecim millia perierunt incẽdio cœleſti. Sed horribilius eſt, & animã & corpus mitti in gehennam. Nec omnino falſum eſt, quod dicũt quidam inuiſibilem eſſe eccleſiam. Solus em̃ deus introſpicit corda hominũ, ac vere nouit, qui ſint ipſius. Multis tamen argumentis ſæpe deprehenditur vbi ſit eccleſia dei, vbi ſynagoga Satanæ. Multoꝝ em̃ peccata ſunt ad iudiciũ. Sed hæc ipſa eccleſia viſibilis, quæ bonis habet admixtos malos, quantũ habet alacritatis ac maieſtatis, quoties ad pietatis cultũ conuenit. Vbi is cui datum eſt donum prophetiæ, ſyncere tractat ac diſpenſat verbũ dei, populus religioſa attentione ac reuerentia auſcultat, non vt verbum hominis, ſed vt verbum dei. Quum interim qui docet, ſic afficitur, vt ſentias Chriſti ſpiritum per os hominis loqui. Interea videre eſt præſentem ſpiritus energiam in auditoribus. Alĩ ſuſpirant, alĩs erumpunt lachrymæ, alĩs hilareſcit facies, in ſumma dicas omnes tranſfigurari. Rurſum quum in ſolenni cultu, ſuo quiſq; munere fungitur, alius recitat ſacram ſcripturã, alius decantat laudes deo, alius orat totius multitudinis nomine, tractatq; myſteria, alĩ hæc agẽti ſubſeruiunt, populus interim religioſo ſilentio veneratur hæc omnia. Quis hæc ſpectãs non fateatur, amabilia eſſe tabernacula dei? Itidem quum procedit ſolennis eccleſiæ ſuppli catio decenti digeſta ordine, etiam hi qui tantũ ſpectandi gratia proſpiciunt, venerabunda quadam alacritate tanguntur. Poſtremo omnis legitimus conuentus hominũ ad rem honeſtam habet dignitatem quandã, atq; adeo lætitiam. Cuiuſmodi ſunt cœtus diſcipulorum ad profeſſionem, aut diuerſorũ hominũ ad diſputationẽ publicam. Alcibiades quũ primũ eſſet verba facturus apud populũ Athenienſem, ſenſit animi trepidationem. Eam illi ſic exemit Socrates. Rogat num poſſet cõtemnere coriarium aliquem? Reſpondit maxime. Num figulum? Reſpondit facile. Num fabrũ aut cementariũ? Quũ de ſingulis interrogatus, reſpondiſſet, apud quemuis iſtoꝝ poſſe intrepide dicere: Atqui, inquit Socrates, ex his cõſtat ille populus quem tu vereris. Quod ſi per ſe cõtemptiſſimis hominibus ipſe conuentus cõciliat dignitatem ac reuerentiã, quanto venerabilior eſt cœtus piorum hominũ ad cultum dei viuentis congregatoꝝ? Tantam autem vim habet chorus vnanimiter deo fidentium, vt prophanos etiam rapiat in admirationẽ ſui, ſicut teſtatur Paulus, Idiotam aut incredulum ingreſſum eccleſiam ſanctoꝝ, procidere in faciem ſuam, & adorare deũ, profitentem q̃ vere deus ſit in medio ſuoꝝ. Balaam propheta quidem erat, ſed impius. Is tamen è monte cõſpectis Iſraelitaꝝ tabernaculis, coactus eſt exclamare: Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael. Videbat idem felicem illoꝝ mortem qui perſeuerant in caſtris eccleſiæ. Moriatur, inquit, anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea hoꝝ ſimilia. Conſpexit horum tabernaculoꝝ pulchritudinẽ propheta ſanctus, quũ exclamat in Cantico graduũ: Ecce q̃ bonum & q̃ iucundũ habitare fratres in vnũ. Vidit & Petrus, ſed tanquã per ſomniũ, quum in monte cõtemplatus eſſet domini gloriam, & audiſſet Moſen & Heliam, de gloria mortis dominicæ colloquẽtes: Domine (inquit) bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula. Illic demũ vera eſt cõcordia, vbi lex & prophetæ cõſentientes Chriſtũ noui teſtamenti miniſtrum, nõ litera, ſed ſpũ prædicant. Hoc nec fit in ſynagogis Iudæoꝝ, qui legem detorquent, nõ ad Chriſtũ, ſed ad neſcio quẽ aliũ Meſſiam, quem tot iam ſeculis fruſtra expectãt infelices, nec in tabernaculis Manichæoꝝ qui totum vetus teſtamẽtum, vt non à deo, ſed à principe tenebraꝝ proditum reĩciunt: nouum, ceu multis locis falſatũ, ſuo arbitrio probant aut improbãt. Deniq; in nullis hæreticoꝝ tabernaculis, vbi ſcripturæ nõ ad Chriſtum, qui eſt veritas, accommodãtur, ſed ad ſenſum humanũ detorquentur. Id em̃ ſemper fuit hæreticoꝝ propriũ. Siquidem Priſcillianiſtæ nullius libri vel veteris vel noui teſtamenti authoritatẽ reĩciebant, ſed quũ abſurdiſſima

Eccleſia inuiſibilis.

Eccleſia viſibilis habet bonos & malos.

Balaam propheta iniquꝰ.

A dissima docerent quicquid cum ipsoꝝ dogmatibus pugnabat, falsa interpretatione ad alie
num sensum deprauabant. Verum vt ad Psalmi tenorem redeam, Si tabernacula dei intel
ligis, ecclesiam adhuc in terris militantem, puta hæc dici, vel à catechumeno, vel ab ethni
co aut Iudæo resipiscēte, vel à peccatore siue hæretico, schismaticove redeunte ad cor. Sin
de ea parte ecclesiæ, quæ iam triumphat cū Christo, puta quemuis pium hominē, cū Pau-
« lo cupientē dissolui & esse cū Christo, dicere, Quàm amabilia tabernacula tua dñe virtutū.
Abruptū sermonis initium declarat desiderij magnitudinē à profunda cōtemplatione pro
ficiscentis. Nec otiosum est q alloquens dñm dicit, Tua. Quicquid in ecclesia virtutis, ro-
boris, aut felicitatis est, domini est, nō hominū. Ille gratis sibi redemit ecclesiam, ille guber Bona q̄ fiunt,
nat, ille tuetur aduersus omnes procellas. Et quicunq; ecclesiæ resistit, nō rebellat homini- dñi solū sunt.
bus, sed deo. Hoc aperte loquitur per os Zachariæ cap. 2. Qui retigerit vos, tanget pupil-
lam oculi mei. Et Paulus audit: Saule Saule, quid me persequeris. Rursus quemadmodum
in Euangelio agnoscit sibi præstitū quicquid beneficij collatū fuerit, vel in infimū Christia
ni nominis professorē, ita quicquid maloꝝ ingeritur in ecclesiam catholicā, sibi ingestum
esse deputat. Talem præsidē ac propugnatorem quū habeat ecclesia catholica, frustra sunt
« omnes impioꝝ cōspirationes aduersus illā. Eoq; psalmus addit, dñe virtutū. Virtutes autē
hic appellat, non ἀρετὰς quæ opponuntur vitijs, sed δυνάμεις, quæ vox sonat potentiam.
Atq; hoc cognomēto sacræ literæ nonnunq̄ designāt deum. Veluti psalmo. 23. Dominus
virtutum ipse est rex gloriæ. δυνάμεων. Præcesserat em̄, Dñs fortis & potens, dñs potēs in
B prælio. Et in veteris testamēti voluminibus frequenter appellatur dñs Sabaoth, quod He- Sabaoth.
braeis sonat, virtutū siue exercituum. δυνάμεις in mysticis literis interdū declarat præcipuos
angelos, quoꝝ ministerio deus vtitur ad electoꝝ suoꝝ protectionem. Hunc exercitū vi- 4. Regū. 6
dit Helisæus, quum puero ad cōspectum Syroꝝ exercitū exanimato diceret, Noli timere
plures sunt nobiscum q̄ cum illis. Et ad prophetæ preces aperti sunt oculi ministri, mox &
ipse vidit montē plenū equitibus & curribus igneis. Nemo, inquit Christus, potest eos de
manu mea eripere, quos pater dedit mihi. Concinit his canticū graduum: Nisi dñs ædifica
uerit domū, inuanum laborāt qui ædificāt eam, &c. Tempore Pauli nec opibus, nec viris,
nec vllis mundi p̄fidijs erat munita ecclesia, & tamen magna fiducia loquitur, Si deus pro Roma. 8
nobis, quis cōtra nos? Moxq; eō fiduciæ prouehitur vt quum ecclesia tot malis vndiq; pre
meretur, nō vereatur dicere: Certus sum, q neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; princi-
patus, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, nec vlla creatura alia pote-
rit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Vnde tanta fiducia Pau
le, inter tot mortes, inter tot pericula, & foris & intus vrgentia? Vnde isti spūs, paucis indo
ctis, priuatis, tenuibus & oppressis? Ex nobis, inquit, nihil possumus, sed dñs noster domi-
nus est virtutum. Siue igitur accipias virtutes angelos, ecclesiæ protectores, siue miracula,
vterq; sensus declarat ecclesiæ dominū prorsus inuictū esse, quū sit omnipotens, ad cuius
nutum præstò sunt omnes angeloꝝ legiones, & qui facit mirabilia magna solus, quiq; so-
C lus quicquid voluit fecit, in cœlo pariter atq; in terra. Ecclesiæ primordia miraculis nō hu-
manis præsidijs inualuerunt. Et quoniam quicunq; pie viuunt in Christo Iesu, impiorum
persequutionē patiuntur, humiles iuxta mundū ac pauci præ his qui oppugnant, ad cōsola
« tionem gregis pusilli dictum est, domine virtutum. Hic est em̄ ille qui dicit in Euangelio,
Nolite timere pusillus grex, quia vestrum est regnum cœloꝝ. Et rursus, Confidite, quia
ego vici mundū. Solus hic potuit alligare fortem, domūq; illius ac supellectilem diripere.
Aestimati, inquit, sumus sicut oues occisionis. Quod animal oue imbecillius aut magis im- 2. Coꝝ. 10
belle? Sed quid dicit Paulus iam ē lupo factus ouis? Arma militiæ nostræ nō carnalia, sed
potentia deo, ad destructionē munitionū, consilia destruentes, & omnē altitudinem extol
lentem se aduersus scientiam dei, &c. Eodem in loco obiurgat Corinthios, q quum adhuc
essent carnales, ea tantū viderent, quæ erant secundū faciem, atq; è rebus externis æstiman
tes apostolos, q non solum iuxta mundum tenues essent, & humiles, verumetiam afflicti,
contemnerent eos, quum essent spiritualibus opibus ditissimi, spiritualibus armis minutissi
mi. Ita quorum oculos occupauit huius mundi potentia, quum metiuntur ecclesiam Chri
sti externa specie, non solum contemnunt eam, verumetiam abhorrent & auersantur. Ta
les erant olim qui baptismum in extremæ vitæ diem studio proferebant, nec nisi tristes ac
deplorati veniebant ad atria domini. At qui spiritualibus oculis cernit gloriam filiæ regis
« ab intus, dicit cū propheta: Concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Mediocria bona
moderatis affectibus expetūtur, at illa quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho
minis ascenderūt, quæ deus præparauit diligentibus se, ingenti desiderio expetant opor-
« tet. Hanc desiderij magnitudinem propheta expressit, addens, & deficit in atria domini.
ἐπιθυμῶ vulgare est, sed ἐκλείπειν non est nisi supra humanū modū desiderantium. Græci
λιποθυμίαν appellāt, quū propter vehemētem & subitū spirituum motū homo destitutus

animo sibi excidit ad tempus. Eam affectionem aliquando gignit in homine, vehemens D
pauor, aut amiratio: vnde stupefactos & attonitos dicimus. Nonunquã ingens dolor, aut
lætitia præter spem obiecta, aut amor impotens. Vnde & in prophanis tragœdijs, Phæ-
dra ad Hippolyti conspectũ concidit exanimi similis. Et historijs proditũ est, mulierẽ ad
inexpectatũ filij sui introitũ, quem acceperat in bello cecidisse, fuisse exanimatã. In eundẽ
sensum vsus est hoc verbo, Psalmo 118. Defecit in salutare tuum anima mea. Defecerũt ocu
li mei in eloquium tuum. Huc pertinet quod sponsa loquitur in Cantico Solomonis: Ful
cite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quæ fulciri postulat, periclitatur
ne concidat. Idem eñ accidit in spiritualibus quod in rebus externis. Requiritur modera-
ta cognitio inter potentiam & obiectum. Alioqui si quod sensui obijcitur careat modo, sen
sum obruit: veluti sol nulla nube temperatus, si intendas oculos corrumpit visum, & soni-
tus immodicus adducit surditatem. Sicut literis eruditorũ proditum est, apud Stadisin op-
pidum, vbi Nilus se per Cataractas ingenti fragore præcipitat, indigenas nasci surdos. Itẽ
illud sæpenumero videmus accidere, vt qui vehementer intendunt animũ rebus supra mo
dum subtilibus inuestigandis, incidant in demẽtiam. De Aristotele literis proditũ est (vere
an falso, nunc non excutio) quod posteaq̃ ingenium suum diu multumq̃ torserat studio
perueſtigandi causas, quur mare Euboicum secus q̃ alia maria septies in die decurreret ac re
curreret, neq; quicquã proficeret, sese in ipsum abiecit mare, dicens, quando ego nõ te ca-
pio, tu capies me. Quo minus mirandũ est, si qui non contenti credere, quæ nobis tradidit
Locus corru pti sensus cois scriptura, de diuina Triade multa scrutantur humanæ mentis captum in immensum exce-
dentia, in delirationem incidunt, vt iam communi quoq; sensu careant, qui supra humanũ E
sensum sapere voluerunt. De quibus vaticinatus est Solomon: Qui scrutator est maiesta-
29
tis, opprimetur à gloria. De ijsdẽ Esaias: Qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint.
Esaiæ. 40
Sed iamdudũ audire cupis, quæ sint ista præclara bona, sensum humanũ exuperantia, quæ
cõspexit, hic qui tanto desiderio gestit in atria dñi ingredi, vt præ admiratione deficiat a-
nimo? An quisquã digne valeat æstimare, quanta sit dignitas, quantaq; felicitas, hominẽ
peccatoram ac Satanæ laqueis irritum, per fidem ac baptismũ gratis e mancipio diaboli
coaptari in numerum filiorũ dei, insitum corpori Christi, vnũ cum illo fieri, ex hærede ge
hennæ fieri hæredem regni cœlestis, allegi in illud glorioſum cõtubernium sanctorũ om-
nium, qui à cõdito mundo fuerunt, quiq; vsq; ad consummationẽ seculi futuri sunt, siue in
Atrium quid cœlis, siue in terris? Tantus honos, tãtaq; beatitudo præstatur cathechumenis in atrijs do
mini, priusquã admittantur ad penetralia. Nã atrium proprie nobiliũ ædium ingressus di
citur, Vnde serui atrienses, qui atrio præsunt. Itaq; qui fidei oculis perspicit maiestatẽ do-
mus dei, quid mirum si ad res diuinas, & humana natura superiores animo deficit, & affe-
ctu impotenti raptus sese præ desiderio non capit? Horatius homo facundus ad Mœcena
tem accitus pauca loquitur, idq; (vt ipse ait) singultim. Nec raro accidit viris alioqui ma-
gnis & eruditis, vt in celebri cõsessu pontificũ aut principũ dicturis, vertigo oboriatur, si-
biq; repente sic excidãt, vt quæ mensibus aliquot meditati sunt, proloqui nõ possint. Sed
quid illius cõsessus maiestas ad ecclesiæ gloriam? Certius aũt cernitur oculis fidei q̃ oculis F
corporis. Proinde qui frigidi & inuitis similes veniunt ad baptismũ, nondũ peruident ad
quantã felicitatẽ recipiantur, eoq; indigni sunt qui potiantur ad quod inuitantur. Age si
cui plebeio in tetro carcere marcescenti veniat nuntius, dicens: Bono esto animo, hodie li
ber Regiam ingredieris, futurus inter aulæ proceres, & regi charus: nõne periculũ esset ne
subito gaudio deficeret, & ne post carceris tenebras, ad regalis domus lucẽ ac maiestatem
admissus ipse sibi excideret? Sed quis carcer, quod barathrũ tam tetrũ est, q̃ est in quo deti-
nentur, quos Satanas alligauit criminũ vinculis? Aut quæ est vsquam regia, etiamsi omnis
splendorem in vnam conferas, quæ cum ecclesiæ maiestate possit conferri? Quod si meri-
to reprehendẽdi sunt, qui tantam gratiam segnes ac languidi accipiunt, quanto iustius cul-
pandi sunt, qui in huius regiæ penetralibus sordide & incomposite viuunt? Arbitror & in
ipsis prophetæ verbis aliquid latere mysterij, nõ dicit, ego defeci: sed, Anima mea defecit:
nec ait, ego exultaui: sed, Cor meũ & caro exultauerunt. Animæ vox in literis sacris inter-
1. Corinth. 2 dum humanum quiddam & infirmius sonat. Veluti quum Paulus loquitur Corinthijs:
ψυχικὸς, hoc est, animalis homo nõ recipit ea quæ dei sunt. Sic & Iacobus huius mundi sa
pientiam, quæ fidẽ reijcit & humanis rationibus scrutatur diuina, animalẽ appellat. Sic &
caro hominis crassius quiddã sonat, cui perenne bellum est cũ spiritu dei. Cordis vero no-
mine spiritũ hominis siue mentem significare videtur. Spirituum eñ vitalium iuxta Phy-
sicos, fons in corde est. Est igitur caro, quæ (authore Paulo) regnum dei nõ valet posside-
Gene. 6 re. Et est caro, cuius consortium nõ patitur spũs dei. Puta hanc esse infimam hominis par
tem. Sic est & anima, quæ repellit spiritum dei, quemadmodum ait sanctus Iudas, eos cen
digito notans, qui sectantes ea quæ sunt huius mundi, per sectas & schismata secedunt ab

ecclesiæ

A ecclesiæ consortio. Hi sunt, inquit, qui segregant semetipsos, animales, spiritũ non habentes. Iam est & cor hominis, in quod nõ ascenderunt ea quæ deus præparauit diligentibus ipsum. Quũ igitur totus homo, vt omnes suas vires in vnũ conferat, non sit capax donorũ cœlestium, quid supereſt nisi vt totus deficiat in sese, concidatq́, quo renouatus & erectus spiritu dei, per fidem perspiciat q̃ ingentia sunt quæ diuina benignitas nobis per filiũ gratis largitur, si digne accedamus ad illius tabernacula. Sic deficere proficere est, sic exanimari viuificari est, sic sibi excidere, est reddi sibi, sic cõcidere, est erigi, sic suis viribus destitui, est robustũ fieri in Christo, sic emori, est in deũ transformari. Nisi em̃ mortificetur q̃d animale est, non exoritur quod est spirituale. Itidem in rebus naturæ corrumpitur siccum & informe semen, vt exurgat viridis arbor. Emoritur deformis eruca, vt prouolet nitidus ac picturatus papilio. Marcescit cicada iam anus, vt ex ficco exuuio prodeat noua succulenta modulatrix. Posteaq̃ igitur totus homo defecit, & defecit in tabernacula dei, tunc caro simul & anima & cor illius exultat in deo viuo. Spũs em̃ dei p fidẽ innouat omnia, fitq́ totus homo noua creatura in Christo Iesu. Nam est caro quæ videt salutare dei, & (iuxta Paulũ) est corpus spirituale, & est cor mundũ quod in nobis creat deus, & est spũs rectus quem innouat in visceribus nostris. Hinc nimirum nascitur illa spiritualis exultatio, nõ in opibus aut honoribus aut voluptatibus huius mundi, non in forma, viribusq́ corporis, non in sapientia humana, sed in deo viuo, qui vitam dat mortuis. Is demum tuto gloriatur, qui (beato Paulo monitore) in domino gloriatur. Scriptura frequẽter hoc viui cognomen attribuit deo, nõ tantum ad differentiã simulachrorũ mortuorũ, sed etiam ad declarandũ illius omnipotentiam. Viuum em̃ dicitur, quod est efficax. Non est magnum si credamus deum esse viuentem, quũ viuãt & bruta animalia, sed hic solus sic est viuus, vt sit ipsa vera vita, vnde velut à fonte manat omnibus vita. Ego (inquit dominus) sum via, veritas & vita. Mortificato igitur vetere homine & sepulto in baptismo, nouus homo in se quidem mortuus, sed in se viuentẽ habens Christũ, totus exultat, gratias agens ei cuius gratuita munificentia sic transformatus est. Sara em̃ non genuit Isaac, hoc est, gaudium spũs, nisi posteaq̃ illi defecerãt muliebria. Sed vnde genuit? ex Abraham carne emortuo, sed fidei vigore viuo, viuidoq́. Cæterũ ipse propheta causam huius exultationis maluit per allegoriã nobis exprimere: Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos. Quàm magnificã rem, quàm humili tropo expressit spũs propheticus. Quid est igitur q̃ sic exultas, sic gaudio gestis ac triumphas, qui paulo ante defeceras? Quia passer, inquit, inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi ponat pullos suos. Naturæ instinctu omnia animantium genera, parant sibi locum aliquem in quo post labores tuta conquiescant, & in hoc mira ingeniorum varietas. Pleraq́ procul in auia & impedita loca recedunt, quæ vix à venatoribus perueſtigantur, vt cerui. Apri fruticetis abdunt sese, Leones ac dracones speluncarũ recessibus, Lepus auerso saltu mire fallit venatorẽ, ne deprehendat cubile, Serpens in cauernis suis tutus est, Cuniculi subterraneis labyrinthis sese tuentur, Formicæ in cauis effossis per hyemẽ latitãt, Apes in cauis arboribus extruunt cellas suas, easq́ cruſto tenaci & amaro foris oblinunt, quo tutæ sint aduersus iniuriam. Habent & pisces recessus ac latebras suas. Auium magna pars in saltus inaccessos aut in loca palustria recipiunt sese. Aquila in præruptis ponit nidum, perdix humi. Alcyones in mari suspendũt nidum,

B Quid sit viuũ

C tanta arte contextum, vt ne ferro quidem rumpi possit, nec adhuc à quoquam deprehensum est, vnde cõficiant fluitantem domunculã. Complures surculis ac stipulis arte congestis in ædium fumarijs, aut in arbore suspensis nidulantur. Passeres & hirundines nos quoq́ docuerunt ex vda argilla paleis temperata struere macerias. Et ne singula commemorando fiam prolixior, vnũquodq́ animal, vbi repperit in quo tuto conquiescat, suamq́ sobolem educet, suam felicitatẽ assequutũ est, nec amplius quicquã desiderat. Habet em̃ naturæ principia, quæ sunt tueri sese, & suam propagare speciem. Sed mirabitur aliquis quur ex oĩm animãtiũ generibus solæ nominẽtur aues, & in his passer tantũ & turtur. Inter omnia animãtium genera minutissimum est auium genus. Habet terra elephantos, mare balenas, immani magnitudine. Inter aues autem minimus est passer, cuius vilitas, & vita solicitudinis expers, nobis ore domini cõmendata est. Nõ amat spũs sanctus animos fastu turgidos, corporaliumq́ bonorũ amore grauatos, & ob id humi gradientes: volucres amat animas, cœli cõmercio gaudentes: amat in suis oculis pusillos, iuxta mundum contẽptos, amat totos de dei prouidentia pendentes. Si deus sic vestit, sic alit passerculos, quorum bini asse vix emi possunt, quid tu te discrucias, in extremam senectam, ad quam fortasse nunquam peruenturus es, & in liberos, nepotes ac pronepotes, per fas nefasq́ congerens diuitias, fortassis ad eos peruenturas, ad quos tu minime velles. Et si ex passerculis vnus nõ decidit in terram: nam hoc interdum fit, ex immodico (vt quidam tradũt) coitu: quid tu cooptatus in gregẽ illorum de quibus seruator pronuntiauit, ne pilum quidem capitis periturum sine prouidentia

dentia patris, ad genethliacos & astrologos curris, metuēs ne ante diem tuū pereas? Tur- D
tur hoc habet cōmune cum columbis, quod suspiriū ædit pro cantu, quod adulteriū nescit,
imò ne digamiam quidem: fertur eñ, compare mortuo, nulli alteri se iungere. Quare vox
huius grata est sponsæ, in mystico Solomonis cantico: Vox (inquit) turturis audita est in
terra nostra. Alioqui vernis mensibus longe dulcius canūt alaudæ ac luscinię, sed sponsæ
2. Corinth. 5 placent turturę suspiria. Quotquot eñ contemnūt hunc mundū spe vitæ cœlestis, quan-
diu versantur in hoc corporis tabernaculo, ingemiscunt grauati, eò (ficut ait Apostolus) q̄
nolint expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Adde quod in ve-
teri testamento turtur pauperū erat oblatio, vt vilitas huic aui fit cum passere communis.
Sibi vilissimus sit oportet qui vere agnoscit in se nihil esse boni. Quid Paulo sublimius? ta-
men vt passerculus loquitur, quū ait sese abortiuum & apostolorę minimum ac prorsus in-
dignum apostoli nomine, deniq; reiectamentum ac peripsema huius mundi. Sed hæc vi-
litas vna res est, quæ nos reddit pretiosos in oculis dei. Hæc exiguitas magnos & excelsos
facit apud iustum iudicem. Vis audire huius passerculi magnitudinem? Omnia, inquit,
possum in eo qui me corroborat. An nō dicas hic è passerculo aut turture factū leonē? Ex
Hebræ. ii. diametro pugnāt iudicia dei & iudicia huius mūdi. Itaq; sicut mūdus amat ac magnifacit
eos qui de mūdo sunt, ita odit ac cōtemnit eos qui de mūdo non sunt. Circumierunt (in-
quit) in pellibus ouium & capraręę, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in
montibus & speluncis & cauernis terræ. Quid cōtemptius? sed audi dignitatem. Quibus,
inquit, dignus nō erat mundus. Quid Paulo iuxta mūdum abiectius, qui sese appellat pe-
ripsema, hoc est, purgamentū quod abijcitur? Sed idem ille tam despectus mundo, quanti E
fuit apud Christū, qui testatur illum sibi vas esse electū. Sed quid de cæteris sanctis loquor,
quū ipse gloriæ dominus dicat per os Dauid: Ego sum vermis & nō homo, opprobrium
hominū & abiectio plebis. Atqui idem ille mūdo cōtemptissimus est, in cuius nomine se fle
ctit omne genu, cœlestiū, terrestrium & infernorę, quiq; pari cōsortio in gloria est dei pa-
tris. Nullus igitur pie viuens displiceat sibi, si cōtemptus & inuisus est his, qui hauserūt spi-
ritum huius mūdi. Est quidem pro viribus enitendū, ne cui præbeamus offendiculū, attа-
men magnū est argumentum, nos esse gratiosos apud Christum, si citra culpam nostram
mūdo simus inuidiosi. Quū mundū dico, nō designo professionem, vestē, cibos, aut titu-
lum, sed animū Christi spiritu vacuū. Vulgus eñ hac voce quemadmodū aliįs multis abu-
titur, mūdanos appellans, qui sacris initiati nō sunt, aut qui monasticam vitā professi non
sunt. Professos autem appellant extramūdanos & mūdo mortuos. Atqui sicut sub omni
veste, quātumuis sit vilis, aut ἀεροπερστικὸς latere potest mūdanus animus, ita sub veste, quā-
uis laica, aut etiam militari latere potest animus à mūdo alienus, etiamsi pluma struthioca-
meli volitet in pileo secto. Sed interim fortassis subibit alicuius animū admiratio, quo mo
do repente, à tanta exultatione totius hominis, ad suspiriorum mentionem dilapsi simus,
velut à calcaria (quod aiunt) in carbonariam. Quoniam hæ duæ res licet inter se pugnare vi
deantur, tamen ita sibi connexæ sunt, quādiu versamur in hoc mortali tabernaculo, ac the-
saurum cœlestem portamus in vasis fictilibus, vt altera ab altera sciungi nequeat, imò q̄d
maius est, altera vicissim ex altera nascatur. Omnis nostra exultatio qui per fidem ambula-
mus, est in spe futurorę bonorū. Quæ quo clarius cernimus oculis fidei, quòq; certius spe- F
ramus, hoc maiora trahimus suspiria, ficuti vehementibus desiderijs omnis molesta est di-
latio. Quoq; magis ad illam vitam suspiramus, hoc magis exultat cor & caro nostra in deo
viuo, dum in mūdo tristitiam habemus, in Christo solatium. Nihil hic perfectum est, vix
quicquā tutū. Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus. Et qui stat, huic videndū
est ne cadat. In medio laqueorum ambulamus, quos omnes effugere difficillimum est, ne
dicam impossibile. At hæ molestiæ quas hæc vita secum defert, etiam si nō tantum valeant
vt nos abducant à charitate, quæ est in Christo Iesu, tamen ab illa spirituali mentis exulta
tione frequenter auocant, & cogūt ingemiscere desiderio eius diei, quo continget quod
perfectum est. Quis eñ à tali exilio nō suspiret ad talem patriam? Vis audire turturem sus-
pirantem? lege Psalmum. cxix. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cū
habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Domine libera animam meam à la-
bijs iniquis, & à lingua dolosa. Pijs hominibus magna pars afflictionum est perpeti mores
& linguas malorum. Hic enim locū habet, quod ait Ecclesiastes: qui apponit scientiam, ap
ponit dolorem, & in multo sensu multa indignatio. Lumen solis omnibus commune est,
at nō omnibus cōmune lumen fidei. Cedar Hebræis tenebras sonat. Quicquid aūt moliū-
tur, qui mūdi huius spiritū habent, mera caligo est, oderūt lucem veritatis ac magis amant
tenebras. Et quū propemodū plus discriminis sit inter hominem fide illuminatum ac spi-
ritualem, & hominē fide vacuum & carnalem, tamen in hac peregrinatione pŋ coguntur
cū tā diuersis animis in eadē vrbe & in vnis ædibus viuere. Sic Loth viuēs Sodomis animo

discru-

A discruciabat, optans eripi à nefarioꝝ cõsuetudine. Sed turturẽ eundẽ quẽ modo audisti gra uiter suspirantem. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Audi rursus exultantem spe promissæ felicitatis: Lætatus sum (inquit) in his quæ dicta sunt mihi, in domũ dñi ibimus. Ausculta & aliũ turturem insignem grauiter ingemiscentẽ, patriæ cœlestis desiderio. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nunc & hunc ausculta exultantẽ. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in oñi afflictione nostra. Hos gemitus videmus semper fuisse grauissimos in viris ad cœlestem beatitudinem anhelantibus. Hinc olim tot hominũ examina non ferentium idololatraꝝ impietatem ac sæuitiam, occupauerunt solitudines Thebaidis. Hinc prima monachoꝝ origo. Satius esse ducebant cũ leonibus ac pantheris habere commertiũ, q̃ cũ hominibus impijs. Alij secesserũt in solitudines Syriæ, quorum est beatus Hieronymus. Alij in desertas insulas sese abdebant. Alij montium cacumina, penè inaccessa obsidebant, vt D. Benedictus. Nonnulli paludes horridas, & vix vlli animantium habitabiles scrutabantur, vt Patricius ac Bernardus. Alij rupes & ipso aspectu horrenda quærebant loca, vt Bruno, aut si quis alius fuit author Carthusianæ sodalitatis. Hæc suffugia persuadebat pijs hominibus huius exilij tædiũ. Studebant seiungi ab his qui habitabant Cedar. Sed hic quocunq; te vertas, quocũq; te abdas in exilio es. Quære, pete, q̃ voles retrusas latebras, homo ad homines vadis, atq; vt vniuersum hominũ commerciũ effugias hominẽ tecũ effers, mortale corpus tecũ circumfers, quo grauatus sic ingemiscit Apostolus. Diuus Basilius legitur monachos qui in solitudinibus procul ab hominũ

B commercio degebant ad vrbana sodalicia reuocasse, quod vir prudens intelligeret illorum plerosque non euadere vere pios, sed supercilios os, falsa sanctimoniæ persuasione turgidos, irritabiles, vindices, morosos, sensus commuis expertes, & ad omnem vitę functionem ineptos. Fatetur idem D. Chrysostomus experimento cognosci, si quando ab illis ieiunijs, vigilijs & chameunijs ad episcopi munus accerserentur. Foris quærebant, quod intus quærendum erat. Ponebant nidos, sed non in atrijs domini, quum regnum dei sit intra nos. Hic ipse sermonis cursus, admonet nos vt ad nidos reuertamur. Nidus est in q̃ acquiescit hominis desiderium, & in quo tranquille fouet pullos, hoc est, curas & cupiditates suas. Felix eñ ille dicitur, qui quum sapiat, nihil præterea desiderat. Id nulli mortalium in hac vita potest contingere. Cæteris animalibus natura felicitatis terminos præscripsit, quæ simul vt ad id peruenerint, ad quod condita sunt, suam quandàm beatitudinem assecuta sunt. At hominis animus quoniã diuinus est & immortalis, nihil inuenit in hac vita, in quo vere conquiescat, nisi fuerit assecutus ad quod conditus est. Quid est igitur illud ad quod conditus est homo? Vt corpore simul & animo cognoscat, amet, glorificetq; deum conditorem & redemptorem ac dominum suum. Hæc est (inquit dominus) vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cognoscere videre est, & videre frui est. Frui, beatitudinis extrema linea est. Hæc felicitas non continget plene, nisi in resurrectione iustorũ. Hic tamen aliquis nidus est in atrijs ecclesiæ, sed pensilis ac fixus in spe futurorũ. Nam extra ecclesiam nulla est veræ felicitatis spes. Tam immensa, tam capax res est animus humanus, vt eum solus Deus possit explere, etiam si illi præter Deum sexcentos mundos addas. Quid quod etiam in rebus inanimis videas vnumquodque ad suam ferri sedem? Lapis ex

C alto deiectus, simul vt terram contigerit, quiescit, flamma quanto impetu fertur ad suum locum? Quid est hoc quod interdum sic conentit terram, vt saxeos etiam montes disrumpat, nisi Boreas, nitens in natiuum erumpere locum? Sic vesica vento distenta vi in aquam depressa exilit. Ignea res est animus hominis, qui quanquàm grauatur hoc terreno corpusculo, tamen non conquiescit, donec ad natiuam sedem subuolarit. Ac natura quidem omnes homines venantur otium, quærunt aliquid in quo conquiescat animus, sed qm̃ in rebus vel inanibus, vel perituris figunt nidum, quo magis expetunt quietem, hoc maioribus turbis inuoluuntur. Quid enim aliud sibi volunt tot veterum volumina de summo bono, de bonorum finibus, deq̃e animi tranquillitate, quam Græci vocant εὐθυμίαν. Alius posuit nidum in scientia, alius in indolentia, alius in voluptate, quidam in habitu virtutis, quem appellant sapientiam. Nonnulli in actu vsuq̃e virtutis. Sed isti omnes (teste Paulo) euanuerunt in cogitationibus suis, & quum lingua magnificis verbis alijs εὐθυμίαν pollicerentur, ipsi cor habebant irrequietum. Quur ita? Quoniam non exultauerunt in Deum viuum. Si sic delirarunt sapientum proceres, quid attinet dicere de idiotis? Qui diuitijs metiuntur felicitatem? Atqui posteaquàm ad præscriptum sibi modum peruenerunt, sentiunt esse verissimũ quod scripsit ille Venusinus, Crescentẽ sequit cura pecunã. Et: Crescit amor nũmi quantũ ipsa pecunia crescit. Alij contẽptis opibus regnũ ambiũt ac monarchiã. Quid eñ aliud tãto reꝝ tumultu moliebat Alexander magnus? Sed quotã ille mundi partem sibi potuit subigere? Et si totũ subegisset, quũ ex Democrito didicisset innumerabiles esse mundos ingemuisset, qui in vnius orbis parte tam diu laborasset. Quid nõ & fecit & passus est Julius

2. Cor. 7

Hoc est, humi dormitiõibus

Cæsar, vt orbis Romani principatum teneret? Tenuit, sed ibi non conquieuit animus, D
Imo curis & conscientia scelerꝫ vrgente, mente defectus est, vt vitæ tædio mortẽ optarit,
sed inopinatam. Non potest illic esse vera quies, vbi est animus sibi male conscius. Finẽ ne-
sciunt humanæ cupiditates. Hic sibi promittit otiũ, si talem puellam nanciscatur vxorẽ, insi
gni forma, pulchreq; dotatã, sed pro quiete molestiarꝫ agmen repperit. Ille sibi beatam vi
tam pollicetur, si tale sacerdotiũ adipiscatur, sed assequuto crescit venandi acrior fitis. Con-
nectitur sacerdotiũ sacerdotio, eluctatũ est ad Abbatis dignitatem, petitur episcopi mitra
& mitra, magis opima mitra permutatur. Iam animus anhelat ad Cardinaliciũ fastigium.
Hoc vbi contigit, ambitur corona triplex. An hic tandẽ conquiescit animus? Respondeat
De Iulio. nobis Iulius secundus, cuius extrema senectus intollerabilius rerꝫ fluctibus iactata est. De
cætaris iudicent alij. Non est absurdũ, quod diuus Augustinus interpretatur pullus, bona
opera nostra, quæ nisi ponas in nido ecclesiæ Catholicæ frustranea sunt. Phocion & Aristi
des, Traianus & Antoninus, alijq; cõplures multa fortiter, iuste ac pie gesserũt erga patriã.
Laudatur Zenonis continentia, Xenocratis integritas, Socratis patientia, sed quoniã ex-
tra Christũ facta sunt, non contulerunt veram felicitatem. Iulianus Imperator immensam
pecuniæ vim effudit in subsidia pauperꝫ. Sed aduersus Christũ. Itidem in multis hæreticis
quędam eximiæ virtutes vixq; credibiles prædicatur. Magna diuitiarꝫ contẽptio in Ebio-
nitis, prodigiosa orandi assiduitas in Euchitis, magna abstinentia ac vitæ seueritas in Mani-
chæis. Sed hi frustra omnia faciebant, quia non ponebant pullos suos in nido ecclesiæ, sed
in suis quisq; tabernaculis nidulati sunt, eoq; conuenit illis illud veteris prouerbij, vt è ma
lo coruo nasceretur malum ouum, & expectatis turturũ pullis, excluderentur aspides. Nos
igitur si quærimus veram animi quietem, perseueremus in tabernaculo domini virtutum,
De vera rege & vita beata. maneamus in vnitate ecclesiæ Catholicæ, quæ est Hierusalem, & ædificatur vt ciuitas, cuius
participatio in idipsum. Hæc est enim illa beata quies, de qua dicit alius psalmus: In pace in E
idipsum dormiam & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.
Sion autem mons est Hierosolymæ, in quo tabernaculum erat & regia. Sion autem specu-
lam sonat Hebræis. In hunc igitur montẽ ascendamus. Quo modo ascendemus? Contem
ptu rerꝫ terrenarꝫ ac desiderio vitæ cœlestis. Ibi post longas errorũ ambages, post infrugi-
feras rerum humanarꝫ curas delassati, inueniemus nidum in quo resocillemur, inueniemus
requiem, quemadmodũ dicit Psalmus. 14. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis
requescet in mõte sancto tuo? Ingrediamur sine macula hæreseos, & proficiẽtes in fide, quæ
per dilectionem operatur, faciamus iustitiã, non Iudaicã, sed euangelicã, totũ quod recte vi
demur agere deo tribuentes. Vt autem in hunc montem subuolemus, simus animi de-
missione passeres, viles mini micq; ptetij in oculis nostris, non soliciti de crastino, sed omnẽ
solicitudinem proijcientes in eũ, cui nostri cura est. Simus innocentia & castitate turtures,
Matth. jj & intelligentes nos non hic habere stabilem sedem ad cœlestem illã Hierosolymã assidue
suspiremus. Auscultemus voci domini ad veram animi quietem inuitantis: Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos, & disci-
te à me, quod mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iuxta sen-
sum humanũ absurdus est sermo. Nam quæ requies mitibus & humilibus qui conculcãtur,
& è sedibus suis exiguntur? Aut quę requies ducentibus iugũ? Seruitutis nomen est iugum, F
Qui terrã pos sident. & iuxta Græcorꝫ prouerbiũ: Seruis nullũ est otiũ. Sed qui ad Christi exemplũ mites sunt,
terram possident: & qui iuxta mundũ humiles sunt, in Christo sublimes sunt, pertingentes
vsq; ad cœlũ: & qui placido Christi iugo submittunt colla, vere liberi sunt. Submittunt autẽ
qui citra disquisitionem fidunt illius promissis. Sequamur prophetam mystagogum, qui è
vestibulo nobis ostẽdit, q̃ amabilia, q̃ pulchra, quàm suspicienda sunt atria domini, quanq;
placida sit in illis animorum requies. Nunc ex atrio ostendit nobis altaria domini, quæ san
ctior & pulchrior templi pars est. Altaria tua domine virtutum, rex meus & deus meus.
Apud Iudæos magna erat templi, ac vasorum templi religio, magnificus altarium ornatus.
Hinc illæ voces, templum domini, templum domini & sanctissimũ iusiurandum erat iura-
re per templum & altare. Nec fuit impune domino dixisse: Soluite templum hoc. Sed ista
nihil aliud erant quàm typi rerum spiritualium. Propheta dum hæc loquitur, aliud quod-
dam tabernaculum non manufactum contemplatur, alia videt altaria, quæ sic admiratur, vt
attonitum verba deficiant. Quidam enim hunc sermonem: Altaria tua domine, refe-
runt ad superiora, quàm dilecta tabernacula, quàm dilecta altaria. Augustinus anne ecit pro-
ximis, passer inuenit sibi domũ, turtur nidum, vt appositiue sequat, altaria tua, vt intelliga-
mus ipsa altaria eẽ nidos, in qbus conqescimus. Mihi rectius videt, vt sermo sit inabsolutus,
quo magis exprimant admirãtis affectus. Sic quũ videmus principis domũ magnifice ex-
tructam stupefacti dicimus, Platiũ regiũ. Et quemadmodũ hic emphasis est, in voce regi-
um, ita in prophetæ verbis magna emphasis est, in pronomine, tua. Tu vnus es dominus
virtutum,

A virtutũ,& hæc tua sunt altaria,te digna,tibi grata. Rursus pro virtutũ,Græcis est δυνάμεων de quo prius admonuimus,Hebræis Sabaoth,hoc est,exercituum. Iteratio ad hoc fit,vt intelligamus ecclesiam,licet iuxta mundum contemptam & inermem,tamen protectore deo exercituum inuictam esse,atq; ipsis etiam portis inferorũ inexpugnabilem. Non hæc sunt altaria quæ vitulorum,hircorũ & arietum sanguine cruentantur. Dominus iam olim per os Esaiæ hoc victimarũ genus fastidiebat. Quid igitur? Deus spiritus est,& spiritualibus victimis delectat. Non gaudet cæde pecundum,sed mortificatione cupiditatum spiritui reluctantium. Si amore Christi mactasti in teipso pecuniæ studiũ,& quod prius abditum pro deo colebas,nunc erogas in membra Christi,gratissimam deo victimam immolasti. Si iugulasti luxum & libidinẽ è lurcone factus sobrius,ex incontinente castus,acceptã deo hostiã mactasti. Si læsus à proximo,in gratiã Christi compescis efferuescentẽ animũ,ac vindictam remittis,gratissimũ deo sacrificium obtulisti. Si fide firmus & charitate feruens tuâ omnia teq; torũ tradis volũtati diuinæ paratus & mortem & gehennã subire,si sic illi visum fuerit,gratũ holocaustoma posuisti domino virtutũ. Hic est cultus rationalis siue spiritualis & hostia viua,sancta ac deo placens,ad quã cũ obsecratione nos hortatur Apostolus Rom. 12. Ita deus non delectatur vapore thuris,aut myrrhæ,aut Storacis,sed amat suffitũ spiritualem,vota ac preces piarũ mentium,gratiarũ actionem,& sacrificium laudis, quo deus gaudet honorificari. Per has victimas iter ad videndũ salutare dei, qui finis est & huius psalmi. Videbitur deus deorũ in Sion. Preces acceptæ sunt,quæ fiunt cum fide: & in nomine Chri-

B sti,gratiarũ actio,non tantum in prosperis,verumetiã in aduersis immolanda est. Sacrificiũ laudis ita gratum erit,si iuxta Pauli doctrinam, quicquid facimus siue in verbo siue in opere,non in gloriam nostram,sed in gloriam dei faciamus. Hæc oblatio vere munda,quia spiritualis,per vniuersum orbem iugiter offertur in altaribus ecclesiæ. In hoc nido tuti conquiescimus ad tempus,quia altaria non sunt hoĩm,sed domini virtutum,cuius voluntati nemo potest resistere,qui per simplices & humiles coli voluit,qui pusillis impartire voluit dona regni cœlestis. Quo nomine & ipso patri gratias agit in Euangelio: Abscondisti hæc à Matth.jj
" sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic placitum fuit ante te. Non est quod metuas mundũ aut Satanam,si te recipit in tabernacula sua dominus virtutum. Ille tuetur quod instituit,ille regit ambulans in medio suorum,ille consumat quod fecit. Dominus virtutum tuetur,rex gubernat, deus euehit ad regna cœlorũ. Rex meus & deus meus. Similiter loquit Psal. 43. Tu es ipse rex meus & deus meus. Hoc proprie potest ad Christũ ecclesiæ principem accommodari. Qui psalmo. 2. loquitur: Ego aũt constitutus sum rex ab eo,super Sion montem sanctum eius. Sub ditione dei sunt vniuersa. Et dæmones agnoscunt oĩpotentẽ & contremiscunt,sed fidei vox hæc est peculiaris. Rex meus & deus meus. Nemo potest dicere dñm Iesum,nisi in spiritu sancto. Passim tñ audiuimus voces appellantiũ dominũ Iesum. Sic nemo potest dicere: Rex meus & deus meus,nisi qui se plena fiducia dei voluntati permisit, & ab hoc vno præmium æternæ felicitatis expectat. Alius psalmus populum illum beatũ pronũtiat,cui dominus est deus. Item quũ alijs aliquot scripturæ locis, tum Leuitici vicesimosexto,ita loquitur dominus: Ponã tabernaculũ meũ

C in medio vestri, & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos & ero deus vester, vosq; eritis populus meus. Quẽ hic regẽ appellat, post appellat legislatorem. Itaq; si regem agnoscimus,pareamus illius legibus. Si deũ agnoscimus,nihil supra eũ diligamus, imò nihil oĩno diligamus quod non propter ipsum diligamus. Nomine regis & illud admonemur, quod sanguine Christi redempti sumus à tyrannide diaboli,& pro turpissimo simul & crudelissimo domino venimus in ius clementissimi regis. Hactenus mystagogus siue hierophãta noster,ostendit nobis amabile domini tabernaculum,introduxit in atriũ, commonstrauit altaria,& hostias spirituales. Nunc ostendit nobis eximios illos ac deo dignos sacerdo-
" tes,sacris operantes in templo domini. Beati(inquit) qui habitant in domo tua domine,
" in secula seculorũ laudabunt te. Qui fortes sunt in side,qui radicati in charitate, iam habitant,non in atrijs,sed in domo dñi. Nam habitare stabilitatis verbũ est. Et quare sunt beati? Num quod abundent opibus,aut præfulgeant honoribus,aut affluant delitijs? Nequaq̃.
" Quam ob rem igitur? Quoniã inquit: In secula seculorũ laudabunt te. Ecce tranquillam domũ,quam repperit sibi passer,ecce quietum nidum,quem repperit sibi turtur. Hic est enim supremus finis,ad quem conditus est homo, vt agnoscat, amet, & hymnis celebret conditorem, redemptorem, gubernatorem ac remuneratorem suũ. Iuxta sensum humanum qui laudantur potius beati videntur q̃ qui laudant. At in rebus diuinis,secus est. Deus eñ nullius laudibus fit felicior. Est enim æternus fons oĩs gloriæ. Sed quicũq; illum laudant, hoc ipso beati sunt quod laudant. At non oĩes illum laudant, qui canunt: Gloria tibi domine, Coloss. 3
sed in quorũ cordibus habitat charitas quod est vinculum perfectionis, & exultat pax Christi,ad quam vocati sunt,qui in vnum corpus coaluerunt,seseq; mutuo cohortantur in psal-

mis &

mis & hymnis & cãticis ſpiritualibus in gratia, canentes in cordibus deo. Quod ſi voce corporea laudandus eſt deus, pſallamus ſpũ, pſallamus & mente. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, non eſt grata deo ſymphonia, vbi vocibus concordibus diſſonãt animi, deniq; extra domũ dei, quę eſt eccleſia, nõ eſt hymnus acceptus deo. Si volumus eſſe beati, ſicv nanimes laudemus deum, quemadmodum laudant angeli, inter quos nulla eſt diſſenſio. Vniuerſa creatura ſuo quæq; more laudat dominum. Neque enim cœli tantum enarrant gloriam dei, ſed omne animantium genus, ipſa elementa & quicquid ex his gignitur, dum ipſo aſpectu conditoris omnipotentiam, ſapientiam, ac bonitatem nobis declarant, clamitant laudes dei. Eoq; in Pſalmis, & in Cantico trium puerorum, non tantum ſol & luna, ſed & pecudes & piſces, & montes & colles, & maria & flumina, inuitãtur ad laudandum nomen domini. Soli ſpiritus impĳ, & homines mali non inuitãtur ad hanc ſymphoniam, quia per hos quod quidem in ipſis eſt, blaſphemia potius afficitur nomen domini. Sed quid ſibi vult quod addit Propheta: In ſecula ſeculorum laudabũt te. Quo loco ſubĳcitur, Sela. Quod Hieronymus vertit ſemper. Tametſi ſunt qui negent eam vocem æternitatis habere ſignificationem, quod in ſcripturis nuſquam reperiat prętereą in Pſalmis, & interdũ his locis vbi nulla ſit æternitatis ſignificatio. Proinde exiſtimant idem pollere Sela, quod diapſalma, qđ indicium erat mutandæ melodiæ. Nam Pſalmi vocibus ac muſicis organis canebantur. Habent autem & hodie muſici ſigna quædam quibus admonentur, mutandam eſſe cantionis rationem. Neq; eĩ omnis harmonia, cuiuis ſententię congruit. Sic & in comœdiarũ deuerbĳs tibiæ modos quoſdam accinebãt, aut fortaſſe præcinebãt, ex quibus populus intelligebant ſententiæ genus, grauis eſſet an ſecus. In hoc certe pſalmo ab hac clauſula videtur eſſe alterius argumenti exordium. Sed hoc vtcunq; habet, certe verba in ſecula ſeculorum declarant æternitatem, vt non poſſint quadrare in templum quod erat Hieroſolymis. Id enim non ita multo durauit vltra ducentos annos: Quanquàm Iudæorum vulgus ſibi perſuaſerat legẽ & illius templi religionẽ vſq; ad mundi finẽ duraturã. Qẽadmodũ Romani ſibi perſuaſerant, Capitolium fore ſempiternum, quum hodie Romæ ne veſtigium quidem Capitolĳ poſſint oſtendere, nec Iudæi templi ſui Hieroſolymis. Aliud igitur templum videbat oculus propheticus in quo ſine fine laudaretur nomen domini. Ea nimirum eſt eccleſia Catholica. Sed qui poſſit eſſe perpetua laudatio, quum mortales ſint qui laudant? Hæc eccleſia laudatrix domini, conſummationem expectat, finem neſcit. Et ſicut in pĳs charitas nunq; excidit, ita laudatio dei, hic exercetur, in cœlis perficit. Simul vt animus euolarit ex hoc terreno domicilio iam cum angelis ac beatis animabus limpidius canit laudes deo, donec recepto corpore nõ iam animali, ſed ſpirituali totus homo ſine fine citraq; interruptionem reſonabit cõditoris ſui laudes. Eſt eĩ vna eadẽq; domus eccl'ia militãs in terris, & eccleſia triumphans in cœlis, niſi quod illa pars eſt purgatior. Quemdmodum idem eſt aer terræ quam calcamus proximus &, qui iuxta quoſdam philoſophos, lambit conuexa orbis lunę ſed hic ob terrę contagium craſſior, ille purior. Nihil autem obſtat, quo minus vnuſquiſque noſtrum licet grauatus hoc mortali corpore, tamen ſine intermiſſione laudet deum ſuum. Qui poteſt, inquis? Poteſt. Si quicquid cogitamus, loquimur, aut agimus, omnia in gloriam dei faciamus, etiã quũ edimus ac bibimus, etiam quũ dormimus, aut luſu corpuſculum reficimus, laudamus deum noſtrum. Glorificate (inquit Apoſtolus) & portate dominũ in corpore veſtro. Non omnia membra loquuntur, ſed omnia membra corporis noſtri glorificant deum, ſi ſeruiant iuſtitiæ, etiam ſi lingua ſileat. Poſteaquam Propheta velut ecſtaſi raptus peruenerat ad illã cœleſtem Hieroſolymam, in qua nulla eſt moleſtia quæ interpelleret, nulla animorum diſſenſio, quæ vitiet melodiam, nulla neceſſitas, quæ interrumpat hymnos dei: quod ait beatus Paulus, ſiue excidimus, deo, ſiue ſobrĳ ſumus, vobis: velut ad ſe rediens, meminit ſe hominem eſſe, & in hoc exilio verſantibus oſtendit viam, qua ad illam beatam tranquillitatem peruenĳatur. Dixerat: Beati qui habitant in domo tua domine: etiam Angelos & pias animas cum angelis viuentes complectens. Hic mutata iam harmonię ſpecie dicit: Beatus vir, ſiue vt ex Hebræo vertit Hieronymus: Beatus homo. Viri nomen non excludit fœminas. In Chriſto nõ eſt vir aut fœmina, non ſeruus aut liber, ſed noua creatura. Hominis vocabulum admonet nos fragilitatis noſtræ, cui niſi dei miſericordia porrigat manum, ne ad eccleſię quidem atrium poteſt accedere, tantum abeſt vt ad illam ſupernã beatorum ſedem poſſit euolare. Aditus in eccleſiam fides eſt, ſine qua nihil prodeſt baptiſmus. At fidem nemo ſibi largitur, dei donum eſt, quo deus quos vult, præuenit, & ad Chriſtum trahit. Nam homo quatenus eſt homo carnalis eſt, & nihil niſi mundum ſapit. Hoc pſpiciens Propheta ſubmiſſioribus iam modis ait: Beatus homo cuius eſt auxilium abs te. Siue vt legit D. Auguſtinus, aſſumptio, Græce eſt ἀντίλημψις, quæ vox conuenit in eum qui manum porrigit conanti aſcendere. Nam & eccleſia ciuitas eſt in ędito ſita, quemadmodũ templum Hieroſolymitanũ erat in mõte Sion. Hieronymus pro auxilio vertit fortitudinẽ.

Inter angelos non eſt diſſenſio.

Pſalmi organis canebantur.

Eccleſia militans & triumphans vna.

1. Corinthi. 6.

Voces

A Voces dissonant, sensus idem est. Nitentibus ad ardua, viribus opus est. Homo autē ex sese nihil potest. Fides autem proprie robur addit homini, vt iam nec mundū nec Satanam metuat. Itaq; qui tantam fiduciam in deo collocant, ij demū confirmati vigore spiritus valent conscendere in montem domini. Ad templū illud Iudaicū quod extruxit Salomon, quindecim gradibus ascendebat. In primo gradu Propheta quærit de improbitate linguæ, tædio q; afflictionis. In secūdo confirmat dono fidei, dicens: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram. Fides est quæ stabilit gressus nostros, ne vacillent. Ita Paulus Corinthijs: Fide statis. Item Ro. Tu aūt fide stas. Et beatus Petrus hortat, vt resistamus diabolo fortes fide. Is enim demū vere fortis est qui in se imbecillis fortitudinem suam habet in deo. Quod indicans Esaias ait fore, vt hoc canticum canatur in terra Iuda. Canticum est euangelicæ professionis. Iuda enim Hebræis confitentem sonat. Quod igit canticum? Vrbs fortitudinis nostræ Sion. Sion ecclesia est, sed vnde fortitudo imbelli? Seruator ponet in ea murus & antemurale. Audis inexpugnabile munimentum. Idem ait: In silentio ac spe, erit fortitudo vestra. Tacitus expectat qui nihil diffidit de promissis: & spes tantę felicitatis quæ non pudefacit, quia non fallit, etiā in medijs afflictionibus ac mortibus exhilarat animū. In hac igitur vita non est pfecta beatitudo & tamen magna quædā beatitudinis pars est dum reputamus animo, q̄ sit momentaneum totum huius vitę spatium, & q̄ non sint condignæ afflictiones ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Ad hæc, quàm bonæ certæq; fidei sit qui nobis eam promisit: Vt enim 2. Cor. 1.

B nos illum abnegemus, ille fidelis permanet, seipsum abnegare non potest, tantū vt perseueremus in fide & charitate, continentes nosipsos intra septa domus dei, in qua succrescentes vsque ad mensuram plenitudinis Christi, per quindecim mysticos gradus, ascendamus in æternum tabernaculum, & per quadraginta mansiones, ad terram illam quietis, quam dominus in Euangelio promisit mitibus, alacriter proficiscamur. In arduo est quod petimus, egregium est quo tendimus. Nemo repente ab imo ad summa prouehit. Opus est qui commonstret viam, quemadmodum deus Israelitis, qui nostri typum gerebant, dux fuit p inuia deserto: opus est qui è sublimi porrigat manum, & nitentem sursum trahat. Horum nihil ipsi nobis prę stare possumus. Dominus est, qui & velle & perficere operatur in nobis. Ille per fidem aperit nobis oculos, vt videamus vbi simus, vt horreamus quod sumus & suspiremus ad ea quę nondū sumus. Primū igit auxiliū à domino, hoc est, primus beatitudinis gradus est, vt leuemus oculos in montes. E cœlo datur, vt amemus cœlestia, & contemnamus terrena. Qui circumspectant suam sapientiam, suas vires, sua merita, qui tantum respiciunt ad cæremonias, condonationes ac diplomata Pontificum, nunquàm perueniunt ad illam beatitudinem. Quid igitur facit ille beatitudinis candidatus, cui dominus per fidē dedit, vt fastiditis humilibus mundi curis, oculos attollat in montes æternitatis? ἀναβάσεις ascēsiones siue gradus ascensorios disponit in corde suo. Quas hic appellat ἀναβάσεις, in Canticis graduum appellat ἀναβαθμούς, qui gradus sunt, sed ascendētium, quum Latinis eisdem gradibus descendatur quibus ascenditur. Cæterum in negotio pietatis non oportet vnquā retrocedere, sed oblitos à tergo relictorum semper ad perfectiora tendere. Respexit Eu-

C rydice, & relapsa est in Orcum. Respexit vxor Loth, & versa est in petram salis. Habet aūt & pietas gradus suos, quemadmodum hominis ætas. Cathecumeni parturiunt, modo baptizati velut infantes aluntur lacte, adultis prosolido cibo proferuntur retrusiora mysteria. Et Paulus sapientiam loquitur inter perfectos, inter infirmos profitetur se nihil scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Ergo qui sustulit oculos suos in montes disponit gradus ascensorios. Vbi? In corde suo. Nec mirum, ad illum em̄ montem non ascendit pedibus sed affectibus. Sunt externi gradus, quos vt non oporteat reprehendi, tñ inutiles sunt, nisi gradus disponant in corde. E laico fit clericus, è clerico fit hypodiaconus, ex hypodiacono diaconus, e diacono archidiaconus, ex hoc presbyter, e presbytero episcopus. Rursus e laico monachus, e Canonico regulari Dominicanus, e Dominicano Franciscanus, e Franscano Benedictinus, e Benedictino Carthusianus. Quanq̄ de his gradibus multa inter ipsos cōtrouersia est, qui gradus hos disponūt ac digerunt iuxta res externas. Sunt qui putant Franciscanos in altiore gradu consistere, quod seminudis incedant pedibus, quod pecunias non contingāt. Rursus sunt qui his præferant Dominicanos, quod domi nō vescātur carnibus. Vtrisque præferunt Benedictinos, qui & pluribus horis canunt in templis, nec vnquàm domo prodeūt. Iam inter oēs summū gradum obtinent, qui lorica ferrea pro indusio cutem defricāt. Hi gradus ita demū prosunt ad pietatem, si domino auxiliāte veri gradus disponātur in corde. Desiisti rapto viuere, nonnullus ad pietatē gradus est. Non solū restituis fraude parta, verum tua profundis in egenos amore Christi: Altiorem ascēdisti gradū. E violēto ac feroce factus es innocens: Aliquem ascēdisti gradum in corde. Studes omnibus benefacere, in sublimiorem gradum te recepisti. Tandem & illis à quibus grauiter læsus es,

nō modo

non modo remittis vindictam ex animo, sed in Christi gratiam bene vu- & bene facere D
gaudes, ad vere sublimem gradum emersisti. Hæc exempli causa propo-
quisq; apud sese consideret. Hi gradus digerunt in corde hominis, in intim- animi recessi-
bus. Hos igit gradus quibus ad perfectionem tendimus, beatus ille disponeba- corde suo
non se iactans apud homines, sed se probans inspectori cordiũ, sed auxilium no- aliunde
expectans quàm à domino. Atq; hęc meditat in valle lachrymar. Quid enim aliud est to-
tus hic mundus, nisi conuallis obscura, nascentium, parturientium, morientium, ægrotan-
tium, egentium, nauigantium, belligerantiũ, aliꝰq; mille lachrymar occasionibus plena: à
quibus nec potentes nec diuites, nec reges vlli sunt immunes. Hęc est illa vallis Achor, id est
tumultus ac pturbatiõis, in quam præcipitatus est Acham, vt habet Iosue septimo. In hoc lo
co nos posuit dominus, posteaquàm ẽ paradiso p inobedientiam excidimus, vt aliquan-
tisper in exilio degentes p obedientiam fidei & obseruationem pręceptor dei moliremur
reditum in patriam. Nec est quod nos huius vallis pigeat: in hanc descendere dignatus est
ipse dei filius, vt nobis esset via, veritas & vita. Ergo quàmdiu viuimus in hoc corpe mor-
tali, versamur in valle lachrymar. Sed dixerit aliqs: Frustra igit hõ disponit gradus ascẽsori
Vallis Achor os in corde suo, si pmanendũ est in valle lachrymar. Sed hęc vallis Achor vertit in requiẽ
armẽtor, iuxta Esaiã. 65. Daturq; Hiert'm ad declarationẽ spei. Osee. 2. Præter hæc opor-
tet meminisse, cp in arcẽ Sion affectibus ascẽdit, nõ pedibus corde ascẽdit, nõ scalis. Corpus
hęret in valle, animus eluctat in montẽ. Ita visum est regi nostro, vt ptẽporarias afflictio-
nes huius mundi, ptingamus ad coronam immortalitatis. Nec videat huius militiæ dura
lex. Rex noster qui nobis hanc legem præscripsit, ipse eam in se pręstitit. Nec est quod de-
spondeamus animum, qui nos ad certamen vocat, ipse dabit benedictionẽ, auxilians no E
Agonotheta. bis in periculis, consolans in afflictionibus, vt possimus sustinere. Agonotheta noster euo-
cat suos ad certamen, proposuit ingentia præmia, qui legitime certauerint: præsidet, non
tantum vt spectator & iudex, verũetiam vt auxiliator. Ille suppeditat vires, suggerit alacri-
tatem. Nam hic benedictio non est laudis vox, sed liberalitatis, quemadmodum loquitur
Apostolus: Qui parce seminat, parce & metet. Qui seminat in benedictionibus, de benedi-
ctionibus metet vitam æternam. Aspera lex est, qui non tollit crucem suam quotidie, & se-
quitur me non potest meus esse discipulus. Qui non odit patrem & matrem, præterea & ani
mã suã non est me dignus &c. Dura (inq̃) & horrenda lex est, nisi accedat gratiæ largitas,
quam vt ostenderet & gratuitam & minime parcam esse, maluit εὐλογίαν appellare, quàm
alio nomine. Sub lege Mosaica parcior erat gratię dispensatio, ver- simul vt effulsit huma-
nitas ac benignitas dei nostri, qui non ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos, sed secundum
misericordiam suam saluos nos fecit per lauachrum regenerationis & renouationis, spiri-
tum suum abũde effundit in vniuersam carnẽ. Apud hoies aliud interdum est benedicere,
aliud benefacere: imò frequenter hominis benedictio maleficium est non beneficium: sed
deo idem est benedicere & benefacere. Religiose faciunt qui procumbunt & accipiunt epi-
scopi benedictionem, sed quanto iustius est nos prosterni coram deo, vt illius impetremus
benedictionem? Vide porro quantum efficiat dei benedictio.

Ibunt (inquit) de virtute in virtutem, & videbitur deus deorum in Sion. F

Mirabitur hic aliquis subito mutatum verbi numerum. Modo dixit: Beatus est cuius au-
xilium abs te, & disposuit in corde suo. Hic ibunt de virtute in virtutem. Vnde repente ex
vno plures facti sunt? In mysticis literis, dei benedictio affert fœcunditatem, sicut maledi-
ctio sterilitatem. Maledicta terra in opere tuo, quum exercueris eam spinas & tribulos pro
ducet tibi. Contra quum deus creasset hominem ex vda argilla, vxorem ex vna costa læui
lateris, benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Item Psalmo cẽ
tesimo sexto: Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis. Atque ista quidem typi sunt rer- spi-
ritualium. Itaq; posteaquam p euangelij gratiam exempti sumus à maledicto legis, ac p spi
ritum sanctum effusa est in Apostolos benedictio, quanta celeritate veri dei cultus, qui pri
us apud Iudæos velut in orbis angulo coercebatur, sese diffudit per vniuersas mundi natio-
nes? Quot virginum, quot martyrum, quot confessor examina prosilierunt? Vnde hæc
prodigiosa fœcunditas? Vnde nisi ex benedictione dei. Filij (inquit) tui de longe venient,
Esaiæ. 6. & filiæ tuæ de latere surgent. Itaq; deserta illa & vidua mulier, admirat insperatam fœcun-
ditatem suam, dicens: Et isti filij vnde venerunt? Venerunt ex omni natione quæ sub cœ-
lo est, ab Indis, ab Gadibus, à Thracibus, à Gotthis, à Scotthis & Hybernis. Itaq; iam mul-
tiplicati benedictione dei, & animo fide, alacres spe, ibunt de virtute in virtutem. Ne hic
quidem est ἀρετὴ, sed ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, quod Hieronymus ex Hebræo vertit: de for-
titudine in fortitudinem. Nonnulla fortitudo est, pro Christo negligere voluptates, opes,
& honores huius mundi: sed fortius est vincere pietatis affectus in parentes, vxorem ac libe
ros, longe vero fortissimum est, mortem & morte grauiora tormenta vitæ cœlestis amore

neglige

A negligere. Qui gradibus nituntur in altũ, quo magis ascendũt hoc magis lasse scunt: at qui per hos gradus ascendũt, quo longius eunt, hoc reddunt fortiores & alacriores. Vnde tandem? Nisi quia res nõ est humanæ virium, sed benedictionis diuinæ. Alioqui vnde tam præsens animi robur, tanta alacritas apostolorũ, iuuenũ, virginũ in squalore carcerum? in flagris & aculeis? in ipsis etiam mortibus, ad quæ etiam cõmemorationẽ humanus inhorrescit animus? Non aliunde, nisi quod Agonothetes ac legislator pro magnitudine tentationum auget benedictionem. Mirantur homines qui foris vident afflictionem, sed nõ vident internã benedictionem. Non inelegãter à viro quodã ob pietatem celebri dictũ est de monachis austerã vitam agentibus: Multi vident cruces nostras, sed non vident vnctiones nostras: Vident corpus attenuatũ vigilijs, ieiunijs ac laboribus, Vident solitudinem, omniumq; voluptatũ abstinentiam, & tamen in corpusculo exiguo & imbecilli, nõ videt, quantis delicijs reficiatur animus ad cœlũ anhelans. Sed quod tandẽ præmium petitur tãtis laboribus? Videbitur (inquit) deus deorũ in Sion: siue (vt vertit Hieronymus) apparebunt apud deum deorum in Sion. Hoc est brabeum omnium certaminũ, hæc est requies omnium votorũ, hæc est felicitatis summa: Domine (inquit) ostẽde nobis faciem tuam, & salui erimus. Et Philippus: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Atqui, deũ nemo vidit vnquam. Inuisibilis est oculis corporeis, sed cordi mundo visibilis est. Itaq; dñs in Euangelio beatos pronuntiat, qui sunt mundo corde, quoniam ipsi deũ videbũt. Cor autem in telligẽ nõ intestinum corporis spirituum ac sanguinis fontem, sed mentẽ hominis fidei illustratam lumine. Videtur aũt interdum & in hac vita purgatis mentibus, sed per speculũ & in ænigmate, sed non nisi in Sion. Nam extra ecclesiam nemo videt deũ, quia nemo habet puram mentem. Et si sibi videntur videre hallucinantur iam spectrum videntes pro deo. Nõ vulgaris autem beatitudo est apparere apud deum deorũ. Quid est parere apud illum? Cum plena fiducia venire in conspectũ illius, qui nouit omnes latebras humani cordis. Hoc non ausit nisi pura & vndiquaq; syncera conscientia. Alioqui videbitur & impijs deus, sed horribilis erit aspectus illius, qui pijs est amabilis. Nõ est alius deus, sed diuersi sunt oculi. Vt ægris oculis molesta lux est, quæ sanis est iucunda. Omnes enim sistendi sumus ante tribunal summi iudicis, à quo non est prouocatio. Miles qui fidelem & strenuam operam nauauit in bello, seruus qui gnauiter dispensauit talenta domini, gaudens prodit in cõspectum ducis & heri sui, auditurus, Accipe coronam vitæ æternæ, & intra in gaudiũ domini tui. Ille beatus est, qui nõ veretur suam conscientiam aperire domino, dicens cum Hezechia rege: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Simili fiducia fortissimꝰ ille Christi miles prodit in conspectum imperatoris sui: Ecce (inquit) coram deo in Christo loquimur. Et ad eosdẽ Corinthios de se loquens: Non ambulãtes in astutia, neq; adulterantes verbũ dei, sed in manifestatione veritatis cõmendantes nosmetipsos ad omnem cõscientiam hominũ, coram deo. Idem alibi: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cætero reposita est mihi corona iustitiæ. An nõ magna felicitas est sic posse comparere apud deum deorũ in Sion, in specula perfectionis euangelicæ? Deum deorũ dixit, iudicem omniũ indicans. Siue eñ accipias populi iudices, siue pios homines, C ad quos sermo dei factus est, siue angelos, qui & ipsi dicuntur Eloim, siue dæmones aut dæmonum ministros homines qui se pro dijs coli passi sunt, hic vnus est deus deorũ, iudex vniuersorum, sicut testatur psalmus. 81. Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autem deos dijudicat, ipse à nemine iudicandus. Nec angelorũ, nec prophetarum, nec vllius sanctorũ aspectus confert homini verã beatitudinem. Solus hoc præstat deus deorũ. Huc vt pertingamus, dominus impertit benedictionẽ, sed orantibus. Assidue rogari vult, nõ vt admoneatur, sed vt nos rogãdo digni efficiamur, quibus largius impertiat suam benedictionẽ. Nam & hoc pacto paremus apud deum, quoties vel appellamus illum puris precibus, vel « pro beneficijs acceptis gratias agimus. Domine deus virtutũ exaudi orationem meam, « auribus percipe deus Iacob. Angelorũ deus est, eoq; deus virtutũ dicitur, & hominũ deus est, qui patriarcham Iacob imitantur. Is luctando cum angelo meruit benedictionẽ, & « idem dixit: Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Sequitur: Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui. Nondũ plenam securitatem assequutus est, qui requirit protectorẽ. Adhuc metuit ignea iacula malorum spirituum ẽ sublimi nos impetentium. Aduersus hæc implorat deũ exercituum, vt suis sit clypeus. Hoc eñ vertit Hieronymus, quod septuaginta verterũt hyperaspisten. Magna est dæmonũ potentia, sed dominus virtutũ vnus potentior est vniuersis. Si ille dignat nobis esse clypeus non est quod metuamus vlla iacula. Sub hoc clypeo tutus latebat qui dicit: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et alibi rursus: Dñe vt scuto bonæ volũtatis tuæ cinxisti nos. Nullũ est hominis scutũ, quod totũ hominis corpus reddat inuulnerabile, quin &

De monachis

Matth. 5

Esaiæ. 38

Psalm. 26

Psalm. 5

ipſum ſcutum interdum prodit hominem: at quem tegit dei clypeus, nulla ex parte poteſt D
ſauciari. Aſpici à deo, tegi eſt. Aſpicit autem cui propitius eſt ac bene vult. Eoq; pſalmus
quem modo citaui, ſcutum appellat beneuolentiæ, Græce εὐδοκίαν. Hieronymus vertit pla
cabilitatem. Qui ſuis meritis ſeſe protegunt, & his veluti clypeo fidunt, an tuti ſint ipſi vi-
derint. Qui fiduciam ſuam collocant in ceremonijs, in cultu diuorũ, in veſte quaſi tutũ red
dat ab inſultu Satanę, non ſatis fideli vtuntur clypeo. Sed gratiæ dei & huius promiſſis tu-
to fiditur. Aſpicere deum, beatitudo eſt, ſed illũ non poſſumus aſpicere, niſi prius aſpexe-
rit nos. Cum eſſemus cæci, & in tenebris pluſquam cimmerijs verſaremur, ille dignatus eſt
aſpicere nos, aperuit oculos noſtros, & quũ eſſemus inimici diligendo nos effecit, vt ipſum
redamaremus. Reſpice in faciẽ Chriſti tui. Non arbitor anxiẽ diſquirendũ, vtrum hoc »
ad perſonã Dauidis, an alterius cuiuſpiam iuxta communẽ ſenſum referatur. Chrũs Grę-
cis vnctum ſonat, quod Hebræis Meſſias. Omnes Chriſti ſunt, qui in Chriſtum renati ſunt.
Ab horum facie nũquam auertit oculos deus, ſed cuſtodit illos vt pupillam oculi, modo ne
ipſi faciem ſuã auertant ab eo. Regũ autem ac ſacerdotum eſt vngi. Vtrũq; ſuo quodã mo
1. Petri. 2. do ſunt, qui ſuo cognomini reſpondent, quos beatus Petrus alloquitur: Vos autem genus
electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, &c. Sed ille Chriſtorum omnium princeps eſt,
qui dictus eſt princeps pacis, ac ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec,
quem ſingulariter vnxit deus oleo lætitiæ præ particibus ſuis. In huius faciem quoniam ca
ret omni nęuo deus pater gaudet aſpicere, quem profitetur eſſe filium vnice dilectũ, in quo
ſibi placitum ſit. Quid ſibi vult igitur, quod ait propheta, aſpice, & reſpice in faciem Chri- E
ſti tui? Quicquid deus largitur nobis, per filium ac propter filiũ largitur, non propter ope-
ra iuſtitiæ, quæ fecimus nos. Nos enim in multis offendimus omnes. Solus ille agnus eſt omnis
expers maculæ. Ergo protector noſter deus, ſi tuos oculos offendit facies, hoc eſt, conſci-
entia noſtra, reſpice in faciem Chriſti filij tui, quem ſine exceptione diligis, per illius meri-
ta nobis largire, quod ipſi non meremur. Iudæi quoniã non nouerant incarnationis my-
ſterium, in precationibus ſuis, diffidentes ſuis meritis obteſtabantur deum per memoriam
patriarcharũ, Abraham, Iſaac & Iacob, quorum pietas deo fuiſſet accepta. At Chriſtiani
nihil petunt à patre, niſi per Ieſum Chriſtũ, quem habemus in cœlis aduocatum efficacem
quiq; ſuam fidem nobis obſtrinxit, fore vt acciperemus quicquid poſtularemus patrem in
ipſius nomine. Qui ſcripſit hunc Pſalmum non viderat Chriſtum in carne, ſed oculis fidei
Iohan. 8. qui longe proſpiciunt, viderat illum venturum, quẽadmodũ & Abraham tot ſeculis Chri-
ſti aduentu antiquior viderat diem illius, & gauiſus eſt. Nos igitur quoties aliquid à deo pe
timus, cum fiducia petamus, ſed eam fiduciam hauriamus, non ex noſtris benefactis, ſed ex
gratuitis Chriſti promiſſis. Ne dicamus reſpice ad ieiunia mea, aut eleemoſynas, aut vigi-
humi dormi- tiones, pro hu- lias, aut chameunias, ſe reſpice in faciem Chriſti tui. Docet hoc Paulus Ephe. 3. In Chri-
miliationes ſto Ieſu domino noſtro habemus fiduciam ac acceſſum, in confidẽtia per fidem eius. Quid
eſt per fidem eius? Quia fidendum eſt illi toto pectore, qui non fallit in promiſſis, etiamſi F
promittat, quæ videntur nobis impoſſibilia. Quis enim credidiſſet fieri poſſe, vt diuina, hu-
manaq; natura ſic vnirentur vt cõirent in vnam perſonã? At ille promiſit & præſtitit. Quis
crederet fieri poſſe, vt homo verꝰ ſederet ad dextrã dei patris? Promiſit & præſtitit. Quid
eſt igitur quod non ſperemus à deo, modo reſpiciat in faciem Chriſti ſui? Vt autem intel-
ligas hanc interpretationem non eſſe ſomnium ſenſus mei, ſed prophetam agnoſcentem
dignitatem ſuam confugiſſe ad faciẽ Chriſti, attende quod ſequitur: Quia melior eſt dies »
vnus in atrijs tuis, ſuper millia. Nihil vetat quo minus hæc iuxta ſenſum humiliorem re- »
ferantur ad Iſraelitas captiuos apud Babylonios. Tenebantur ingenti patriæ deſiderio,
tedebat ethnicarũ ſuperſtitionum, ſuſpirabant ad priſtinos ritus ac templũ illud magnifi-
cum, quod extruxerat Solomon. Iam enim ſibi videbantur diutino ethnicorũ commertio
facti ethnici. Sed nos retruſiorem intellectum ſequi maluimus. Non addit chiliadum nu-
merum, vt intelligas infinitum diſcrimen. Nec dicit in domo tua, aut ſanctuario tuo, ſed in
atrijs tuis, quod eſt templi quaſi veſtibulũ, in quod admittebantur & prophani: vnde Pau-
lus Hebræis ſcribens appellat ſanctum ſeculare κοσμικὸν, quod toti pateret mundo. Nec
eſt apud Hebræos vnus dies, ſed tantum dies. Non eſt enim dies vbi non lucet ſol iuſtitiæ, &
incontaminata veritas. Nuſquã igitur dies eſt, niſi in eccleſia. In nocte ſunt, qui ſunt extra
hanc: quod olim vaticinatus eſt Zacharias, cap. vltimo, de incredulis loquẽs: In die illa nõ
erit lux, ſed frigus & gelu. Mox de fide eccleſiæ ſic loquitur: Et erit dies vna quæ nota eſt do-
mino, non dies neq; nox. Vulgarẽ diem facit ſolis exortus, noctẽ occaſus. Quis igitur eſt
hic dies & non dies? Explicat hoc Eſaias cap. 60. Non erit tibi ſol in lucẽ diei, neq; ortus lu
næ illuminabit te per noctem, Sed erit tibi dominus lux æterna. Vtrũq; duorũ prophetarũ
locũ imitatus eſt qui ſcripſit Apocalypſim. Et ciuitas non habebit opus luce ſolis, quoniam
dominus omnipotens lumen eius erit. Porro non eſſe lucem niſi in eccleſia, teſtatur Eſaias

eodem

A eõdem quod modo citaui capite, de his agens qui nõ receperunt fidẽ euangelicam: Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, Super te autẽ orietur dñs, & gloria eius in te videbit. Mox subiicit de his qui relicta patria, superstitione crediderũt Euangelio: Et ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Ad hęc quũ ait, ὑπὲρ χιλιάδας, non addit quarum rerũ, complectens vniuersa cõmoda in vnũ conflata quæ nõ possunt homini contingere extra ecclesiam. Nam quæ potest esse felicitas hominis, si in tenebris ambulet? Quandiu militamus in hoc tabernaculo, per fidem intuemur solem. At in illo cœlesti templo nõ est nisi vnus dies, quia nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, nec vlla erroris aut ignorantiæ nebula lucẽ offuscat. Aeternitas enim nescit ortum & occasum. Interim tamen ambulare in luce fidei, & simplici animo sequi eũ qui dixit: Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris: beatius est omnibus opibus, regnis, glorijs & oblecta mentis huius mũdi. Hæc stulta dictu videntur, quibus Christus nondũ aperuit oculos. Verum si perconteris eos quorum cordibus illuxit Christus, num velint pietatis iactura totũ mundum lucrifacere, detestabuntur & abominabũtur sermonẽ tuũ. Norũt enim quantũ bonũ sit, quod iã velut arrã tenent, & q̃ inæstimabile sit illud, ad quod mox sunt transferendi. Nunc illud mihi spectato, quanto desiderio teneatur domus dei qui hæc loquitur.

« Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.

Quid est abiectũ esse? Iacere in limine aut vestibulo & conculcari, Quod mendicorũ est. Tanta aũt est ecclesiæ maiestas & felicitas, vt quod in ea cõtemptissimũ est, longe præstet omnibus mũdi splendoribus. Sicut in cœlesti Hierosolyma, multæ sunt mansiones, quarũ infima tamen potior est omnibus regũ palatijs: Sic in ecclesia velut in magna domo, diuersi generis vasa sunt, quorum aliud est alio honoratius, & tamen quod in his vilissimum est, pretiosius est vniuerso mũdo. In corpore hominis naturali, membrũ aliud alio est præstãtius. Functiones quidem diuersæ sunt, sed eodem spiritu vegetantur omnia. Sic in corpore Christi mystico, quod est ecclesia, diuersi sunt ordines hominum, diuersa munia, donaq̃ spũs, omnes tñ membra sunt Christi, & eandem expectãt hæreditatem. Quod hic infimũ est, sublimius est omni fastigio mũdi. Pes humani corporis beatior est oculo suis aut canis & eæ partes per quas egeruntur recrementa cibi ac potus, in humano corpore, beatiores sunt capite asini. Hic obiter propheta aperit fontem, quã ob rem pleriq̃ mortales, vel non accedunt ad ecclesiam, vel recedunt ab ecclesia, vel eiecti ob culpam grauant redire. Qui tument honoribus mundanis, nolunt deponere cameli gibbos, vt per humile ingrediantur ostium. Et ex historijs discimus complures hæresiarchas esse factos, quod ad episcopi dignitatẽ non admouerentur. Itaq; maluerũt primũ tenere locũ inter canes & sues, quàm inter oues Christi mediocri esse loco. Hæc stulta ambitio genuit nobis, Basilides, Marciones, aliaq̃ inauspicata nomina. Sed quid cõsequuti sunt infelices? Apud homines sibi conflarunt sempiternã ignominiam, apud deũ meruere gehennã. Quanto satius erat, vel ignotissimũ esse inter oues ecclesiæ, modo nomen habeas scriptum in libro vitæ. Simili tenentur amentia, qui quum magnis ac manifestis criminibus meruerint submoueri à consortio ecclesiæ, tamen recusant profiteri pœnitentiam, vt ecclesiæ reconcilientur. Humile & abC iectum esse putant, arceri ingressu, nudo capite, nudisq̃ pedibus stare in vestibulo, flexis genibus introeuntium preces implorare, gestare pro purpura saccum, pro vnguentis conspergi cinere. Quid in causa? Quia nõ vident quanta sit dignitas, quanta felicitas, quanta securitas versari in atrijs domini. Quanta vilitas, quantumq̃ periculum vel ad horam esse extra domũ dei. Vidit hæc ille deo charus Theodosius Imperator, qui maluit vniuersum imperij strepitũ deponere, & in abiectum pœnitentium ire locum, quàm non esse in domo domini. Illi ipsi pœnitentes cultu squalidi, ieiunijs attenuati, lachrymis & mœrore confecti, qui tanquã mendici iacent in limine domus dei, multo feliciores sunt, q̃ qui sub Satana regnant in tentorijs impietatis. Siquidẽ hi, si modo vere pœnitet, licet corpore sint extra domũ ecclesiæ, animo sunt intus. Quid est igitur, quod tanto ardore desiderat propheta, p Christi faciem obtestans deũ, vt vel in extremo angulo, aut limine domus dei versari liceat, & vel inter abiectissima Christi membra censeatur, extra quẽ nulla cuiq̃ est spes salutis. Sed si ad limen domus dei vel accedamus vel redeamus, parata est misericordia domini, quæ subleuat infirmitatẽ nostrã, vt proficiamus ad perfectiora. Parata est veritas domini, vt abundemus in omni scientia spirituali, parata est gratia dñi, ditans nos spiritualibus charismatibus. Postremo parata est gloria dñi, quæ nos transformet in imaginẽ Christi. Christus veritas est, Christus iustitia nostra est, quem si sequamur antecedentẽ, fit quod dicit Esaias: Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Misericordia condonat errorem, veritas illuminat mentem ne reuoluaris in errorẽ, gratia instruit donis spũs, vt conuersus confirmes fratres tuos, & quàm plurimos ab impietate reuoces, quẽadmodum ait beatus Dauid, expertus misericordiam domini magnã, ac per Nathan ad veritatem

Abiectũ esse, quid sit.

Corpus Chri mysticum, ecclesia.

Theodosius Imperator Id idem & fecit Amedeus dux Sabaud. qui electus in pontificẽ maximum, Felix dictus.

ritatem reuocatus: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertẽtur. Hoc est quod hic D
sentit propheta: Quia misericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriam dabit »
dominus. Similiter & Paulus, per domini misericordiam reuocatus à furore persequendi, & per veritatem Euangelicam edoctus viam domini, deniq; per gratiam sancti spiritus præclaris donis locupletatus, factusq; vas & organum electum, eò profecit vt etiam in medijs afflictionibus in domino gloriaretur. Quanquàm potest hic verficulus & aliter intelligi, vt misericordiæ diuinæ fit, quod trahimur ad cognitionem veritatis, iuxta verbum Hieremiæ 31. Ideo attraxi te miserans. Tum vt veritas sit hominis, confitentis sua mala, & agnoscentis gratuitã dei misericordiam. Hoc enim sentit Psalmus. 50. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Dauid quandiu celabat peccatum suũ, mendax erat, & fucũ facere conabatur, non hominibus tantũ, sed & deo. Verum deus ex sua misericordia per Nathan prophetam, reuocat eum ad veritatem confessionis: declarans inutiliter celari peccatũ apud homines, quũ oculos dei nemo possit fallere. Misericordiam reuocantem & veritatem confitentem, sequitur gratia & gloria. Peracto enim luctu pœnitentiæ, & ita castigatis mẽbris, vt quemadmodũ antea seruierant iniquitati ad iniquitatẽ, ita facta templa spiritus sancti seruiant iustitiæ ad iustitiã, fit vt glorietur ecclesia illic superabundare gratiã, vbi abundarat peccatũ, & inter angelos maior fit gratulatio super vno peccatore reuocato quàm super nonagintanouem iustis. Non est quidẽ absurdũ quod adfert Augustinus, veritatem referens ad fidem dei in promissis. Solus enim ille verax est, quũ sit omnis homo mendax, non quod semper fallant homines, sed quod in ipsis non sit præstare, quod pollicentur, incerti an in proximũ diem victuri sint. Quandiu circũferimus hoc mortale corpusculũ, multis iniurijs, multisq; periculis obnoxiũ, misericordia domini circũuallat nos vndiq; scuti vice, ne reuoluamur in vitia, veritas dei in promissis fulcit, erigitq; mentes nostras, vt contẽptis huius vitæ bonis pariter ac malis feramur ad cœlestia. Concinit huic sensui, Psalmus. 35. Prætende, inquit, misericordiã tuã scientibus te, & iustitiam tum ijs qui recto sunt corde. Iustitia reddit cuiq; quod suum est. Quid aũt reddet nobis deus, qui nulli cuiquã debet? Nihil enim habemus quod illius benignitati non oporteat acceptũ ferri. At aliud est liberalitas, aliud iustitia. Verũ & illud iustitiæ genus est, præstare quod gratuito promiseris. Hac ratione deus seipsum nobis quodã modo debitorem constituit, vt licet ipsum ob merita nostra non possimus appellare, ob promissa tamẽ appellare possimus. Quod si nos meminerimus officij nostri, ille non recusat vocari iniustus, si minus præstet quod pollicitus est. Venite, inquit, & arguite me dicit dominus. Hanc dei iustitiã appellat Dauid, quũ ait: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris. Prorogat interdũ expectationem nostrã deus, fallit nunquam: interim qui non norunt illius veritatẽ, obmurmurãt ac dubitant, quẽadmodũ illi duo discipuli, quũ aiunt: nos sperabamus quod esset redempturus Israel. Quin & discipulos ingens habebat mœror, quod quia non credebant eũ resurrecturũ, putarent sibi data verba. Quod hic ex Hebræo vertit Hieronymus, & alij quidã, id ita discrepat ab eo quod transtulerunt septuaginta, vt non videatur eius generis esse varietas, quæ frequenter accidit ex eo, quod eadẽ sententia varijs effertur modis, aut ex ijsdẽ verbis alium sensum colligit, sed apparet scripturã Hebraicam in codicibus variasse. Id vsu venit interdũ, quum scriba aut interpres elementi similitudine deceptus, aliud pro alio legit, aut quum diuersa literarũ distinctio, diuersum efficit sensum. Nam quod ex Hebræo reddunt sic habet: Quia sol & scutũ dominus deus, gratiã & gloriam dabit dominus. Quæ lectio si Germana est, solẽ posuit pro veritate, quæ est Christus, qui illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum: scutum pro misericordia protegente credẽtes, aduersus omnes insultus Satanæ. Sicuti loquitur Psalmus. 31. Sperantes in domino misericordia circundabit. Quanquam & Paulus hortatur, vt sumamus scutum fidei. Et alius psalmus dicit: Scuto circundabit te veritas eius, nec timebis à timore nocturno. Vis igitur tutus esse ab omni malo? Ne circũferaris omni vento doctrinæ, sed q̃d è scripturis diuinis tradidit nobis ecclesia catholica firma fide teneamus, quod p̃cipit simplici obedientia seruemus, quod promittit, alacri spe expectemus. Simpliciter ambulantibus non deerit neq; misericordia, neq; veritas, neq; gratia, nec vllũ bonorũ genus, quod ad beatitudinem pertinet. Eoq; subdit: Dominus non priuabit, siue non fraudabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. Pro quo septuaginta verterunt ἐν ἀκακίᾳ, quod magis sonat simplicitatem omnis expertem fraudis ac malitiæ. Columbinos animos, amat spiritus sanctus. Dabit hic gloriam synceræ conscientiæ, in futuro dabit ineffabilem illam gloriã. Interim arrabone tam pretioso contentus, expecta bona futuri seculi, spe gaudens, vt vere & ex animo dicas, cũ propheta: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Atq; » hæc est, complurium psalmorũ clausula. Frequenter enim repetendũ est, quod oportet semper infixum esse mentibus nostris. Secundus Psalmus ita definit, Beati omnes q̃ confidunt in eo.

Aliud liberalitas, aliud iustitia.

E

F

Quartus:

A Quartus: Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. 26. ita: Expecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. 30. ita: Viriliter agite, & confortetur cor vestrũ, omnes qui speratis in domino. 32, In nomine sancto eius spirauimus. 33, Non delinquent omnes qui sperant in eo. 36, Saluabit eos qui sperauerunt in eo. Item. 41. & .42. ad spem in deo figendam hortantur. Similiter &. 63. &. 130. Nec est ista vulgaris spes, quã nobis tanto studio cõmendãt literæ sacræ. Agricola sperat à deo lætũ agrorũ prouentũ, nauta prosperã nauigationẽ, grauida felicẽ partũ, ægrotus conualescentiã. At vir pius qui vere sperat, hoc est, spem omnem fixit in dño, plena fiducia totam solicitudinẽ conñcit in deum, persuasus, siue læta obtigerint, siue tristia, siue mors, siue vita, omnia per dei misericordiã cessura in bonũ, inscrutabili sua sapientia sic temperantis res mortalium. Itaq; quũ beatus sit homo domine virtutum, qui fiduciam omnẽ in te collacauit, nec id fieri possit, nisi sit intra domũ tuam ecclesiam, dignare quæso aperire oculos omnium nostrũ, vt videntes quàm sint amabilia, quàm pulchra, q̃ tranquilla, quàm tuta, q̃ felicia tabernacula tua: rursus, quàm his dissimilia tabernacula impietatis, positis opinionũ & affectuũ dissidñs, eodem sensu, eademq; sententia concordes versemur in illa beata sodalitate sanctorũ omnium, vt vere de nobis dici possit: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Nunquam autem coalescemus in vnum, nisi pariter spem nostram ponam⁹ in Christo Iesu rege Sion ac domino nostro, & ad illum vnum spectemus omnes. Vbi regnat ambitio, vbi pecuniæ studium, vbi peruicacia, vbi cęcus fauor, aut odium cæcius, vt p
B tendamus tueri quicquid semel diximus aut scripsimus, vbi in gratiã partium probamus q̃ scimus esse improbanda, aut odio priuato damnamus, & ea quæ pie dicta: denicq; vbi quisq; ad se spectat, & vndiq; trahitur funiculus contentionis, non potest res ad concordiam redigi. Reputemus quàm sit stultum sic odisse mores quorundam pontificum aut sacerdotum ac monachorum, vt ipsi fiamus illis deteriores. Deterior enim est qui recedit ab ecclesiæ consortio & in hæresim aut in schisma demigrat, quàm qui impure viuit saluis dogmatibus. Cum hoc, perq̃ iniquum est, nos ad aliorum vitia lynceos esse, ad nostra ipsorum talpis cæciores, & in aliorum oculis videre festucam, ipsos trabem in oculo circumferentes. Homines cum hominibus versamur. Quanq̃ grauius fateor peccant, qui in potestate constituti publica, nõ meminerunt officij sui. Tamen populi peruicacia, sæpenumero in causa est, vt qui præsunt, alij sint quàm esse conueniret. Sic populus Israeliticus pro mitissimo Samuele, accepit superbum Saulem. Placabilior erit alienis erratis, qui prius sua inspexerit. Præcipuum est discordiæ seminarium, quod finistro tantũ oculo proximorum vitia intuemur. Claudatur ille finister, & dexter vicissim ad eorum virtutes aperiatur. Si virtutũ candidi fuerimus æstimatores, leuius offendemur vitijs. Inter fratrẽ ac fratrẽ, inter vxorẽ ac maritũ non cõstat amicitia, nisi vicissim inter sese ad quædam vitia cõniueant. Quomodo igitur cõstabit totius ecclesiæ cõcordia, si quisq; ad alterius virtutes lucioſus, ad uitia tales habet oculos, qualia sunt specula quædã, quæ faciem oppositã & multo maiorẽ reddunt & deformiorem? Dolendũ est tam multos esse monachos, qui præter vestitũ ac frigidas cere
monias minimũ habent religionis, tam multos esse sacerdotes, qui nec caste viuunt, nec sa
cris vacant literis: nonnullos etiam abbates & episcopos, qui minimũ differant à prophanis principibus aut satrapis: sed interim dissimulamus, q̃ multi sint inter illos, pij, sobrij, do
C cti, deq; repub. benemerentes, in diuitijs pauperes, in dignitate modesti, in potentia mites. Nec cogitamus quãto nos essemus ferociores, si tot rebus ad licentiã inuitaremur. Expedit igitur, vt plebs, quæ dissimulatis sacerdotũ virtutibus, vitia tantũ videt, exaggeratq; suam inspiciat manticã, à tergo in pectus reuolutã. Quotus quisq; est opifex, vt ab infimis incipiam, qui in præstanda opera fidelis est, in mercede exigẽda æquus. Nec eñ timere natũ est illud vulgo celebre prouerbiũ, In sua quenq; artificẽ arte furẽ esse. Iam quod omnino genus rerũ est, quod illi non corrumpãt quæstus gratia? Quot modis vitiatur triticũ ac farina, quot modis vinũ ac ceruisia, quot modis pannus, reliquaq; texta. Omitto nunc in promissis perfidiã, in cõmercio superciliũ ac morositatẽ, vt propemodũ cõmodius sit cũ rege quopiam aut Cardinale agere, q̃ cum Latomo, qui vix habet domi vnde cœnet. Qui tales sunt in seruili, sordidoq; opificio, quales probabile est futuros, si ad eorũ dignitatẽ euehant, quorũ mores ferre non possunt. Vulgus sacris initiatorum incontinentiam incæsti sacrilegij ac violati voti titulis exaggerant, sibi vt liberis ac solutis blandiuntur. Atqui, ne errent, nemo Christianus ad peccandũ liber est, omnes religiosissimo sacramẽto sunt astricti, ni- Votũ & prõfessio baptizandorum.
si forte ludũ esse credunt quod in baptismo professi sunt. Si infami cognomine vocant apostatæ, qui à Benedicti aut Francisci instituto discisscunt, quãto magis eo nomine digni sunt qui in baptismo mundi contemptum professi, toto animo seruiunt mundo, & à Christo imperatore transeunt ad Satanã. Iam adulteriũ crimen, quod apud ethnicos gladio, apud Iudæos lapidatione puniebat, neutiq; leue est, vtcũq; nũc pro ioco dicit. Quod si quis pro-

pius inſpiciat, inueniet fraudibus, rapinis, periurijs referta omnia. Vt ne cõmemorem interim, quãtã malorũ lernã, tegat vmbra belli. Nihil attinet hic de magiſtratibus inferioribus loqui, deq; ijs qui ob nobilitatis titulũ ſibi volũt licere omnia, deq; principibus. Quocũq; vertas oculos ſeu nimiũ multa eſt querelarũ materia. Sed hæc eſt reru humanarũ natura, maris in morem multa ſecũ deferre, quæ malis abeſſe. Mutat ſæpe vitia, ponit nunquã. Quid igitur ſupereſt, niſi vt ſe quiſq; diſcutiat, & omnes ad Chriſti miſericordiã confugiamus? Quędam vitia leuiora ſunt, quàm vt expediat aſperã admouere medicinam. Quædam minore religionis incommodo diſſimulantur quàm exagitantur. Porrò, quæ grauiora ſunt, quàm vt oporteat diſſimulare, manũ doctam & artificem requirunt, ne nobis eueniat quod ſolet imperitis medicis, qui dum parũ dextrè admouent remedia, pro morbo extinguunt hominem, aut ex leuiore malo reddunt immedicabile. Pleraq; paulatim ac per occaſionẽ irrepſerunt, ea paulatim ac per occaſionem tollenda ſunt, ſi fieri queat abſq; graui tumultu: ſin minus diſſimulanda, donec ipſa dies porrigat occaſionem commodiorẽ. Eadem dexteritate vtendũ eſt in dogmatibus. Quidam dũ impotenter vociferantur, hæreſis, hæreſis, ad ignẽ, ad ignẽ, in peiorem partẽ interpretantes quæ dicta ſunt ambigue, per calumniã deprauantes, & quæ pie dicta ſunt, plurimũ fauoris conciliarunt ijs quos exitio dignos iudicabant. Rurſus qui ſub Euangelij plauſibili titulo moliuntur ea, quæ ex diametro pugnant cum Euangelio, vehementer adiuuerunt partes eorũ quos oppreſſos volebant. Itaq; dum illi nihil omnino patiuntur innouari, hi nihil ſinunt relinqui, tẽpeſtas orta eſt pene inſedabilis, & dũ vtrinq; nimiũ tenditur funiculus contentionis, fit, vt vtraq; pars rupto fune in tergũ cadat. Non quod eccleſia concidat, quæ nixa ſaxo immobili Chriſto, nullis turbinibus concutitur, ſed de quibuſdam hominibus loquor, qui cauſam eccleſiæ tuentur, magno quidẽ zelo, non enim dicã malo, ſed non ſecundũ ſcientiã. Nondũ eò proceſſit hoc morbi, vt ſit immedicabile. Extingui poteſt hoc incendiũ, ſi materiam igni ſubtrahamus. Præcipuus autẽ huius tumultus fons ſunt impij mores hominũ. Non eſt quod alij in alios culpã reijciamus. Primũ hoc humani generis exemplũ eſt, ſed vt per ſe prauũ, ita nobis infelix: Mulier decepit me, ſerpens decepit me: omnes iram domini prouocauimus, reſtat vt omnes ad illum ſimul ſyncero corde conuertamur: ille vt eſt exorabilis, viciſſim conuertetur ad nos, atq; hos inconditos reru motus vertet in tranquillitatem, nobis eodem pro noſtra quantulacũq; portione annitentibus. Quo pacto inquis, id fiet? Sit vnuſquiſq; quod eẽ debet: Sint pontifices, pontifices, Chriſti vicarij, ſyncero corde gregis dominici curã agentes. Sint principes, principes, diuinæ iuſtitiæ miniſtri, tanquàm deo reddituri rationẽ, quẽ hoc magis oportet ab illis timeri, quo liberiores ſunt à timore hominũ. Magiſtratus bona fide rempub. adminiſtrent. Monachi perfectionẽ quã titulo profitentur, moribus pręſtẽt. Sacerdotes noctes ac dies meditentur in lege domini, quo poſſint eſſe ſal populi. Qui laici ſunt, ſint quod dicuntur, non præeant, ſed reuerenter obtẽperent ſacerdotibus, fideliter pareãt principũ legibus, in ſuo quiſq; opificio probet ſuã cõſcientiã ſummo illi καρδιογνώστῃ. Nam beati Lucæ verbo libenter vtimur. Qui negotiator eſt bona fide negotietur: qui molitor eſt, bona fide ſit molitor: qui piſtor eſt, bona fide ſit piſtor: qui faber eſt, bona fide ſit faber: qui veſtiarius eſt, bona fide ſit veſtiarius, fidutiam habens in eo qui non deſerit rectos corde: atq; item de cæteris dicendũ eſt. Nemo ſuis vitijs hoc nomine blandiatur: Itamos eſt, ſic nemo non facit. Ne circũſpicias ò bone quid alij faciant, ſed quid abs te fieri velit ſupremus ille iudex, cuius oculos nemo fallit, ad cuius tribunal omnes ſiſtendi ſumus, ſiue reges, ſiue inopes erimus coloni. Ibi non valebit hæc tergiuerſatio: Ita mos eſt, ſic nemo non facit. Interim ponatur ambitio, & pertinax viuendi ſtudium, faceſſant fauores cum priuatis odijs, conſileſcat demẽtis rixæ ſurda vociferatio, ita demum eluceſcet veritas illa pacifica. Accedat ergo *συγκατάβασις, vt vtraq; pars alteri ſeſe nonnihil accommodet, ſine qua nulla conſtat concordia. Sed hactenus obſecundetur, vt ne moueantur *τὰ ἀκίνητα, & hactenus feratur hominum infirmitas, vt paulatim inuitentur ad perfectiora. Illud autem omnibus penitus infixum eſſe oportet, nec tutum eſſe, nec ad fouendam concordiã vtile, temere deſciſcere ab ijs quæ maiorũ authoritate tradita ſunt, quæq; longo ſeculorũ vſu conſenſuq; confirmata. Nec quicquam omnino nouandũ eſt, niſi huc aut cogat neceſſitas, aut inſignis inuitet vtilitas. De libero arbitrio, ſpinoſa ẽ verius, quàm frugifera diſputatio. Et ſi quid de hoc quærendum eſt, in Theologicis diatribis ſobrie diſcutiat. Interim inter nos illud conuenire ſatis eſt, hominẽ ex ſuis viribus nihil poſſe, & ſi quid vlla in re poteſt, totum eius deberi gratiæ, cuius munere ſumus quicquid ſumus, vt in omnibus agnoſcamus imbecillitatẽ noſtram & glorificemus domini miſericordiã. Conueniat inter nos fidei plurimũ eſſe tribuendum, modo fateamur & hoc eſſe peculiare ſpiritus ſancti donũ, idq; multo latius patere quàm vulgus hominũ credit, nec omnibus adeſſe qui dicunt, Credo Chriſtum pro me paſſum eſſe. Concedamus fide iuſtificari, hoc eſt, purificari cor-

da cre-

Id eſt, cordiũ inſpectori.

Cõdeſcenſus

Inmota.

De libero arbitrio.

Fides quanti.

A da credentium, modo fateamur ad consequendam salutẽ necessaria charitatis opera. Neq; eñ vera fides potest esse otiosa, quũ sit fons & seminariũ omnium bonor̃ operũ. Quin potius distinguamus iustitiã repurgantẽ mentis nostræ domicilium, quam recte dixeris innocentiam, & iustitiã ornantem ac locupletantẽ eam bonis operibus. Deus proprie nulli debitor est, nisi forsitan ex gratuito promisso, quanquã & hoc ipsum vt præstemus promissi conditionẽ illius est munificentiæ: non tamen reiiciendũ est mercedis aut meriti vocabulum, quod deus quæ in nobis, aut per nos operatur pro sua bonitate acceptat ac pensat. De verbis nulla sit digladiatio, modo de re conueniat, nec interim ingerantur auribus imperitæ multitudinis illa *παραδόξα: Nihil refert qualia sint nostra opera, tantũ habeto fidẽ & seruaberis: Et homo quicquid agit nihil aliud quàm peccat: quę vt in aliquo sensu vera sint, tamen ab imperitis alio rapiuntur quàm expedit. Quẽadmodũ & illę voces, Christus pro nostris peccatis dependit. An ille pro nobis mortuus est, vt nos viuamus in peccatis: an potius vt semel illius sanguine loti, abstineamus ab oñibus inquinamẽtis? Mortuus est & resurrexit, vt ipsum imitantes, moriamur peccatis, & in vitæ nouitatẽ resurgamus, pro nobis crucẽ gestauit, sed idẽ clamat: Qui non tollit crucẽ suã quotidie, nõ est me dignus. Cæterũ q dñm suis sceleribus quotidie, qd in ipsis est crucifigũt, ijs mors illius adeo nihil profu

B tura est, vt cessura sit in grauem supplicij accessionẽ. Pij cuiusdã affectus est credere, preces ac bona opera viuentiũ prodesse defunctis, præsertim si hæc illi dũ viuerent facienda curarunt. Tantũ admoneantur, q funebres pompas ac missas gloriæ causa instituunt, perdere mercedẽ suã: ac certius esse lucrũ, si quod morientes legant, viui ac sani in pios vsus erogẽt. At qbus hoc nondũ persuasum est, ne obstrepãt alior̃ simplicitati, sed ipsi tãto benignius subleuent paupor̃ inopiã, tanto q̃ feruẽtius incũbant bonis operibus, quo minus credũt defunctos, viuor̃ benefactis iuuari. Religiosi item affectus est, credere sanctos ac sanctas quos deus adhuc mortali corpore grauatos tanti fecit, vt ad illorum preces, dæmones expulerit, mortuos ad vitã reuocarit, nũc quoq; nõnihil apud eũ posse. At qbus diuersa sedit opinio, pura mẽte, syncera q̃ fide inuocẽt patrem, filiũ & spiritũ sanctũ, ne obturbẽt odiose ijs, q citra superstitionem implorãt diuor̃ suffragia. Superstitio quã fateor in inuocatiõe cultu q̃ diuorum esse plurimam, coarguenda est, pius ac simplex affectus interdũ tolerãdus est, etiam si fit cum aliquo coniunctus errore. Vt nostra vota nõ sentiant diui, sentit tamẽ Christus q & amat simplices animos, si minus per sanctos, certe pro sanctis dabit nobis quæ petimus. Qui sæuierũt in diuor̃ imagines, nõ prorsus abs re concitati sunt ad eum zelũ, licet immodicũ mea quidem sentẽtia. Nam horribile crimẽ est, Idololatria, hoc est, simulachrorum cultus: qui tametsi iam olim sublatus est è moribus hominum, tamẽ periculum est, ne technis dæmonũ eodem reuoluantur incauti. Sed quũ statuaria & pictura olim inter libe-

C rales artes habita sit tacita poesis, plus interdũ representãs affectibus hominum quàm homo quamuis facundus possit verbis exprimere, & Plato agnoscẽs poesim plurimũ habere momenti ad remp. bene secus ve instituendam, non oñes poetas submouerit ex illa quam fingit ciuitate, sed Homerum tantũ aut Homeri simile, qui dijs, ac deorum filijs attribuit adulteria, puerorum amores, furta, mendacia, impotentes iras, dissidia alia q̃ vitia, quæ nemo bonus reipub. gubernator ferret in suis ciuibus aut frugi paterfamilias in vxore, liberis aut famulis: corrigendũ erat, quod per imagines irrepserat superstitionis, vtilitas erat seruanda. Vtinã oñes omniũ ædium parietes haberẽt vitam Iesu Christi decẽter expressam. In templis autem quemadmodum in Aphricano Concilio decretũ fuit, ne quid recitaretur præpter scripturas canonicas, ita conueniret nullam esse picturam, nisi cuius argumentum in canonicis scripturis cõtineretur. In peristilijs, porticibus & ambulacris possent & alia pingi ex humanis historijs desumpta, modo facerent ad bonos mores. Stultas vero aut obscœnas aut seditiosas tabulas oportuit, non solum è templis, verũ etiam ex omni ciuitate sublatas esse. Et quemadmodũ blasphemiæ genus est, sacras literas ad ineptos ac prophanos detorquere iocos, ita graui pœna digni sunt, q dum pingũt canonicar̃ scripturar̃ argumẽta, de suo capite miscent ridicula quædam, ac sanctis indigna. Si libet ineptire, à Philostrato potius petant argumenta. Quanquàm sunt & in ethnicor̃ annalibus multa argumenta, quæ idiotar̃ oculis vtiliter exponi possent. Ergo cui persuasum est, diuor̃ imaginibus, quoniam non sentiunt, nihil habendũ honoris, fruantur suo sensu: ne tamẽ obstrepãt ijs, qui citra superstitionem sic venerãtur imagines eor̃ amore quos repręsentãt, quẽadmodum noua nupta sponsi absentis amore exosculatur anulũ aut strophium ab illo relictũ aut missum. Hic affectus deo non potest ingratus esse, q non è superstitione, sed ab abundantia quadam amoris proficiscitur. Idem sentiendum est de ijs, qui simili affectu exosculantur ossa, aliàs ve reliquias sanctorum. In his Paulus opinor concederet, vt in suo quisq; sensu acquiescat. Noui Theologũ, qui cũ videret quendam per cœmiteriũ euntẽ, nam erat iter publicũ, non aperire caput ad signũ crucifixi, haud quidem studio, sed intentum fabulis

Paradoxa placita.

De pijs officijs pro defunctis.

De precibus & inuocatiõe sanctorũ defunctorum.

De Idololatria.

De Statuaria picturaq;.

Vita Iesu pingenda.

In templis ne recitetur qcq̃ præter scripturas canonicas.

comitum, quibuscum deambulauerat, miro zelo dixit ad suos confabulones, ausim iurare illum esse Lutheranum. Illud profecto non recte, quemadmodum altera pars peccat, odiose obstrepens, non superstitioni, sed simplici religiosoq; affectui nonnihil tribuentium imaginibus. Illud citra noxam omnibus potest inculcari, diuos ac diuas optime coli imitando vitã illoꝝ. Itidem quibus nondũ persuasum est hoc tempoꝝ sacramentalem confessionem fuisse ab ipso Christo institutam, seruent eam vt rem salutarem multisq; cõmendabilem vtilitatibus, ac multoꝝ seculoꝝ vsu comprobatam. Vt autem illa tum tutior fit, tum minus grauis, magna ex parte in nobis situm est. Videlicet si deligamus integrum, eruditum, ac silentiñ tenacem sacerdotem, nec eum ambiguis ac perplexis sermonibus remoremur, vt percontando cogatur velut expiscari crimina, sed simpliciter tanquàm coram deo aperiamus ea duntaxat, quæ certo sunt lętalia vulnera. Quod genus sunt adulterium, homicidium, furtũ, ebrietas enormis ac voluntaria, obtrectatio malitiosa, quod homicidiñ, aut veneficiñ genus est, periurium, fraus, rapina, aliaq; huius generis seu facto perpetrata, seu certo animi proposito destinata. Quibus em̃ nihil defuit præter occasionem, iam perpetrarunt. Absit autẽ repetendi confessionem superstitio, absit anxietas enumerandi commissa & circũstantias, aut totã iterandi confessionem apud aliũ sacerdotem, si quod crimen in priore fugit. Præcipua cura fit, vt quod admissum est detestemur, & in pristinũ remigremus affectũ. Illud oĩm caput ẽ, sic instituere vitã, vt nõ incidamus in vllũ crimẽ lętale. Id q p̃t, liber ẽ ab onere cõfitendi. Leuiores culpas vitare vix cuiquã concessum est, in hac vita. At non difficile est auxiliante deo, vitare crimina ei, q semel fit radicatus in charitate dei ac proximi. Hoc igitur fundamentum ante omnia iaciendum ac stabiliendum est in animis nostris. Quod si accidat in crimẽ prolabi, non est necesse protinus ad sacerdotẽ currere, sed ad deũ ilico cõfugiendum est. Cum illo statim redeundum in gratiam, vt sacerdoti quoque confitearis expectanda est temporis opportunitas. Consultum tamen est culpas de quibus dubitas, criminales sint necne, sacerdoti quũ opportunũ fuerit referare. Idem dico de factis, de quibus ambigis, vtrum legitima sint, an non. Complures em̃ perplexi casus incidunt in vita mortalium, veluti de vsura, de matrimonio, de restituendo, de votis. Qui credunt eam vt nunc est à Christo institutam, tanto obseruent religiosius, finantq; alios in suo sensu acquiescere, donec sacrosancta Synodus aliquid expressius de hoc pronuntiarit. Hoc pacto fiet, vt nec scindatur omnino Christiana concordia, nec mores infirmorum in omnem licentiam proruant. In missam si quid superstitionis, aut sordium irrepsit, æquum est corrigere. Ipsam missam quur vsq; adeo execremur non video. Constat psalmodia, qui dicitur introitus, doxologia, precatione, sacris canticis, recitatione verborum propheticorum aut apostolicoꝝ quam vocant epistolam, recitatione euangeliñ, professione fidei Catholicæ, gratiaꝝ actione, quam appellant Eucharistiam, ac religiosa commemoratione mortis dominicæ, rursus precationibus, inter quas est precatio dominica: dein sequitur pacis Christianæ symbolum mox communio, rursus sacrum canticum, & precatio. Postremo loco sacerdos totum populum velut in suam tutelam receptum, deo benedictione tradit atq; commendat, vt perseuerent in affectu pietatis, mutuaq; charitate. Quid in his non pium ac venerandũ? Quos offendit sordida turba conductitioꝝ sacrificuloꝝ, submoueant indignos, dignos retineant Quibus non placent prosæ, p̃sertim indoctæ, licet eas prætermittere. Neq; em̃ Romana ecclesia vllas nouit prosas. Similiter & cantionem quã nũc in nonnullis templis canũt, post cõsecratũ corpus & sanguinem dominicũ, pro pace aut contra pestilentiã, aut pro felici prouentu frugũ, sine religionis detrimento liceret omitteret. Id em̃ oĩno præter veterem morem inductũ est. Nam id temporis olim populus non curfitabat ad videndũ id quod sacerdos ostendit, sed prostratus humi corporibus, animis in cœlũ erectis gratias agebat Christo redemptori, qui nos suo sanguine lauit, sua morte redemit. Nihil porro tale nouit ecclesia Romana. In sacello pontificis, non est nisi vnicũ altare. & vnicũ sacrũ. Quin & hodie in multis ecclesiis Romanã imitantibus, non licet priuatim sacrificare duntaxat id temporis, quũ summũ peragit sacrũ. Illoꝝ insolentia est arguenda, qui cũ summi sacrificiñ tempore, ambularint nugantes de rebus friuolis, propriũ requirũt sacerdotem, qui ipsis proprie sacrificet: aut in vespertino cultu, quemuis obuium arripiunt sacerdotem, qui ipsis separatim dicat vespertinas laudes. etiam si iam suas absoluit: qui si recuset, si commouentur, vt periculum sit, ne illi pugnos in faciẽ ingerãt. Adeo q̃ publicũ est, contẽnit, & quisq; priuata quærit. Si non placet in templis illud modulatæ musicæ genus, & orgenoꝝ cantus, possunt citra pietatis iacturã omitti: si placet, curandũ est vt illa quoq; musica sit digna templo dei. Iam & illud nõ recte fit in q̃busdã ecclesiis, vt ob musicoꝝ aut organoꝝ concentuũ omittant, aut decurtent ea quæ sunt præcipua. Hora prope consumit in prosa, ac decurtat symbolum fidei, & omittitur precatio dominica. Nec minimũ temporis absumunt illę vocum caudæ, ad singulos versus in longum productæ. Atqui præstabat cultũ solennem, nullis superuaca

De Confessione auriculari.

Quæ lætalia sunt, dumtaxat referant.

Non repetendam vnius criminis confessionem.

Absit cõmissoꝝ & circũstantiarum anxia enumeratio.

Ad deum primum omniũ cõfugiẽdum.

Præconia Missæ.

Prosæ quas nũc vulgo sequentias nominant.

De Eleuatiõe

Musica modula.

A peruacaneis verti in tædium. Ad ſuperſtitionem vergunt tot peculiaria miſſarꝫ argumenta, miſſa de ſpinea corona, miſſa de tribus clauis, miſſa de præputio Chriſti, miſſa pro nauigantibus, pedeſtri aut equeſtri itinere peregrinãtibus, pro ſterilibus, pro grauidis, pro parturientibus, pro febri quartana aut tertiana laborantibus. Hæc & huius generis multa facile poſſent vel tolerari vel corrigi. Nec erat neceſſe vt miſſam tot ſeculis receptã, quaſi rem peſtilentem & impiam exigeremus. Iam quæ quidã tradiderũt de qualificatione, de merito principali & ſecundario, de opere operante & operato, poterãt inter humanas opiniones ſeponi, donec ſuper his quoq; ſynodus pronuntiaret, aut ſuo quenq; arbitrio relinqueret. Sacrificij atq; immolationis vocabulũ veteres ſacri doctores non horruerũt. Chriſtus ſemel mortuus non moritur iterꝫ, fateor, ſed vnicũ illud ſacrificium myſticis ritibus quotidie quaſi renouatur, dum ex illo fonte inexhauſto nobis nouã ſubinde gratiã elicimus. Immolamus hoſtiã pro viuis ac defunctis, dum pro illis patrẽ per filij mortẽ obteſtamur. Poſtremo, quũ oñis precatio, laus & gratiarum actio recte dicatur ſacrificiũ, maxime nomẽ hoc conuenit in miſſam, hæc omnia ſacratius continentem. Sunt qui requirant in miſſa cõmunionem. Sic fateor fuit à Chriſto inſtitutum, & olim ita conſueuit obſeruari. Verꝫ id quo minus fiat, haud ſtat per ſacerdotes, ſed per laicos, in quibus heu nimium refrixit charitas. Cœleſtis ille cibus non eſt obtrudendus inuitis, aut nauſeantibus, auide petentibus nõ negabitur. Nunc quæ poſſit eſſe communio, quum quibuſdam in locis templa ferè ſint vacua communionis tempore. Quidam aſperſi mox abeunt domum, & ante introitum fa-

B ciunt exitum. Alij poſt auditum & non intellectum Euangelium abeunt. Atqui poſteaquã ſacerdos dixit, ſurſum corda, & gratias agamus, tum præcipue populi partes erant, quando tacente ſacerdote quiſq; cum deo loquitur. Atq; interim illi fabulantur in foro, aut potant in popina. Quanquàm & hi verecundius faciunt ijs qui toto ſacro nugantur in tẽplis. Deniq; tametſi inter ſacrificantem & aſſiſtentes non eſt ſignorum Sacramentalium cõmunio, quæ nec olim inter oñes fuit, eſt tamen ſacræ doctrinæ, pięq exhortationis, precatiõis, laudis, & gratiarum actionis communio. Commune eſt igitur quod viuificat, illud cõmune non eſt quod ſine illis nihil prodeſt. Sed obijcitur ſcrupulus de adorando. Si in Euchariſtia totus eſt Chriſtus, quur non eſt adorandus? Quanquam Chriſtus in eo ſacramento eſt, ſub ratione cibi ac potus, vt ſumma cum animi puritate ſumatur, nõ vt oſtentetur, aut in ludis publicis q; pompis circumferatur, aut in equo circum arua vehatur. Id nequaquã eſt veteris exempli, ſed in hoc multitudinis affectui plus ſatis indultũ eſt. Quidam ſibi valde pij videntur, ſi quoties ſacerdos finit videri corpus domini vndiq; accurrant, ac è proximo defixis oculis intueantur. Quanto religioſius erat cum publicano procul à cancellis abſtinere, & corpore humi fuſo, mente adorare crucifixum. Nullus eſt tam ſtolidus, vt humanam Chriſti naturam adoret pro diuina, aut vt panem & vinum adoret pro Chriſto. Quoniam autem nemo certus eſt, an ſacerdos vere conſecrauerit, præter ipſum vnũ, nullus adorat ibi Chriſtum, niſi ſub tacita conditione, & tamen id quod in Chriſto proprie adoratur nuſquam non adeſt. Adde huc quod nullũ ſit ſacramentũ tam humile, cui non aſſiſtã-

C mus nudis capitibus quum adminiſtratur, velut in baptiſmo, in confirmatione puerorum: quid ſentiunt igitur, qui putant idololatriam eſſe, ſi huic ſacramento caput aperiant, etiamſi Chriſti corpus & ſanguis tantum ibi ſint in ſacro ſigno. Quot porro videmus Sacramentariorꝫ formas? Quoties ipſi ſuã mutarũt ſententiã, quoties alienã reiecerunt? Nã & nuper exortus eſt, qui tã impiã de hoc ſacramento ſententiã cõmentus eſt, vt totũ ſuſtulerit ſacramentũ. Neq; eñ ſacramentũ dici meretur, quod nullo externo ſigno, ſed tantũ animi cogitatione peragitur. Hæc qui faciunt, vtrũ ſibi videntur talis ludere, an de grauiſſimis rebus diſputare? Quod ſi ambigunt, vt ipſa declarat res, quãto ſatius erat in eo perſeuerare, quod nobis tradiderat eccleſia catholica? Tradidit autem ibi verꝫ eſſe corpus & ſanguinẽ domini, haud dubie quin viuum: Quod ſi credimus in ſepulcro diuinã naturã non fuiſſe ſeparatã ab exanimi corpore domini, quanto credibilius eſt eam à viuo corpore non eſſe ſeparatã in ſacramento? Itaq; ſi in hoc concordes eſſemus, cætera quæ diſquiruntur, quomodo ſit ibi corpus & ſanguis domini, ſub panis ſubſtãtia, an ſub ſpeciebus panis an vini, & quid accidat ſumpto corpori, & ſi qua ſunt his ſimilia, poterant in ſynodo definiri. Nunc dũ quiſq; dere tanta quod libet comminiſcitur, nonne illud vnicũ piarum mentiũ ſolatiũ ac delitiũ, quodãmodo in nauſeã vertimus? Turbã feſtorꝫ dierꝫ, quos vel Epiſcopi multitudinis affectibus indulgẽtes induxerũt, vel Romani pontifices cauſis nõ neceſſarijs inſtituerũt, ipſi facile patienᵗ abrogari, q̃d genus ſunt feſtũ Cõceptionis & Natiuitatis virginis matris, itẽ feſtũ Pręſentatiõis in tẽplo. Et haud ſcio an expediret nullũ oĩno feſtũ ſolẽne indici, niſi cuius argumẽtũ extet in ſacris literis. Diẽ dñicum ſemp excipio. Facile patiẽtur eẽ feſta paucio-

ra, modo ea q̃ ſupſunt, maiore religione celebrẽtur. Nõ eſt oĩno prophanus dies, quo licito labore citra q; fraudẽ paratur, quod vxorẽ alat ac liberos aut proximi ſubleuet inopiã.

Euchariſtiæ ſacramẽtum vtique adorãdum.

Qualis Chriſtus in ſepulchro.

Turba feſtorꝫ dierum ĩmodica.

Feſta

Delectꝰ ciborũ & ieiunia.

Festa quę sodalitates sibi priuata constituunt autoritate, vnà cum ipsis sodalitatibus à magi D
stratu tollenda sunt. Nihil enim aliud sunt quàm Comi & Bacchi conuenticula. Delectum
ciborꝫ ac ieiunia non indixit ecclesia nisi ad sanitatem corporis & animi. Itaq; qui pisciũ esu
periclitant aut ieiunio & valetudinẽ corporis & animi vigorẽ lædi sentiunt, hos nequaquã
obligat ecclesiæ constitutio. Qui vero sentiunt se ex abstinentia carniũ & ieiunio & corpo-
re & animo melius habere, quæ rogo contumacia est, velut in odiũ ecclesiæ hoc reiẽcere, q̃d
Constitutiões humanæ tantã adfert vtilitatẽ? Hic igitur nullus aliũ dẽiudicet, vescens non insultet abstinentibus,
abstinentes non condẽnent vescentes, etiã si causa non sit euidens. Suo dño stant aut cadũt
Idem sentio de cęteris episcoporꝫ constitutionibus, quę si piæ sunt, si vtiles, si ęquæ, ob hoc
ipsum seruandę sunt, quod tales sunt: & si displicet legis vocabulum, amplectamur eas tan-
quàm salubria consilia. Si seruus de lapide emptus, dat tibi consiliũ vtile, auscultas & obtẽpe
ras, non quia seruus dedit, sed quia est in rẽ tuã. Et nos eorꝫ consilia reiẽcimus, qui publica di
gnitate præminent, quiq; nobis patrũ ac doctorꝫ loco sunt? Hæc eo spectant, non vt quæ
dicimus pro certis haberi velimus, aut præeamus ecclesiæ quid fit statuendum, sed vt inte-
rim dum apparatur synodus, ipsi dissensionũ causas omnes quantum in nobis est, ampute-
mus, nihil per vim ac tumultum agamus, neq; cuiquã hoc faciamus, quod si nobis fieret cœ
lum ac terram ac maria inclamaremus, neq; quenq̃ ad nouam religionem, à qua abhorret,
perpellamus. Aequissimũ em̃ est, vt qui sibi religionis causa vim fieri nolũt, ab alijs eã absti
Condescẽsus. neant: præsertim quũ hic quoq; melior fit causa, tam longi præscriptione tẽporis sese tuenti
um. Hæc admonitio ad vtranq; partẽ attinet: si moderata συγκατάβασις præmolleat dissi-
diorum paroxismũ, fiet vt synodi medicina felicius operetur ad concordiã. Sic em̃ medici E
prius q̃ porrigant validum pharmacũ, leuibus quibusdã ac blandis potiunculis, Sirupos illi
vocant, præparant corpora. Hoc exemplum vtinam omnes imitemur. At vereor ne fint, q̃
vel ob inopiam iudicij, vel vt ipsi sint in tuto, properent sic exulcerare omnia, vt frustra
De erroribus rebaptisatorꝫ coeat synodus. Quis aũt malus genius effascinauit infelices anabaptistas? Nam audio hos
errore falli, magis q̃ incitari malitia, vt ad istum modum in proprium ruant exitium. Non
sufficicit illis baptismus, qui mille quadringentis annis suffecit ecclesiæ Catholicæ? Nam tẽ
poribus Augustini tã vetus erat consuetudo tingere infantes, vt huius exempli author igno
raretur, admodumq; probabile esset, ab ipsis Apostolis fuisse inductũ. Quanq̃ em̃ non est
j. Corꝫ. j expressum in sacris libris, q; Apostoli baptizarint infantes, tamen ex his sumitur non leuis
Acto. j6 coniectura. Paulus enim fatetur se baptizasse tres familias, Crispi, Caij, & Stephanæ. Et
apud Philippenses noctu baptizauit carcerariũ cũ vniuersa familia. Et Petrus in Actis. 10.
baptizauit Cornelij non solũ familiã, sed etiã cognatos ac necessarios, q̃s ille sub aduẽtũ Pe
tri conuocarat. In his familijs probabile est fuisse nonnullos infantes aut pueros. Christus
ait: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et Apostolorꝫ principes Petrus & Paulus diligẽter ad-
monent, vt Christiani ciues obtemperent regibus ac præfectis licet idololatris. Volunt ser
uum baptizatũ fidelius etiã seruire hero suo, q̃ antea fecerat, & isti grauant parere principi
De reꝫ oim cõmunitate. bus eodẽ lauacro tinctis, eandẽ professis religionẽ? Dicunt exigere à suis reꝫ oim commu
nitatẽ. At ista quidem fuit aliquã diu temporibus Apostolorꝫ in primordijs ecclesiæ nascen
Cõitatis rerũ omniũ exitus tis, ne tum quidẽ inter oms Christianos. Nam latius propagato euangelio nõ potuit serua F
ri communitas, exitura videlicet in seditionem. Hoc ad concordiã est accommodatius, vt
rerum proprietas ac dispensandi ius sit penes legitimos dominos, charitas vero faciat vsum
Seditio Apud Bohœmos nouũ Iudæorum genus Sabbatarij communẽ. Nunc audimus apud Bohœmos exoriri nouũ Iudæorꝫ genus, Sabbatarios ap-
pellant, qui tanta superstitione seruãt sabbatũ, vt si quid eo die inciderit in oculũ, nolint exi-
mere, quasi non sufficiat eis pro sabbato dies dominicus, qui apostolis etiam erat sacer, aut
quasi Christus non satis expresserit quantũ tribuendũ sit sabbato. Beatus Paulus anathema
minat angelo, qui vel cœlitus adferret aliud euangeliũ, q̃ ipse tradiderat. Nũc multorꝫ ani-
mos adeo cõspicimus vacillãtes, vt si vel obscurissimus homũcio proferat nouũ dogma, li-
cet absurdum, inueniat discipulos. Vnde tanta vacillatio in animis Germanorꝫ, qui semper
Concordibus nihil felicius. cæteris natiõibus fortitudinis & cõstãtię laude p̃celluerũt? Quid nobis felicius, si positis dissi
dijs concordes versemur in domo dñi? Agit hoc summo studio Carolus Cæsar, agit idem
Romanorum, Hungariæ, Bohœmiæq; rex Ferdinandus, princeps singulari pietate præ-
ditus. Nec Christianissimus Gallorum rex in hoc negotio suo cognomini non est respon-
surus. Nec Anglorum rex obliuiscetur, se non ita pridem, defensoris fidei Catholicæ spe-
ciosum meruisse titulum. Qui Clementis Pontificis ingenium propius norunt, pollicentur
illum ad æquissimas conditiones descensurum, modo sarciatur ecclesiæ pax. Nec defutura
est eruditorum Cardinalium æquitas. Res ausspice Christo feliciter cessura est, si cęteri quo-
Sequuntur Minæ. que principes ac ciuitates huc intendant animũ. Iam nimiũ diu rixis indultũ est, vel delassati
quæramus concordiã. Si domini lenitas nos prouocat ad licentiã, quę ad pœniam debebat
inuitare, verendum est ne furor fiat læsa sæpius patientia, & quod de Iudæis scripsit Paulus,

pueni

A perueniat in nos ira dei in finẽ. Ne regum quidem manſuetudine abuti conſultũ eſt. Non ignorãt illi vires ſuas, ſed pro ſua clemẽtia, mollioribus ſi fieri poſſit remedijs huic malo mederi malunt quàm cauterijs aut ſectionibus. Fortaſſe nos credimus dormitare Cæſarem: at is plane vigilat in hoc negotio, lentior eſt, ſicut oportet principẽ ſumma potentia prædituꝫ non eſſe præcipitẽ in rebus gerendis, ſed tamẽ ille tandẽ perficit, quicquid animo deſtinauit ſemel. Regis Ferdinandi bonitas & animus planẽ philoſophicus, qualẽ in principe requirit Plato, nõ meretur contẽptũ, ſed abundantiorẽ reuerentiã, ac religioſiorẽ obedientiam. Nunq̃ habuere felicẽ exitũ auſus Cyclopici, & incõſulta temeritas: Sed vt veriſſime dixit ille vates acutiſſimus. Vis cõſilijs expers mole ruit ſua, Vim temperatã dij quoq; prouehũt in maius. Ergo ſi moderatis conſilijs, affectibusq; ſedatis incubuerimus ad ſarciẽdã eccleſiæ concordiã, fiet quod vaticinatur Eſaias: Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta: iamq; ſimul oẽs vno ore nobis inuicem gratulantes, dicemus, Quàm amabilia tabernacula tua domine virtutum.

Id eſt, q̃ exuſtionibus aut de collationibus

Bſa. 32

FINIS.

B

CLARISS. DOCTISSIMOQVE VIRO D. DES. Eraſmo Rot. Domino in maioribus obſeruando, Iulius Pflug. S. D.



Acit charitas in quam infixus ſum, eccleſiæ, vt q̃uis ipſe illi præſidiũ afferre haud poſſim, de oñi tñ ſtatu eius cogitare nõ deſinã: ex quo certe ipſo vberem capio fructũ, ſiue in mentẽ venit mihi quod conſoletur, ſiue quod terreat. In quoꝝ ego cogitatione ita verſor, vt altero animus meus recreetur, altero vero muniat cõtra caſus impendentes. Malum eñ cum aduenit diu ante prouiſum, leuius eſſe ſolet. Accedit eodẽ ſingulare quoddã officij vinculum. Nam cũ publicũ in eccleſia munus ſuſtineam, & ſi ad eam conſtituendam facultas mihi non ſuppetit, voluntate tamen mihi eò eſt incumbendũ. Itaq; quũ aliam officij tribuendi rationem inire nequeam, facile adducor, vt tuam tuiſq; ſimilium, qui & doctrina & authoritate florẽt maxime, fidem implorem. Hæc eò ad te ſcripſi, vt ad cauſam, quæ mihi cum oñibus bonis communis eſt, intelligas priuatũ etiam officium accedere, vt ſi nimius fuerim in vrgẽdo des veniam mihi, quum me illo affectio haud iniuſta rapuerit. De ſtatu autem religionis eſt omnino vt ſcripſiſti, id enim re ipſa experior. Nec mihi hoc tempore facile occurrit

C quod animum leuet ægritudine: cum preſertim ſcelerum eorum, ob quæ plagas illas, & eas quidem iuſtas deus nobis infligit, nullum faciamus finem. Quod autem cogitas rudem ſumere, iſtud tibi profecto per eum, qui tribuit vt poſſes hominum generi præclaram operam nauare, nunquam licebit: & eo quidem minus, quod vt extrema cygnoꝝ vox conſueuit eſſe ſuauiſſima, ita ſanctiſſimæ eẽ ſolent voces extremæ optimi cuiuſq;, qui eas ædit vnà prope cum ſpiritu extremo. Et ſi igitur habes, quo repudies typographoꝝ poſtulata, non tamen reperies, quemadmodum ei, qui iure quodam ſuo imperare poterit, ſatis facias, niſi pareas. Sed quid ago? Ita tecum quodammodo loquor, quaſi ſenectus tua non & operoſa ſit, & plane talis, vt eam nobis diuturnam fore ſperem. Quin animum ad ea, quæ tu nobis præclara parere non deſinis, conferens, intellige haud obſcure ijs, quæ à te optimus quiſq; deſiderat, non modo non orbari ſenectutem tuam, ſed etiam augeri. Vigent enim in te oĩa ea, quibus rei Chriſtianæ prodeſſe poſſis, & haud ſcio an magis etiam, quàm in ætate florente. Quæ quidem res ſpem oſtendit fore, vt in quam eccleſiam multa tua officia extent, de ea diu bene mereri poſſis. Atque hæc quidem amantiſſimis literis tuis prouocatus ſcribenda putaui, non vt te iſta ætate atque authoritate virum ipſe homo iuuenis atque rudis monerem, ſed vt in quem me duceres ſermonem ſequerer. In quo ipſo dum breuitatem vito, verboſior & ineptior neſcio quo pacto fui, quàm deceret. Venio nunc ad Iulium Camillum & Auguſtinum Eugubinum: quorum alterum cum Venetijs eſſem de facie noui tantum, cum altero vero congreſſus & locutus ſum ſæpe, qui me ea re deuinciebat ſibi, quod mihi quotieſcunque vellem faceret poteſtatem introeundi bibliothecam Antoninam. Amphitheatrum Camilli ſi eam nobis vtilitatem afferre poſſet, quam pollicetur, libenter me facerem vnum è ſpectatoribus in eo. Ac ſi apud te diſceptantem cauſam dicit eloquentia, iam vicit. Nam (ſi te bene noui) contra eã nunquàm tu ſtatues, cuius beneficio tãtus es, vt viuas in oculis omniũ ferè gentiũ. Itaq; nihil attinuit Camillũ eã ad pedes tuos abijcere. Sed illi potius placãdi fuerũt, q̃ negant cũ eloquentia cognitionẽ rerum coniungi poſſe

posse, quasi vero inquinate loqui sit sapere. Iam vero tuam ad Eugubinum epistolam, iamdudum legi. In qua tu illum amanter sane, & singulari cum grauitate mones. Qui vtinam obtemperasset tibi. Nam sic fere fit, vt quam quisq; voluptate maledicendo capit, eam male audiendo amittat. Qua in re euentus cum ipsa iustitiæ æquabilitate bellissime congruit. Quo magis miror quid homini venerit in mentem cunctam nationem nostrã tanta contumelia afficere. Quod si te optima monentem audire noluisset, suam tamen ipsius rationem si adhibuisset in consilium, virus illud in nos tam turpiter non euomuisset. Sunt certe in singulis nationibus qui sub figura hominum immanitatem gerunt belluarũ. Sunt item, qui cũ ingenio, tum vero etiam virtute excellunt. Hoc qui negat, næ is aut rudis est in cognitione rerum humanarũ, aut plane impudens. Qui igitur vniuersæ alicui nationi in opprobrijs obijcit, quæ sunt certorum ciuium labes, qua id tandem fronte facit? Cur non potius laudat ob certorum ciuium virtutes? Id quod cum officio boni viri multo est coniunctius. Nónne qui ita reprehendit, idem sentit se patriam quoq; suam, cum in eodem vel simili sit crimine premere & tacita quasi sententia sua damnare? Sed quid si non tam vitia exprobrat, quàm virtutes in finitima vitia detorquet? Vt cũ animi altitudo hominum nostrorũ atq; virtus, quæ in periculis contemnendis lucere solet, feritati tribuitur. Quod si quis Germanorũ, quibus ingenia Eugubinus adimit, vellet in hoc genere ingeniosus esse, nónne quæ multo vel præstantiss. sunt, ea ad speciem turpem facile orationis vi conuertere posset? Nulla enim virtus est, cui non vitium aliquod sit finitimũ. Quo facilius id quod honestum est atq; bonum dicendo eo potest traduci, vt malum esse videatur. Recte igit tu, qui prudentiam Eugubini requiris, cum præsertim multi sint nostrorum hominum si commoueant sese, sentiat ille Germanis neq; ingenia, neq; facultatem orationis, neq; maximarũ rerum scientiam deesse. Quanquàm res ipsa pro hominibus nostris loquitur, etiamsi nullum faciant verbũ: Quod multa iam extant signa, eaq; illustria, non solum ingenij illorum, sed etiam eximiæ doctrinæ. Adde quod ipsum Eugubini institutũ, ei acerbitatem istam exprobrare videtur. Quid enim ab officio hominis Christiani, sucerdotis, & Theologi alienius esse potest, q̃ in eo quo se profitetur religionem defendere, tantum acerbitatis effundere, & contra, quàm lex mutui amoris sancit, multos bonos viros de se nihil tale merentes tam insigni iniuria afficere? Sed de his Eugubinus ipse viderit, ego quod me attinet, mallem illum isto maledicendi genere supersedisse. Faueo enim hominis honori. Quod si feciſſet maiorem proculdubio fructum industriæ suæ cœpisset, nec eam ad quam se excitauit bene audiendi rationem, ipse in dubium vocasset. De Gulielmo Budæo quæ scripsisti, ea me singulari affecerunt voluptate. Ille enim ita se gerit, & ea nobis affert, vt mihi videatur natus esse ad lucem rectis studijs inferendam. Lætor igitur virum illum in eo etiam nunc cursu esse, quem iamdudum magna sua cum gloria tenet. Hic si tantum apud suos authoritate valet: quãtum excellens eius doctrina & virtus, quæ vno omnium ore celebratur postulat, & gaudendum est certe omnibus bonis & præclare cum Gallijs ipsis agitur. Hæc fere ad epistolam tuam. Iam vero ne te fugiat, quo loci sint res nostræ, sic habeto, religionem aliquanto perturbatiorem esse, quàm fuit antehac, & ortus est nuper nescio quis terræ filius, qui conatur nouum malum inuehere. Negat enim necessaria esse ad Eucharistiam verba Christi, quibus ea consecretur, quin nec speciem panis aut vini necessariam esse, sed satis esse, si motu interiori cordis Eucharistia capiatur. Ita cum hic ad spiritalem manducationem referat omnia, id agit, vt possit sacramentum ipsum funditus tollere. Sed deus tamen pro sua misericordia nos respexit, cuius diuino beneficio effectum est, vt authore in vincula coniecto hęc hæresis oppressa sit antea, quàm in vulgus proferretur. Noui præterea quod scribam nihil sane est, & arbitror satis multa esse hæc, præsertim ad te virum nunquàm satis vacuum. Sed malui tamen multus esse, quàm non declarare me ijs quæ scripsisti, valde delectari, de quibus certe tecum quasi loquens quanta voluptate perfusus sim inde perspicias facile, quod finem dicendi ægre fecerim. Non igitur mihi visus es garrire (qua tu voce vteris) sed aptissime grauissimeq; loqui, & tanto me vehementius amare, quanto longiores fuerunt hæ literæ tuæ. Quare tam me tibi beneficio obstrictum sentio, quàm quem maxime: cumq; mihi nihil esse possit antiquius, quàm vt gratitudinem meam erga te quibuscunque possim rebus testificer, magnum mihi beneficium dederis si ostenderis in qua re officium meũ tibi præstari velis. Vale, Litij tertio Nonas Maij. Anno millesimo quingentesimo tricesimotertio.

Optima sententia

Nota

De Budęo

DES. ERASMVS ROTERODAMVS CLARISSIMO, LL. Doctori Iohanni Rinco, S.P.

Literæ

A 

ITERAE TVAE, VIR ORNATISSIME, quibus & pro tua prudẽtia ſagaciter diuinas imminentes Germaniæ calamitates, & eas pie deprecaris, permouerunt animum meum, vt ad omnipotentem illum pacificatorem, & (vt Paulus vocat, μεσίτην) precationem cõſcriberem, qua ſimul omnes dominum, iratum quidem vt videtur, ſed exorabilem appellemus. De non mouenda Camarina, amanter tu quidem ac fideliter, ſed ſerò mones, Et merebatur hoc quorundam ſcurrilis improbitas, nec deerant amici qui per literas huc hortarentur. Bene vale amicorum candidiſſime. Friburgi quinto die Martij, Anno à Chriſto nato, M. D. XXXII.

Ro. 8. Hebr. 2 j. Timoth. 2. μεσίτης ẽ mediator, interuentor, &c.

PRECATIO AD DOMINVM IESVM pro pace Eccleſiæ.

B 

Omine Ieſu Chriſte, qui pro tua omnipotentia cõdidiſti creaturam omnem viſibilem pariter & inuiſibilem, pro tua diuina ſapientia ordine pulcherrimo gubernas ac dirigis vniuerſa, pro tua ineffabili bonitate ſeruas, tueris, ac vegetas omnia, pro tua immẽſa miſericordia, reſtituis luxata, reformas collapſa, mortua reuiuificas, dignare quæſumus tandẽ ad vnice dilectã tibi ſponſam eccleſiam flectere vultũ tuum, ſed illũ placidum ac propitium, quo ſerenas omnia quæ in cœlis, quæ in terris, quæ ſupra cœlos, infraq; terras ſunt: flectere digneris oculos illos mites ac miſericordes, quibus Petrũ eccleſiæ tuæ ſummum paſtorem intuitus es, ac mox reſipuit, quibus turbam palantem aſpexiſti, & miſericordia cõmotus es, q; ob inopiam paſtoris errarent, velut oues diſſipatæ, diſiectæq;. Vides paſtor bone, q̃ varia lupor̃ genera irruperint in caulas tuas, quor̃ quiſq; clamat, Hic eſt Chriſus, hic eſt Chriſtus, vt in errorem pertrahantur ſi fieri poſſit, etiam perfecti. Vides quibus ventis, quibus vndis, quibus procellis iactetur tua nauicula, extra quã nulli vis eſſe ſalutem. Quid ſupereſt, niſi vt illa demerſa fluctibus, pereamus omnes? Hanc tempeſtatẽ accerſiuerunt nobis ſcelera noſtra, agnoſcimus & cõfitemur. Agnoſcimus tuã iuſtitiam, & noſtrã iniuſtitiam deploramus, ſed appellamus tuam miſericordiam, quæ (iuxta propheticũ pſalmũ) ſuperat omnia opera tua. Multum iam pœnar̃ dedimus, tot bellis attriti, tot exactionibus exhauſti, tot morbor̃ ac peſtilentiar̃ generibus afflicti, tot inundationibus concuſſi, tot portentis è cœlo minantibus territi, nec inter hæc mala ſubinde noua laſſeſcentibus, vilus vndecunq; portus apparet, ſed atrociora videntur impendere. Non querimur de ſæueritate tua mitiſſime ſeruator, ſed agnoſcimus hic quoq; tuam miſericordiã, longe ſiquidem atrociora meruera mus. Verũ noli clementiſſime Ieſu perpendere, quid noſtris meritis debeatur, ſed quid tuã deceat miſericordiam, ſine qua nec angeli poſſent ſubſiſtere, nedũ nos lutea vaſcula. Miſerere noſtri redemptor exorabilis, nõ quod ipſi ſimus digni, ſed hanc ſancto nomini tuo da gloriam. Ne permittas, vt Iudæi, Turcæ ac cæteri, qui vel non nouerunt te, vel inuident tuæ gloriæ, perpetuo glorientur de nobis, dicantq;, vbi eſt deus eor̃, vbi redemptor, vbi ſeruator, vbi ſponſus, quem iactant? Hæc opprobria in te recidunt, dum ex noſtris malis æſtimatur tua bonitas: deſertos credunt, quos nõ intelligũt *emendari. Olim quum in naui dormires, & exorta tempeſtas minaretur omnibus exitiũ, ad inclamationem paucorum diſcipulor̃ experrectus es, & mox ad vocem tuã omnipotentẽ, ſubſedere fluctus, conſilue re venti, tumultus ſubito verſus eſt in tranquillitatẽ magnã. Agnouerũt elementa muta cõditoris imperium. Nunc in hac longe grauiore tempeſtate qua periclitantur nõ paucorũ corpora, ſed innumerabiles animæ, ad totius eccleſiæ tuę periclitantis clamorem, rogamus vt expergiſcare. Tot hominũ milia clamant, Domine ſerua nos, perimus. Tempeſtas vicit humanã induſtriam, imò videmus opitulari volentiũ conatus in diuerſum cedere. Tua voce opus eſt domine Ieſu. Tantũ dic verbo, conſileſcet tempeſtas, & protinus illuceſcet optata tranquillitas. Parſurus eras tot ſceleratiſſimor̃ hominũ milibus ſi in Sodomis reperti fuiſſent decem iuſti. Nũc tot ſunt hominũ milia, qui diligunt nominis tui gloriam, qui ſuſpirant decorẽ domus tuæ, an non ad hor̃ preces, iram tuam remittes, ac veter̃ miſericordiarum tuar̃ recordaberis? Non cœleſti tuo artificio noſtrã ſtultitiam vertes in tuam gloriam? Non improbor̃ mala vertes in eccleſiæ tuæ bonũ? Solet eñ tua miſericordia tũ maxime adeſſe, quũ rebus maxime deploratis, hominũ nec vires nec prudentia poſſunt opi-

Ob inopiã paſtoris oues errant.

extricari, vel ſubleuari.

tulari. Tu solus res quãlibet discordes redigis in cõcordiã, vnicus pacis & author & tutor. D
Tu Chaos illud vetus, in quo nullo ordine, nulloq; decore cõfusa iacebãt discordia rerũ semina, digessisti, & admirabili ordine, quæ natura pugnãt æterno fœdere faciasti. At quanto turpius est chaos, vbi nulla est charitas, nulla fides, nulla fœdera, nulla legũ, nulla præpositorũ reuerentia, nullus dogmatũ consensus, sed velut in dissono choro suam quisq; canit cantionẽ? Inter cœlestes orbes nullũ est dissidiũ, elementa suũ quæq; locũ seruant, suis q̃q; funguntur muneribus. Et sponsam tuam, in cuius gratiã condita sunt vniuersa, sines perpetuis dissidijs ire pessum? Patieris, vt impij spũs discordiarũ authores, in tuo regno tyrãni dẽ exerceant impune? Patieris illũ fortem, quẽ semel expugnatũ deturbasti, rursus occupare tua castra? Quũ mortalis inter homines versabaris homo, ad tuã vocem aufugiebãt dæmonia. Emitte quæsumus dñe spiritũ tuum, qui dispellat à pectoribus omniũ tuum adorabile nomen profitentiũ spũs impios, luxus, auaritiæ, ambitionis, libidinis, vindictæ, discordiæq; magistros, & vt propheticis verbis vtamur: Cor mundũ deus & rex noster crea in nobis, & spiritũ sanctũ innoua in visceribus nostris, spiritũ sanctũ tuum ne auferas à nobis Redde nobis lætitiam salutaris tui, & spũ principali confirma sponsam tuã, ac sponsæ tuæ pastores. Per hunc spm̃ terrena cœlestibus conciliasti, per hunc tot linguas, tot nationes, E
tot hominũ tam varias formas in vnũ ecclesiæ corpus cõpegisti, quod tibi capiti suo per eundem spiritũ cohæret. Eum si dignaberis in omnium cordibus innouare, cessabunt & illę calamitates externæ, aut si minus cessabunt, certe te diligẽtibus cedent in lucrum pietatis. Dic gere hoc chaos dñe Iesu, expandat se spũs tuus super has aquas male fluctuantiũ dogmatum. Et quoniã spũs tuus, qui (iuxta prophetæ sermonẽ) continet omnia, scientiam habet etiam vocis, fac vt quemadmodũ cunctis in tua domo versantibus, vna lux est, vnum baptisma, vnus deus, vna spes, vnus spũs, ita sit & vox vna catholicam veritatẽ profitentium. Ascendens in cœlũ triumphantium more sparsisti ex alto pretiosa missilia, dedisti dona in hominibus, dilargitus es varia spũs tui munera. Rursum ex alto renoua veterem munificentiam tuã, da ecclesiæ tuæ labascenti, quod dedisti nascenti. Da principibus timorem tui, vt sic rempub. administrent, tanq̃ breui tibi regum regi rationem de singulis reddituri: da throno tuo semper assistentẽ sapientiam, vt quid sit optimũ factu, perspiciant animo, factisq; persequantur. Da pastoribus, quibus tuas vices delegare dignatus es, prophetiæ donum, vt arcanas scripturas, nõ ex humano sensu, sed ex tuo afflatu interpretentur. Da charitatẽ triplicẽ, quam à Petro stipulatus es, ouiũ curã illi demãdaturus. Da sacerdotibus tuis F
sobrietatis & castitatis amorem. Da populo tuo bonã voluntatem obtemperandi præceptis tuis, ac promptitudinẽ obsequendi his, per quos iuxta tuum animũ voluisti res humanas administrari. Ita fiet, vt si principes tuo munere, te digna imperent, si pastores te digna doceant, populus bene imperantibus, ac pia docentibus obtemperet, ecclesię simul cũ ordine redeat pristina tum dignitas, tum tranquillitas, ad tui nominis gloriam. Niniuitis internecioni destinatis, simul vt ad pœnitentiam conuersi sunt, pepercisti: & sponsam tuã pedibus tuis aduolutam aspernaberis? Quæ pro sacco habet suspiria, pro cinere lachrymas. Pollicitus es veniam ad te conuersis: sed hoc ipsum tui muneris est, vt quis ad te toto pectore conuertatur, vt omnia bona nostra redundent in tuã gloriam. Cõditor es, instaura
asſere, vẽdica plasma tuũ. Redemptor es, *serua mercem tuã. Seruator es, ne sinas eos interire qui toti pẽdent ex te, & serua seruos tuos. Dñs es, asſere possessionẽ tuam. Caput es, subueni membris tuis. Rex es, da legum tuarũ reuerentiam. Princeps es pacis, inspira nobis charitatem mutuam. Deus es, miserere suppliciũ, esto (iuxta Pauli dictũ) omnia in omnibus, vt vniuersus ecclesiæ tuæ chorus, cõcordibus animis, & consonantibus vocibus pro impetrata misericordia gratias agat patri & filio & spiritui sancto, qui ad absolutum concordiæ exemplũ, personarũ proprietate distincti estis,
eui natura vnum, *quibus laus & gloria in
æternum. Amen.

FINIS.

A

Orthuinus Gratius pio lectori S. P. D.

QVemadmodum in omnibus ferme & singulis huius libri ꝓfationibus, omnem tibi salutẽ precati sumus lector, ita quoq; & hoc loco, eandẽ tibi depcari non possumus. Totus eñ ex animo sum tuus, modo q̃ citra cuiuscũq; offensionẽ in ꝓcedentibus sunt dicta, in bonã semp partẽ interꝓteris. Cæteꝝ qa de vniuersalis ecclesiæ reformatione multa sunt dicta, & propter nr̃os abusus, discordias, ac varias tyrãnides, multæ forsitan gentiũ nationes à nobis defecerũt, & tyrãnos sibi ferociores sunt assecuti, nõ abs re fuerit, crudele Turcaꝝ in suos imperiũ hisce ꝓcedẽtibus opusculis adiicere, vt illis tandẽ cõdolẽdo, & nobis in cũctis prospiciẽdo, alioꝝ discam⁹ frui insania.

Turcæ igit̃ postq̃ Pontũ & Cappadociã, Galatiã, Biythimiã, Lycaoniã, Pisidiã, Phrygiã vtrãq;, Pamphyliã, Ciliciã, Cariã, & omnẽ Asiã, q̃ minor vocat, vltra citraq; Taurum ad oras vsq; Ioniæ, & littora Græci maris occupassent, nec vnũ quendam principem, sed alios aliꝝ duces, & varia auspicia per factiones sequuti, tandẽ circa annum Chr̃i. M. CCC. XXXIIII. Otomanus quidã, exigui tñ census & obscuri inter priuatos nominis, ex collectitio milite nõ ingenti manu per seditionẽ conflata, grassari passim, ac nõ solum reliquias Christianas vexare, verũetiam suæ gentis hoïes infestis armis petere cœpit, cui inter principes orta graui discordia, felicẽ cursum ꝓbuit. Otomanus itaq; breui authoritatẽ adeptus Orcamem successorẽ reliquit, qui rem à patre inchoatã, longe, lateq; propagauit, cuius fi-

B lius Amurates, Græcis de imperio dissidẽtibus, alteri auxilio futurus, in Græciã nauigauit ex Asia, cõsulto bellũ protrahens, ambobus fere cõsumptis, magnã Græciæ partẽ acquisiuit: huic filius Pazaites, qui, priusq̃ à Tamerline Persa caperet, magnas in Græcia res gessit. Eo mortuo, Calapinus filius natu maior, à Græcis emissus, regnum tenuit, cui vita functo, Orcanes filius succedẽs, à Moyse patruo pugna oppꝛssus interiit. Quo fine liberis mortuo, Moametes tertius Pazaitæ filius regnum incruente obtinuit, qui magnis in Europa rebus gestis, in Asia q̃plures Turcaꝝ regulos vi atq; armis oppressos, regnis exuit. Huic defuncto, successit Amurates, qui p id tempus in Asia manẽs, audita patris morte, in Thraciã conatus traiicere, à Græcoꝝ Imperatore maritimo apparatu prohibitus est. Et Mustaphas natoꝝ Pazaitæ reliquus, vt reꝝ potiretur, à Græcis adiutus. Sed Mustapha bello victo ac interempto, Amurates victor vniuersum regnum obtinuit. Huic mortuo, Maumetes successit, Constãtinopolim, Thraciã, Mysiam inferiorẽ, Corinthum, Peloponnesum, Trapezontineñ. imperium, & quicquid Christo in Ponto credidit, Imperatori securi percusso, tum Lesbon, Mysiam q; superiorẽ cum Euboea paternis regnis addidit. Caphã Genuensibus vi eripuit. Cũ Syrijs, Aegyptijs sæpius cõgressus, Pannoniã, Germaniã cũ multis milibus hominum abductis, sæpius depopulatus. Per Illyricum in Italiam transgressus, in foro Iulij Venetos prælio ad Sontium vicit, villis inter Sontium & Tiliauentum amnes igne succensis, sese per Alpes in Iuliam (quam nostri Celiam dicunt) & Carniam recepit, icto paulo post cum Venetis fœdere, Leucadem, Cephaleniam & Zazinthum occupat. Magna, valida q; classe Rhodum per tres menses obsedit, ac tunc (prohdolor) ipsius succes-

C sor expugnauit & occupat. Tandem classe, multisq; hominum milibus in Apuliam traiiciens, Hydruntem expugnat. Bestias oppidum Gargani montis demolitus, infinitis cædibus quacunq; discurrens, omnia igni, ferro q; perdendo. Tandem in Orientis expeditionem profectus post ingentia facinora terra mariq; gesta, non sine veneni suspitione quinto Nonas Maij in exercitu suo moritur, anno Constantinopolitani imperij vicesimo septimo, mense secundo, die quinto, Anno salutis nostræ. M. CCCC. LXXXI. Hæc ex Aenea Syluio, alijsq;. Oremus itaq; flexis poplitibus & leuatis in cœlum manibus, deum optimum, maximum, vt talis fiat à nobis in cunctis reformatio, nostraq; vniuersalis ecclesia, ad eam restituatur integritatem, vt miserrimi illi homines, fidei catholicæ desertores, nostri contemplatione & bonorum operum exemplo pellecti, ad præsepe domini reuertantur, ac salui fiant. Vale.

ORATIO DE ORIGINE, POTENTIA, AC TYRANNIDE TVRCARVM,

ad sereniſſimum & potentiſſimum Henricum Angliæ & Franciæ Regem, &c. eius nominis. VIII. dicta Londini à D. Iohanne Fabro.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC ILLVſtriſſimo Principi Bernhardo, Epiſcopo Tridentino, ſereniſſimi ac inuictiſſimi D. Ferdinandi, Hungariæ ac Bohœmiæ regis, &c. Archiducis Auſtriæ, &c. Prothocancellario, Iohannes Fabri Doctor, ſalutem, gratiam, & pacem, ab eo qui eſt benedictus in ſecula. Amen.



Prothocancellarius.

VM nuper exactius mecum, neq; id ſine maximo dolore perpẽderem, reuerendiſſime præſul, q̃ varijs calamitatum inſultibus & procellis reſpub. Chriſtiana aliquot iam retroactis annis vndiquaq; vorſum ſit laceſſita, afflicta q̃, adeo vt paꝝ abfuerit (niſi deo Opt. Max. aliter videretur) quin perinde vt nauis altiſſimo maris gurgite ad ſcopulum illiſa, tot diſcriminum naufragio penitus interiret. Inde eſt, quod dubium mihi oboriri cœperit, tibi ne magis, qui iã in inuictiſſimi atq; potẽtiſſimi Hungariæ, Bohœmiæq; regis D. Ferdinãdi principis noſtri auguſtiſſimi, Prothocancellarium, cõmunibus omniũ votis pariter ac publico bono electus es, an vniuerſo potius orbi terrarum, cui talis, tamq; circumſpectæ prudentiæ Princeps moderator contigiſſe videtur, congratulari conueniat. Precor itaq; vt hoc quicquid eſt eminentiæ, tum priuatim, tum publice felix fauſtumq; ſit futurum. Sed quis porro dubitabit, diuina quadam prouidentia, huius ferrei ſeculi longe quàm difficillimo temporꝝ articulo, te in eum locũ, dignitatisq; culmen, idq; citra vllã ambitionis notã eſſe euectũ? Nam in p̃ſentiarꝝ æque ac inter Scillã & Charybdim cõſtitutis, omnis melioris auræ ſpes, ſi quæ reliqua eſt, in te vno & vnico, nõ ſecus atq; in ſacra anchora cõſiſtit. Siquidẽ altera ex parte Lutheriſmi p̃ſentiſſimo toxico tota pene Germania ſit infecta: altero item è latere truculentiſſima Turcarꝝ immanitas, toties iam (prohdolor) noſtro malo experta, latius ſæuire tentet. Tu ille ipſe es Hercules, ſeu (vt ſignificantius dixerim) Dauid potius, qui funda tua, hoc eſt, ſingulari ac diuina propemodũ, qua p̃ditus es, & eruditione & magnis magnorꝝ conſiliorꝝ induſtria, ſuperbũ illum Turcarꝝ Goliad ſis proſtraturus, ita vt ab his imminentibus periculis ſecuritatẽ, portũ, ac ipſam deniq; ſalutem nobis audacter polliceri poſſimus. Præterea ſi quis ad orthodoxam fidẽ & p̃ſentẽ reipu. Chriſtianæ ſtatũ, hæreticorũ videlicet arietibus, nõ mediocriter quaſſatũ, oculos reijciat, nõne ſicuti de Hieremia propheta teſtatũ eſt, quaſi columnã ferream, murũq; æreum, pro tota ciuitate Hieruſalẽ, fortiter te opponi deprehendet? ita q̃ (auxiliante Chriſto) impij, ſeu etiam inferorꝝ portæ aduerſum te nihil p̃ualebũt. Iam vero operæ pretiũ quod ſim facturus non arbitror, vt altius tũ ipſo (q̃d aiunt) ab ouo repetã, quot & quãtas clades nõ dico ab exoticis illatas, ſed quas à Germanis Germania perpetuo biennio acceperit. Illas, inquã, furias & faces vnde obſecro niſi à Luthero, quẽ pro ſua virili acriter ſuffudiſſe frigidã cõſtat primũ ortas dicã? Sed incendiũ hoc vtcunq; vires ſuas longe lateq; ſparſerit, modo vigiles habere velis oculos, nullo negotio reſtinguet, Germania em̃, quæ olim inter oẽs nationes ob veꝝ dei, diuorumq; Chriſti cultũ, ob morꝝ deniq; incorruptiſſimorꝝ plus q̃ niueam ſynceritatẽ, cũ primis ſpectabilis cõmendabat, ſimulatq; mutato inſtituto cũ porcis in volutabro ſeſe immergi, q̃ è lympidiſſimi s fidei ſcatebris bibere maluit, quid aliud p̃ter inteſtinorꝝ diſſidiorꝝ ſemina fructus peperit nõ video. Itaq; tandẽ factũ eſt, quod huic regno in ſeſe diuiſo, Turca. ductu & auſpicijs Satanæ, deſolationẽ minari cœperit. Cui quidã in Lutherano ludo edocti, imõ ipſe Lutherus, minime gentiũ reſiſtendũ eſſe fortiter cõtendit. Belli, ſi dijs placet, homunculi, meoq; calculo nequaq̃ indigni, qui ad coruos amandenter, qui cũ infidelibus bellandũ eſſe prohibent, interim centena Chriſtianorꝝ milia miſere interficiunt. Alij viciſſim vt ſanioris iudicij, ita probabilioribus argumentis, quantis quantis dicendi viribus p̃ſunt, bellum omnibus modis aduerſus Turcarum impreſſionem ſuſcipiendum perſuadere conantur, quorum ſententiæ omnes, quotquot ſumus Chriſtiani, merito ſubſcribere debebamus. Ea igitur ratione ego quoque ductus, orationem illam, ad Sereniſſimum Anglorum Regem

Clades Germaniæ a Luthero.

Bellum Turcis inferendũ

A Regem in celebri episcoporum ac procerum consessu Londini à me habitum, tibi non modo Mœcenati meo, sed & omnium studiorum, studiosorumq; tanquàm cuidam Asylo dedicare volui, quam vbi (quæ alioquin tua est ciuilis admodum humanitas) renidenti fronte susceperis, omnino exhibebis ansam, vt in posterum ad consimiles labores maiori spiritu suscipiendos accingar. Vale Reuerendissime Antistes, bonorum omnium patrone. Ex Vienna, decimosexto Martij. Anno à Christo nato, millesimo, quingentesimo vicesimooctauo.



SERENISSIME AC POTENTISSIME Angliæ & Franciæ Rex: Sacrosanctæ orthodoxæ fidei defensor pientissime. Nobis quos hic ob communem vsum & Rempublicam Christianam non modo in pristino suo statu conseruandam, verumetiam latius propagandam adesse coram cernis, sere Regna, puinissimus atq; inuictissimus dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex Ferdinandus: Infans Hispaniarum. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Slesiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Vvirtembergæ &c. Princeps Sueuiæ, Marchio Morauię, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Lantgrauius Alsatię, Marchio sacri Romani Imperij super Anasum, & Burgouiæ, Dominus Marchiæ Sclauonicæ, portus Naonis, & Salinarum Dominus, D. ac Princeps noster clementissimus, tuæ Maiestatis auunculus & frater, suo nomine tuam Regiam Maiestatem vt plurima salute impartiremus iniunxit, atque ita se offert beneuolum, vt qui buscunque rebus tuæ Regiæ Maiestati placere possit, nunquàm non facilem & spontaneam operam suam præsto tuæ regiæ Maiestati futuram polliceatur. Veruntamen cum eiusmodi functio ab eadem Regia Maiestate mihi semel delegata sit, vt coram te omnibus numeris excellentissimo Principe, ac potentissimo Rege verba sim facturus. Vereor equidem conceptæ de me expectationi omni ex parte satisfacere nequeam, cum videlicet onus sit grauius maiorisq; molis, quàm vt humeris meis illud subire posse mihi arroganter asscribere velim. Nihilo secius interim, dum me necessitas & voluntas eo Regia compulit, rem, licet perarduam, vtcunque humili dicendi filo expedire, & quoad fieri poterit, paucissimis absoluere conabor. Non ignorat Regia Maiestas tua, quæ inter grauissimas florentissimi huius regni occupationes Regias, etiam res sanctas, & quicquid vspiam ad Christi fidem, religionemq; pertinet, tum crebra lectione, tum meditatione frequenti pertractare consueuit. Quomodo Christus dominus & Saluator noster, qui in principio erat, est, manebitq; verbum æternum, verbi sui semẽ, sanctæ & illibatæ vitæ exemplo, ac iugi prædicatione in huius mundi agrum solicitudine non parua seminarit, quo semen hoc, in bonam terram iactum, fructum quoque produceret vberiorem, hanc suo proprio sanguine irrigauit. Sic vt ipse vere vnicus filius, primusq; fuerit, ac sit, qui exierit seminare semen suum, non volens vt caderet, vel in viam publicam, vel inter vepres, aut supra saxum aliquod, sed in bonam, frugiferamq; terram, ortumq; faceret fructum cum fœnore. Ad huiusmodi causam, de semine parabolam ab Apostolis non intellectam pulchre edisserit: Regnum cœlorum grano sinapis, quod sumptis radicibus in stipitem, in ramos, tandemq; in magnam arborem crescit, comparat. Multipliciterq; in Euangelio testatur, sese hoc voluisse, vt Gentilium erroribus, ac Iudæorum superstitione veluti spinis, tribulis, vrticis, infelicibusq; lolijs & miricis, atque id genus alijs terræ nascentibus, falsam ac sterilem proferentibus messem, ab agro mundi præsentis funditus erutis, ac euulsis, totus ager, qui mũdus ẽ, flauescẽtis & fertilissimæ æstatis spicas ex omni parte refertas perpetuo generaret. Eapropter de ficu, siculnea, ac cæteris arboribus, de messe, messoribus, falce, regionibus albis, vinea, vite, agricultura, vinitoribus, colonis, æstate, horreo, area, fructibus, centesimo, sexagesimo, ac tricesimo, thesauro in agro abscondito, & tribus farinę satis. Grano frumẽti & hisce filibus sexcentis propemodum parabolis, arcana mysteria, ignitasq; sententias ore suo diuine deprompsit. Percurrens denique Iudæam, Galilæam, Samariã, totamq; Palæstinam, plantator, irrigator, & incrementi præcipuus author, sua manu stiuam aratri, etiam vsque ad crucem, crucisq; mortem non retrospiciens, dixit, torcularq; solus calcauit, quo lætas segetes, messem, vineamqùe perfectam, in hoc agro patri æterno, quem & ipse vocat agricolam, plantaret. Et ne quid vspiam neglectum iret, etiam Apostolos quos alibi palmites, & in Marco designat agricolas, in mundum vniuersum misit, vt & illi reliquum & totum terrarum orbem, quasi communem agrum hac fœcunda plantatione replerent, denique iuxta verbum Doctoris Gentium (qui Sacri Euangelij est tuba) Dei agriculturam facerent.

B

C

Regna, puinciæque Regis Ferdinandi

Initium religionis Christianæ ex semine Verbi.

Prædicatio apostolorum.

Et ad illius exemplum etiã sanguinis effusione terrã, alioqui ex primoꝝ parentũ transgres D
sione spinosam, sterilem, aridam, & penitus infœcundum, cœlestis gratiæ riuulis abunde
irrigarent. Cecidit itaque res breui feliciter, atque adeo vt Apostolorum sonus in omnem
terram exiuerit, & in fines orbes terræ. A solus ortu vsque ad Britanniæ occasum verba eo
rum. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, Venientes autem venerũt cum exultatio
ne, portantes manipulos suos. Non modo Samaria, sed etiam οἰκουμένη, hoc est, totus orbis,
hoc semen, id est, verbum accepit, quo vniuersa terra (vt olim Aræ filiæ Caleb, irriguum su
perius inferiusq́) irrigata est. Facta sunt itaque & creuerunt lętæ segetes, Regiones albæ,
messisq́ perfecta in Asia, Aphrica, Europa, ab oriente vsque ad penitus toto diuisos orbe
Britannos. Hæc tempora non solum septennalem in Aegypto vbertatem, verumetiam Sa
turnia regna longe superarunt. Ea quoque fames diuinissimi verbi dei, de qua pastor rusti-
cus & propheta Amos in pastoralibus Thecue nonnihil prædixerat, omnino sublata est.
Terra enim dedit fructum suum, ederunt pauperes & saturati sunt, laudauerunt q́ dominũ.
Comederunt veri Israhelitæ panem absque vlla penuria, panem de cœlo verum, in quo vi
uit homo, in cuius fortitudine cum Helia propheta ambulat, quisquis ederit vsque ad mon-
tem Dei Oreb.

Quumq́ hæc plenitudo temporis, dulce plenumq́ conuiuium, sexcentos perstitisset an-
nos. Ecce tenebricosa ac quasi intempesta nocte inimicus hõ, non modo pseudoprophe-
Mahumetus pseudochrus. ta & ementitus Apostolus, sed pseudochristus, qui se pro deo venditabat. Mahumetus spu
rius à patre idololatra, & Agarenus à matre, haud secus quàm calidus ille serpens, in para- E
disi dominicum agrum irrepsit, zizaniamque superseminauit, & quicquid recti, veri, ho-
nesti, & salubris à saluatore nostro, illiusque discipulis tanto labore & studio per priora
secula plantatum & cultum erat, extirpauit, euulsit, & quasi radicitus euertere atque euelle-
re cœpit. Nec aliter quàm horrendus ille & cũctis formidabilis aper, qui misere quondam
Depopulator vineę domini sabaoth vastabat Arcadiam vicinasq́ regiones. Idem Mahumetus, abiecto pudore, longe lateq́ de-
populatus est. Ac semen quod in terram mirifice fœcundam ceciderat, penitus euulsit, ex-
tirpauitq́. In pessimæ & astutissimæ vulpis modum, vineam Engaddi, Zorecq́, vtranq; il-
lam electam vineam domini dei Sabaoth perdidit, totumq́ agrum sanctum, tam pulchris
redimitum floribus, & Christi tam bono odore fragrantem, vt longe præcelluerit odores
Iacob filij Isaac, Nardi, vnguentorum, florentium vinearum, myrrhę, balsami, mandrago-
ræ, suauissimiq́ Thymiamatis, infecit. Is Mahumetus, & si ex infima fæce, obscuroq́ loco,
dubium Arabs, an Persa, natus fuerit, quasi ille inter Israelitas primus blasphemus de patre
Aegyptio, & Israelita de matre natus, huius mundi regna respuit, vt Christus in monte, sed
suggerente tentatore diabolo, mox omnia ambiuit, & Satanam adorare cœpit. Quippe
Sergij, Nestoriani apostatæ, & Iohannis Antiocheni hæretici auxilio & opa fretus, rudi &
nihil tale intelligenti Arabum populo, miris præstigijs Alchoranum præscripsit, quasi le-
gem demissam cœlitus. Vidit vana & in pseudoprophetæ morem diuinauit mendacia.
Quo deniq; totum orbem, quem tunc in tres vias trium religionum, Christianismi scilicet
Iudaismi & gentilismi, diuisum inuenit, sibi vendicaret, ad se suamq́ nocentissimam sectam
pelliceret, ex omni parte, ea quibus hominum desideria & illecebræ appetitus satiantur, in-
Doctrina eius carnalis seruit. Instabilesq́ in fide, hac via, in Antichristi modum, seducendo à vero, aberrare mul- F
fariã fecit. Et q̃ popularior eẽt, & multos brucos adnumeraret, ex oñi secta quæ placentia
erant, atque Veneris & omnium voluptatum relaxare habenas solent, prædicauit, omnia
contra sententia toties à Paulo repetitam, in carnis occasionem. Sicq́ consuit puluillos (vt
est in Ezechiele) sub omni cubito manus, & fecit ceruicalia sub capita vniuersæ ætatis ad ca
piendas animas. Quę omnia huc pertinebant, vt eiecto Christo, ipse verus Messias, & qua-
si alter Nabuchodonosor, pro deo haberetur: Cœli, maris, terræq́ dominus esset. Et natio-
Iussit eligi Quatuor Amiros, q̃s nũc Bassas & Vuonas vocant tiones, quas dulcedine, voluptatum & titillatione carnis permulcere, & ad se pertrahere nõ
potuit, vi adigere animo suo cogitauit. Idcirco in suæ legis Alchorano spurcissimo, sic per
petuo seruandum statuit, vt in quatuor plagas terræ Mahumetani reges quatuor Amiros
(quos nunc Thracico vel Persico vocabulo Bassas Sclauonice Vuonas appellant) eligerent,
ac intertenerent, qui semper armis & manu potenti terras alienas incurrerent, hasq́ Mahu
metanicæ ditioni seu tyrannidi subiugarent. Sic eo tam ambitioso ordine ac instituto re-
pente factum extitit, vt ijdem Mahumetistæ, quos maiores nostri aliquot seculis Sarracænos, & nos prævalescente nomine Turcas vocamus, bellis quasi per manus acceptis Mecha
nullo pacto contenti longe lateq́ per vniuersum orbem regnare cœperunt. Quandoqui-
Tricesimo quarto anno suæ ętatis sub heraclio obijt dem defuncto Mahumeto, anno suæ ætatis tricesimo quarto, illoq́ cum suis aliquot pseu-
doprophetis asseclis apud Mechã sepulto, Turcarum interim in arma exteros fines nun-
quàm quieuisse leguntur. Idque non modo miranda, sed stupenda res fuerit. A Mahumeti
morte si duntaxat numeremus centum proxime secutos annos, inueniemus quanta vicinis

nationibus

A nationibus damna intulerint. Quot imperia, regna, prouincias & terras occupauerint, quæ cũ obiter & per compendiũ, vel scire, vel alta mente reuoluere non parũ profit rebusq; nostris valde conueniat, nonnulla commemorare libet. Non q̃ clementissime rex ista nescias, qui rerum earundem & similium gestorũ doctissimus & expertissimus es, sed vt in memoriam reuocemus, paruus in Arabia igniculus in quantã flammam latumq; incendium breui excreuerit. Sic em̃ historię tradunt, sub Heraclio imperatore, Anno post Christũ natũ sexingentesimo tricesimo secundo. Mahũmetũ, qui se deum immortalem fecerat, obijsse mortem, illicq; dum viueret, ex aliqua parte Arabiã parauisse. Fuit eo tempore Syrohes Persarũ rex, hunc Ebubaber, Mahumeti cognatus ac successor, vicit exuitq; regno. Post quẽ Haumar, secundus Mahumetanorũ rex, qui repente irruit in Syriam, sanctamq; Hierusalem cũ dominico sepulchro occupat. Syriam domat. Mesopotamiam totam vsurpat, eiectisq; Romanis Cæsaream Palæstinæ capit. Eodem Haumaro à quodam Persa per insidias interfecto, Otman Sarracenis præficitur. Qui mox Gabatham reliquamq; Arabiam, petream scilicet & desertam sterilem, & eam quam felicem vocant, vsq; in sinum Persicum, & vltra mare rubrum subiecit. Posthac Muhaniam prætorem cum quatuor Amiris misit, qui Antiochiam, primam sancti Petri Apostolorum antesignani sedem cœpit. Aegyptum cum reliquis prouincijs vsque ad Euphratem, fluuium ex paradiso (vt in Genesi legitur) fluentem obedire fecit, & transito Euphrate Ediſſam venit. Post hoc Sarraceni, seu potius Agareni, non à libera, sed ancilla Ismaelitæ, Aphricam impetunt, & illius magnam partem tributariam facientes, ex templo cum mille scaphis & pluribus. Cyprum, quæ est In-

B sula Syriæ & Ciliciæ opposita, inuadunt. Mox Isauriam, quam Cilitiæ partem nonnulli fuisse dicunt, ac Siciliam deinde, angusto freto ab Italia diuulsam, & in ea pulcherrimam, ijs temporibus, Syracusanam vrbem hostiliter obtinent clarissimam in mari Carpathio Insulam Rhodum truculenta manu inuadunt, & illic nobilem Colossum, statuam quidem septuaginta cubitorum altitudinis, ex ære mirabili artificio conflatam, inter septem mirabilia mundi numeratam, hostiliter destruunt. Ex cuius ære Emissenus quidam, genere Iudæus, non ingentes Camelos oneraſſe legitur.

Eodem etiam anno, qui à virginis partu. DC. LV. Mahumeti vero morte vicesimus tertius erat. Turcę Armeniam intrauerunt, & Mutianum Romanorum prætorem vsq; ad Caucasios mõtes pſecuti sunt. Sequenti anno Muhanias ex Amiro factus rex. Ita Syrijs & Aegyptijs patrocinantibus contra Halim, cui desertum Arabiæ adhæsit. Illico Romaniam, quæ Constantini magni temporibus ita vocari cœpto est ad Bosphorum, propontidem, & Hellespontum ingreditur, Cilitiam & Litiam occupat, & per septem annos Bisantium, quod à primo Christianorũ principe, qui vere Christi nomen agnouit, Constantino magno, qui natus Britannus erat, si (vt par est) Lactantio credimus, Constantinopolis nomẽ accepit, terra & mari tam strennue obsedit, vt obsidionis anno primo sex continuis mensibus non recesserit Mahumetana classis à mœnibus. Sed in longum nostra crescceret oratio, si recensere perrexero, quæ & quanta egerint reliqui post Muhaniam reges, Habilalam scilicet & Abdimelech. Nam sub Iustiniano Imperatore reliquas Perſidis & Armenię partes occuparunt, ipsamque Carthaginem, quàm tantis etiam temporibus Romana potentia subdere non potuit, potenti manu inuasere. Vlid

C q̃q; rex Damascũ & Misiam, quam hodie Turcę Sagariam dicunt, occupat, & Galatiam totam expoliat. Quod si magnas res & memoratu dignas hi homines hucusque gesserunt, non minora Sulimon, Haumar, Gizid, & Eluelid, omnes Turcarum reges, & Turcicarum rerum gubernatores, præstitere. Nempe Sulimon Thraciam, in qua tunc Triballi, Dardani, & Misij erant, totam vastauit, Gizid in Sardiniam ruit, Haumare ita iubente. Anno salutis. DCC. XX. inter dissensiones ac dissidia Iustiniani & Philippi, Abdurauia belli & exercitus Sarracenorum Dux, ex Numidia, Mauritania, & reliquis Aphrycæ locis, in Hispaniam transfretauit, illamq; totam & maxime Granatæ regnum sibi vendicauit. Solis Gallicia, & vna parte Castiliæ saluis. Et quotquot illic Visigothos ac Sueuos inuenerat: eiecit. Sicque Sarraceni magnam Hispaniæ partem eamq; fere octingentis annis occuparunt, quoad successu temporũ, aliquot Hispaniarum reges iunctis copijs, illos partim repulerunt. Et nouissime Ferdinandus & Isabella, Augustissimæ tuæ conthoralis parentes, Serenissimi Regis nostri auus & auia, per quinquẽnalem obsidionem, illos à Granaten. regno & vrbe Anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo nonagesimo eiecerunt. Ex quibus omnibus manifestum habetur & est, intra primum centenarium, quam effusæ Turcarum vires creuerint & auctæ sint, vtpote qui maiorem Asiæ, Aphrycæ, & Europæ partem violenta depredatione expilauerint & occupauerint, nec interim vllo vnquàm tempore illorũ arma siluerũt, de qbus enarrãdis si liber scribatur, immẽsę magnitudinis erit vsq; adeo πολυψηφὶς ille regnandi tyrannus intra octingẽtos annos suarum virium alas late extendit

Successores Mahumeti Ebubaber, Haumar.

Otmã hic sub iecit sibi oẽm Arabiam Antiochiam.

Cyprũ, Isaurĩam, Siciliam.

Rhodum, Colossus, Rhodius ab eo destructus.

Muhaniasrex

Cõstãtinopolis. VII. annis obsessa.

Reges Habilalã & Abdímelech.

Rex Vlid

Alij reges Turcarum.

Sulimõ, Haumar, Gizid Abdurauiain Hispaniã trãsfretauit.

Ferdinãdus & Isabella Sarracenos eiecerũt.

Missis

Missis ergo ob temporis angustiam & tacite præteritis Christiani orbis, fidei, rerum & populoꝝ iacturis, ciuitatũ ruinis, regnoꝝ deuastationibus, cruentissimis tot hominũ cædibus, quas à septingentesimo, vsq; in millesimũ quingentesimũ Christianæ natiuitatis annum Turci perpetrarunt, sunt ex viuentibus, qui adhuc reminisci possunt. Amuraten Othomãno rum Turcaꝝ principem, à Christianis cœpisse Thessalonicam vrbem, quàm duabus epistolis Tarsensis ille Paulus docuit in fide, Aetholiamq;, quæ nunc despotatus, & non modicam illyrici partem vi subiugasse.

Amurates princeps Turcarum

Ac breui multas vrbes Atticæ, Boetiæ, Phocidis, Achaiæ, Macedoniæ, & Græciæ occupasse, nobilissimas deniq; Aegæi maris insulas, Euboiam, quæ Nigropons, & Chium (in qua Euchius nascitur, qui curas dissipat edaces) manu potenti ademisse, Lesbon quoq; & Mitilenen Macherei filiæ. Anno salutis. M.CCCC.LXIIII. eripuisse, &q; intra sexaginta annos ausus fuerit in Apuliam trajicere, & Hidruntem vendicare.

Quo deniq; Seruiã, tunc inferiorem Misiam, per occasionem adipiscereturGeorgij Seruiæ despoti filiam desponsauit. Et apud Varnam montem Vlatislaum Poloniæ regem, ac ipsos Hungaros in prælio superauit.

Quid quod quinquaginta plus minus sunt anni, quãdo Mahumetes Amuratis filius, quẽ cuncti ob magna facinora, magnũ Turcã vocabant, per Hellespontũ in Europam classe tra iecit ad Euxinũ mare, à littore Bosphoricastrũ fecit, & Constantinopolim, alteꝝ Christiani orbis oculũ nobis ademit. Ac Paleologoꝝ vltimam Constantinopolitani imperij regãtem familiam cũ ipso Imperatore euicit, & reliquã Romaniã summo dedecore subdidit.

Peloponesuꝫ pdã sibi fecit.

Hinc Peloponesum, non tantũ gentiũ in ea quondam nobilitate & potentia, sed locoꝝ etiam situ, promontorijs & finibus nobilem, prædam sibi fecit, & omnem Christi populũ abduxit, eoq; pro vilissimis mancipijs vsus est. Et mox irruit in Achaiam, Acarnaniã Epirum, Bulgariam & Seruiam quas oñes, & quicquid ab Adrianopoli, ac intra Sauum amnẽ, & Danubiũ flumen interiacet, cũ magna parte Valachiæ, quæ olim Dacia, suis imperijs ac regnis adiecit. Bosnam postremo, quam veteres Misiam superiorem nuncuparunt, & quæ horreum Cereris ob fertilitatem dici meruit, Hungarię & Croacię cõterminam, ingressus est, & tanquam horrenda tempestas, illic cuncta vastauit, illamq; cum vniuerso regno, & Christiano rege, comprehendit, destruxitq;.

Regiões Græciæ suo imperio adiecit.

Bosnã, horreũ Cereris deuastauit.

Idem etiam Mahumetes mox nobilem & natura inuictissimam Mytilenen denuo expugnat, & trapezundaꝝ imperiũ diripuit, & vt summatim complectar multa. Iste vnus tyrãnus in Asia minore duodecim regna intra breuissimos annos obtinuit. Pontum. s. Bithyniã Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Pamphiliam, Liciam, Cariam, Lydiam, Phrygiam, ac fere omnẽ Peloponesum, quę pœnę insula est, & Moria nunc dicitur, demptis reliquis prouincijs, Insulis & vrbibus, quæ illius nomen & pedes adorant.

Mytilenen expugnauit denuo Imperiũ Trapezontis diripuit

XII. regna in Asia minore obtinuit

Ad hæc omnia idem Turcus adiecit Isthmon qui angusto tramite Helladi Peloponeson annectit, & Corinthũ celeberrimam vrbem continebat. Albaniã, quę olim Macedonia, & ab Albanis supra Cholchidem habitatã, Scopiũ & Dirachiũ. Et quædã in Epiro, ad finem quoq; vitę capta Phocide vrbẽ à Phoco Thesei fratre condita. Soldanũ Assyrioꝝ, & Aegyptioꝝ regẽ, prelio superauit. Et forte quadraginta sunt anni, vbi Capha, illiusq; imperium, quę est in septentrionali plaga, & in Taurica Chersoneso, non longe à Meotide, in manus Turcaꝝ deuenit. Et inde vno impetu, septuaginta milia Christianoꝝ captiui abducti sunt Interim Vgent Mahumet, Assimbei Suncassani filius, in regnis Parthorum, Persarum, & Mœdorum, Mesopotamiæ, & Armeniæ regnare cœpit.

Isthmõ Macedoniãque sibi subiugit

Soldanum prelio fudit

E Chapha septuaginta milia Chrianoꝝ abduxit

Irruit in Hungariam.

Temporibus itaq; Matthiæ regis inferioris Pannoniæ, quam nunc Hungariam vocitãt, Mahumet irruit in Rasannũ Lycoshanũ, Seuerinum, Clisium & Moncastrum, pugnacissimas vrbes, in ripis Danubij, & ad mare sitas. Ex illis quoq; in Hungariam, Sauo, Trauo, & Danubio fluminibus liberum transitum fecit.

In multas Austrię puincias impssionem fecit

His quoq; & bonę memoriæ Imperatoris Romanoꝝ Friderici tertij, nostri regis proaui, temporibus Pazaita, Bayasetes per duces, quos (vt antea dictum est) Turci Bassas, & Slauonice Vuonas vocant, grauissimas incursiones in Pannoniam, Croaciã, Dalmatiã, Illyricũ, Carniam, Carniolam, Carinthiam & Styriam, inclytas domus Austriæ prouincias intulit, & sic Germaniam pugnacissimam, à limine primus Turcarum salutauit. Narantemq; regis Matthiæ portũ, regnumq; Croaciæ, quod olim Liburnia fuit, maiori ex parte vastauit.

Sic itaq; Turcaꝝ tyrannus, illiusq; res ex minimis principijs in immensum pene creuerunt, & vbi per Apostolos ac martyres olim signum crucis, nomen Christi, templa summi & veri dei erecta sunt, venerant gentes (vt est in regio citharedo propheta) in hæreditatem domini, polluerunt templum sanctum & tabernaculum nominis eius, posuerũt Hierusalem in pomorum custodiam, morticinia seruoꝝ domini escas volatilibus cœli, carnes sanctoꝝ bestijs terræ, effuderunt Christianoꝝ sanguinem tanquã aquam, & non erat qui sepeliret

Prophetia Dauid de Turcis

Patri-

A Patriarchas Antiochiæ, Alexandriæ,& Constantinopoleos, Archiepiscopos, Episcopos, ac sacerdotes,dei ministros,& mysteriorum dispensatores,& electos Christi milites,ense(quem illi Sebolam vocant)necauerunt. Vxores & virgines castissimas inter obscena Mahumeti prostibula prostituerunt,hisq; abusi sunt. Turcarũ immanitas in deuictos.

Viros & mulieres,senes & iuuenes,absq; sexus & ætatis discrimine,dum hæc fierẽt,abduxerunt. In miseramq; Pharaonis seruitutem,ad coquendũ lateres,ad fodiendum harenam,ad remigandũ in triremibus,more Galeatarũ,reiecerunt.

Ah quoties infantes ab vberibus & lacte matrũ auulsi sunt,& interim in illas pudicissimas matronas Lucretias,spurcissima Venere sæuitũ est. Quis nefandas transactorũ temporũ cædes,stupra,adulteria,sacrilegia, tot clariss. vrbium euersiones,referre sine lachrymis potest?

Veritas & res gesta est in Mitilene Cõstantinopoli & Trapezunda,quoscunq; diuino cultui deuotos & addictos inuenere Turcæ Archiepõs, epõs aut religiosos,perinde vt boues in campis & foris mactari fecerunt. Et in prælio æstatis proximæ,non satis erat quod octo Episcopos Pannonũ interfecerant. Sed post stragem inter mortuos Christianos,archiepiscopũ Strigonensem,Cancellarium regni,ac dñm Paulum archiepiscopum Colosſ. vtrunq; pro fide Christi mortuũ, Solumon Turcarũ princeps decapitari,& in frustra ac minutissimas partes(vt nõnulli retulerunt)secari ac discindi impudico ore iussit. Crudelitas in clerum. In archiepõs Hungariæ.

Turca in Rasia,hoc est inferiori Mysia,quæ Seruia nunc est,cunctis magnatibus oculos erui,quasi alter Iulianus apostata,põcepit. In Euboia vero innumerũ populum palis suffixit, B alios obtruncauit,pleroscq; ignito ferro discerpsit,pueros & infantes nondũ ablactatos saxis illisit,& pro tyrannica cõsuetudine multos per medium scidit. In magnates Rasiæ,& populũ Euboiæ

Trapezontium aũt Imperatorẽ,cum ponticæ Oræ & Cappadociæ principibus,liberis,vxoribus,Bisantiũ velut in triumphũ duxit,ductosq; lachrymãda morte interemit. In Impe. Trapezontium.

Prætereo vrbes,ciuitates & castra,quæ Turca ferro & flamma perdidit,& quæ dã solo æquauit. Quid q; non sine Christianitatis magno,vixq; vincẽdo periculo,celebriores vrbes,quas orbes habet,suæ tyrannidis vocẽ audiunt,inter has expressis numerare nominibus cogimur, Tripolim,Smyrnã,Sebasten, Cæsaream,Antiochiamq;,quæ olim Reblata & Petri prima Cathedra,Alexandriã,quæ Euangelistæ Marci sedes fuit,Damascũ,Ioppen,Ascalonem,Tyrũ,Sydonẽ, Alchirum,quæ olim Memphis,Balthac,quæ Babylon, Athenas,Thessalonicã,Laodiciam,Colossam,Philippidẽ,Thebas centũ portarũ,& Niniuen trium dietarũ,ipsamq; arcẽ Sion,vnde exiuit lex,& Hierusalẽ,vnde exiuit verbum dñi,aliasq; propemodũ infinitas & potentiores totius mũdi vrbes populosissimas & opulentissimas & augustissimas. Vrbes magnę sub Turcis

Adhuc tam amplis imperijs,regnis,prouincijs,& vrbibus ἄπλις ille orthodoxæ fidei hostis nõ est satiatus,sed totus ad hoc tendit,& animi sui audacẽ cogitatũ adiecit,quando ad orientẽ solem nihil fere reliqui habet quod rapiat,sed illic terræ & maria illi obediũt, iam ad nos rapacissimos suos vngues conuertit,& reliquã occidentalis ecclesiæ particulã, quæ in illius cõparationem quasi tenui filo pendere videtur,demoliri conatur. Occidẽtalem plagam vexare cœpit.

Est quoq; illius proculdubio psumpta & eleuata in cœlũ vsq; cogitatio, nolle cessare, quoad in fluminibus tuis(hic caue prudenter & defende viriliter catholice rex,qui fidei de C fensor es)etiam Tamesia iuxta regiam tuã suos Turcicos Asturcones equos,& camelos adaquet ex eoq; potum præbeat.

Et vt Lybico,Persico,Ionico,Aegæo,Hircano, Tyberiaco,Adriatico,Euxino.& alijs maribus pualuerit,ita sibi facillimũ & citissime futurũ non dubitat,etiam Poligoniæ tuę Britanniæ,Orcadibus insulis,Islandiæ,vltra circulum arcticum imperare,vt ipse vnus ac primus sit futurus,cui ad Maronis hemistichium seruiat vltima Tyle,& sic nõ modo oceano, sed & toti mũdo præsidere ambit,forte cum Pellio iuuene,tandem quæsiturus à philosophis,magisq; prudentibus,an vllibi locorũ sit alius mundus,vt & illum sibi subiugare festinet. Eapropter cum in Aethiopia supra Aegyptum,quæ India est,Naid Gian,quem nos Pretoian dicimus,non formidet,à Syria & Assyria,Melech, Lastraphi, Sulidanũ deleuerit,cũ Tartaris vltra Tanaim & Meotides Paludes affinitatem contraxerit.(Nam illorũ rex viuentis & nostris temporibus in nos tam dire ferocientis Sulimonis sororem in vxorem asciuit)& cũ his Scythicis populis,qui vltra Bolgam amnem & supra Caspium mare degũt,amicitiam teneat & pacẽ:Hiberiam,in qua olim Bacharites Melech,pro voto habeat,Sophiq; Persam bis prælio vicerit,Etiam ab illius regia vrbe & regali sede nobis viuentibus profligauerit(Ita in proximis comicijs procerũ Romani imperij apud Norinbergam,vbi etiã tuæ maiestatis regij Oratores aderant:Sophi Persæ nuntius ad regẽ nostrũ destinatus referebat) neq; sit,quod hunc Persarũ regem,vel alium quenq; in terra formidet,Ideo hoc omnes potentias viresq; suorum potentissimorum regnorum conuertit,vt Potentia Turcarum.

Hungariæ & Croaciæ regna ſibi contermina, & deinde tantillum quod ſupereſt Chriſtia D
Rhodon inſulã ſub Adriano Ro. Pontifice cæpit
nitatis euertat, vaſtet, ſibiq; ſubijciat. Sic intra ſex annos ſub Adriano huius nominis Roma no Pontifice ſexto, Rhodon inſulã & ciuitatem Rodianam, à cruce ſignatis militibus expugnauit. Sic Belgradum Taurini oppidum, quod alij albam vocant, vere bellum Pannoniæ gradum cum munitiſſima arce, non modo Hungariæ, ſed totius Chriſtianitatis propugnaculum euicit.

Et profecto dolenda res eſt, vt Rhodos Lydiæ Inſula, quæ olim perpetuo quinquẽnio, à Soldano Aegypti armata claſſe vexata, & poſthac ab Ottomano Turcarũ principe, cum centum millibus armatorum, octoginta diebus obſeſſa, libera & inuicta fuit, & Belgradum vrbs munitiſſima à Matthia rege faucibus Turcarũ erepta, ſic quo noſtro ab immaniſſimo illo tyranno Chriſtianorũ diſſidio, deſidia dicere volebam, occupentur. Et ex his, vt pleriſq; alijs Chriſtianorũ locis Chriſtifideles innumeræ quidem multitudinis iugulati, & reliqui compedibus & cathenis vincti, abducti, & in Mahumetis ſectam reiecti ſunt.

Sulimon prẽterito anno Turcarũ Imperator electus.

Anno vero præſenti, æſtate præterita, Sulimon ille Turcarũ Imperator factus vt ſe immortalem, & adhuc adoleſcens, populum ſibi in viridi applaudentem faceret & conciliaret ſuorumq; regnorũ fines augeret. In propria perſona ſeſe à ſedibus proprijs mouit, & tanq̃ Attila flagellum, fulmen & terriculamentum orbis cum potẽtiſſimo exercitu tam equitum q̃ peditum vltra centum & quinquaginta, & fere ducenta milia hominũ, cum Camelis (vt quidam retulerunt) triginta milibus, nauibus tribus millibus, equis, arte lerijs, munitionibus & commeatu inſtructiſſimus Hungariam inuaſit, Petriuardin, & alia quædam munitiſſima caſtra cepit. Ex his aliqua in cinerem vertit. Infinitam Chriſtiani ſanguinis multitudinem E
cruenta & immiti clade, cæde mactationeq; carnifex ille perdidit.

Quæcunq; etiam tam hominum q̃ iumentorũ, aut bonorũ ex lateribus fluuiorũ. Saui, Trauí, Tragi & Danubij inuenit, vaſtauit: & in prædam quaſi leo rugiens diripuit. Idq; in longitudinem, ſi ſolam Hungariam eamq; à Belgrado metiamur, per quadringenta & in latitudinem per ducenta ac plura Anglica miliaria, & quidem paruo temporis decurſu, hoc eſt, ſex menſibus perpetrauit.

Felicis memoriæ regẽ Ludouicũ Hũgariæ fugauit & trucidauit.

Quod deniq; horribilius eſt, occurrentis Ludouici regis exercitum validiſſimũ, octo epiſcopos, ac regni primates & proceres profligauit, & in tuę maieſtatis ac omnium Chriſtianorum Regum & Principum perpetuam ignominiam, & vix abluendum dedecus, pientiſſimum Regem, eumq; florentiſſimæ ætatis, iuxta Tragum flumen, in obſcœna & profunda palude immatura morte interire fecit.

Penetrauit ad Budam, quã incendio perdidit.

Et mox triumphabundus Sennacherib ille blaſphemus, ſeſe in eiuſdem Regis regale ſolium, quod in inclyta vrbe Buda fuit, poſuit: ſeſe Hungariæ regẽ adorari præcepit, ipſamq; Budam cum Peſta ciuitate, ex altera & oppoſita parte ſita, Vulcano tradidit, in fauillamq; & fumum perdi & abire fecit.

Nolim hic corã prudentiſſimo Rege diutius immorari circa cędes, latrocinia, iugulationes, prędasq; opimas, quas etiam in æneis machinis in ſubſidium miſſis abduxit.

Adhuc ἀπλήστος & ſanguinarius hoſtis, intra fines nactos manere, atq; Conſtãtinopolitano, Trapezuntio, etiam Caphę, Imperijs & plus q̃ ſexaginta regũ regnis contentari non didicit neq; vult, etiã ſi Macedoniã, quę nunc Albania, habeat, ex qua gente ad excurſiones F
ſane procaciſſima, Philippi regis filius magnus ille Alexander, cum triginta millibus dũtaxat militum, vt quintus Curtius teſtatur, fere totum ſibi ſubegit orbem.

Inſtruit ſeſe ad futurũ bellum Germaniæ pernicijs inferẽdum

Iam vero minime ſquiſſimus quieſcit animus, ſed diu noctuq; ſecum voluit ac meditatur vt ſingula reficiat atq; inſtauret, quæ ad vlteriorem & nouum belli gerendi apparatum attinent. Terra deniq; & aquis commeatũ comparat & inſtruit, quęcũq; pro æſtate nũc proxima & imminenti neceſſaria ſint, vt mox Hungariam, Croaciam, Auſtriam, & procul dubio Germaniam, & reliquias Chriſtianorum prouincias, etiam occidentis quicquid ſupereſt, ſuæ ditioni ſubijcere poſſit.

Croaciam fere deleuit.

Animatur ad hæc & tam magna moliri Turca, q̃ videt Hungariam nunc ſibi apertã eſſe nec (vt olim) Euxino mari, aut Alpibus impeditur aut clauditur. Cecidit Croaciæ regnũ, qđ ſuo hiatu fere totum abſorbuit, deglutiuit & deleuit. Supereſt vt peſſimus vicinus, reliquos vicinos, quos pati non poteſt, neque vult etiam, te quoque in breui roſtratis triremibus & nauibus, aut terra adoriatur.

Prouidẽtia regis Ferdinãdi

Sciens & quaſi præ oculis præſentaneos interitus Chriſtianitatis videns ſereniſſimus ac clementiſſimus Ferdinandus, Hungariæ ac Bohęmiæ rex archidux Auſtriæ, & princeps & dñs noſter gratiſſimus. Quid aliud faceret q̃ quod maxime & primo oĩm loco Chriſtianum principem, à tot Chriſtianiſſimis Imperatoribus, regibus & archiducibus parentibus, auis, proauis, abauis, & attauis natũ, & ſpeculatorẽ fidelẽ, cõtraueniẽtẽ gladiũ decet, ac plurimũ ornat, in primis Chriſti, non propria quæſita gloria, precantes manus cum toto illi credito

popu-

A populo leuet,& cinere aſperſus,cilicioq;,in Niniuitarum regis morem formam indutus, toto corde ſe vertat & clamet ad dominum: Quis ſcit,ſi conuertatur & ignoſcat deus,& relinquat poſt ſe benedictionem?

Ad hoc veluti Ioſue cõtra Amalechitas pugnaturus pro ſaluãda Chriana rep.& recuperãda ab inuictis poſſeſſoribꝰ,Iebuſæis,Chananæis,Pheriſæis,Ethæis,Amorrçis,terra promiſſionis,q̃ lacte & melle fluit,etiam illa ſancta ciuitate Hieruſalẽ,ſi viriliter & fortiter contra ituꝝ parat & iam irruenti ſane ſæuo hoſti,perinde vt ordinis diui Georgij militẽ,quẽ Gedeonis & ſuſcepti velleris clypei,enſis, & haſtæ ſic tuis p̃ſcriptis legibus exigentibus, memorẽ eſſe oportet,vndequaq; cõſcribit & colligit milites,machinas,cõmeatũ,& quicquid ad exercitum vtile & neceſſarium eſſe credit,non aduerſus Chriſtianos principes, ſed cõtra Chriſtiani nominis perſequutores pugnaturus,hic diligentiſſime adornat. Ita vt tuæ militiæ nõ impigrum agat militem,ſuoq; fungatur officio.

Sed ne tam fortis & exercitatiſſimi in bello hoſtis vires & multitudinẽ contemnere videatur,gaudeantq; ſuper illũ olim inimici peſſimi,neve in toto orbe rideatur, quod appri
me & operæpretium cauendũ eſſe prædixit dñs,volens ædificare turrim,prius ſedẽs ſumptus cõputare debeat. At quis rex(inquit is,qui via,vita,& veritas eſt)proficiſcens vt cõmittat prælium aduerſus alteꝝ regem,nõne ſedens prius cogitat,an poſſit cũ decem milibus occurrere,qui cum viginti milibus veniet contra ſe? Eapropter apud ſe,ſuosq; fidos, quos habet amicos,& à ſecretis conſiliarios inuenit,niſi ſua maieſtas ſe ac reliquam deniq;
B Europæ & Chriſtianitatis partem,nõ modo tributariam,ſed penitus extinctã dedere velit,hoſtẽ cũ quo certe dimicare oportebit,facile nõ cõtemnendũ aut negligendũ,ſed illi cũ potentiſſimo exercitu Cataphractoꝝ & leuioꝝ equitum ac peditũ obuiandũ eſſe.

Non ignorat profecto,ſed à totidem exploratoribus,fidiſq;,tam ſuæ Ma.quàm Chriſtianoꝝ amicis & monitoribus compertũ habet,illum apud Turcas militarem eſſe ordinem,vt illis perpetuo ſint equites octoginta milia,quos Tiniarcinos vocãt,qui & in duos diuiſi ſunt exercitus,Aſiaticũ ſcilicet & Europeum,quoꝝ præſidentes(vt antea diximus) Baſſas vocant. Et quod Sconſiaꝝ equitum,qui ſineſtipendio,& pro quinta parte prædæ militãt,ſemper quadraginta milia ſunt,Catippoꝝ aũt Spahiglanoꝝ & Soliphratorum ex Scythis & Perſis ad latus regis aliquot milia. Didicit etiam ac ſcit ſua maieſtas peditũ ordinem interteneri triplicem,Ianizaroꝝ quidem,qui ex omnibus Turcaꝝ regnis proceriores ad hoc idonei per conquiſitores leguntur,& ab ineunte ætate,quaſi Ephæbi in publicis gymnaſijs & caſtris,vt olim Lacedæmonij nutriuntur,& ab albo pileo ſurſum verſus porrecto,breuioriq; veſte amicti ſunt,hi vrbes & arces oppugnant,& viginti milia ſunt. Aſypporum autem peditũ,qui rubeo pileo ab Ianizaris diſcernũtur,qui in p̃lio hoſtium equos ſubfodiunt,quadraginta milia,& peditum voluntarioꝝ qui ſine ſtipendio militãt,aut euocantur,demptis & nõ numeratis Calonibus,lixis,fabris,nummularijs,inſtitoribus ac alijs id genus magna qui vias ſternũt,pontes fluminibus & ſtagnis imponunt, aggeres,& reliqua neceſſaria erigunt ac ſtruunt ordinaria inſtitutione,dum proditur in campũ,educuntur propemodũ infiniti. Illis autem ſic inſtructis & à cunis ad bellandũ edoctis copijs,par
C uo & imbecilli cuneo militum occurrere,cum illiſq; manũ conſerere,aut p̃lio congredi,neq; regi,neq; anteſignanis conſiliarijs videtur admodũ eſſe conſultum.

Milites qui p̃petuo penes Turcã ſunt.

Tiniarcini.

Ianizari.

Aſyppi.

Produnt hiſtoriæ veteꝝ,quibus ſecure fidimus,Pazaiten Pacietem Turcaꝝ regem aduerſus Parthorum regem Tamberlanẽ Tambrullonũ,à quo prælio ſuperatus,& cathenis aureis vinctus in curru ducebatur,pluſquàm quatuor centena milia armatoꝝ eduxiſſe,nec dum illius potentia,quantũ hodie creuit,aucta erat.

Quõ Turcis occurrẽdũ ſit

Proinde videt,& recte,rex noſter,paruũ non ſufficere cuneum,ſed opus fore potentiſſimo & validiſſimo,tam equitũ quàm peditũ optime inſtructo exercitu. Quem ſi conſcribere & collectum educere velit,illum cõmeatu,machinis æneis,munitionibus,& alijs rebus innumeris inſtruere oporteat. Id autem ſine immenſo theſauro pecuniæ(qui fortiſſimus cuiuſq; belli neruus eſt)perfici non poterit.

Paratiſſima,totoq; animo propẽſa eſſet Maieſtas illius,vel Midæ auꝝ,ac Salomonis,& omniũ regum,atq; adeo totius mundi theſauros exponere,modo vt ipſa Chriſtianitas ab hoc furioſo,impio,& ſine deo tyranno liberata & ſalua eſſet.

Sed(prohdolor)à Friderici proaui,& Maximiliani aui Imperatoꝝ temporibus intra q̃ Turcæ vehementiores,grauiores & frequentiores incurſiones ac depopulationes non ſolum in Hungariã & Croaciam,ſed & Carynthiam,Styriam & Carniolã Auſtriæ prouincias,per crebros Saccomannos & latrones,quos Martyloſas appellãt,fecerũt. Cõtra quos & in ſubſidiũ regni Hungariæ,quã diu rex noſter Auſtriæ domũ gubernandã ſuſcepit,ſeptem cõtinuis annis,exercitum magnũ intertenere coactus eſt,fineq; intermiſſione cõtra Turcas pugnauit. Nõ em̃ tam impius & crudelis in ſuos etiam Hungarios & Croatos eſſe

voluit vt ſeſe p̃cipitet in damnatiſſimã Lutheri nouã & inauditã hæreſim, qua pro ſuo mo D
re pertinaciter per inſaniã affirmat, qũo Chriſtianis cõtra Turcas bellare nõ liceat, ſed Tur
cis oẽs aperire portas Chriſtianum & euangelicum principẽ conueniat.

His igitur tam diuturnis ac grauiſſimis incurſionibus, depopulationibus, ac bellis, mili-
tibuſq; auxiliaribus, ſic ſuæ maieſtatis vires exhauſtæ, ac diminutæ ſunt, vt ſua maieſtas ſo
la, hanc tantã tanti tyranni molem, niſi aliunde ſuppetias & ſuffragia, & potiſſimum ex tuæ
maieſtatis theſauro habeat, iuueturq;, ſufferre ſolus non poteſt, & multo minus reſiſtere,
ac repellere.

Quòd ſi hac vice ſua maieſtas diuino aſſiſtẽte p̃ſidio, tã irato ac fremẽti inimico nõ reſti-
terit, aut ſaltẽ præualentiori Marte non p̃ualuerit. Iam nõ ſolũ de Croaciæ regno cuius re-
ſidua pars exigua eſt, & Hungaria, quæ fere dimidia cecidit, ſed de vtraq; Germania ſupe-
riori & inferiori, quibus dudũ feciales miſit & bellũ indixit tyrannus ille, actũ erit. Is etiã ad
Caleſium, Dauarũ, & vltra Britannos & occidentis fines excurret.

Hæc res, tam prodigioſum inquã & abominabile malũ, longe à maieſtate tua & cunctis
Reſiſtẽdũ eſſe Turcę ob cõ-mune pericu-lum. Chriſtianis, capitibus, regibus, ac principibus, ne cõtingat, abeſſe debebit.

Eſt hoc negotiũ, ſiue Chriſtũ ſanctiſſimũ fidei noſtræ caput, ſiue illius mẽbra ſpectes, p
oĩa cõmune, victoria cõmunis, periculũ ex altera parte cõmune. Paries ẽm hic proximus
ardet. Velimus nolimus, congrediendũ erit. Vincere ergo (vt breuiter dicã) aut vinci, fuga
re aut fugere, neceſſe eſt, neq; hic vlla Fabij cunctatio leuabit.

Et quia regia tua maieſtas hoc totidem ſeculis à progenitoribus & anteceſſoribus, quaſi
Pro Chriſtia-nitate defen-dẽda, ſæpius pugnatũ eſt ab Anglis. inditum ac hæreditariũ habet, vt Anglia poſtea quam Chriſti nomen, baptiſma, fidem q; E
ſuſcepit, pro illa tuenda q̃ religioſiſſima fuerit, & fuſo ſanguine, quaſi vitæ prodiga, ſæpe
acerrime pugnauerit. Alijſq; pugnare volentibus fideliſſime aſtiterit, & manus præbue-
rit auxiliares.

Sic ſane aliquot Britannoꝝ reges, dimiſſis q̃ domi erãt omnibus, ab occiduo ſole in ori-
entem, triremibus nauigare Ptolomaidẽ, Syriam, Hieruſalẽ & alia Paleſtinæ loca è fauci-
Nouus ac pe culiaris titu-lus regis An-gliæ. bus Iſmahelitaꝝ eripere olim grauati nõ ſunt, & tu nõ fruſtra diuino inſpirãte ſpũ, hunc &
talem titulũ quẽ rex nullus habet, adeptus es, vt Chriſtianæ fidei defenſor ſcribaris, tenea-
ris, & ſis. Quaſi te deus talem ſpeciali p̃rogatiua præuiderit, nobiſq; ſeruarit, vt his tempo-
ribus, quibus tanto impetu Turcæ irruunt, aſſiſtas & reſiſtẽdi materiã pro regia liberalita-
te, ſanguine iuncto commilitoni ac auunculo præbeas. Pro his nempe ſuppetijs regijs, &
tuo regio titulo dignis petendis ad te miſſi ſumus. Sed huic tam honorifico titulo, te viuen
te, & hac tempeſtate tunc ſatiſſeceris, vbi regem noſtrum commilitonem, ac auunculum
tuum in hoc tam pio & maxime neceſſario opere non deſeras, ſe pro tua fortuna iuues, &
ipſo opere, factoq; comprobes, quod nomine & titulo p̃fers, vtpote qui defenſor fidei dice
ris, etiam opere & contributione ſis.

Calamo velociter currenti aduerſus damnatiſſimũ Lutheri monſtrum ac hæreſim hoc
tibi, poſterisq; tuis acceſſit, vt fidei defenſor appelleris, idq; tibi ac tuo regno maximã vtili-
tatem attulit, qui à tam ſeditioſa fabula ac cruenta tragœdia, quibus Germania, prohdo-
lor, nimiũ grauata fuit, liberatus es. Idq; non abſq; diuina gratia fieri potuit, ſed nunc cũ & F
haſta aduerſus infideles ac impios Turcas pugnandum ſit, reſtat, vt huic titulo non deſint
opera. Nam & Ieſus cœpit facere & docere.

Apud te cogita, diſcedentibus à te nobis, redeuntibusq; ad regem noſtrum, rebus non
pro voto noſtro obtentis, per Lutheranoꝝ prouincias redire neceſſe eſt. Quàm primum
intelligerent, nos tanto itinere fruſtra veniſſe, gloriaturi eſſent, non modo te non eſſe de-
fenſorem fidei, ſed & manibus & pedibus in hanc confeſſiſſe ſententiam, qui cum illis &
ad illorum ſententiam teneres ſolam fidem ſufficere abſq; operibus, vtpote qui fidem ti-
tulotenus, ſcriptisq; defenderes, verum re ipſa nihil præſtare velis, ſed hæc labes à tanto
& tam catholico rege longiſſime abſit, potius hoc reſpiciat, quod rex noſter, qui illius ami-
cus tam ſanguine quàm affinitate iunctus facere conſtituit.

Magnanimi-tas regis Fer-dinandi. Paratus eſt Rex noſter omnes vires, theſauros, fortunas, populos, pouincias, & quic-
quid vſpiam habet, etiam corpus proprium, vitam propriam exponere, neq; dubitat, do-
minus ſolem tam diu ſtare iubebit, atq; præcipiet, quoad veluti Gedeon alter, conceſſo vel
lere ſeſe de inimicis vindicarit. Adiecit cogitatum ſuum in dominum, qui ſcutum eſt om-
nium ſperantium in ſe, qui pugnabit pro eo, neque difficile illi fuerit ſaluare, vel in multis
vel in paucis. Propterea non timet quid ſibi faciat homo, Scuto circumdabit eum, vt nõ
timeat à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris,
ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere illius mille, & decem milia à de-
xtris eius.

Sic enim intra ſe Rex noſter cogitat, ſi deus Opt. Max. olim Carolo Martello Pipini ſenio-

A

senioris filio dedit, vt Lindprandi regis Longobardorum auxilio occideret centena milia Sarracænorum: & sic felici hac victoria non paucos Sarracænos ab Hispania & Gallia pepulit. Regibus autem Castiliæ & Arragoniæ concessit, vt Ermelinum Sarracænorum regem ab obsidione Toleti, & tota Aphrica fuso exercitu eiecerint, & nouissime Frederico Barbarossæ Imperatori sic astitit, vt anno verbi incarnati, millesimo centesimo quinquage simoquinto, per Hungariam Constantinopolim venerit, post Bosphorum quoq; traiecerit, Non modo Philomenam vrbem à Turcis, sed ipsam Armeniam minorem, Tyrum & alia recuperauerit. Is proculdubio mittet angelum de cœlo, exterminatorem Aegyptiorum, qui regem nostrum quasi Moysen per mare Rubrum, per vasta deserta & solitudines, in terram sanctam ducet, & triumphatorem cum glorioso triumpho reducet.

Armeniã recuperauit Fridericus Barbarossã.

¶Hæc sunt serenissime & potentissime Rex, orthodoxæq; fidei defensor fortissime, quę propter labescentem Christi fidem, illiusq; imminentem proxime & præ foribus expectantem interitum, Rex noster tibi, non vt amico, sed ex duplici iure fratri & defensori fidei nostræ proponi iussit. Quæ etsi rudi, inculta, ineleganti, & prorsus barbara oratione, quæ nihil floris, succi, & gratiæ habet, dicta sunt, rei tamen grauitas, & amor, quem semper in regem nostrum gestare solitus es, totum quicquid vsquam defuerit, proculdubio supplebit.

Epilogus.

DIXI.

B

ORTHVINVS GRATIVS DAVEN. PRESBYTER, AC BONARVM Artium professor, lectori amico, & bonis omnibus S. P. D.

EPISTOLA PER MODVM PERORATIONIS, in qua, non paucorum quæ hoc libro cõtinentur, ratio assignat, vt citra cuiuscũq; offensionẽ, hæc oñia in lucem prodijsse, optimus quisq; intelligat.

C

NEmo lucernã accendit, Christo teste, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Non est etiam aliquid absconditum, quod non manifestetur, nec factum est occultum (dies enim reuelat omnia) sed vt veniat in palam. Scimus quoq; & Paulum aperto dixisse: Modestiã videlicet nostram cunctis hominibus notam esse debere. Hinc Menander Græcus, idipsum confirmãs, hãc solã virtutis promptuarium pulchre decreuit. Et Euripides. Amet nos inquit modestia, donum pulcherrimum deorum. At quorsum hæc tã multa lector candidissime? Vt tibi certo persuadeas, in hoc volumine, ac cæteris etiam omnibus, absque nominis nostri professione nihil vnquam in lucem prodijsse. Omnia enim quæ in hoc libro continentur (eo licet non ordine ac modo) ab aljs prius excusa recepimus, Nihil certe à nobis excogitatum, nihil additum, nihil confictũ, imõ & multa quæ scandalosa in marginibus deprehendebantur, & citra multorum offensionem legi vix poterant, atro signauimus lapillo, magnaq; ex parte pro nostro erga omnes bonos amore, deleuimus, vt gratiam tandem nobis idem illi omnes haberent.

Lucæ. 11. Matth. 5 Marci. 4 Lucæ. 8 Colos. 4 In Medea.

Nihil profecto in hoc toto reperies opere, quod non suũ ac plane veꝝ habeat authorẽ, ne vel in tenebris, vel in abscondito, aut fictis etiam titulis siue nominibus, quicquàm hic collegisse videamur. Oñia sunt nuda & aperta, vt & per diem honeste ambulare, & à nullo, vel critico, aut Momo etiã carpi iure possemus. Hæc enim Christi doctrina est, vt lux nostra sic coram hominibus luceat, vt videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Væ ergo illis, qui in tenebris agunt quicquam, ferali rectius noctuæ quàm aquilæ similes.

Marci. 4 Matth. 5

Cætærum quo rem ipsam planius explicem, ipsamq; fatear veritatẽ. Multa sunt in hoc libro mala (veluti quidam, non paruæ apud nos authoritatis theologus, frontispicio sui libri in-

De cõtẽtis in hoc libro.

Quo animo legãtur hæreſes.

bri inſcripſit)& multa ſimiliter bona. Illa quidem vt vitemus, deteſtemur, fugiamus, hæc vero vt veneremur vnice, lubentesq; ſequamur. Non ſimpliciter inquam per ſe mala, aut noxia bene volentibus, ſed illis ſolum, qui vel talia in bonorum pernitiem ſcripſere, vel illis temerarie indurati, in ſuæ animæ pernitiem turpiter obbrutuerunt. Malum enim (vt noſti) non vitatur niſi cognitũ, & contraria (ceu dici ſolet) contrarijs curantur. Quibus obſecro contrarijs? Impugnationibus inquam & condemnationibus. Qui hoc intelligam dicet quis? Sic mehercule, vt quas hic repereris hæreſes & conuictæ tibi omnes ſint & condemnatæ, ita etiam, vt aliorum hæreſes, & peſtes execrandæ, quæ hoc tempore (pro dolor nefas eſt dicere) ab induratis circumferuntur, & in domum domini licẽtius irrepſerũt, conuincere ad nutum queas. D

Contraria curantur cõtrarijs.

Non eſt etiam, q̃ propter illa (ſi mala quũ impugnantur, quod abſit, dicenda ſunt) quiſquam intra ſe ingemiſcat, aut mihi, in cunctis bene volenti, ac fuci neſcio, aliqua ex parte indignetur, quum in Euangelio tot fatuas habeas virgines, quot prudentes. De his autem & ſimilibus, quæ in ſacris literis habẽtur, in noſtra ad te præfatiuncula, nõ pauca diximus.

Folio. 202. f.

Quid igitur tibi nunc referam, inſipientem hæreticorũ peruicatiã, technas, dolos, vafriciem, & peſtiferam in cũctis doctrinã? Sicuti eñ eccleſia hæc militans & viſibilis (vt ſupra retuli) & bonos habet & malos, ita etiã & hic liber bona æquè ac mala complectitur, id q̃d ferme de omniũ eccleſiæ doctorũ libris eſt ſentiendũ, ſiue Hieronymi, ſiue Auguſtini, ſiue Chryſoſtomi, ſiue Lactantij, ſiue aliorũ deniq; doctiſſimorũ ferme omniũ ſcripta, perluſtraueris. Nec indecenter. Nam aliud eſt docere hæreſes, aliud impugnare, aut etiã condẽnatas in aliorum ædificationem publicare.

Ibidem.

Mali non p̃iudicant bonis. Apoca. 3

Quid amplius lector, vt abſq; Theſeo, hæc oñia defenſare poſſimus? Mali certe in taberE naculo domini, bonis non præiudicãt. Hinc Apoſtolus ſe pauca in Sardis nomina habere teſtatus eſt, qui ſe docente non inquinauerint veſtimẽta ſua, haud tamen ab eis, qui tunc mundi fuere, ſua veſtimenta polluerunt.

De zizania & tritico ſic.

Item q̃ nec zizania præiudicat tritico, nec palea frumẽto, q̃uis eodem in agro, eodem q̃ è cœlo rore, vel ad meſſem vſq; ſimul concreſcant, & hæc in eadem area, donec vltima vẽtilatio fiat, æqualiter triturentur.

De hœdis & ouibus.

Hœdi quoq; mitibus, non modo non obſunt beſtiolis, ſed ne præiudicãt quidem, licet ñſdem in paſcuis, idem nutrimẽtum ſumãt, donec illi ad ſiniſtram, hę vero ad dexteram p angelos bonos collocentur.

Corollarium ex p̃cedẽtib⁹ hæreſes videlicet cõdẽnatas bonis obeſſe nõ poſſe.

Hæc certe quum ita ſe habeant, nec aliter ſeſe habere poſſint, certo tibi certius perſuadeas velim, ea videlicet, quæ per ſolidos primum eccleſiæ doctores legitime conuicta, ac deinde per Concilia generalia (quibus reniti temerarium eſt) iuſto dei iudicio condemnata ſunt, offendiculum tibi aliquod ſubſtruere nõ poſſe. Nam exuberans in doctoribus dei riuus, viuo vbertim deſudat ceſpite, & ex ſyncero eorundem mẽtis receſſu, nectar diuinum (quo prauæ ſemp diluuntur hæreſes) ſalubriter ebullit. Nihilo ſecius igitur nos hiſce in rebus agemus, quàm ſi diuerſarum hæreſum (columbina eñ ſimplicitas, ſerpentis eſt iungẽda prudentiæ) nulla nobis vnquã eſſet oborta tempeſtas. F

Defenſioq; tundã q̃ hoc lib. cõmẽtur

¶ Verum enimuero, vt latius tandem progrediar, & rem ipſam accuratius explicem, noſtraq; modeſtia (vt citra iactantiam loquar) tum tibi primum, tum bonis tandem oñibus, non ſit ignota, vtq; alter vtriq; congaudeat, rationem tibi quorundam (bona etenim facti pars, cui numinis benigni p̃ſidium adeſſe ſolet, eſt propenſa voluntas) in hoc opere cõtentorum, perfunctorie ac ſummatim ſum redditurus.

In primis igitur vt nihil te lateat lector amice, ego Orthuinus à Graes, ex antiqua Gratiorum familia diocœſis Monaſteriẽſis (id quod propter obſcuros nebulones & fędas eorum epiſtolas, à ſede apoſtolica iampridem condẽnatas, non ſine cauſa dixerim) in Holtwick, prope Coſſeldiã, patre ſeculari, Friderico à Graes prognatus, & Dauentriæ, in diocœſi Traiectenſi, ſub ferula Alexandi Hegij, viri mediuſſidius in vtraq; lingua & doctiſſimi & optimi, illic tunc Gymnaſiarchæ, bonis à puero literis altus ac probe enutritus, & ob idipſum vulgo Dauentrienſis cognominatus, ingenue ac libere fateor, omnium præfatiuncularum, ſeu perorationum quæ hoc libro lectori beneuolo dedicata, continentur (ſiue hæ duæ literæ. O. G. præiectæ illis ſint, ſiue nõ) me authorem eſſe. Sunt eñ numero (ni fallar) nouem & viginti. In quibus (ſi verum fateri licet) bonorum omnium honorem, pro virili noſtra tutatus ſum, mihi atque alijs dolenter, ſingulti m̃q; conquerẽs, aliquot huius Faſciculi opuſcula, contempto probitatis decoro, furtiue ab alijs ædita, atq; per vniuerſum ferme Chriſtianum orbem, ſine honore aliquo latiſſime diuulgata. Quorũ temeritatem ne ſequeremur, ſuum libro titulum dedimus, vt tam fugiendarum q̃ expetendarum rerum Faſciculus diceretur. Verum hac de re ſatis.

Cum honore oĩm hic nũc liber æditus

☞

Libri titulus

¶ Rationis nunc reddendæ materiam aggrediar. Concilium itaque Baſilienſe, quàm celebre fue-

A lebre fuerit, quanꝯ egregiũ ac ſanctũ, & in Chriſto Ieſu legitime congregatũ, oñes pene vniuerſitates, ſatis ſuperꝙ declararũt. Hoc autem qui ignorat, aut ſeſe (neſcio quam ob cauſam) ſcire diſſimulat, totius academiæ Parrhiſienſis, nunꝯ ſatis laudatæ, contra Leonẽ X. (virum alioqui in ſe & pium & bonum) non contemnendam (vt opinor) appellationem legat. Is procul dubio ibidẽ offendet, quãti illud fecerint, doctiſſimi illius vniuerſitatis viri, quibus cũ errare prudẽter mallem, q̃ cum alijs (neſcio quibus) imprudẽter ſentire. Itẽꝙ ſi binas Iuliani Cardinalis literas ad Eugenium IIII. non oſcitanter perlegeris, ſenties eueſtigio, quo illud Concilium honore ſit dignum. Ipſe enim legatus eiuſdem, vir vt inſigniter in ſuo conſtans officio, ita miro etiam modo in cunctis prudẽs. Cuius admonitionem Chriſtianam ſi Eugenius acceptaſſet, ac Baſilæam (vt ſpoponderat) aduenisſet, aut populares hi tumultus modo non eſſent, aut à ſanctis illic patribus iam diu forent conſopiti, noſtraꝙ vniuerſalis eccleſia, inter ſyrtim nunc & charybdim, haud ita periclitaretur. Sicut ergo Chryſoſtomo teſte, omne bonum de templo egreditur, ita & de eodem omne malum. Ad hæc vt Concilij Baſilienſis laudẽ proſequamur, videamus obſecro, quo nam modo Eugenius ipſe per patentia ſua diplomata, Concilium hoc erexerit, ſtatuerit, ordinarit, legatumꝙ ſuum, ſancti Angeli (de quo ſtatim dicebam) Cardinalem, ad idem hoc proſequendum, eo deſtinarit, licet poſtea, ſacræ vniuerſali ſynodo (neſcio quo ſpiritu ductus) parere recuſarit, quum tamen complures cauſæ adfuerint, quare ſanctiſſimum hoc Concilium diſſolui non poſſet. Quæ oñia vt veriſſima tam agnoſcas quàm comprobes, cape magnum Conciliorum volumen, Coloniæ excuſum, & in prima huius Concilij ſeſſione, non pauca hac de re inuenies, quæ ſint in ipſius & robur & munimentum. Fatetur quoque Eugenius poſt XVI. huius Concilij ſeſſionem, in prima (vt ſic dicam) Bulla, ſeſe
B in hoc ipſum, vt diligenter celebraretur, conſenſiſſe.

Ad hæc iterum, non deeſt nobis Martinus V. Eugenij præceſſor, qui in ciuitate Baſilienſi, vniuerſalem ſynodum celebrandam decreuit.

Intueamur q̃ꝙ indefeſſos ac pios ſanctiſſimi Cardinalis Arelatenſis conatus & q̃tũ pietatis, tũ iuſtitiæ zelo accẽſus, ſeipm in eodẽ hoc negotio, ſacrificiũ deo obtulerit? Dij boni, q̃ta cura, quãta ſolicitudine, quãta vigilãtia, duo hi Cardinales cũ cæteris patribus, die noctuꝙ illic deſudarũt, vt pacificatore Chriſto Ieſu intercedẽte, oñia ſchiſmata, oñesꝙ hereſes, ab ipſius tabernaculo remouerent. Omnem quoꝙ ſimoniam & abuſus oñes, Diti apud inferos conſecrarẽt. Vigilarũt profecto, vnà cũ ſanctiſſimo ſuo ac nouo pontifice Felice, ſupra gregem ſuũ per deuia atꝙ auia diſperſum, poſitis cõtra leonum rugientiũ impetus ac rapacium inſidias lupoꝝ excubijs.

Addamus & his lector, Felicẽ ipſum atꝙ Arelatenſem (ſicuti nuper à Carthuſiano quodam, miræ apud nos pietatis ac doctrinæ viro, alijsꝙ multis, ſæpenumero accepi) diuinis claruiſſe miraculis. Quæ nũquàm deus Opt. Max. per eos fieri ſiuiſſet, ſi Concilium illud de quo loquimur, minus legitime in ſpiritu ſancto congregatum fuiſſet. Erubeſcat igitur ſcurrilis ille & mendax Pogius, q hunc beatiſſimũ Felicem, in ſordidiſſimis ſuis inuectiuis
C Antipapam appellare eſt auſus, quũ hic retruſiora dei myſteria nõ ignorans, intra domus dei ſepta nos omnes cõſeruare, efflictim, laborioſeꝙ fategerit.

Poſtremo ne longũ faciã, lege obſecro exquiſitũ Nicolai. V. diploma, q̃d in eodẽ magno Conciliorꝝ volumine, ad illius ferme calcem, poſt quintam & quadrageſimã prædicti cõcilij ſeſſionẽ cõtinetur, vbi clare inuenies, Felicem hũc, fratrẽ ſuũ ab eo appellari, neqꝙ ſolũ prætactæ ſynodi & geſta & acta, ſed & huius etiam beatiſſimi patris, oñia ac ſingula (vt dici ſolet) quæ in ſuo geſſiſſet pontificatu, celebriter eſſe cõfirmata. Teſtat idipſum Iohannes Stella Venetus in ſuo pontificũ Catalogo, teſtatur & idem, Nicolaus à Clamengijs Archidiaconus. Qui Eugenijũ. IIII. ad Chriſtianiſſimũ Francię regem ſcripſiſſe fatetur, vt Concilium Baſilienſe annihilaret, quod tamen (licet Papam eum agnoſceret) facere recuſauit.

Adde huc, nullum in hoc celebri ſanctorꝝ patrũ conſeſſu bubonẽ eſſe viſum. Quod an conciliabulo Iohãnis. XXIII. Romæ infelicius cõtigerit, à nobis in præcedentibus eſt explicatũ. Hęc atꝙ alia id genus multa, ſatis ſuperꝙ teſtãtur, quãti cõcilium illud nobis oñibus ſit faciundũ. Mihi igitur facile perſuaſerim, neminem tam emunctæ naris hominẽ futurum, qui publica illius æditione (modo ſecum habitare, ſeꝙ ipſum penitius intueri velit) merito queat offendi. Quid multa? Audiui ſæpenumero à doctiſſimis viris, omniꝙ virtute pręditis, hoc ſolũ (id quod ego neqꝙ dicere, neqꝙ affirmare ſum auſus) omnium malorꝝ eſſe ſeminariũ, ſummũ videlicet pontificẽ, Concilio vniuerſali obedire nõ velle. Quod an ita ſit, ab Aenea Syluio atꝙ ab alijs abunde ſatis dictũ opinor.

¶ Cæterum hæc miſſa faciens, receptui nũc tecum canam, ad inadulabiles ac præclaros Parrhiſienſis Academie doctores celerius properãdo. De q̃bus mehercule, nihil amplius

De laudibus Concilij Baſilienſis

Laus Parrhiſienſium.

Supra. fo. 34 Folio. 27. 32.

De Eugenio.

Chryſoſtomꝰ

Sup. fol. 28. f.

Folio. 35

Hoc inuenies eodẽ folio

Folio sup. 17. 18. 19

Laus patrum

Simonia Diti conſecrãda

Ille in locum Eugenij ſuffectus.

Sup. fo. 22. in margine, & 32 Turcam præfatiõe.

De Nico. V.

Require ſup. fol. 167. d

Fol. 202. b

De appellatione doctorꝝ Parrhiſienſiũ.

mihi dicẽdum putauerim, quàm vt eos, inuictos iustitiæ ac veritatis patronos fuisse significem atq; attester. Sic em̃ mea sentẽtia, suo oñia consilio & ratione librarũt, sic oñia ad amussim perpenderũt, vt quicqd per eosdem, de moribus reformãdis, & castis legibus vel dictum sit vel scriptũ, extripode nobis prolatũ credamus. Reliqua, quæ hic desiderãtur, loco à me adnotato sunt dicta. Papã itaq; an vniuersali ecclesiæ obedire oporteat, Iteḿq;, an Pius. II. Aeneæ Syluio suo per hoc vel illud (vt dici solet) decretũ in aliquo degenerarit, séq; inconstantẽ in hac re ac leuem declararit, vniuersali ecclesiæ discutiendũ relinquo. Hoc qui intelligit, nõ obscure quid velim, tuetur.

Sup. fol. 34. d e. f.

Folio. 36. c. f. ¶Ad insignes nũc Leonis. X. legatos properemus, qui decimas à Leone decimo (nescio quàm iuste ac probe) à Germanis, Diomedæa quadã necessitate exigẽtes, sibi ipsis cãtare visi sunt, atq; inter sacrũ & saxum cõstituti, fucum nobis facere non valuerũt. Noster em̃ Hercules, coram diuo Maximiliano Imperatore malo nodo, malũ adinueniens cuneum, clauũ clauo retrusit, ne tam propere Romanistæ illi, nostris onusti pecunijs, in suos montes, suo more, & vt ipsi putarũt, subuolarent. Nec immerito, Nam in Concilio prius Constantiensi decretũ fuit, nullas à sede apostolica decimas, nisi de vniuersali ac communi omniũ nationum consensu, exigendas esse, vt eo facilius animaduerterẽt (satis em̃ diu excęcati fuimus) vnum nobis dixisse prophetæ: Veh qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & de manu sese mali liberãdum putat. Nũquid nõ est hoc à dño exercituum? Nihil mehercule in pientissimum loquor pontificem, qui in sese ipso (vt sæpe dixi) & benignus fuit & bonus. At quales & quàm boni ipsius nuntij atq; emissarij fuerint, non Germania solum, sed & multæ etiam nationes aliæ, clara voce testantur. Quorũ culpa (nam bonam illorũ partem noui) eo miseriarũ venimus, vnde nos ac boni oñes excidere forsitan nunquàm possimus. Tu itaq; lector veritati ausculta, & duas illas orationes, quæ Parrhisiensium sequũtur appellationem, cum nostro simul ad te epistolio boni consule. Nã quæ in aperto & in principũ, illustriss. Comitijs, coram diuo Maximiliano sunt acta, iniqui tu (etiam si ilia rumpãtur Codro) consulere nõ potes.

Supra fol. 39

Abacuc. 2.

E

Hanc historiã require supra fol. 39. c. d.

¶Nunc ad Hildebrandi pontificis siue Gregorij. VII. historiam declinemus, quã Benno Cardinalis accuratissime cõscripsit. Quem si ego falsitatis redarguere voluero, nihil aliud egisse videbor, quàm si laterẽ lauare, aut Veneris sandaliũ coner reprehendere. Quorsum hæc? Si propter malam ipsius vitã & opera quæ gessit mala, quǽq; hoc Fasciculũ complectitur, totus tibi hic liber abijciendus sit, proijce obsecro abs te actutũ, cãtica canticorum ac reliquos Biblioꝝ libros, in qbus stupra & incęstus, ac nephandissima quǽq;, à nullo nõ modestissimo recitãda, cõtinentur. Proijce inquam abs te, Suetonium Tranquillum, nobilissimũ historicum, quem de Iulio Cæsare. Augusto quoq; & alijs quibusdã Imperatoribus (quum Coloniæ illum in frequenti auditorio publice profiterer) obstupenda plane, ac indigna relatu conscripsisse deprehẽdi. Proijce iteꝝ & oñes ferme reꝝ scriptores. Tum etiam Horatium, Iuuenalem, Ouidium, Tibullum, Propertium & sexcentos alios, q malis æquè ac bonis abundant. Hoc aũt quia nemo bonus vnquam fecit, minus certe nobis indignabere, si Hildebrandi historiam, talem, qualem (vt dici solet) ab alijs minus decenter impressam, tibi non absq; decoro, perbeate tradiderimus. Perge itaq; vt cœpisti, & nostram illic præfationem minime velim cõtemnas, in qua scripsi, Hildebrandum fortasse iniquum (honores em̃ mutant mores) & Gregoriũ, in cũctis nõ semper iniquũ. Veꝝ hac de re satis. Nam vt Aulo Gellio placuit. Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis. Est enim qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Et si quis verbo nõ offendat, is perfectus est vir, est́q; beatus, qui non sit lapsus verbo oris sui. Nec mirum. Nã oñia recte agere & nunquã falli solius dei est, nõ hominis.

F

Ex Hesiodo. Eccl. 19. Iacobi. c. d Eccl. 14.

¶Henrici. IIII. Cæsaris Augusti vitam & institutiones imperiales, aureo Caroli. IIII. Rom̃. Imperatoris, diplomate contẽtas, nemo non & veneratur & colit.

De donatiõe Constantini, quam nũquã eẽ factã multi asserunt.

¶Ad Vallam itaq; progredimur, Constãtini magni donationem impugnantem, aut rectius confictam, & nũquàm esse factam, vero verius & certo certius absq; Theseo more suo demonstrantem. Habes hic lector non solum Laurentium Vallam, miræ eruditionis atq; eloquentiæ virum, verum & alios summæ authoritatis viros, idipsum cum Laurẽtio constãter adseuerãtes, Nicolaũ in primis à Cusa Cardinalẽ, sanctũ Antoninũ, Raphaelẽ regium, Alexandri VI. cubicularium, Pomponium Lętum, Socratem Græcum, Theodoricum, Zozomenum, Egnatium, Aurelium Victorem, Volaterranum, Naucleꝝ, Capnionem, multosq; tandem legisperitorum allegationes, quas post Vallæ declamationem, prætactis nunc authoribus, non indecenter interseruimus, quibus certe incõsulto re-

Fol. 85.

Papa dominus omnium

niti dementissimum foret, nec ego sum is, qui hoc vel auderet, vel posset. Verum enim uero, quid ex his lector inferes? Nũquid Papã iniusto titulo sua quæ habet possidere existimas? Abst lector, mihi in Christo charissime. Est enim Papa Christi in terris vicarius, &

tam se

A tam secularium (vt multi doctores affirmant) q̃ spũalium dñs. Hoc patet. 22. dist. c. Oĩs. Nam B. Petro, æternæ vitæ clauigero, terreni simul & cœlestis Imperij (sicuti & idem doctores attestant) iura commisit. Si igit vt Antonino placet, multa per Imperatores ac reges sacrosanctæ sedi Apostolicę concessa sunt, non quod suũ, sed quod illius erat, vltro & nõ inuiti dederũt. Lege præfationẽ nostrã, aut potius epistolarẽ in Laurentiũ censurã, & in ea fortasse inuenies (vt citra iactantiam loquar) quod te oblectet. Errant infideles schismatici (vt paulo altius conscendamus) nullam apud Ecclesiasticos, temporaliũ dominationẽ esse debere. Præcepit eñ deus filijs Israel, sicuti in Numeris habet, vt de suis possessionibus Leuitis darent vrbes ad habitandũ, & suburbia pro pecoribus & iumentis. Iterumq; & sic scriptum inuenies: Si quis agrum possessionis vouit dño, sanctificatus dño erit & possessio consecrata, & ad ius sacerdotũ pertinebit. Quicqd igit Imperatores, reges ac Principes sacrosanctæ sedi Apostolicę donarunt, iusto dei zelo, id q̃d iustum fuit, suo dño (vt Antoninus ait) restituerunt. Nõ dubium, quin magnus ille Constantinus, donationũ iecerit initia, quę postea p Imperatores, Reges, ac summos ecclesiæ principes, & ampliata sunt & cõfirmata.

Supra fol. 80

Ibidem. d

Numer. 35

Leuit. vltimo

In pria histo riarũ pte tit. 8 cap. 2. §. 2

Licitum profecto est spũalibus ecclesię proceribus, siue episcopis oĩbus temporalia bona possidere, quum maxime liceat, eosdem esse proprietarios. Quod si admitti non posset, errassent Apostoli (quod nephariũ est dicere) in suis decretis, quibus conceditur, Episcopos res habere, tum proprias, tum communes. De hac re multa præclare dicta in præcedẽtibus inuenies, quibus omnes hęretici ac schismatici, velint nolint manifeste conuincuntur,

Epi pñt habere dominia

B & in aqua hærent, dicentes, aut rectius garrientes: Episcopos non posse, vel non debere terrenas opes & dominia temporalia, etiam si amplissima sint, cum suis & per suos, perpetuo possidere. Vallæ igitur declamatio, ab alijs (ceu constat) sępius excusa, sacrosanctæ sedi apostolicæ obesse non potest. Nam quod per Constãtinum ille factum negat, satis est alios Imperatores ac Reges (vt paulo ante dixi) liberaliter ac magnifice in dei gloriam, peregisse. Si hæc tibi lector non satisfaciunt, lege diligentius quæ folio huius libri. 145. & in subsequentibus articulis per Concilium Constantiense, sunt decreta.

Fol. ijij. & in subsequẽtib⁹

Vallæ declamatio prudẽtem offendere non potest.

¶Iam Triadem aggrediar, Hydram multorũ capitum, draconem semper vigilantem, ipsumq; Cerberum, hoc est impios Waldenses, impiorem Wesalienſem & impijssimum Wiclephum, instar Herculis claua trinodi prostraturus. Conscientia eñ iudice nemo nocens absoluitur. Neq; necesse est homines conscelleratos, impulsu deorum terreri ardẽtibus furiarũ tædis (vt in Pisonem & pro Roscio Amerino, Tullius elegantissime disseruit) sed sua quẽq; fraus, suum facinus, suusq; conscientiæ terror, maxime vexat. Triadem itaq; hoc est tres inferorũ furias conficiemus, quorũ doctrina pestilens, incautum lectorem plus emaciat q̃ opimat. Cæci sunt omnes hęretici, Cornelio Ruffo longe infeliciores. Qui male dormiens, oculorũ amisit visum, quum id sibi accidere somniasset. Consulamus Genethliacos & Planetarios, & atram tibi diem illum fuisse dicent, & infausta appellatione nominandam, in qua hæretici illi, è matris visceribus in mundum prodiere. Ab Ephebia, omnis impudentiæ ac temeritatis vredine in diem suæ vitæ postremum exanimati. Deferbuit profecto senile illorũ cerebellum, quos & sordidatos & squalentes esse oportet. Nam dum se catos atq; oculatos esse putarunt, quę noctu nocentissima cõcepere, vbi primũ diluculabat, nemini non reCuelarunt. Nimirum docti & eloquentes hæretici ad venena nascuntur, quorum verba ex Cerberi & maris spuma profluunt, quorũ atra ceu serpẽtium lingula insontes vibrat, lædit, enecat, arrodit, euiscerat, quorũ tabes ex impura scaturigine manans, cõtrectata incautius, optimũ quẽq; adurit. Nulla ergo pestis pestilentior, nullum venenum venenosius, nulla pernicies perniciosior doctrina mala in homine malo. Quum enim mellitis (& si amariusculis) simplicium animos allicefactos vident, mox exitiale venenum expuunt, per ambages ambulant, corrumpunt omnia, latenter serpũt, Fabricios simulant, falsa congerunt, cauillãtur, mussant, rident, applaudũt, & quæ nequiter atq; apostatice congesserunt, pditissime postea nundinant, quæq; male didicerunt, longe peius inculcant ac docent. Multi p eos sapientiæ domicilio extrudunt, eliminant, dum nimium creduli, & dulci veneno inhiantes, totas aures, vagis male differentium ambagibus repandunt, nescientes, aut minime considerãtes, vi rosis sese linguis, & subrepentibus quibusdã aculeis, velut à viperis. male collidi. Quid multis? Habent profecto hęretici oĩes, sub melle venenũ, subq; blanda exosculatione, (exotica certe illorũ vnguenta olere non debemus) aconitũ promunt, multosq;, non opinatores tm̃, sed temerarios errorum assertores, per totum terrarum orbem, callenter constituentes. Illorum quippe strophis ac fraudibus, vera apud nos sapientia, assestrix esse non potest. Solutili nauicula Euxinũ nauigant & quicquid è vepreculis trahunt, senticosum est totum, eorũq; nouelletum, nocentes omnibus labruscas parturit.

Cõtra triplices hæreticos & eorũ sectatores.

Tullius.

De cæco Cornelio

Hæretici sem per mali

Hæretici ad venena nascũtur.

Pernicies multorũ vir doct⁹ & peruersus.

Hæretici sub melle venenũ habent

¶At dicet quis, qua ergo ductus rõne, tot prauos hęreticorũ articulos hoc libro ædidisti? Aperi obsecro lector mẽtis tuę oculos & vide. Conuictæ eñ hæreses & ab ecclesia dei con-

Hęreses q̃ cõuincunt nõ sp abñciendæ

demnatæ

demnatæ tibi obesse non possunt. Quod nisi sese sic haberet, cogeremur omnium ferme doctorũ scripta contẽnere. Quis (oro) Roffensem epm, quis Ecciũ, quis Cochlæum, quis hęreticæ prauitatis apud nos Inquisitorẽ vigilantissimũ, Conradum Colin Vlmensem, doctissimũ theologũ, quis tandẽ & in primis Viẽnensem epm, aliosq; (vt paucis multa cõplectar) & præclaros & illustres viros, contra Martinũ Lutherũ scribentes, tuebitur? Nemo hercle nemo. Qui hoc intelligã roget quis? Quum illius (inquã) articulos, & quæ scripsit ferme oia suis impugnationibus, non sine causa interseruerint. Nec indecenter. Nam oppositа iuxta se posita (vt philosophi voluere) magis elucescunt. Quo sic pestiferis draconibus prostratis & omni discussa intellectus nostri caligine, veritatis tandem splendor cunctis pateat. D

Multa cũ bonis toleranda Matth. j

¶ Licet itaq; de hac re, in principio huius epistolæ, quæstioni tuæ iam statim motæ, satis superq; satisfecerim, operosius tamen aliquanto nunc mihi agendum est. Pisces mali bonis non præiudicant, quanq̃ intra eadem retia comprimant, in extremo vitæ nostræ litore ab inuicem separandi. Et quid diuus ait Hieronymus? Error qui vitio iuuenum & leuium mulierculatum contactu per noctem accidit, non est Religiosis hominibus imputandus: quoniam & in vigilijs Paschæ (vt idem ipse ait) tale quid fieri plerunq; conuincitur. Malorum igitur vigiliæ, bonorũ vigilias non destruunt. His itaque parabolis (vt ait Augustinus contra Donatistas) ecclesia militans & visibilis, in seculi vsque finem, tam bonos quàm malos simul est habitura. Eloquar an fileam? Aspice ex alio (Isidorus inquit) quod timeas, respice in alieno exitio quod paueſcas, euita foueam, in quam alium cecidisse videris, pericula aliena in te pertimesce & quæ verbis doces, exemplis ostende. Non frustra dixit ex Pythagora Laertius: Per viam publicam ne ambules. Hoc est, multorum (si interpretari licet) non sequaris errorem. Nam bonus animus (vt Senecæ placuit) nunquàm erranti obsequium accommodat. Quot homines tot sententiæ, falli possumus. Vnicuique datur manifestatio spiritus, teste ad Corinthios Paulo, ad vtilitatem, alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonum, & tamen ex omnibus his, pretiosissimis, ac plane diuinis dei donis, maximi, nostra certe & non ipsius culpa, oriunt abusus, etiamq; & quod peius est, hæreses non paucę. Sic etiam & hic liber, qui fasciculus rerum expetendarũ ac fugiendarũ inscribit, à pio, candido, graui, ac modesto lectore contemni non debet. Nullus em neq; agricola, neq; vinitor, propter herbas inutiles, quę vel seminauit vel plantauit, euulsit vnquàm. Quam itaq; hæretici sementem iecerunt, eandem & metent.

Isidorus

Laertius

Epist. 42

Cicero li. j. de fin. bono. & malorum

E

¶ Scio frẽs Valdenses, Viclephum, & Iohannem Vvesalienſem, triũ furiarũ typum exprimentes, veros diaboli satellites & Antichri pcursores, scripsisse, id solum à nobis esse acceptãdum, quod in sacris lris continet. Hoc certe q̃ sit falsum, nemo est bonorũ oim, qui non videat, non consideret, non impium decernat. Multa per Apostolos sunt tradita ad catholicã fidem spectãtia, quæ in sacra scriptura ad manũ non habent. Hoc patet. j. dist. xj. c. Ecclesiasticarũ. Hinc Augustinus ex dictis Basilij: Ecclesiasticarũ inquit institutionũ, quasdã in scripturis, quasdã Apostolica traditione p successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdã vero cõsuetudine roboratas, vsus approbauit. Quibus par ritus & idẽ vtrisq; pietatis debet affectus. Nec deest nobis diuus Hieronymus, cuius sententia grauis ac prægnans habet dist. xij. c. Illud, sic inquiens: Illud breuiter te admonendum putauerim, traditiones ecclesiasticas, pſertim quæ fidei non deficiunt, ita obseruãdas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliquorũ consuetudinẽ, aliorũ contrario more subuerti. Quid his duorũ sanctorũ testimonijs lucidius? quid aptius? quid acceptũ magis? Doctrinã itaq; approbemus bonam, non malam, vel ex eo potissimũ, quod apibus non herbæ necessariæ sint sed flores. Multi in proprium ruunt exitium, quos malus Genius (vt sic dicam) effascinauit. Ecclesiã sequamur Catholicã, quæ immobili nixa saxo, Iesu Christo, nullis turbinibus concutit, & insedabilẽ non metuit iniquorũ insultũ. Hæc nostra mater sanctissima, multa nos credere ac facere pcipit quæ in sacris lris non habent, & tamen nos eadem illa credere (modo salui esse velimus) ac facere oportet. Tingere infantes, ante Augustini tempora vetus fuit consuetudo, & ab ipsis Apostolis, dubio procul introducta, quanquàm ab his, pueros tũc fuisse baptizatos, codices non explicent sacri. F

Multa sunt credẽda & seruãda, q̃ in sacris literis nõ habentur

Hanc materiam, quære supra fol. xxj

Chrysostomꝰ

De baptismo puerorum

¶ Vna est igitur fidelis Apostolica vniuersalis ecclesia, extra quam non est salus. Quod si hæretici non suscipiunt sacris prophana commiscentes, legitima adulterantes, & salubria sanctorum patrum statuta, ac sacramenta, Christi sanguine sancita, turpiter & blasphemo suo ore antiquantes, inconsutilem tn dñi tunicã, rumpere non possunt. Quid, Si Chore, Dathan, Abiron, & Hon, conati sint dissoluere tabernaculũ dominj? Quid, si schismatici & hæretici, impijs suis sectis ac seditiosis conatibus, Ecclesiam Catholicam, per vniuersum discindere laborent? Viuit dominus, qui in illos, terra sese altius dehiscente, præsens animaduertit,

Extra de Sũ. Trinit. & fide Catho.

De Chore, Dathan, Abiron & Hon

A uertit,& hos gehennæ ignis incendium excepit,horumq; assecias procul dubio, nunquã consumendos,idem ille ignis aduret.

Eapropter vt hæc quæ de hæreticis & patrũ statutis dixi,paucis absoluã,doctissimi atq; eloquentissimi D.Erasmi Roterodami nobilem sententiam huc adferre nõ grauabor. Fa cessant (inquit)fauores cum priuatis odijs, consilescat dementis rixæ surda vociferatio, ita demum eluceſcet veritas illa pacifica. Omnibus hoc penitus infixum esse oportet,minime tutum esse,nec ad fouendam concordiam vtile, temere ab his desciscere,quę maiorũ authoritate tradita sunt,quæq; longo seculorũ vsu,consensuq; cõfirmata. Nec quicq; omnino nouandum,nisi huc aut cogat necessitas,aut insignis inuitet vtilitas. Erasmus

In Vvaldẽses

Waldẽses ab ecclesia Ro. nõ immerito abiecti sunt,qa plus ęquo sapere voluerũt,nesciẽtes,aut potius impie ac ptinaciter dissimulãtes,diuinæ maiestatis pscrutatorẽ à gloria opprimi. Nõ mirũ igit cuipiã videbit, impiorũ viã tenebricosam eẽ,eosq; vbi corruãt ignorare. Nã si tempori fratres illi Waldenses à mortuis exurrexissent,Christus procul dubio eosdẽ illuminasset. Vitandi sunt itaq; & eorũ expurgationi minime fidendum. Prouer. 25 Prouer. 4. Ephe. 5.

In Vviclephũ

Iohannes vero Vviclephus,diaboli mancipium,hæreticorũ antesignanus, mortis æternæ preco,pabulũ gehennæ ignis,& audax Antichristi vexillifer ac dæmonũ socius, à dei
B ecclesia est condemnatus,qui si nihil aliud scripsisset,quàm deum Opt. Max.(quãto peius tanto melius)obedire diabolo debere,sese tanquã pestem quãdã nobis oñibus euitandũ, fugiendũq; declarauit.

In Vvesalien sem.

Quid tandẽ de Iohãne Vvesalienſi Theologo dicemus? Humana certe creatura & inueteratus filicernius,Itaq; quas putidas ille protulit vomicas,condemnatæ sunt. Geronticos em̃ in oñibus loquitur,senetionem sese delyrum ac vetulũ indicans insensatum. Cuius etiam verba,Germanice ab eodem prolata, si iusta lance ponderauerimus, temerariũ fuisse hominẽ,nemo nõ cognoscet. Quapropter in sempiternũ illorũ dedecus,& in bonorum omnium ædificationẽ,conuictæ,ac condẽnatæ eorundem hæreses in medium proferũtur. Require quæ in nostris præfatiunculis habẽtur,& præclarũ hoc nostrũ facinus minime reprehẽdes, nosq; temeritatis aut stultitiæ accusabis nunquam. Folio. 63.

Folio. 95. 133. 152. 162

¶De grauaminibus,varijsq; abusibus nõ est quod dicamus quicquã. Si Adrianus summus põtifex huius nominis postremus & diuus ipse Maximilianus, in principũ comitijs, ecclesiæ maculas depingũt, nemini mirũ videbitur, si quæ ab illis ante annos aliquot publice sunt tradita,ab alijs etiam longe lateq; diuulgentur. Nec est quod hic quispiã iuueniliter secum exultet,ecclesiasticorũ videlicet abusus hic descriptos esse. Nam si principũ secularium & aliorũ laicorũ facta ac negotia ponderauerimus,vmbrosam certe ac densissimam prorsus offendiculorũ illic syluam reperiemus. Vide,quo animo,qua intentione,quo
C affectu,illustrissimi nostri principes,Germanicæ nationis grauamina,summo obtulerint pontifici,& publicæ horũ æditioni contradices nunq;. Eo vt opinor hoc morbi nondum processit,vt immedicabilæ credatur. Materiam igni subtrahamus,& extinctum hoc oñe videbis incendium. Rex sapiens populi stabilimẽtum erit. Qui & deo seruit,leges iustas pcipiẽdo & contrarias (vt sic dicã) abrogando. Tu aũt si me audies (quanquã igneas sit tuus animus)nullam tibi propter abusus legẽ constituas. Redde oñibus debita,cui tributũ, tributum:cui vectigal,vectigal:cui timorem,timorem: cui honorẽ, honorem: & nostris hisce diebus,multiplicium sectarũ atq; errorũ feracissimis, tam diu cum Pythagora conticesce,donec per vniuersalem ecclesiã,malorũ omniũ (si quæ sunt) facta fuerit reformatio. Folio. 175. Folio. 170. Folio. 188. c. Sapien. 6. Aug. in epist. 32. Paulus ad Romanos. 13

¶Reliqua, quæ de Annatis, Concilio generali, reformatione ecclesiæ, reformandis moribus,remouendis abusibus,de amabili ecclesiæ cõcordia,& potentia denique Turcarum, deq; omnibus ac singulis quæ in hoc libro continentur,à suis sunt defendenda authoribus. Vale feliciter,& vt nostras præfatiunculas,quas de abusibus,hæreticis,ac rebus alijs conscripsi,diligẽter perlegas,te etiam atq; etiã rogo. Coloniæ ex ædibus nostris. Anno à natali Christiano M. D. XXXV. quarto Idus Martias.

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU